


Del Colegio de la Santa Cruz de Borja R/5876



F. HECTORIS
PINTI LVSITANI
Hieronymiani in Eze-
chielem prophetam com-
mentaria.

OMNIA IVDICIO
ET CORRECTIONI
*sanctæ Romanæ & vniuersa-
lis Ecclesiæ subiecta
sunt.*

SALMANTICAE
Apud Ioannem à Canoua.
M. D. LXVIII.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.

*El dho
Storres*

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27


2 400 40 -  GALIA
MADE IN SPAIN

Del Colegio de la Santa Cruz de Burgos R/5876



F. HECTORIS
PINTI LVSITANI
Hieronymiani in Eze-
chielem prophetam com-
mentaria.

OMNIA IVDICIO
ET CORRECTIONI
*sanctae Romanae & vniuersa-
lis Ecclesiae subiecta
sunt.*



SALMANTICAE
Apud Ioannem à Canoua.
M. D. LXVIII.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.

*El dho
Storres*



El Rey.



Or quanto por parte de vos Fray Hektor Pinto de la orden de sant Hieronymo de Portugal nos fue fecha relacion que vos auades compuesto vnos. commentarios y explicacion sobre el propheta Ezechiel en que auades trabajado muchos años cō gran diligencia como por la dicha obra constaua, y parecia, la qual era muy vtil y necessaria a la republica christiana. y nos suplicastes, lo mandassemos ver y daros licēcia para lo ymprimir y priuilegio por quinze años, o como lanuestra merced fueſſe. Lo qual visto por los del nuestro cōsejo se hizierō en el dicho libro las diligēcias que la pragmatika por nos sobre ello hecha manda, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e nos touimos le por viē. Y por la presente os damos poder y facultad para que por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes, que corran y se cuentem desde el dia de la data della, vos y vuestros herederos, o quien vuestro poder para ello ouiere podais ymprimir y vender el dicho libro en estos nuestros reinos de la corona de castilla, e defendemos, que otra ninguna persona lo pueda imprimir, ni vender, sin vuestra licencia, con tanto que despues de ympresso no le podais vender ni se veda sin que primero se traiga ante los del nuestro consejo para que se corrija con el original y se tase el precio a como se ouiere de vender, y durante el dicho tiempo de los dichos diez años ninguna otra persona lo pueda ymprimir ni vender como dicho es. so pena que la tal persona que lo imprimiere o vendiere aya perdido y pierda todos, e qualesquier volumenes y libros que aya ympresso, y vendido y los aparejos, y moldes con que se hizieren con mas cinquenta mill maravedis de pena, la mitad para vos el dicho fray Hektor Pinto y para vuestros herederos, y la otra quarta parte, para nuestra camara, y la otra quarta parte para el juez que los sentenciare. Y so la dicha pena defendemos, que ninguno de los dichos libros se pueda vender ni contratar sin que estē firmados de vuestro nōbre o de quien vuestro poder ouiere, y que todos los dichos libros que se hallaren sin la dicha firma se tomen por perdidos y el que los tuuiere o vendiere allēde de los auer perdido incurra en la dicha pena, y mandamos a los del nuestro consejo presidentes e oydores de las nuestras audiencias alcaldes aguaziles, de la nuestra casa y corte y chācellerias y a otras qualesquier justicias de estos nuestros reynos, y señorios, y a cada vno de ellos en su juridicion q̄ vos guarden vos cūplan y executē e hagan guardar e cumplir y executar esta nuestra cedula y lo en ella contenido, y contra el tenor y forma de lo en ella contenido, no vayan ni pasen ni consientan yr ni pasar en tiēpo alguno ni por alguna manera so pena, de la nuestra merced e de diez mill maravedis para la nuestra camara, Fecho en Madrid a seis dias del mes de Octubre. año del señor de. 1567.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad.

Pedro de Hoyo.

POTENTISSIMO ACIN-

VICTISSIMO PRINCIPI SEBA-

stiano, Lusitaniæ, & Algarbiorum regi citra & vltra mare, Africo, Æthiopico, Arabico, Persico, Indico, ac domino Guineæ, frater Hector

Pintus salutem & æternam
felicitatem.



ON me fugiebat rex inuictissime, cūm hæc mea in diuinum vatem Ezechielem cōmentaria componere, meaque cogitationes literis mandare decreuissem, esse hunc meum laborem in hominum reprehensionem incursum. Inuent enim mihi notam nimie audaciæ, quod nullis eruditionis ornamentis excultus profundissimum prophetam explanare contenderim, eaque aggressus sim, ad quæ non ausi sint accedere viri sapientes, qui præstantibus ingenijs præditi Christianam philosophiam literis illustrarunt. Sed cūm nihil mihi sit antiquius, nihil magis in optatis, quàm fructum aliquem edere studiorum meorum, ad id existimai esse mihi potius respiciendum, quàm ad eorum iudicium, qui nihil approbandum censent, nisi quod fuerit omnino perfectum, omnibusq; numeris absolutum. Ego enim in ea sum sententia pulchrum esse, summa eos experiri, qui res magnas, & magnoperè expetendas concupiscunt. Quod si non possint ascendere ad fastigium, honestum esse in medijs saltem consistere. Nam apud Græcos non solum Athanasio omni sapientia & sanctitate præstanti locus est, aut Magno Basilio, aut eloquēti Chrysostomo, sed multis alijs: quorum nonnulli etsi tantam nominis claritatem non sunt consecuti, non tamen fuerunt sua laude priuati. Nec apud Latinos in diuinis literis explanandis præclarum Augustinum deterruit à scribendo eruditissimi illius Hieronymi amplitudo, qui omnes omnium rerum ad Christianam pietatem pertinentium fontes animo ac memoria continebat: nec ipse Augustinus excellenti ingenio & exquisita doctrina cæterorum studia restinxit. Quare non est, cur me vituperet, nec cur his, qui modò incumbunt in studia literarum, debilitetur animus, & languescat industria. Sed non rectè ago serenissime rex, qui in opere tuæ celsitudini dedicato aliorum timeo iudicium. Fuit hic propheta munere sacerdos, sanguine clarus, sapientia insignis, sanctitate admirabilis, diuina charitate incensus. Vaticinatus est in Babylonica captiuitate, in quam fuerat

cum Ioachin Iudæorum rege coniectus. Dat operam hoc libro, ut mortales excitet ad virtutem, ut contemptis falsi mundi voluptatibus & diuitijs ad deum aspirent, & ad venam aquarum vitæ, ad perennem fontem remedij potius confugiant, quam mundi riuulos cōfectentur. Est enim deus fons ille, de quo ait diuinus psaltes: Apud te est fons vitæ. Qui de se ait apud Ieremiã. Me dereliquerunt fontē aquæ viuæ: Docet hunc deum ad significandam immensam bonitatem & sapientiam suam cœlum & terram, & omnia, quæ amplissimo cœli ambitu continentur, condidisse, hominemque rationis participem creasse. Cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi ad patrię conspectum excitauit. At cum homines, se errorum tenebris operuissent, atque varijs scelerum maculis contaminassent, non passus est deus eos diutius in caligine illa versari: aperuit eorum oculos aliquando, mittens è cœli fastigio filium suum vnigenitum, qui errantibus ac vagis hominibus viam consequendæ immortalitatis aperiret. Locutus est illis in filio, per quem, ut verbis utar diui Pauli, fecit & secula, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, nos sanguine suo redemit, & suis vulneribus vulnera nostra sanauit, se pro nobis in crucis ara hostiam deuouens ac constituens. Hoc est salutare illud, quod patriarchæ & prophetæ expectabant esse mundo salutem allaturum. Hic est ille, de quo egregius patriarcha Iacob extremo afflatu, tremulis ac morientibus vocibus, cum iam præcordijs mortem conceptam contineret, dixit: Salutare tuum expectabo domine. Hoc salutare Christum deum nostrum optabat diuinus ac regius vates, cum ad deum patrem has voces emitteret: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum danobis. Illud animo ac brachijs complectens iustus Simeon cecinit: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hunc deum ait Ezechiel iustum esse & misericordem, peccatores ad se conuersos piè recipientem, eisque flagitia condonantem. Et postea de Gentium vocatione, de reditu ad vitam, & de vltimo iudicio vaticinatur. Est eius præcipuū institutum prædicere mysteria redemptionis humanæ per Christum: & ecclesiam, quæ erat ab ipso constituenda, sub imagine templi & ciuitatis describere. Inde transfert sermonem ad ciuitatem sempiternam: & admirabilem cœlestis beatitudinis amplitudinē & celebritatem: ut nos dispulsa caligine amore tantæ pulchritudinis incendamur, & studio adipiscendæ æternitatis inflammemur. Ut enim generosus falco in manu aucupis videns ardeam auem sublimè volantem, statim expandit alas, cupiens frangere vincula, quibus habet pedes ligatos, ut possit volare ad prædam: sed habens caput corio coopertum nec mouetur,

Psal. 35.

Ierem. 2.

Hebr. 1.

Genes. 49.

Psal. 84.

Luc. 2.

simile.

tur, nec intueretur illam: sic homo, cuius natura cæteris animatibus antecellit, cogitans supera ac cœlestia, mentisque oculis aspiciens æternam beatitudinem, eius desiderio incenditur, & stimulis eius consequendæ incitatur: at si fuerit tenebris, & corio desiderij rerū caducarū coopertus, nec mouebitur desiderio cœlestis felicitatis, nec eam contemplabitur. Eius amore raptus nobilissimus ille falco, & illustrissimus rex David cōcinebat: Quæ admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Et diuus Paulus optās è corporum vinculis euolare, aiebat: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Et paulò post: Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et quoniam hæc omnia erant in euangelio explicanda, vaticinatur de ipso euangelio, comparans illud cum fluuio dimanante ab ostio sanctuarij, hoc est à Christo porta cœli, qui de se ait: Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur. Hic fluuius nostra hæc, & patrum nostrorum memoria fluxit ex tua hac Lusitania vsque ad Gangem & Indum magnos fluuios, odoriferos ditissimæ Indiæ campos aluentes: rigauit Brasiliam, Æthiopiam, Arabiam, Persiam, opulentam Indiam, & regiones ac insulas oriētis incognitas antea & inauditas, ad quas nunquam appulerant Romanorum, nec Magni Alexandri exercitus. Ad eas oras rex serenissime tui Lusitani tulerūt crucis vexillum, in illis veram Christi fidem nuntiarunt, eumque habentes propitium Gentes propè infinitas vano & impio idolorum cultui deditas ad veram religionem pietatis plenissimam conuerterunt. Maiores enim tui Emanuel & Ioannes reges Christianissimi & inuictissimi regiones illas à Lusitania immenso spatio remotissimas quaesierunt, & subiugarunt, in ipsis sanctissimum nomē domini nostri Iesu Christi celebrantes fama, eiusque cultui templa dedicata construentes. Non enim solum Lusitaniæ reges regnum hoc habuerūt semper subiectum sanctæ sedi apostolicæ Romanæ, sed magna alia regna illi subiecerunt. Nostri enim homines exiguo exercitu innumerabiles Agarenorum & Indorum Gentes locis infinitas, armis munitas, omni copiarum genere abundantes, & reges potentissimos, & Turcicos exercitus fortissimos cū multis militaribus signis captiuos duxerunt. Sed non erant hæc victoriae absque nostrorum sanguinis effusione: multi nanque ex illis præclaris editis facinoribus exiniam & honestam vitam gloriosa morte fortiter pugnantes obsignarunt. Illis aiebant mortem esse terribilem, quorum cum vita nomen extinguitur, non iis, qui pro Christo moriuntur, quorum laus emori non potest. Et quoniam regnum hoc est veluti fons quidam, vnde ad alias regiones longè distantes fidei puritas dimanat, voluit illud deus in fide conseruare. Nullus in eo est Lutheranus, nulla factio, nulla secta, nulla hæresis, sed summus omnium in fide catholica consensus.

Psal. 41.

Philip. 1.

Ioh. 10.

Cui igitur eram dedicaturus prophetam, qui vaticinatus est de euangelio per distantes terrarum oras nuntiando, nisi regi Christianissimo, qui hoc implet vaticinium, qui ab occidente vsque ad extremas orientis regiones mittit concionatores ad sanctum Christi euangelium longè lateque propagandum? Tu autem serenissime rex sustines non paruam expectationē imitandi & vincendi admirabilem illam regum, à quibus genus ducis, virtutis præstantiam, Alfonsi illius præsertim primi Lusitaniæ regis, qui Christi fide munitus, animi fortitudine septus, amplissimis virtutum ornamentis decoratus, iustis legibus, & incredibilibus victorijs de hostibus reportatis, regnum illustrauit, & ad amplitudinem perduxit. Is cum quadam die paruo exercitu esset cum maximis hostium Christiani nominis exercitijs congressurus, vidit in cælo Christi speciem admirabili splendore circumlucentem: illoque aspectu roboratus, quinque potentes Agarenorum reges vna die deuicit, & innumerabiles eorum copias superauit. Huius, & aliorum maiorum tuorum præclara facinora, insignem pietatem, religionem, iustitiam, & in virtute constantiam speramus te non solum imitaturum esse; sed etiam superaturum. Admiranda enim iam in te in tam tenera ætate cõtuemur. Nos pro celsitudine tua vota facimus, & preces ad deũ fundimus. Viue tu felix, viue, vt patria viuat: & nostra

hæc cõmentaria singulari tua benignitate & clemẽtia

suscipe. Progrediar enim ultra, si mihi fuerit exploratum, non tibi mea scripta in iucunda contingere.

Vale.



VEL REY faço saber aos que este Aluarã virem, que auendo respeito ao que na petiçam atras escripta diz frey Heitor Pinto, frade da ordem de sam Ieronymo. E por lhe fazer merce, ey por bem & me praz, que pessoa algũa de qualquer qualidade q̃ seja não possa imprimir, nem mandar imprimir em meus Reynos & senhorios, nem fora delles o liuro chamado cõmentarios sobre o Prophetã Ezechiel, q̃ diz que hora estã imprimindo, da maneira que na dita petiçam declara, nem o possa trazer de fora dos ditos Reynos & senhorios, nẽ vender nelles sem sua licença & consentimento. E isto por tempo de dez annos somente, que começa ram da feytura deste Aluarã: sobpena de cincoenta cruzados, ametade para minha camara, & a outra metade pera quẽ os accusar, & de perder pera o dito frey Heitor Pinto todos os liuros que assi imprimir, ou trouxer de fora, & vender em meus Reynos & senhorios. E tanto, que o dito liuro for impresso, se trarã hũ volume à mesa do despacho dos meus desembargadores do paço, pera se taxar o preço per que se ouuer de vender, & se lhe dar disso prouisam. E sem isso se nam venderã volume algũ sobpena de dez cruzados. E mando a todas as justiças, officiaes & pessoas a q̃ este Aluarã for mostrado, & o conhecimento delle pertencer: que o cumpram, guardẽ, & façam inteiramente comprir & guardar como se nelle contem. O que ey por bẽ que valha & tenha força & vigor, como se fosse carta feita em meu nome per mim asinada & publicada per minha chancelaria, posto que este nam seja passado pella dita chancelaria, sem embargo das ordenações do segundo liuro, que o contraio dispoem. Ioam Marante o fez em Lixboa a. xiiij. de Feuereyro, de mil & quinhẽtos, sessenta & oyro. Ioam de Seixas o fez escreuer.

O que assi me praz, visto como diz q̃ foy o dito liuro examinado, & approuado per o padre frey Francisco Foreyro.

REY.

**APPROBATIO FRATRIS
IOANNIS DE TOBAR VIRI DO-
ctissimi Prioris sanctæ Mariæ de Ato-
cha, ordinis Prædicatorum.**

Hic frater Ioannes de Tobar prior conuentus sanctæ Mariæ de Ato-
cha apud Matritium iussu regis senatus qua cura & diligentia potui,
perlegi hunc librum, qui inscribitur commentaria fratris Hectoris
Pincti Lusitani Hieronymiani in Ezechielem prophetã, in quo tan-
tum abest ut aliquid inuenerim contrarium bonis moribus, aut fidei catholicæ: quod
totus ille redolet Christianam pietatem, & ubiq; sanam atque orthodoxam fidem
tuetur, præsertim contra huius temporis hæreticos. Explicat hic autor sensum lite-
rale propheta, ex quo depromit moralem intelligentiam ad animos à flagitijs abdu-
cendos, & ad veram honestatem excitandos. Inde se aliquando erigit ad sensum alle-
goricum, in quo altissima dei mysteria sole ipso splendidiora exponit. Multa affert di-
uinarum literarum loca, ex Latinis Græcis & Hebraicis versionibus explicata: mul-
ta ex sanctis doctoribus alijsq; varijs autoribus tam antiquis quàm recentioribus te-
stimonia ingeniose contexta, multa salutaria documenta ex intima philosophia de-
prompta, multas similitudines pulchras & aptas subtiliter insertas, multa denique
ex omnium doctrinarum genere stylo quodam graui distincto & eleganti, (& vt
vno verbo dicam) Ciceroniano explanata. Quare dignissimum est vt liber hic erudi-
tissimus prælo mandetur: inuabit. n. mirum in modum studiosos sacrarum litera-
rum, & diuini verbi declamatores & concionatores. Hac est mea censura, cui subscri-
psi. Die. 29. Septembris, anno à virginis partu. 1567.

Frater Ioannes de
Tobar Prior.

APPROBATIO FRATRIS ANTONII
de sancto Dominico viri doctissimi, in Vlyssipo-
nensi collegio ordinis prædicatorum primarij
sacræ theologiæ professoris.

Hic liber hoc opus mādante reuerendo Patre Magistro, fratre Francisco Forey-
ro, cui à serenissimo cardinale cura hæc commissæ est: dignissimumque existim. o, quod
prælo mandetur, non solum enim nihil continet, quod sanæ ac orthodoxæ fidei aduersum
sit: sed quod plurimum possit inuare sacræ scripturæ studiosos, & illos qui ad populū con-
ciones habent, est enim plenum admirabili eruditione & christiana pietate.

Frater Antonius de
sancto Dominico.

Hic liber examinatus & approbatus ab illustri viro do-
mino Georgio de Almeyda ordinario Vlisbonensi dignissi-
mo, & ab admodum reuerendo patre fratre Francisco Forey-
ro inquisitore & librorum censore integerrimo, & ex eorum
facultate & decreto typis mandatus.

Dominus Georgius
de Almeyda.

Frater Franciscus
Foreyro.

Hic frater Hieronymus à Pavia prior monasterij Bertheemitici &
provincialis ordinis diui Hieronymi regni Portugaliæ do facultatem,
vt hic liber fratris Hectoris Pinti fratris nostri ordinis mandetur ty-
pis, quod sit verè doctus, pius, & utilis. Datum in nostro monasterio de
Bethlehem die. 18. Iunii, anno à virginis partu. 1567.

Frater Hieronymus à Pavia.
Prior & Provincialis.

AD SACRARVM LITERARVM studiosos, frater Rodericus Hiepenfis monachus Diui Hieronymi: de prophetica doctrinae nimia obscuritate, magna necessitate & fructu, atque horum commentariorum laudibus.



NTER cetera supplicia, quibus Deus Opt. Max. aduersus populi Israelitici ingratitude[m] & impietatem, animadvertere voluit, illud erat grauius, & quod impijs hominibus magis nocere posset, quod per Esaiam prophetam acriter illis comminatur capite vigesimo nono. Misceuit vobis dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, opriet: & erit vobis, visio omnium, quasi verba libri signati. Est siquidem insensu Dei, & ob peccatorum scelera maxime irati signum (ut frequenter diuinis literis proditum est) prophetas auferre, & quod populus doctore careat. Quo quidem supplicio, non deberent homines lenius affligi & condolare, quam si corporeis oculis priuarentur. Sunt etenim prophetae quasi quidam nostri oculi, quibus inter densissimas seculi huius tenebras possumus aspicere, quemadmodum ipse sol iustissima nomenclatura, mundi oculus compellatur, per quem videt omnia tellus. Hos igitur lucidissimos oculos claudet dominus, & quoniam hebraea vox **DY** Asem, condensationem seu confirmationem significat, idem est ac si diceret, consolidabit seu comprimet, & immobiles reddet, & veluti congelatos, ad videndum profusus inuitiles. Prophetae inquam quibus repositus est dominus diuinæ suæ sapientia & thesauros, non maiori vsui & utilitati erunt vobis, quam esse solent hominibus oculi excæcati aut ophthalmia cooperti, & quoniam non vulgaris erit cæcitas, alia similitudine & longa verborum serie, significare per se sibi Esaias, quam maximam prophetarum & legis Dei in populo Israel futuram ignoracionem, dum libro signato visionem prophetarum aptissime comparat: quasi diceret: Omnium prophetarum vaticinia & visiones, tanta erunt vobis caligine obscuræ, & ab intelligentia vestra recondita, ut nihil earum percipiat: erunt nempe vobis tanquam verba libri ob signati & oclusi, quem cum dederint ijs qui scientiam legis Dei profitentur, scribis videlicet & pharisæis, Rabbinis & alijs legis doctoribus, exigentes ab eis interpretationem: respondunt. Non possumus, signatus est enim liber. Si verò dederint vulgari cuidam & indocto, duplex sibi impedimentum ingenue causabitur, hoc est præter libri ob signationem se nescire literas. Hanc verò excæcationem, & tam altam legis diuinæ ignorantiam, ob sua scelera atque peccata populum Israel esse commeritum, planè ostendit Esaias, dum ait, Deum miscere spiritum soporis, ut profunde dormientes a visione longè absint, claudere oculos & prophetas, ut intelligamus (quod ex diuinis literis affirmare solent theologi) vnum peccatum esse causam alterius, & peccatorem ex vno scelere, in alia grauiora incidere, idque iusto Dei iudicio, non quod Deus sit causa peccati (absit impietas) sed dicitur Deus immittere spiritum erroris, & spiritum vertiginis, spiritum soporis, excæcare, seducere, ut explicat D. Augustinus. primò non illuminando, neque discutiento tenebras, deinde non auferendo occasiones, quibus mens peccatoris magis ac magis induratur & excæcatur iusto Dei iudicio, sua tamen malitia exigente: vnde se indurare dicuntur peccatores, & se excæcare dicuntur Iudæi: atque hanc sententiam alia translatio huius loci clarissime confirmat, his quidem verbis. Facite vos ipsos tardos: & obstupescite, obliuiscite vobis ipsos oculos.

Esai. 29.
Ignoratio prophetarum pœna ingratiu diuis.

Propheta oculi.

Deum miscere spiritum soporis quomodo intelligatur.

Aug. lib. 5. contr. iul. c. 3. & de gratia & lib. arb. c. 20. & 21.

Cum

Cognitio legis & prophetarum qui bus exhortamur ad opam suam boni. Socrates. Prophetarum munus.

Cum ergo extremum supplicium impiæ gentis sceleribus vindicadis ignoratio esset prophetarum, facie nobis erit intelligere contraria consequentia, summum bonum populo Dei esse repositum in legis & prophetarum cognitione: ut quod Socrates frequenter dicere solitus erat, nempe scientiam vnicum esse bonum, contra vnicum malum ignorantiam, id nos diuina institutione informati, ad legis Dei & prophetarum scientiam, vel ignorantiam referamus. Et quoniam prophetarum munus & institutum aliud non est quam legem Dei populo enarrare, expendere, & ad illius obseruantiam homines exhortari, coercere à peccatis, spem erigere, & ad amorem Dei & patriæ cœlestis accendere: summum vnicumque bonum in prophetis intelligendis à Deo nos percipere, vnicuique proculdubio fatebitur. Fuerunt nanque prophetae illius temporis in ecclesia Dei ad rudem populum edocendum missi concionatores: quemadmodum orto per euangelium sole, Christus redemptor noster ad cunctas orbis plagas in lucem gentium, & in salutem usque ad extremum terræ, apostolos & doctores destinauit. Quò fit, ut Christianorum omnium mores, doctrina prophetarum sint componendi. Ad discet enim per suos maiores populus ex prophetis, quid amare, quid fugere teneatur, & quem affectum ad conciones gerere, & quid ex concionatoribus debeat expectare. Et rursus ipsi verbi Dei enuntiatores addiscere poterunt quam doctrinam dum populo prædicant, debeant afferre, & quid potissimum prophetarum exemplo, veterum sc. concionatorum, in hoc concionandi munere, coram mentis oculos debeant obuersare. Neque verò satis sibi esse debeant prophetæ, quòd à Deo omnium creatore, ad suum populum edocendum prædicatores destinarentur, nisi etiam prædicationis materiam, & quid essent potissimum enuntiaturi, diuinus spiritus illis præscriberet ac consignaret. Interrogat Dominus Esaias: Domine quid clamabo? & oraculo diuino edoctus clamare incipit. Omnis caro seenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, verbum autem domini manet in æternum. Et iterum. Clama necesse, annuntia populo meo scelera eorum & domui Iacob peccata eorum. Quod quidem sanctissimus vates diligentiissime executus est. Onus (inquit) Babylonis, Onus deserti maris, Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Væ filij desertores. Quibus verbis præcipuum prophetæ studium erat, ad suæ naturæ miseram conditionem, & rerum humanarum fragilitatem agnoscendam populum excitare, ut Dei gloriam & honorem exquireret, & cœlestis patriæ desiderio afficeretur. Deinde ut scelera sua homines agnoscentes, humiliter sese deicerent: & morum correctione, emendationeque vitæ, ad sanctiorem aspirantes, per poenitentiam, illius timore ex acerbissimis poenis & calamitatibus propositis exterriti, Deum sibi insensum, possent placare. Quam prædicationis formam atque doctrinam in primis amplectari debere concionatores sancta synodus Tridentina studiosissime ex sermone Lateraniensi. Id ipsum mirum in modum Paulus egregius diuini verbi prædicator docet, dum episcopus Timotheum, futurum concionatorem perfectissime instituit his verbis. Omnis doctrina diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Quasi omnis diuinarum literarum ad populum explicatio, necessario, triplici fructu & vsu contineatur. Aut enim docendus est populus si dem, & legem Dei, exprobrata infidelium impietate, & si res postulet adductis confirmationem fidei argumentis: aut corripiendi sunt ob deprauatos mores iniqui: aut denum tribulatione aliqua deiectione & afflicti, consolatione leuandi sunt, atque ut ad vitam spiritualem & perfectiorem Christi Iesu amore accensi, excitatis virtutibus, prauis affectionibus mortificatis, contendant, & assurgant, sunt commonefaciendi. Ac sic tandem maximo cum fructu & utilitate, suo munere concionandi functi erunt; tunc sanè docebunt vtilia, quemadmodum diuinus spiritus per Esaiam prophetam, suæ voluntatis esse ostendit in hæc verba. Hæc dicit dominus, redemptor tuus sanctus Israel, ego dominus. Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, in qua ambulas.

Quid esset propheta populo & prædicatoribus.

Esai. 40. 58.

13. 21. 29. 30.

sessione. 15. c. 2. Lateraniensi. Id ipsum mirum in modum Paulus egregius diuini verbi prædicator docet, dum episcopus Timotheum, futurum concionatorem perfectissime instituit his verbis. Omnis doctrina diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Quasi omnis diuinarum literarum ad populum explicatio, necessario, triplici fructu & vsu contineatur. Aut enim docendus est populus si dem, & legem Dei, exprobrata infidelium impietate, & si res postulet adductis confirmationem fidei argumentis: aut corripiendi sunt ob deprauatos mores iniqui: aut denum tribulatione aliqua deiectione & afflicti, consolatione leuandi sunt, atque ut ad vitam spiritualem & perfectiorem Christi Iesu amore accensi, excitatis virtutibus, prauis affectionibus mortificatis, contendant, & assurgant, sunt commonefaciendi. Ac sic tandem maximo cum fructu & utilitate, suo munere concionandi functi erunt; tunc sanè docebunt vtilia, quemadmodum diuinus spiritus per Esaiam prophetam, suæ voluntatis esse ostendit in hæc verba. Hæc dicit dominus, redemptor tuus sanctus Israel, ego dominus. Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, in qua ambulas.

Esai. 48.

Abusus concionandi munere funguntur.

Sed pro dolor quot habet ecclesia Dei prædicatorum in vtilia docentes, & eos sæpenumero, quos tantum peritum hominum vulgus maxime miratur, & audita concione in cælum usque solet offerre: cum tamen post multas hebdomadas illorum prædicationibus audiendis insumptas, nihilo redeat meliores. Existimans illi doctores & magistri, totam euulgandi euangelij prouinciam, in sublimitate sermone, ad id

1. Corint. 2. nis, & in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, esse repositam, quod autem spiritus diuinus ex
 Hier. 9. 4. postulat ut a scilicet emendationem, iustitiam, charitatem postremo ducunt loco. Quis dabit capiti
 meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte adulterantes verbum
 Dei, coetum praeuicatorum, qui extendunt linguam suam quasi arcum mendacij & non ve-
 ritatis. Qui obstrepero verborum ambitu dant sine mente sonum: qui ne peccatores sceleribus in-
 quimatos, sermone ad horam contristat ad poenitentiam, illorum vitia corripiendo (quos tamen con-
 2. Corint. 7. tristasse in epistola gaudebat Paulus) illis cupiunt morem gerere taciturnitate quadam prae poste-
 Ezech. 3. ra, quae sibi ipsi in malum cedit ac perditionem, cum sanguis illorum de manu sua requiretur. Illis
 inquam applaudere eligunt, cum sint populus ad iracundiam prouocans, & filij mendaces, filij no-
 lentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus: nolite videre, & aspicientibus nolite afficere nobis ea
 quae recta sunt, loquimini nobis placencia. Illorum praecepto obedientes non vident illis quae recta
 sunt, verba futilia quae demulceant aures, effundunt, quod nimirum rerum exitus probat, nam ex ho-
 rum concionibus, nullus ad poenitentiam, ad lachrymas, ad seculi contemptum ad refarcienda proxi-
 mo illata damna commouetur. Sed quem admodum in machinis, aut tormento bellico experiri li-
 cet, si sulphureo puluere infarcias, glande siue globo non adiecto, quamuis apponas ignem, neminem
 percuties tuo iactu, nihil habebis praeter fulguris micantis quaedam speciem, tonitruum & fumum:
 sic procul dubio, isti concionatores, verbis solummodo loquacibus, acclamationibus praeter tempus
 & rem datis, plus nimio contenti, corda hominum ad poenitentiam suorum peccatorum non con-
 cutiunt. Quapropter illorum ora obstruenda essent nihil praeter inanem loquacitatem resonantia,
 sicut olim facundissimum Vlysem fecisse legimus, aduersus Thersiten linguacem, quem cohibuit
 dicens.

simile.

Homer.
Iliad. 6.

Θερσίτη ἀκριτόμυθε, λυγρὸς περὶ ἄρ' ἀγορευτῆς, ἰχθεό. Id est.
 Thersite in elegans, vocalis quamquam concinator, desine.

Nisquam his concionatoribus in anima est apud semetipsos opiniones vere euangelicas & aposto-
 licas antequam suggestum conscendant occupare, & affectus eosdem, vere intra se excitare, quos in
 eos qui audiunt, cupiunt excitatos, quemadmodum ethnicus poeta faciendum esse decernit. Si vis me
 Horat. in ar. flere, dolendum est primum ipsi tibi, tunc tua me infortunia laedent. Male si mandata loqueris,
 te poetica. aut dormitabo aut ridebo. Quod cum minimè fiat, nihil amplius qui audiunt commoditatis exci-
 simile. piunt, quam si ad lautissimas epulas & opiparam mensam conuocati, condimenta solum, ad gul-
 lam irritandam, quamplurima inuenirent apposita, cum nusquam phasides aues, perdices aut alios
 solidos cibos afferat conuiuator. Accedit quod si quando exhortatione sua populari ad poenitentiam
 & contritionem commouerint audientes, cum primum à suggesto descendunt, scurriliter & pro-
 phane conuersantur, facetijs & nugis, (quas in ore clericorum D. Bernardus vocat blasphemias)
 Ad Eug- leniter profucentes: quibus iacta ad virtutem semina conuellunt, ludicra fuisse non seria quae ab
 siderat. illis dicta fuerant, hac debachandi licentia significantes: cum interim ipsi urbanos se Dei con-
 cionatores & curiales esse quam maximè gloriantur. Contra hos ἀθυρογλωσσος, locutuleios, aut
 Hieron. in ronymus, tum alijs locis, tum praesertim in epistola ad Nepotianum de vita clericorum. Verba vol-
 epistola ad uere & celeritate dicendi, apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum homi-
 Nepoti. num est, attrita frons interpretatur saepe quod nescit, & cum alijs persuaserit, sibi quoque usurpat
 scientiam. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & in doctam concionem, lingua volubilita-
 te decipere, quae quod minus intelligit, plus miratur. Et iterum ait. Docente te in ecclesia non clamor
 Valde nota. populi, sed gemitus suscitetur, lachryma auditorum laudestua sint: sermo praesbyteri scripturarum le-
 et hinc conditus sit. Nolo te declamatorum esse & rabulam, garrulumque sine ratione, sed mysterio-
 rum peritum, & sacramentorum Dei tui eruditissimum. Haec tunc Hieronymus. Veruntamen

Alia ratio ad nostros prophetas iam redeat oratio, quae calore dicendi, imò dolore animi, quod non putarunt, per-
 nes obscuri uagata est. Nihiligitur in quo verba Dei enuntiandi munere conseruatur, nihil in quo ipsi verba Dei audire
 phetis. di de-

si desiderio capiuntur, commodius exponi potest quam sermo prophetarum ob rationes illas, quas superius
 commemorauimus. At tamen sermo propheticus (esto non essent populo graua peccata, quae obfiguratio-
 nem libri mererentur) valde obscurus est & impeditus, namque tenebrosa aqua in nubibus aeris, & quidam
 non incongruè explicat, difficilis & recrudita doctrina in prophetis. Et ut praeterea quamplures alias
 huius obscuritatis causas, veluti de vna re & persona in aliam atque aliam facilem transitum: figuratas
 locutiones, gesta etiam prophetarum externa, quibus verborum loco utebantur frequenter: illud difficile red-
 dit prophetam ad intelligendum, quod populi vitia atque prauos mores carperent propheta breui sermonis
 ambitu, utpote tanquam notissima illis ad quos loquebantur, nobis tamen non ita, ex quo fit, ut laconis-
 1. Ratio. mo illo remoremur ab intelligentia. Ad haec admiscet interdum propheta nomina barbaria illarum
 2. Ratio. Hieronymus prouinciarum, ubi res agebantur, ut docet Hieronymus in commentarijs super Abdiam, atque illa qua-
 sup Abdiam. lia qualia sint, oportet bene nosse. Deinde phrasae erant apud Hebraeos & vulgari quidam dicendi mo-
 3. Ratio. res, atque prouerbia, quae à communi usu hominum huius tempestatis longè posita sunt, ut erat illud pro-
 Ezech. 12. uerbiu in terra Israel. In longum differunt dies, & peribit omnis visio. Et illud. Patres comedere
 18. Hier. 31. runt uam acerbam, et dentes iuliorum obstupescunt. Et verba ingrati populi aduersus concionantes pro-
 Esa. 28. phetas quae refert Esaias. Manda remanda, manda remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta,
 Quid Ari- modicum ibi, modicum ibi, & id genus innumera. Siquidem ea solet recenseri obscuritatis causa in Ari-
 stotelem red stotele (ut a viris doctis obseruatum est) dum exempla refert illis qui loquebantur peruia & communi
 dat obscuru. usu posita, ceteris verò non similiter, cum ad matheseos, & aliarum artium speculationem, ex quibus
 exempla sumuntur, non consensent, quemadmodum illius aetatis viri, quoniam sacram theologia & alias
 4. Ratio. facultates, aut saltem aliud melius non haberent, studio philosophiae accensi, facere compulsi sunt. Acce-
 dit etià quod plures ex sanctis doctoribus, quorum scripta & conentaria sacram paginam nobis illustrio-
 rem reddunt: vel propter re summam difficultate, vel quod in enarrandis alijs sacrorum bibliorum volumi-
 nibus occuparentur, ad explicandos prophetas minime applicuerunt. Qui verò rem hanc constanti animo
 aggressi sunt, dum aduersus haereticos in explicatione prophetarum, longissime disputant, quamuis maxi-
 mam lucem prophetis intelligendis, eos in ferre conspiciamus: plurima tamen diducenda & explicanda,
 posteritati reliquerunt, ex quibus theologorum eruditioni, & Christianorum doctrinae maxima fient ac-
 cessiones. Dum tamen antiquis patribus omnia referamus accepta, qui fontes nobis aperuerunt allegoria-
 rum, & de rebus obscurissimis loquendi initium dederunt. Inuenire enim non nisi sapientis, explere au-
 tem cuiusque ut inquit Aristoteles. Quam obrem qui animum suum, ac suas lucubrationes, ad enarrandos
 prophetas vltro deuouerit, magno beneficio, Rempub. Christianorum prosequetur. Quo facto simul nomen
 & fama cum magna gloria mittet ad posteros, eo quod rem aggredietur, tum magnis sudoribus sibi con-
 stantem, tum per necessariam, & quae hominibus magnum emolumentum sit allatura.

Antiquis
doctoribus
gratuladū.
3. Ethic.
c. 7.

Ezechielis Verum enimvero cum prophetis omnibus innata sit obscuritas, Ezechiel propheta, omnium est obscu-
 propheta ob- rissimus, vel Hieronymo locupletissimo ac fidelissimo teste, qui id ipsum frequenter in commentarijs super
 scuritas. eundem prophetam asseuerat ac reformidat tantus vir & ecclesiae lumen. Primum in praefatione com-
 Hieronymus ment ariorum sic ait. Aggrediar Ezechiel prophetam, cuius difficultatem Hebraeorum probat tractatio,
 in praemio co- nā nisi quis apud eos aetatem sacerdotis ministerij. i. tricesimum annum impleuerit, nec principium ge-
 ment. super neseos, nec canticum canticorum, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur, ut ad perfe-
 Ezech. etiam scientiam & mysticos intellectus plenum humanae naturae tempus accedat. Id ipsum colligere li-
 Origenes. cet ex Origene in proemio homiliae quarta super cantica. Item ca. 44. super Ezechiel ipse Hieronymus
 Hieronymus impeditissimum obscurissimumque asserit prophetam, & quoniam verba sunt plena salibus & eruditione
 pulcherrime. referre placet. Dum essem Romae puer & liberalibus disciplinis erudire, solebam cum ceteris eiusdem aeta-
 tis & propositi, diebus dominicis sepulchra apostolorum & martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quae
 terrarum profunda defossa, ex utraque parte ingredientium, per parietes habeat corpora sepulcorum, &
 ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur: Descendant in infernum uiuen-
 tes: & raro desuper lumen admissum, horrorem temperet tenebrarum, & ut non tam fenestram quam
 foramen demissi luminis putei, rursumque pedetentim acceditur, & caca nocte circumdatis illud Virgilia-
 num proponitur.

Psal. 54.

Horror ubique animos simul ipsa silentia terrent.

Hoc mihi dictum sit ut lector prudens intelligat, quam habeam sententiam in explanatione tem-
pli Dei in Ezechiel, de quo scriptum est: Nubes & caligo sub pedibus eius. Et in sum. I. tenebrae latibu-
lum eius. Vnde & Moses nubem ingressus est & caliginem, ut posset domini mysteria contemplari,
Ezechiel o- qua populus longe positus & deorsum manens videre non poterat. Hac Hieronymus. Et iterum in pro-
ceano & la- cæmio libri. 14. locum prophetæ Ezechielis oceanum scripturarum appellat & mysteriorum Dei labyrinthum,
byrintho co- thum, illustri poetæ carminibus adductis. Hic labor, ille domus & inextricabilis error. Et alibi.

paratur. Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque

Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indepremsum & irremeabilis error.

Satis igitur nobis constare potest, quantis sit difficultatibus obuolutus Ezechielis propheta liber, su-
perest modo, ut cum difficultate utilitatem pensemus, quæ quidem minor nullatenus est. Etenim prophe-
tes se reuela- ta alius non reperitur, cui toties inuisibilis Deus, se inuisibilem exhibuerit, ut in salutem hominum ipsum
uit Deus. edoceret. Vnde per Ecclesiasticum, qui potius per ipsum diuinum spiritum, maxime ob hæc rem commendatur
Eccle. 49. Ezechiel, qui vidit conspectum gloriae quam ostendit illi in curru Cherubim, nam commemoratus est in
micorum in imbre, benefacere illis, qui ostenderunt vias rectas. Hæc ibi. Sapienter etiam filius hominis ap-
pellatur Ezechiel, ut figuram esse intelligamus eius, qui dicitur: filius hominis non habet ubi caput suum re-
clinat: & filij hominis Christi doctrinam enuntiare in salutem: & ad tantas visiones fuisse euocatum, ut
oportuerit eum, ne magnitudine reuelationum superbiret, recordatione humanitatis humiliari.

In super Ezechiel exemplum constituitur eximia cuiusdam fortitudinis ad exprobranda vitia, qua
Ezech. ex- propter κρηται & κρηται robur domini recte appellatur, conuocaturque & ad sciscit illum Deus quasi propn-
plu fortitudi- gnatorem & vindicem suæ gloriae, contra uniuersos terræ peccatores ut eos constiterit simul coarguat. Et tu
nis ad corri- gnatorem & vindicem suæ gloriae, contra uniuersos terræ peccatores ut eos constiterit simul coarguat. Et tu
picunda pec- fili hominis pone faciem tuam, contra filias populi tui. Fili hominis obfirma faciem tuam super Themas
cat. & Daron & Nageb. Fili hominis pone faciem tuam ad Hierusalem. Fili hominis obfirma faciem tuam
Cap. 13. 20. contra Pharaonem regem Aegypti. Super Gog & Magog. Mirabilis sane Daniel qui ad presbyterum
Cap. 21. 29. mittitur delinquentem, Esaias ad principes, verum Ezechiel non solum ad principes, sed ad uniuersam si-
38. mul mittitur corripiendam civitatem, quæ ad uniuersum orbem, erat siquidem in eo magna fides &
Ezechiel. 3. grandis audacia, durissima facies contra duritiam peccatorum, cui ideo dicitur. Ut adamantem & ut si-
Ezechiel præ- licem dedisti faciem tuam. Et præter communem illam utilitatem quam in omnibus prophetis esse paulò
cipua capita antè asseruimus, Ezechiel propheta exhibet nobis, vberem sententiarum copia, præcipua capita religio-
religionistra nis & doctrinæ Christianæ: ut sunt illa, quod sit munus episcoporum & prælatorum omnium erga sub-
Etat. ditos, subditorum erga prælatos. Qui sint præcipui actus pastorum, quibus potissimum officium suum ad-
Cap. 44. implere, debent existimari. Requirere videlicet oues, visitare, congregare, inducere in terram suam, pas-
scere in montibus Israel, in pascuis uberrimis, quæ omnia exhiberi minime possunt a pastoribus, dum lon-
ge absunt à grege. Requirere quod perierat, abiectum reducere, confractum alligare, infirmam consoli-
dare, nihil sibi antiqum esse debere, quam incolunitatem gregis sibi crediti. Non contra pascere semetipsos,
ponere nomina sua in terris suis, maioratus erigere, domos ac familiam augere & amplificare, quasi sa-
Abusus pa- cerdotum in Christi nihil aliud, quam questum ac tyrannidem esse putent, ita ut impune imò impiissime qui-
storialis officij dam ex iurisperitis dicere ausus fuerit, tum demum episcopum optimè suo munere functum, si nouerit li-
ex Ezechiele tes discindere atque dissoluere, & ut suo utar verbo (si superie substantiarum in processo) qua profecto blasphe-
mia maior excogitari non potuit. Sed isthæc missa faciamus.

Itè illud, vndeque terrarum Deum habere iustos aliquos, quorum precatu & honore, cunctos alios cle-
menter sustineat, & quorum intercessione ad misericordiam peccatorum flekti velit, ut patet cap. 14. Re-
linquetur in ca. saluatio. Præterea etiā in adificatione templi diuina quadam significatione, profectio vitæ
Cap. 14. spiritualis explicatur, illiusque incrementa, & quam plura alia id genus sunt, quæ longum esset recensere.

Cap. 40. Horum omnium fructum exhibent nobis prophetarum enarratores, aperientes quæ difficilia (ut diximus)
Authoris co- ad intelligendum erant. Inter quos nostra hac tempestate principem locum tenet, Reuerendus pater frater
mendatio. Hector Pinus, patria Lusitanus, qui cum olim exhibuisset nobis prophetam euangelicum Esaiam,
lucidissime iam euangelicè & apostolicè extra Synagogam concionantem: nunc demum prophetam Eze-
chielem in densissimæ tenebris obscuritatis delitescens (quod ostendimus) eloquentissimum facit con-
cionatorem ac profert in lucem. Et quem scripturarum oceanum & mysteriorum Dei labyrinthum ap-
pellat D. Hieronymus, ingreditur feliciter Hieronymiani instituti professor Hector Pinus, imò The-
Aeneid. 6. seus, (Absit inuidia dicto) qui Dei misericordia & auxilio fretus, ipse dolos tecti, ambagesque resolu-
uit, cæca regens filo eruditionis vestigia: quem sequentes ad portum explanationum prophetæ Ezechie-
lis peruenire poterimus. Cum verò in enarratione Esaiæ omnes partes optimi interpretis & enarrato-
ristanta cum laude & doctorum omnium consensu impleuerit, profectio in hoc opere commentario-
rum in Ezechielem, non solum meritam laudem & honorem suscitauit, ac expectationi satisfecit, ve-
rurum etiam superauit, ut seipsum viciisse, uti Origenem quondam dicere posse videamur. Sermo est ter-
loquætia & sus & planus, frequens diuina pagina testimonijs, eloquentia perspicuus & illustris, eruditione
eruditio.. admirabilis, qualis apud sanctissimos patres, religionis Christianæ heroes, Hieronymus, Cypria-
num, Chrysostomum, Lactantium, qui eloquentia, ut sanctitate floruerunt, ubique conspicitur. Gra-
tissimum profectio est videre sacras literas, tan pure tam eleganter tractatas, ne immurmurare per-
In doctorum existimatio de theologia. sistant barbarissimi & infantiissimi homines, qui quoniam ipsi nihil præter balbutire norunt, theologiam
nisi in cæno & barbarismo posse considerare aiunt. Quasi hi quos recensimus sancti patres, theologum non
fuerunt, quod fuerunt eloquentia clari. Sed isti persimiles sunt ijs, qui summam rerum ignorantiam
In epistola ad Nepotiana & epistola ad Marcel- lam. sanctitatem esse dicunt: quos acriter reprehendit, ac contumelia dignos indicat Hieronymus. Nec sum-
adeo (inquit) hebetis cordis & tam crassa rusticitatis (quam illi solam pro sanctitate habent) piscato-
rum se discipulos asserentes, quasi idcirco sancti sint, si nihil scierint. &c. Habetis ergo Lectores in-
tegerimi commentaria in Ezechielem ab eodem authore a quo in Esaiam commentaria, olim tam
hilariter vulgare excepistis, sed hoc loco auctor assurgit in cothurnos, & elegantissime omnia persequitur, fu-
susque omnia tractat: quod sanè in Esaiæ lucubrationibus desiderabatur, nam cum gratissime essent,
longiores vellent theologum. Rursus grauiorum authorum agmina utriusque literaturæ & diuinæ &
humanae, suo tempore & loco, non ad venditionem & ostentationem (quod fieri solet) sed magna
cum necessitate & fructu afferuntur, Rabbinos, & Hebræos illorumque linguam & phrasas, in ca-
tholica fidei subsidium testimoniumque peritissime facit ancillari. Quamplures etiam loci sacrarum li-
terarum per difficiles, nec non philosophorum, ad reconditiorem sapientiam & doctrinam expectan-
tes, magna dexterate explicantur, ita ut μεμαρτοιοιοι, id est quæruuli & quibus nunquam sit satis, nihil
habeam quod suuillare possint. Neque tamen in mentem meam unquam illa incidit existimatio, dictu-
ros esse aliquos me de Hectore hæc magnifice predicare, eo quod ad eandem familiam & religionem
Dni Hieronymi (etsi in liæ regno) pertineat: iniqua est hæc & indigna sapientibus cogitatio. Por-
rò horum omnium (præterea quod in his operibus latissime patent, ita ut mendacij posse facile insi-
mulari & reprehendi, si affectu non veritate assererem) assatim experimentum sumpsit per plures
menses, quibus apud nos diuersatus est optimus pater in nostro monasterio, dum eundem hæc commenta-
ria facultatem & priuilegium sibi fieri exposculabat. Vbi simul integritatis suæ, religionis, pietatis,
ac eximia prudentiæ, prout sacerdotem monachum, theologumque decent, exemplo ac conuersatione plu-
rimum recreati sumus.

Ecce igitur vobis (candidi Lectores) prophetas reconditissimos, & magna caligine cacos, præcipue Eze-
chielem, familiari quadam & gratissima dicendi forma loquentes, quos, ut deinceps ab
eodem authore plura ac fortè maiora possitis expectare, hilaribus ani-
mis excipite, fruimini, ac valeat. Ex nostro cenobio
Dni Hieronymi apud Madritum, quar-
to idus Nouembris, anno

Cap. 14.
Cap. 40.

Authoris co- mendatio.

MAGISTER MICHAEL VENE-
gas Abulensis ad Christianum
lectorem.



SSYRIO veluti conclusus carcere vates,
Et Solymo veluti puluere mersus erat.
Nec manus implicitas dissolueret vlla catenas,
Dispulerat tetrum, nec manus vlla chaos.

Denique nullus adhuc penitus tot viderat annis

Diuinis abstrusas Ezechielis opes.

Lyfiadum donec veniens nouus Hector ab ora,

Hectoreo dignum pectore mouit opus.

Nunc nitidum caput, atque pedes, linguamque disertam,

Nunc nihil Ezechiel rusticitatis habet.

Luce noua, dulci nunc libertate potitur,

Nunc sacro edidicit cultius ore loqui.

✻ Alterum.

Ecce tibi Ezechiel alius nunc prodit & idem,

Hectoreoque sacras lumine prodit opes.

Diuino antiquam pellit qui lumine noctem,

Tam bene qui pingit, Pintus hic Hector erit.

Lyfiades Hector decus ô Hieronyme vestrum,

Doctrina similis, pectore, & ore tibi.



PROPHETIA EZE- CHIELIS.

ARGUMENTUM PRIMI
CAPITIS.



EXPLI-
cat diuinus va-
tes, quo tempore
atq; loco ea vi-
derit, quæ huic
capiti manda-
uit: nomē suū,
genus, & mu-
nus ostendit. Describit multis verbis ex-
plicatu difficilimis admirabile visionem
sibi ostensam quatuor animalium, rota-
rum viuentium, throni dei, & eius ima-
ginis super throno, vt insinuet mittentis
se authoritatē, suamq; confirmet vaticina-
tionē. Aperit diuinis quibusdam senten-
tiarum luminibus veranq; in Christo
Deo nostro naturam diuinam & huma-
nam, eius regnum, sacerdotium, mortem
acerbissimam, reditum ad vitam, & ascē-
sum in cælum: qui cum esset totius vni-
uersi moderator & rector, formam serui
suscepit, nostrā induens mortalitatem,
vt immortalitatis suæ nos participes effi-
ceret, quò eo in cælesti beatitudine auo
sempiterno frueremur. Prædicat iustorū
charitatem, perpetuamq; in recta viuen-
di ratione constantiam. Sedita tempe-
rat hæc omnia, ne tunc rudis populus
deum esse corporeū existimaret: eamq;
ob causam ea verborum regumētis co-
operit, quæ erant postea ostendenda, &
in euangelio aperte reuelanda.

EXPLI-
cat diuinus va-
tes, quo tempore
atq; loco ea vi-
derit, quæ huic
capiti manda-
uit: nomē suū,
genus, & mu-
nus ostendit. Describit multis verbis ex-
plicatu difficilimis admirabile visionem
sibi ostensam quatuor animalium, rota-
rum viuentium, throni dei, & eius ima-
ginis super throno, vt insinuet mittentis
se authoritatē, suamq; confirmet vaticina-
tionē. Aperit diuinis quibusdam senten-
tiarum luminibus veranq; in Christo
Deo nostro naturam diuinam & huma-
nam, eius regnum, sacerdotium, mortem
acerbissimam, reditum ad vitam, & ascē-
sum in cælum: qui cum esset totius vni-
uersi moderator & rector, formam serui
suscepit, nostrā induens mortalitatem,
vt immortalitatis suæ nos participes effi-
ceret, quò eo in cælesti beatitudine auo
sempiterno frueremur. Prædicat iustorū
charitatem, perpetuamq; in recta viuen-
di ratione constantiam. Sedita tempe-
rat hæc omnia, ne tunc rudis populus
deum esse corporeū existimaret: eamq;
ob causam ea verborum regumētis co-
operit, quæ erant postea ostendenda, &
in euangelio aperte reuelanda.

Caput primum.




ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in
quinta mēsis: cum es-
sem in medio captiuo-
rum iuxta fluuium Chobar, aperti
sunt cœli, & vidi visiones Dei: in
quinta mensis, ipse est annus quin-
tus trāsmigrationis regis Ioachin.
Factum est verbū domini ad Eze-
chielem filium Buzi sacerdotem
in terra Chaldæorum secus flumē
Chobar: & facta est super eum ibi
manus domini.

EXPLANATIO.

ET factum est in tricesimo anno. Obtinē-
te Iudææ regnū iusto illo Iosia, qui
singulari sapientia, sanctisq; institutioni-
bus patriam illustrauit, & ad summam
amplitudinem perduxit, inuentus est in
templo domini liber legis ab Helchia
pōtifice maximo, vt Regum libro quat
to diuinæ literę memoriæ prodiderūt: 4. Reg. 22.
Nam impius Manasses, qui antea regno
præfuerat, vero dei cultu neglecto, gen-
tium idola, earumq; vanitates & super-
stitiones coluit: & cū esset cœlesti oble-
tatione destitutus, & scelerū atq; male-
ficio pasceretur, viros iustos sapientia
& pietate præstantes eius impietati ac-
quiescere, atq; subscribere nolentes in-
terfecit, & diuinam legem delere, peni-
tusq; extinguere curauit. Quod inuē-

A vt aiunt,



ut aiunt, vir quidam virtutum præsidio
 septus, antore pietatis & religionis incē
 sus, librum diuinæ legis inuito impio re-
 ge in quodam templi loco tuto & apto
 abscondit: qui postea fuit tempore Iosie
 inuētus, qui dei cultum, quem eius maio-
 res per summum scelus violauerant, in-
 staurauit, populumque suum in vera re-
 ligione mirabiliter instruxit. Post legē
 inuentam vixit Iosias tredecim annos,
 cui successit Ioachaz filius eius, & tres
 menses duntaxat præfuit regno, post
 quē regnauit Ioachim vndecim annos,
 cui successit Ioachin, cognomine Iecho-
 nias, qui cum tribus mensibus principa-
 tum tenuisset, fuit de dignitatis gradu
 deiectus, & captiuus ductus in Chaldeā
 cum nostro Ezechiele, alijsque multis,
 qui obsidioni resistere nõ valentes, se Ba-
 bylonijs facile tradiderunt. Pro Iechonia
 fuit Sedechias in regia dignitate cõstitu-
 tus, & vndecimo anno sui imperij fuit
 captus à Babylonijs, & oculis priuatus,
 vt talis esset eius facies, quāle fuerat eius
 sceptrum: & tota Hierosolyma fuit fun-
 ditus euerfa. Et hæc appellatur vltima
 captiuitas, cum quæ fuit sub Iechonia po-
 tius transmigratio appelletur. Omnes
 hi reges dempto Iosia fuerunt impij, sce-
 lerumque maculis notati: quocirca suam
 dignitatē labefactarunt, patriamque suam
 penitus deleuerunt. Cum autem Eze-
 chiel esset iuxta fluuiū quendam Baby-
 lonis, nomine Chobar, inter captiuos
 Hebræos, anno quinto suæ captiuitatis,
 quam ipse regis Ioachin transmigratio-
 nem vocat, vidit ea, quæ huic primo ca-
 pitū mandauit, vt diuinarū vaticinatio-
 num veritas innotesceret, essetque per-
 petuis monumentis consignata. Eam ob
 causam asserit fuisse hoc anno tricesi-
 mo, nepe à libro legis reperto. Si enim
 ab eo tempore ad annum vsque quintū
 transmigratio- nis Iechoniæ annos nu-
 meraueris, inuenies triginta: tot enim
 inter legis inuentionem & hanc diuini
 nostri vatis visionem, absque dubio in-

terfluxerunt. Lege quartum Regum, & 4. Reg.
 secundum Paralipomenō, si hæc volue-
 ris copiosius perspicere. Et ne me existi-
 mes hoc somniare, vide Chaldeam pa-
 raphrasin, cuius ad literā hæc sunt ver-
 ba: Factum est tricesimo anno ab eo tē-
 pore, quo liber legis repertus est ab Hel-
 chia summo pontifice, anno decimo
 octauo Iosia. Illud est hoc loco aduertē-
 dum non numerasse Ezechielem tem-
 pus nisi ab inuenta lege, vt ostenderet,
 non debere propriè tempus appellari
 ætatē illam, in qua diuina lex erat ob ho-
 minum scelera penè extincta, & de me-
 dio sublata. Eam ob causam libro primo
 Regū scriptum legimus Saülē duos an-
 nos regnasse, cum asserat in Actis diuus
 Paulus eum ad quadragesimū sui regni
 annū vitā perduxisse. Nam cum solūm
 duobus primis annis iustitiā & religio-
 nem coluerit, tempore illo tantūmodo
 dicitur regnasse, quo diuinam legem ser-
 uauit, non autem illo, quo ea cõtemp-
 ratio nihil valebat, iustitia iacebat, mos
 patrius occiderat. Imò nec tunc vivebat,
 sed mortuus meritò poterat appellari,
 peccatū enim, cum consummatū fuerit,
 vt verbis vtar diui Iacobi apostoli, gene-
 rat mortē. Id intuens animo diuus Pau-
 lus in epistola ad Romanos aiebat: Si se-
 cundū carnem vixeritis, moriemini: &
 diuus Ioannes in Apocalypsi: Nomē ha-
 bes, quòd viuas, & mortuus es. Discipu-
 lis suis dixit Christus deus noster: Vos
 testimonium perhibebitis de me, quia
 ab initio mecū estis. Ac si diceret: Eam
 ob causam integrum erit & incorruptū
 testimonium vestrum, quo & facta &
 miracula mea testificabimini, quia ea
 oculis aspexistis, & tanquam vobis per-
 spectā & exploratā narrabitis, cū à prin-
 cipio vitæ vestræ mecum familiariter
 sitis. Sed dices: Quid? Nonne Mathæus
 publicanus ætatē longius prouexerat,
 cū relicto telonio secutus est Christū?
 Nonne erat iam vita progressus? Non
 quidem: tunc enim cœpit viuere, cum
 se cœpit

se cœpit à flagitiorum contagio separa-
 re. Impiorum, quæ dicitur vita, mors est:
 illi vixisse verè dicuntur, qui à scelerū
 vinculis euolauerunt, seque ad Christū
 conuerterunt, cuius amore mirabiliter
 flagrarunt. Id de latrone sancto dicen-
 dum puto. Et si enim sunt, qui asserant
 eum vltima vitæ hora fuisse salutem ani-
 mæ consecutum, ego tamem arbitror,
 eum prima vitæ suæ hora animam suā
 expiassē, cum se ad fontem misericordiæ
 conuertit, cum insignes maleficiorum
 maculas animo conceptas acerbissimo
 contritionis fletu deleuit, & totā spem
 suam, totam cogitationem, totam deni-
 que mentem in Christo vulneribus tra-
 iecto fixit, atque locauit. Horam illam
 vitæ, quam alij vltimam appellant, exi-
 stimo ego esse primam appellandam.
 Non enim antea vixerat, qui cupidita-
 tis stimulis cõcitatus, alios illibatis diui-
 tijs spoliabat. Imò nec talis ætas tempus
 dici merebatur: nam cum tempus sit nu-
 merus, siue mēsurā motus cœli per prius
 & posterius, vt asserit Aristoteles libro
 quarto Physicorum, & alij philosophi
 multis in locis testatur, qui fieri potest,
 vt cœli motionem attentè numerent,
 qui suarum motionum nec numerum
 habent, nec mensuram, nec ordinem: cū
 neque vitam dirigant ad rationis men-
 suram, neque officiorum momenta per-
 pendant? Præterea quomodo cœlum re-
 ctè mensurabunt, qui eo contempto so-
 lum terram intuentur, & vt verbis vtar
 regij ac diuini vatis, oculos suos statue-
 runt declinare in terram? Hac ratione
 ductus Ezechiel tempus ab inuenta le-
 ge numerat, dicens: Et factum est in tri-
 cesimo anno. Sed cur incipit à particu-
 la, & copulatiua, quæ nisi aliquid præce-
 dat, locū non habet? Existimo, ideo hoc
 fecisse, quia voluit significare, quæ lite-
 ris mādabat, prius mentis oculis vidisse:
 est enim propheta intellectus acie per-
 spectā, & diuinitus inspiratā: quā ob cau-
 sam eam diuini vates visionē appellant,

ipsique videntes appellantur, vt in no-
 stris in Esaiam commentarijs, in primi
 capituli explanatione ostendimus. In pri-
 mæ epistola ad Corinthios ait in hunc
 modum diuus Paulus: Alijs per spiritum
 datur propheta. Et de ea interpretan-
 tur nonnulli id, quod antea dixerat Iob:
 Inspiratio omnipotentis dat intelligen-
 tiam. Et alibi: Et vidit oculus meus, &
 audiuit auris mea, & intellexi singula.
 Ideo quod prædixit, ait intellexisse, vt
 verè vaticinium esse ostendat: non est
 enim propheta id, quod minimè intel-
 ligitur. Nec enim Pharaonis per som-
 nium visio ventura prænuntians debet
 propriè propheta appellari, quoniam
 id quod viderat, intellectu non percipie-
 bat: nec Caiphaz, quauis prophetauit,
 cum esset pontifex anni illius, vt ait di-
 uus Ioānes, propriè propheta fuit, quō-
 niam verborum, quæ protulit verus in-
 tellectus ipsum fugiebat. Et quoniam di-
 uinus noster vates ea, quæ literis manda-
 uit, viderat in spiritu, & comprehende-
 rat intellectu, incipit à particula copu-
 lante, continuans ea, quæ scribit, ad inti-
 mā reuelationē, & ea, quæ foris protulit,
 ijs, quæ intus aspexerat connectens. Aut
 certè prolepsis est figura in sacris literis
 non infrequens: cum ea, quæ sequi de-
 bent, anteponuntur, vt primo capite Io-
 næ: Et factum est verbum domini ad Io-
 nam. & psalmo octogesimo sexto: Fun-
 damenta eius in montibus sanctis, dili-
 git dominus portas Sion super omnia ta-
 bernacula Iacob.
 In quarto, in quinta mensis. Hebraismus
 est, ac si dicat: quinta die mensis Iulij, qui
 est quartus in ordine mēsiū. Ita Ionathas
 Chaldeus hūc locum explanat. Sūt qui
 per hunc quartum mensem intelligant
 Ianuarium, asserentes Orientis natio-
 nem solitam fuisse incipere annum ab
 Octobri post torcularia, & frugum col-
 lectionem. Et quauis opinio hæc sit ma-
 gnorum virorum autoritate munita,
 ego tamē existimo priorem esse tenen-
 dam

4. Reg. 23.

4. Reg. 24.

4. Reg. 24.

55. 27.

10. 27.

Luc. 23.

1. Reg. 13.

Act. 13.

Iac. 1.

Rom. 8.

Apoc. 3.

Ioan. 15.

Mat. 9.

Mar. 2.

Luc. 5.

1. Corin. 12.

Iob. 23.

Iob. 13.

Genes. 41.

Ioan. 11.

Ion. 1.

psal. 86.

Exod. 12.

dam, non solum ob Ionathæ interpreta-
 tionem, sed ob diuinarum literarum au-
 thoritatem. Nam Exodi capite duode-
 cimo loquens Moyſes de mēſe Martio,
 quo Hebræi egreſſi ſunt ex AEgypto, in-
 ducit deum in hunc modum loquentē:
 Mensis hic vobis principium mēſium
 primus erit in menſibus anni. Sed tunc
 oritur quæſtio: quī fieri poteſt, vt Iu-
 lius appelletur mēſis quartus à Martio,
 ſi eſt quintus in ordine? Huic dubitati-
 oni facilè reſpondebis, ſi menſium ratio-
 nem iuxta Hebræorum conſuetudinem
 perpendeſis. Illi nanque menſes per lu-
 nas numerant: ex quo effectum eſt, vt
 apud eos mensis appelletur chodex, quæ
 dictio innouationē ſignificat, quod eo
 luna innouetur, quo etiam nomine pri-
 ma dies lunę appellatur. Annus apud He-
 bræos ſemper incipit à nouilunio pro-
 pinquiore equinoctio vernali. Quando
 autem nouilunium præcedit æquino-
 ctium, reſpondet primus mensis nostro
 Martio, quando autem ſequitur, reſpon-
 det Aprilis. Sed plerunque primus men-
 ſis capit partem Martij, partē verò Apri-
 lis: quocirca mensis quartus, aliquando
 reſpōdet nostro Iunio, aliquando Iulio,
 aliquādo vtrique. Eſt igitur perſpicuum
 eos in errore verſari, qui aſſerunt Octo-
 brem, aut, vt alij dicunt, Septebrem eſſe
 anni principium, niſi dicant hoc fuiſſe
 ante Hebræorū egreſſum ex AEgypto.
 In qua ſententia fuerunt Rabbi Dauid,
 & Eliezer, exiſtimantes fuiſſe mundum
 in vno ex duobus ijs menſibus creatum.
 At antiqui Romani annum à Martio in-
 cipiebant: authores ſunt Marcus Varro,
 & Macrobius, & alij. Et Strabus aſſerit
 fuiſſe mūdum à deo menſe Martio con-
 ſtitutum, & ſolem in ſuo principio pri-
 mum arietis gradum tenuiſſe: qua in ſen-
 tentia fuerūt diuus Hieronymus, trium
 linguarum clariffimus interpres, vitæq;
 ſanctimonia probatiſſimus, immortalis
 Ambroſius, magnus Baſilius, glorioſus
 & inuictus Athanaſius, qui fontes veræ

philosophiæ aperuerunt, totumq; terra-
 rum orbem ſplendore ſapientiæ illuſtra-
 runt: illud enim in illis lumen mirabili-
 ter eluxit, quod nulla poſteritas extin-
 guet, quod nulla vnquā obſcurabit obli-
 uio. Quare eorum ſententiam arbitror
 eſſe tenendam & amplexandam, & ex
 conſequenti dicendum, hunc quartum
 menſem, de quo hīc loquitur diuinus va-
 res, eſſe eum, qui ab Hebræis appellatur
 Thammuz, nostro Iunio, aut Iulio, aut
 vtriq; ſimul plerūq; reſpōdēs. Et quoniā
 menſe Martio fuit mundus à deo con-
 ſtitutus, pulchrum erat, vt eodem men-
 ſe eſſet ab eodem reparatus. Ideo menſe
 Martio in ſacrato virginis ytero natu-
 ram humanā aſſumpſit, ſibiq; copulauit:
 & eodem mēſe acerbiffimam mortem
 tulit, ſe pro nobis in crucis ara hoſtiam
 deuouens atque conſtituens, vt homini-
 bus errantibus ac vagis viam conſe-
 quēdæ immortalitatis aperiret, eorūq;
 ſcelera ſuo ſanguine expiaret. Diuus
 Athanaſius libro de varijs quæſtionibus
 ſacræ ſcripturę ad Antiochū aſſerit fuiſ-
 ſe Adamum creatū die viceſimoquin-
 to Martij, quo ſacraſſimæ virginis Ma-
 riæ annuntiationem celebramus. No-
 mina menſium apud Iudæos iuxta Eu-
 cherij ſententiam libro ſecundo inſtru-
 ctionum ad Salonium capite ſeptimo
 hæc ſunt: Niſan, Iar, ſiue Iar, Siuā, Tham-
 muz, Alo, Tiſri, Mareſon, Elul, Caſ-
 leu, Tebeth, Sabbath, Adar. Niſan reſpon-
 det Martio, deinde alij recto ordine no-
 ſtris etiam menſibus reſpondent.

Cum eſſem in medio captiuorum. Non ait:
 Cum eſſem captiuus, ſed, in medio capti-
 uorum, vt inſinuet ſe eſſe conſcientiæ
 iudicio liberū, quanuis eſſet Nabucho-
 donoforis iudicio captiuus. At diuino
 conſilio effectum fuit, vt in Chaldeam
 adduceretur, quò ſuis concionibus, cōſi-
 lijs & vaticinijs Hebræos conſolaretur,
 & inſtrueret, & ad diuinam miſericor-
 diam implorandam excitaret. Duplex
 eſt captiuitas, altera animæ, altera cor-
 poris

Prouer. 5.

Sap. 17.

Infra. 33.

Genes. 47.

Ioan. 8.

2. Tim. 2.

poris: ſed ea proprius captiuitas appella-
 tur, quæ animam ligat, quando homo
 in ſclerum vinculis retinetur. De
 ea ait in Prouerbijs Salomon: Iniquita-
 tes ſuæ capiunt impium, & funibus pec-
 catorum ſuorum conſtringitur. Et in li-
 bro Sapientiæ, quem Irenæus, AEgeſip-
 pus, Lactantius, & omnis denique anti-
 quorū chorus Salomoni tribuerūt, ſunt
 hæc verba literis mandata: Iniqui vincu-
 liſtenebrarū, & longæ noctis compe-
 diti, incluſi ſub teſtis, fugitiui perpetuæ
 prouidentię iacuerunt. Vbi vides homi-
 nem maleficijs coinquinatū, eſſe in vin-
 cula coniectum. Impius, & ſi regnet, ſer-
 uus tamen eſt, non vnus hominis, ſed
 quod peius eſt, tot dominorū, quot ſunt
 vitia, quibus obtemperat. Quid prodeſt
 homines ſibi ſubiicere, ſi ſeipſum ſcleri-
 bus ſubiicit: Hęc intuēs Ezechiel, de im-
 pio loquens, Ille quidē, inquit, in iniqui-
 tate ſua captus eſt. Id voluit ſignificare
 diuina ſcriptura dicēs in libro Genes:
 AEgyptios omnes captiuos fuiſſe, & in
 Pharaonis ſeruitutem redactos. Vnde
 Chriſtus deus noſter apud Ioannē: Qui
 facit, inquit, peccatum, ſeruus eſt pecca-
 ti: & diuus Paulus in epiſtola ſecūda ad
 Timotheum: Vt reſipiſcant à diaboli la-
 queis, à quo captiui tenētur ad ipſius vo-
 luntatem. Erāt Hebræi in Chaldea vtra-
 que captiuitate detenti. Si enim à capti-
 uitate animæ eſſent liberi, non eſſent il-
 luc adducti, & vinculis mandati. Si ani-
 mę hoſtes, hoc eſt mundum, carnem, &
 dæmonem viciffent, de hoſtibus corpo-
 ris victoriam reportarēt. Sed quoniam
 ſe animæ hoſtibus ſponte tradebant, &
 deo relicto à vitijs ſuperari facilè patie-
 bantur, fuerūt ignominioſe victi, & ca-
 pri, & ideo merito vocati infelices, quo-
 niam ſe ſclerum miniſtros præbentes,
 dei, hominumq; iura violarūt, & patriā
 ſuam funditus euerterunt. Contra verò
 Abrahamus, quoniam cum in calamita-
 tes incidere, ad deum tanquam ad arcē
 tutiſſimam confugiebat, à quo certiffi-

mā opē expectandam putabar, vernaculis
 ſuis potētes quatuor reges ſimul vi-
 cit, eorumq; exercitum percuffit, & fu-
 gauit. Terceti milites Gedeonis Madia-
 nitarū, Amalechitarū, & Orientalium
 gentes immanitate barbaras, multitudi-
 ne innumerabiles, armis munitas, omni-
 copiarum genere affluentes ſuperarūt,
 quoniā afflictionū aquis probati genuat
 non curauerūt, ſed erecto atq; conſtan-
 ti animo rerū humanarū tolerantia mul-
 nito in virtute permanferunt, hydras
 ſuorū corporū poenitentia frangentes,
 ignē diuini amoris in cordium lapidi-
 bus oſtēdentes, & tubas ardentium præ-
 cationum ad cœlum eleuantes. Quid di-
 cā de Dauide illuſtriſſimo rege, qui ab
 impio Saule afflictus, multis inuidiæ re-
 lis expoſitus, infinitis calamitatibus op-
 preſſus, capite & opibus vndique oppre-
 gnatus, nulli erūnarū oneri ſuccūbebat
 ſed diuino præſidio munitus canebat
 Dominus protector vitæ meę, à quo tre-
 pidabo? Si cōſiſtāt aduerſum me caſtra,
 nō timebit cor meū: ſi exurgat aduerſus
 me præliū, in hoc ego ſperabo. Vide quē
 admodū nullos inimicorū impetus ex-
 timeſcebat, ſed omnē fiducia ſuā in deo
 cōſtituebat, mundi q; præſidia & adiu-
 menta abſque deo inania exiſtere, &
 pro nihilo ducēda putabat. Cum diabo-
 li tentationibus oppugnaretur, aiebat:
 Pericula inferni inuenerūt me. ſeu, vt
 poteſt veri ex hebræo: Munitiones in-
 ferni apprehēderūt me. Tērationēs vo-
 cat arma, & machinas pilas ſulphuris ia-
 culantes, cæterasque belli munitiones.
 Sed propriā imbecillitatē perſpiciens,
 canebat: Nomē domini inuocaui: O do-
 mine libera animā meā, miſericors do-
 minus & iuſtus. Et alio in pſalmo: In tē-
 eripiar à tēratione, & in deo meo tranſi-
 grediar murum. Acſi diceret: Auxiliū
 tuo domine liberabor ab hoſtibus, delēs
 eorum copias: eorumq; vrbes munitiffi-
 mas expugnabo. Qui de animæ inimi-
 cis triumphat, de corporis inimicis etiā

Genes. 14.

Jud. 7.

1. Reg. 17.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Pſal. 26.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Pſal. 114.

Pſal. 17.

Jerem. 1. triumphavit. Jeremiae dixit deus: Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te. Et paulo post: Bellabunt aduersum te, & non preualebunt, quia ego tecum sum, ait dominus, ut liberem te. Attende quid dicat: Non potest vinci ab homine, qui vitia sua vicerit. Non enim quis vincitur, nisi cum ei ab aduersario id, quod summè amat, eripitur: quod ergo id solùm summe amat, quod amari eripi non potest, ille absque dubio inuictus est, & spiritua-liter liber; & ideo verè liber. Credo tamen multos viros iustos & pietate præstares spiritualiter liberos, esse corporaliter captiuos, & in hominũ impiorũ carcerè coniectos. Ioseph omni sapiètia & charitate præstati fuit in Aegypti vinculis relictus, vt in libro Genesis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. De quo dicitur in libro Sapientiæ: Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illũ. Jeremias fuit vinculis traditus in Iudæa: Ezechiel ductus est captiuus in Chaldeam: Ioannes Baptista, quo inter natos mulierũ nullus dicitur surrexisse iustior, nullus charitate feruètiore, nullus sanctitate præstatiore, fuit ab impio Herode in vincula coniectus. Et infiniti alij, de quibus ait apostolus in epistola ad Hebræos: Alij verò ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres, lapidati sunt, sciti sunt, tæti sunt, in occisione gladij mortui sunt: circueierunt in melotis, in pellibus caprinis, egètes, angustiatii, afflicti, quibus dignus non erat mūdus. Permittit aliquando deus, vt sui incidantur erumnas, & doloribus premantur, vt eorũ patiètia & cōstãtia sit alijs perspecta & explorata, & alijs de causis, quas non opus esse existimo connumerare. Vt enim solers artifex margaritarius facillè patitur Indicũ adamantem percuti, & grauibus ictibus cõtudi, quoniã scit maleũ potius & incidẽ esse vulnus accepturũ, quã adamas cõteratur, sic sapièntissimus ille artifex deus viros virtutũ splendore fulgètes, charitatis præsidio munitos, & firmitu

dine atque cōstãtia septos in variis calamitates patitur incidere, quoniam videt eos, quãuis grauibus dolorũ molestiarũ quẽ ictibus feriatur, esse tamẽ in charitate permãsuros. Vbi Amos propheta habet iuxta vulgatã editionẽ: Ecce dñs stans super murũ litũ, & in manu eius trulla cõtarij, habet septuaginta: Ecce dñs stans super murũ adamantinũ, & in manu eius adamantẽ in manu dei virũ iustũ, præsertim apostolos interpretatur: nã, vt in libro Sapiètiæ scriptũ legimus: Iustorũ animæ in manu dei sunt. Et Christus deus noster apud Ioannẽ de suis loquẽs, ait: Non rapiet eos quisque de manu mea. Esse autẽ viros iustos similes adamantini ostendit deus dicẽs Ezechieli: Vt adamantẽ, & vt silicem dedi faciẽ tuã, ne timeas eos. vel, vt potest veri ex hebræo: Vt adamantẽ duriorẽ silice reddidi frontẽ tuã, quã ob rẽ ne metuas eos. Intueris igitur viros charitate insignes firmos adamantes esse, & in Christi manu cõtineri: & ideo deũ permittente eos varijs calamitatibus agitari, vt eorum amplitudinẽ illustret, cum nihil magis cõducat ad eximiẽ virtutis gloriã magnificentius illustrandã, quã calamitas ipsa. Vt ille, qui filiũ habet integra valetudine pollentẽ, & feruum ægritudine laborantẽ, durius & feruètius tractat filiũ quã feruũ, non quod magis diligat feruũ, sed quod velit eũ incolumitati restituere, quẽ scit graui morbo laborare, filiũ autẽ quẽ amore incredibili prosequitur, reprehedit, vexat, & exulcerat: sic deus interdũ filios, quos diligit, affligit, permittẽs eos in gemitu & labore versari, in sceleratos autẽ indulget, vt prospera media, mundi opes, & externas comoditates cõsequantur, quod ab animi ægritudine liberentur. Hoc intelligẽs Jeremias, has voces emisit: Castigasti me dñe, & eruditus sum. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Quẽ diligit dñs, castigat, flagellat autẽ omnẽ filiũ, quẽ recipit. Eã ob causam ad Romanos scribens:

Amos. 7.

Sap. 3.

Ioan. 10.

Ezech. 3.

similitudo.

Jerem. 31.

Hebr. 12.

Rom. 5.

Gal. 6. bens: Gloriamur, inquit, in tribulationibus. & ad Galatas: Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdus. Vbi per crucẽ Christi afflictiones intelligit, in quibus ipse apostolus propter Christũ versabatur: nã omnes, vt ipse in epistola secũda ad Timotheũ ait, qui pie volũt viuere in Christo, persecutionẽ patiẽtur. Vbi vides persecutionẽ non esse in felicitatẽ, imò Christus eos beatos vocat, qui persecutionẽ patiuntur propter virtutẽ. Quare non est mirũ Ezechielẽ nostrũ, prophetã illustrẽ, & amplissimis virtutũ ornamentis decoratũ fuisse ab hostibus captũ, & in Chaldeã abductum. Ceterũ illud est cetissimum, Hebræorũ populũ fuisse ob eorũ scelera illuc asportatum, quoniã Hierosolymã habitas, verũ deum reliquerat, & fraudes teterrimas cõceperat. Tu autẽ, qui Christiano nomine gloriaris, etiã si Hierosolymã in animi quiete, in visione pacis cõmoreris, caue ne te flagitijs cõtamines, deumque contenas, nã duceris captiuus in Babyloniã, quã est mundi cõfusio: & Nabuchodonosori, hoc est diabolo traditus te ipsum perdes: erit dignitas tua ablata, splendor extinctus, & in dedecore & ignominia versaberis. At si poenitẽtia ductus, ad dominũ fueris conuersus, a regione Babyloniæ Hierosolymã reuertẽris, non dominabitur tibi Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedech, veniet Esdras, & reducet te in patriã tuã, in gloriã cœlestem, in terrã promissam, ad quã ardẽter aspirabat diuinus ille atque regius vates, ita canes: Credo videre bona dñi in terra viuentium. Illud est præterea hoc loco aduertendũ, non dixisse Ezechielẽ se esse cũ captiuus: sed in medio captiuorũ: omnis enim præsul, & quicũque est in dignitate cõstitutus, in medio suorũ esse debet, omnibus consulens, æqualitatẽ seruans, populũ ad summã pacẽ perducens. Fieri nequaquã potest, vt pax existat, vbi inæqualitas regnat. Christus deus noster suis apparẽs stetit in medio eorum, & dixit:

2. Tim. 3.

Mat. 5.

Psal. 26.

Ioan. 20.

Pax vobis. Qui in medio est omnibus prouidens, iustitiã, quã in æqualitate cõstitit, amplectens, hic subditos suos in pace cõferuabit. Iustitia & pax inquit propheta, osculatę sunt. Et iterum: Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis. Aspicias igitur necessariã esse iustitiã ad pacẽ cõferuandã. Imò ad hoc fuerunt rerũ publicarũ gubernatores cõstituti, vt seditionibus & discordijs sedatis, possint homines vitã ad trãquillitatẽ & quietẽ traduce re. Hoc non solũ Christiani, sed etiã gentium philosophi intellexerunt. Ex quo effectum est, vt Mercuriũ, per quẽ principẽ significabãt, caduceum manu tenentẽ depingeret: est quidẽ caduceũ virga quãdã serpẽtibus se inuicem osculantibus circũdata, & supra alis ornata, atque extremo corona quadã redimita. Per virgã intelligitur recta iustitia, de qua dicebat diuinus quidam vates: Virga directionis, virga regni tui. Per serpẽtẽ significatur prudentia, iuxta illã dei nostri doctrinã: Esto te prudentes sicut serpẽtes. Per osculũ serpentium pax, de qua diuinus Paulus, Salute, inquit, in osculo sancto. Ideo princeps iustitiã colit, & exercet, & prudentia munitur, vt respublica in pace & securitate vitã degat. Qui autem ita rempublicã rexit, alas habebit ad volandũ in cœlũ, vbi æternã gloriã coronã cõsequetur. Si hoc principes & præfules, & quicũque respublicam gubernandã suscipiunt, voluerint mentis oculis perspicere, & ad veritatem rationẽ reuocare, erũt in medio cõstituti, omnibus æqualiter cõsultentes, non strumque; Ezechielẽ imitãtes: non enim dixit: Cũ essem cũ captiuus, sed in medio captiuorũ. Sed penẽ lapsus sum ad materiã lōgitudinem, & propẽ infirmitatem, & currẽte rota, instar figuli dũ vt ceũ facere cogitabã, amphoram manus meæ finxerũt. Qui autem voluerit copiosẽ caducei rationem videre, legat Macrobiũ in Cœnis, Polybiũ libro quarto, Pliniũ libro. 29. Cœlium Rhodiginũ libro vndecimo antiquarũ rectionũ,

Psal. 84.

Psal. 71.

Psal. 44.

Mat. 10.

1. Corint. 16.

2. Corint. 13.

Pierium Valerianum in suis Hieroglyphicis.

Iuxta fluium Chobar. Existimant nonnulli esse Euphratem: alij contendunt esse proprium nomen cuiusdam fluij Babylonis: abundat enim fluminibus regio illa iuxta id, quod dicitur in psalmo: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Poterat etiam verti: iuxta fluium magnū: id enim significat Chobar. Lege diuinas literas, & inuenies magna mysteria iuxta aquas ostendi. In libro Genesis prima, quæ uiuerent, de aqua egressa sunt: dixit enim deus: Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & volatile super terram. Et paulò post: Producat terra animam uiuentem. Vbi vides prima uiuentia fuisse de aquis egressa, quoniam futurum erat, ut aquis baptismi regeneraremur. Id volēs significare Moyse ait: Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus dei ferebatur super aquas. Rudis ille mūdus necdum rutilante sole, nec resplendente luna, nec micantibus astris incompositam materiā abyssi magnitudine opprimebat. At spiritus dei instar aurigæ super aquas ferebatur, & nascentem mundum in baptismi figura generabat. Quid est homo sine baptismi nisi terra vacua & inanis, & chaos opertum abyssu, tenebrarumque caligine? Hunc dei spiritum appellat Hesiodus amorem, & illam incōpositam materiam Chaos, quam Moyse hebraicè tohu & bohu appellauit, pro quo noster interpret verit: inanis & vacua, & septuaginta: inuisibilis & incomposita. Hinc effectū esse existimo, ut Empedocles duo principia constitueret litem & amicitiam, & Anaxagoras confusionem & mentem, & Stoici hylem & deum. Id quod Moyse appellauit spiritum dei, appellat Hesiodus amorem, Empedocles amicitiam, Anaxagoras mentem, Stoici deum. Moles autem indigesta, terra inanis & vacua dicitur ab Hesiodo Chaos, ab Empedocle lis, ab

Anaxagora confusio, ab Stoicis hyle. Et licet Theodoretus, & alij nonnulli existiment per spiritum dei aerem intelligi, ego tamen Hieronymum secutus, Augustinum, Basilium, Ambrosium, Cyrillū, Iulium, Eucherium, & cœtum magnum viroꝝ & virtute & eruditione præstantium in ea semper sententia fui, ut crederem voluisse Moysem hoc loco per spiritum domini ipsum spiritum sanctū significare, ut statim in mundi constitutione sanctissimæ trinitatis mysterium elucesceret. Nec mirū si Christiani deū appellent spiritum, cum de eo dicat Gentilis poeta:

Spiritus intus alit, rotamq; infusa per artus,

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Et quoniam deus erat hominem per baptismum regeneraturus, ideo in mundi principio ferebatur super aquas. Plantatur paradus in Edem, & quidam fons in quatuor flumina diuiditur. Contaminatur mundus, scelerumque maculis conficitur, & absque aquarum diluuiio non purgatur. Quod baptismi sacramentum, ut asserit diuus Petrus, adumbrabat. In egressu de Aegypto statim apparent aquæ, in quibus obruuntur Aegyptij, & liberantur Hebræi: quoniam in baptismi sacramento peccata moriuntur, & delentur, & gratia atque virtutes conferuntur. Hoc intus diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios ait: Omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Id intelligebat regius vates, ita canens: Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconū in aquis: tu confregisti capita draconis. Caput draconis est peccatum originale, quod cum alijs peccatis in baptismi deletur, in cuius typo fuit Pharaon cum Aegyptijs omnibus suffocatus. Rebecca inuenitur ad puteum, Rachel propter aquas iuxta puteū à Jacob pacis osculo

Inf. 36.

Zachar. 13.

Micha. 7.

Ioan. 3.

Ioan. 19.

Psalm. 8.

osculo salutatur. De aqua baptismi prædixit deus in hunc modum per Ezechielem nostrum: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et per Zachariam: In die illa erit fons patens domui David: & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Quod mentis oculis aspiciens Michæas propheta, deique misericordiam in baptismi contemplas, aiebat: Deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. De vtero matris nascitur homo, & de baptismi aqua renascitur. Nihil codemo dixit Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Volēs Nicodemum in rebus fidei instruere, incipit à baptismi tanquam à sacramentorū ostio & principio. Et quia ab aquis incoeperat, in aquis vitam finiuit: latus enim eius percutitur læcea, & baptismi atque martyrii pariter mysteria funduntur. Dies me deficeret, si vellem omnes baptismi laudes recensere. Volens itaque deus diuino nostro vati Ezechieli ostendere ecclesiæ constitutionem, iustorumque fidem, & admirabilem in recta viuendi ratione firmitudinem, collocauit illum iuxta fluium Chobar, ut per aquas illas sacramentum baptismi significaret, quo scelera delentur, & animæ amplissimis gratiæ ornamentis decorantur.

Aperti sunt cœli. Non diuisione corporea, sed apparentia, & fide credentis. Nā non solum cœlos apertos non videmus, sed nec ipsos cœlos aspiciamus. Ob eā causam lætabatur diuinus atq; regius vates, quod post mortē visurus esset cœlos, ubi varia spectacula esset habiturus: sic enim canebat: Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Ac si diceret: Ea, quæ in hac vita fluxa & mortali non video, in altera, quæ est æterna & immortalis videbo. Ita hunc locum Gregorius Nazianzenus in libris de theologia explanat. Nā

cum in gratia è corporum vinculis euolauerimus, statim, aut facta purgatione, gaudio perfusi in pulcherrimam & splendidissimam diuini numinis domum euolabimus: & tunc globos æthereos, sublimia manū diuinarum monumenta, pulcherrima illa, atque fulgentissima astra fixa, stellasq; vagas & errantes, & splendidissimum solē, qui in earum medio quartum cœlum obtinet, velut princeps & moderator luminum reliquorum, tanta magnitudine, ut omnia suo splendore lustret & compleat, summa voluptate exultantes intuebimur. Quādiu enim in corpore versamur, à clara ac perfecta cognitione non solum creatoris, sed etiam creaturarum longissimè distamus, earum veluti umbras & imagines intuemur. At Ezechieli nostro aperti sunt cœli eo modo, quo diuo Ioanni in Apocalypsi dicitur: Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in cœlo. Significat apostolus loco illo apparere sibi in visione imaginaria ianuā in cœlo patefactam, ut summi dei maiestas sub specie rerum corporearum sibi ostenderetur, ad inuendum sibi desuper ea reuelari, quæ literis mandabat. Iuxta hunc modū ait Ezechiel apertos sibi fuisse cœlos, & vidisse visiones dei. Ac si diceret: Reuelata sunt mihi desuper hæc cœlestia ac diuina mysteria, quæ volo monumentis consignare. Et diuus Stephanus non timens pro Christo vitam cum morte commutare, ut tali morte immortalitatem consequeretur, cum raperetur ad supplicium, oculis in cœlum erectis aiebat: Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Eodem modo in Christi baptismi cœli leguntur aperti. Illud est hoc loco aduertendum, viros iustos duntaxat apertos cœlos aspexisse. Dum in hac vita sumus, possumus diuina gratia cœlum nobis aperire, si veram dignitatem in virtute collocantes, omnem nostrā curā & cogitationem ad comparandam animi diuitias contulerimus. At si deo relicto fuerimus flagitijs cooperiti &, falsa

voluptatis specie decepti in sceleribus volutati, coelum ipsum nobis claude-
mus. Quid erit in die iudicij: quādo iusti gaudio cumulati coelos viderint apertos, impij autē coelos sibi clausos, inferos autē apertos cōspexerint? Quos luctus percipient: quo dolore cōficiētur? quibus aērū nis cruciabuntur? Tunc iuste dānati, & à cœtu sanctorū seclusi, in tenebras obscuras, æternasq; miserias relegabuntur: quoniam dum hīc vitā degerēt, scelerū furij exagitati se à deo separarūt, & quocunq; eos cupiditatum æstus pellebat, eò infelices præcipites ruebant.

Et vidi visiones dei. Hoc est, vidi deum, quē admodum ipse mihi se voluit ostendere: Vel vidi visiones à deo mihi reuelatas. Ac si dicat: Nō hominum somnia narro, sed dei veritates, visiones scribo non humanas sed, diuinas. Fortasse ideo has visiones dicit esse dei, vt eas magnas esse & admirabiles significet: solet enim hebraismus, ea quæ magna sunt, dei appellare: nā omnia eius opera ingētia sunt, nostra autē parua. Hinc mōtes dei, cedri dei, ciuitas dei, cæteræq; huiusmodi locutiones in diuinis literis frequētes. Aduerte. Erat Ezechiel in Chaldæa, pulsus patria in regione illā idolorū cultricē, vbi mœstus in cōmunibus miserij præcipuo quodā mœrore angebatur: sed quia ad diuinum numē tanquam ad arcē tutissimā cōfugiebat, voluit eū deus his visionibus mirabiliter reficere: solet enim eos, qui ad illum aspirāt, in medio calamitatum recreare. Tres viros in Babylonis fornacē ab impio rege missos quos eius statuā colere nolissent, cōsolatus est deus, eripiens eos à flammis ipsos Babylonios cōburentibus. Cum autē tres essent in mediū ignis cōiecti, & vinculis astricti, dixit Nabuchodonosor: Ecce ego video quatuor viros solutos, ambulātes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. Susanna etiā cum esset morti addicta, & horā neci destinatam videret, nō habēs ad humanū præfidiū recursū,

flens respexit ad cœlū instar auis, quæ in terra ab aucupibus & canibus circumcincta nullū habet refugiū, nisi volet in altū, seq; ferat in sublime. Et fuit à deo refecta, & mirabiliter liberata. Ipse enim deus ait per os Dauidis: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Non potest calamitas impedire, quo minus viri pietate & charitate præstantes suauis voluptate interdū potiātur, eamq; alant in diuina misericordia contemplan-
da & imploranda.

Regis Ioachim. Appellatur à diuo Matthæo Iechonias: erat enim binomius.

Factum est verbum domini ad Ezechielem. Per verbum domini prophetia intelligitur, & diuina reuelatio, quæ & visio, & verbum eò appellatur, quod diuini vates ea, quæ ventura prædicunt, interioribus oculis videāt, & mentis auribus audiant.

Filiū Buzi. Explicat genus suum. Buzi sonat contemptum, Ezechiel roboratum à deo. Illum, quem mundus contemnit, deus corroborat, & fauore prosequitur.

Sacerdotem. Explicat, quo munereungebatur.

In terra Chaldæorum iuxta fluiuium Chobar. Indicat locum visionis. Illud est hoc loco aduertendum posse homines pios, magnisq; laudibus decoratos habitare inter nefarios ex omnium scelerū colluione cōpositos. Cū homines essent flagitijs cōtaminati, omnisq; caro, vt verbis vtar diuina scripturæ, corrupisset viam suam, dixit dominus Noe: Te vidi iustum coram me in generatione hac. Aspicias inter impios virū piū habitasse. Iustus Iob in terra Hus inter iniustos commorabatur, de qui-
bus ipse ait: Frater fui draconū: & focus struthionum. Ioseph inter Aegyptios, Tobias inter Niniuitas, & noster Ezechiel inter Chaldæos in medio Iudeorū, qui deū reliquerāt: & patriæ suæ splendore maculauerāt. Quā ob causam illi dicebat deus: Increduli & subuersores tecū sunt, & cū scorpionibus habitas. Et multi alij viri virtutibus insignes inter flagitiosos habita-

bitarūt, seq; integros seruauerunt: eum enim vitæ cursum cōficiēbāt, qui nō in vitiorū humanorū, sed in quadā diuinæ bonitatis imitatione cōsistebat, nō auaritiæ stimulis obtēperabāt, sed eas diuitias quærebāt, quæ animū amplificāt, & diuitē faciunt, ex quibus sciebāt posse verum decus redūdere. Hoc intelligēs diuus Paulus dicebat Philippensibus: Omnia facite sine murmurationibus & hæsitacionibus, vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sed quāuis hoc ita se habeat, præstat tamē habitare inter iustos. Oportet enim ad beatā vitam cōsequendam, eorum fuge familiaritatē, qui nos possunt à recto dei cultu, & honesta viuēdi ratione separare. In libro Exodi loquēs deus cū populo Israelitico præcipiebat illi, vt se abstraheret à Philistinorū familiaritate, dicēs: Caue ne vnquā cū habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinā. In libro Numerorū aiebat Moyses: Recedite à tabernaculis hominum impiorū, & nolite rāgere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorū. Eā ob causam prohibebat deus immundorū animalium esum, vt refert Eusebius Pamphilus libro de præparatione euāgelica octauo, mūdorum autē cōcedebat, vt homines à maleficijs deterreret, & ad virtutes hortaretur. Si munda animalia tangenda non erant, quā fieri potest, vt sceleratos homines, quorū vitia sunt omnibus perspecta & explorata, nobiscum coniunctos consuetudine, & vetustate amicitia absque ignominia teneamus? Hoc intuēs psalmographus, Beatus vir, inquit, qui nō abiit in cōsilio impiorū, & in via peccatorū nō stetit, & in cathedra pestilētiæ nō sedit. Quibus verbis indicat impiorū hominū cōsilia esse magnoperè declināda, eorumq; deprauatos mores ad æternos cruciatus ducētes,

quos viā peccatorū vocat, atq; eorū congressus esse penitus fagiēdos. Verbū, sedere, cōsuetudinē & familiaritatē significat: in qua significatione eo vitur alio in loco idē psalmographus, dicēs: Nō sedi cū concilio vanitatis, & cū iniqua gerētibus nō introibo: odiui ecclesiā malignātiū, & cū impijs nō sedebo. Et Esaias Egredimini, inquit, de Babylone, fugite à Chaldæis. Ieremias itē: Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorū egredimini. Esdras in oratione, quā habuit apud Iudæos. Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Lictores Saulis quæretes Dauidē, cum ad diuinos vates accederēt, vaticinari cœperūt. Venit impius Saul, & ipse vaticinatus est. Vide quā perniciosum sit impiorū vti familiaritate, & quā vtile inter bonos versari. Id quodāmodo intelligēs Antisthenes aiebat, absurdum esse nō repurgare a lolio triticū, hoc est, nō remouere à republica homines vitij implicatos, ne sceleratorū societate viri boni coinquinaretur. Ita locū illū interpretatur Plutar chus, asserēs non minus detrimēti afferre bonis homines iniquos, quā lolium tritico. Diuus ille Petrus apostolus, qui admirabili erga Christū charitate flagrabat, tūc cœpit frigere, cū atriu Caiphæ ingressus, sceleratorū hominū se implicuit colloquijs, illūque negauit, quē paulò antea dei viuētis filiu confessus fuerat. Sed cum illum Christus respexit, ipseq; oculos cōiecit in Christū, poenitētia ductus fleuit amare, & maculā lachrymis deleuit. Vt lūna ea parte clara & cōspicua est, qua solē intuetur, ea verò obscura & inanis, qua diuertit à sole, sic ille respiciens in Christum solem iustitiæ fuit illustratus, cum verò ab illo auersus se cum impijs coniunxit, fuit metu obfuscatus, & tenebris circūfusus. Corruptunt enim, vt verbis vtar Paulinis, bonos mores colloquia praua: & vt est Ecclesiastici libro mandatum, Qui tetigerit picem, inquit,

inquinabitur ab ea. Quare eos familiaritate deinctos teneamus, quos intellexerimus, non solum à scelere & flagitio se abducere, sed etiam animi agitatione castam inuiolatamq; conseruare: ab eorum autē consuetudine refugiamus, qui maleficiorū maculis notati, sceleribus pascuntur. Vt enim Hypanis fluuius aquarum puritate & dulcedine celebratus, postquam fontis Exampei amaras & turbulentas aquas in se recipit, inficitur, & inutilis redditur, sic multi magno & excellenti ingenio viri, qui puris ac dulcibus virtutū aquis fluebant, cum se postea in hominū improborū familiaritatem immerfissent, fuerunt morū amaritudine & impuritate infecti, & fraudes inexpiabiles concipientes, vitijs terribis se totos cōtaminarunt. Quemadmodum in pomorū recōditorio corruptis nonnullis illud, quod illis adhæserit, etiam vitiabitur, ita in hominū societate qui nefarios cōsuetudine habuerint implicatos, animi præstantiam turpi de decore plerūque maculabūt, quanuis antea fuissent egregia quadā gloria cumulati. Id intelligēs diuus Paulus: ad Corinthios scribebat: Nolite iugū ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Et Christus deus noster, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Multi enim sunt, vt verbis vtar apostoli, speciem pietatis habentes, virtutē autem eius abnegantes: horū & sceleratorū omnium familiaritatē fugere debemus, etiā si fratres nominētur. Ideo aiebat ad Corinthios diuus Paulus: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi nec cibum sumere. Hęc ille. Præuidebat enim facile esse transitū à virtutibus ad vitia, nisi ipsę virtutes essent cōsilijs, exēplis, & cōsuetudinibus bonorū virorū cōfir-

matæ. Proditū est memoriæ à viris doctissimis, statuas Dædali, cum essent magno artificio perfectæ, & eximia pulchritudine decoratæ, nisi tamen arctissimis vinculis constringerētur, solitas esse dilabi, & facile perfergere. Meminit huius historiæ in Menone, & in Hippia maiore Plato vir admirabilis, nō solum intelligendi, sed etiā dicēdi grauis simus author, vt Socratis discipulū possis agnoscere. Et Aristoteles libro politicorū primo. & primo de Anima capite. 3. refellens opinionē Democriti Philippum comicum sequentis, harū statuarum seipsas mouentiū mentionem facit. Eodem modo mores optimi virtutū ornamentis illustrati, nisi fuerint virorum sapientia & charitate præstantiū consilijs & familiaritatibus roborati, facile fluent, & fugient, & penitus amittentur. Vincet voluptas rationē, & appetitus relicta obedientia modum transibit, & erit dignitas ablata, & splendor extinctus. Aspicias igitur, quā utile sit à bonorum virorū amicitia & consuetudine non declinare, ab iniquorū verò familiaritate abduci. Quā ob causam homines impios à nobis reiiciamus, ne sermonibus suis impuris, moribusq; deprauatis tetrā maculam nomini nostro inurāt, iustorū autē amicitia & cōsociatione magnoperè delectemur. Illud tamē velim existimes, me nō ita tutā esse bonorū societatem credere, quin sciā multos inter viros sanctos cecidisse. Iudas in apostolorū collegio Christi doctrina nutritus, seipsum teterrimis vitijs deformauit, & laqueo suspendit, fuitq; ad ima tartara præcipitatus. Angelus cecidit de cœlo, & Adā in paradiso peccauit. Solus deus est firmus ac munitus locus, & domus refugij, vbi securi poterimus habitare. Ido canebat regius psalteres: Esto mihi in deum protectorē, & in domum refugij, vt saluum me facias. Et paulò post de iustis loquens: Abstondes eos in abscondito faciei tuæ à cōturbatione.

Simile.

Simile.

2. Corint. 6.

Mat. 7.

2. Timo. 3.

1. Corin. 5.

simile.

Mat. 27.

Act. 1.

Luc. 10.

Genes. 3.

Psalm. 30.

tionem hominum. Quibus verbis explicat, quā tuti sint, qui ad diuinū numen tanquam ad arcem munitissimam confugiunt, totosq; sese diuinæ misericordiæ committunt. Tales erant apostoli, qui aiebant: Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumuste. Talis noster Ezechiel, qui cum esset in terra Chaldæorū inter homines sceleribus coopertos, & vitijs obstinatos, tamen ad deum aspexit, & cōfugiebat, & in terra corpore existēs, in cœlo animo cōmorabatur.

Mat. 19.

Et facta est super eū ibi manus domini. Idest, dedit ei deus spiritū prophetiæ. Ita hūc locū Ionathas Chaldæus interpretatur. Est igitur huius inscriptionis sensus. Trigesimo anno ab inuēta lege, quinta die mensis Iulij anno quinto primæ captiuitatis Babylonicæ, cum ego Ezechiel sacerdos filius Buzi essem in Chaldæa inter Hebræos captiuos iuxta fluuiū Chobar, accepi à deo spiritum vaticinandi, vidiq; mentis oculis, & interioribus auribus audiui ea, quæ ijs literis mando, vt vigeant memoria omnium seculorum, sintque ab ipsa perpetuitate confirmata. Sed de inscriptione hætenus.

Et vidi: & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis: & in medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorū, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennę vni. Et pedes eorū pedes recti, & planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli: & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorū in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant.

Iunctęq; erant pennæ eorum alterius ad alterū. Non reuertebantur, cum incederent, sed vnūquodque ante faciem suā gradiebatur. Similitudo autē vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autē bouis à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et facies eorū, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebātur, & duę tegebant corpora eorum: & vnum quodque eorū coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur, cum ambularēt. Et similitudo animalium, & aspectus eorū quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.

Et vidi. Visione quadam imaginaria, & intellectuali.

Ecce vetus turbinis veniebat ab aquilone. Hoc est, ecce ventus rapidus & tēpestuosus flabat à Babylonia, quæ sita est ad aquilonem respectu Hierosolymæ. Aquilo ventus est violentus, siccus, & frigidus, sic dictus à rapidissimo aquilæ volatu. In Ecclesiastico scriptum legimus: Tēpestas aquilonis, & cōgregatio spiritus. Et paulò post: Frigidus vetus aquilo flauit, & gelauit crySTALLUS ab aqua. Accipitur sæpe in sacris literis pro Babylonia, vt apud Ieremiam: Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pādetur omne malū super oēs habitatores terræ. Per ollā succensam afflictionē significat: vel, vt Ionathas ait, regem Babylonis instar ollę propter calorem in bullas resolutę. erat enim crudelitate incensus, & studio Hebræos euertēdi in-

Eccle. 43.

Ierem. 1.

di in-

14 Comment. in Ezech.

Jerem. 4.

di inflammatus. Et alibi adducit ipse propheta deū in hūc modū loquentē: Malū ego adduco ab aquilone. Quemadmodū per ollā igne succēsam veniētē ab aquilone apud Ieremiā grūnarū vis intelligitur, qua Babylonij Hebrēos lacerabāt, ita per ventū, turbinē, & procellā flātē à Babylonia apud nostrū Ezechielē calamitas significatur, qua Hebrēi premebātur, quādo in eos Babylonij irruerant, eosq; ad excidium & vastitatem vocabant.

Psal. 68.

Et nubes magna. Aquarū nomine in literis diuinis calamitas aliquando significatur, iuxta id: quod dicitur in psalmo: Intrauerūt aquæ vsque ad animā meā. Nubes plenæ aquis sunt pericula minātia tēpestates & dolores. Vnde Ioel propheta tēpus periculi & timoris vocat diem nubis, turbinis, caliginis, & tenebrarū. Vult hoc loco Ezechiel, pericula, quæ Iudæis imminēbāt, nomine magnæ nubis significare. Tu verò si tibi impēdenti pericula cōspexeris, ad deū confuge, ipse enim ait in libro Genesis se arcū suum in nubibus in signū fœderis positurū. In nubibus nostrarū molestiarū ostēdit deus arcū cœlestē, & irim suæ misericordiæ & ppiationis. Hic est arcus, quē diuus Ioānes in Apocalypsi in capite Christi se aspexisse testatur. Volebat enim significare Christū crucifixū nostrū esse propitiatorē. Fortasse ideo voluit deus mysteria sua in caliginosa nube ostēdere, vt significaret latere in visione hac arcanum aduentus Christi: quam etiam ob causam deus legem suam dedit in caligine.

Isa. 2.

Genes. 9.

Apocal. 10.

Exod. 19.

similitudo.

Et ignis inuoluens. Innuit vidisse fulmina ignifera & micātia. Omnia hæc sunt plena timoris, & minarū: quibus deus voluit superbos Iudæos terrere. Quemadmodū clara fulmina liquāt aurū, argentū, & æs, non cōbustis faculis, in quibus hæc reconduntur, ferrū in capsula cerea cōterūt, ne cōfuso quidē signo ceræ, vt ait Plinius libro secūdo naturalis historię, dura denique frangunt, mollia intacta relinquūt, sic vltio diuina impios ho-

mines, duos, & obstinatos euertit, summiq; calamitatibus interdum vlcerat, & infringit, pios autem, supplices & abiectos conseruat, eisq; animi trāquillitatē & securitatē impertit. Est enim diuinis literis contestatum, deum superbis resistere, humilibus verò gratiam tribuere. Et vt fulmina pinnacula, & fastigia in acumen tendentia, pyramides in flāmē formam desinentes, & altas atque naturā munitas rupes petunt, & deiiciunt, sic acerbissimæ erumnæ iusto dei iudicio excitatæ eos feriunt & frangunt, qui inanem mundi gloriam, incertas opes, & in casu sitas adepti, in excelsa dignitate cōstituti, alios contemnunt, & seipos vanē ferunt in sublime. Huiusmodi erant Iudæi, qui cū de potentibus regibus diuino auxilio victoriam reportarent, terramque promissam obtinerent, immemores horum dei beneficiorū se superbia extulerunt, dei fauorem contempserunt, eiusque legem per summum scelus violarunt. Eam ob causam eis deus fulgura ignifera minatur, quibus illis prædicit Hierosolymæ incendium tempore Sedechiæ, eiusq; miserabile excidiū. Septuaginta pro igne inuolente habēt ignem fulgurantem. Poterat verti: Ignis inflammatus, aut, ignis sese recipiens. Accipi ignem pro calamitate & dei indignatione indicat his verbis psalmographus: Transiuimus per ignē & aquā. Et alibi. Exardescet sicut ignis ira tua. Et Nahū propheta capite primo: Indignatio eius, nimirum dei, effusa est tāquam ignis. Vbi Aquila pro effusa est, verit: conflata est, vt ostenderet crescere diuinam indignationē crescentibus flagitijs nostris: nos enim vitia vitij cumulantes dei irā in nos cōflamus: quę tēpore suo instar ignis erūpētis terribili impetu in fundatur. Quādo se deus ostēdit Moyfi in rubo ardētē, cuius stipitē et excelsa ramorum cacumina ignis occupabat, voluit illi significare fore, vt ignis ille, qui ardebat, sed rubū non cōburebat, Aegyptios

Jacob. 4.
..Pet. 5.

Alterā
similitudo.

Psal. 65.
Psal. 88.
Nalun. 1.

Exod. 3.

Act. 1.

prios horrendis calamitatibus vastaret, Israelitas autem mirabiliter eriperet. Id existimo significasse deū igne illo cœlitus delapso, qui die pētecostes super apostolos linguarum ignitarum effigie mirabiliter descendit. Etsi enim linguarum ardentium similitudo eximiā apostolis donari dicendi libertatem & copiam significaret, non possum tamen cogitare, quin ignis ille certissimam diuini numinis opem & præsentiam discipulos corroborantem innueret, & totā illam urbē Hierosolymam esse miserabili incendio & excidio delendam ob eius incredulitatem, & impia facinora, quibus se in dies polluebat, significaret.

Et splendor in circuitu eius. Respondet tacitæ obiectioni. Poterat aliquis dicere: Si nubes erat densa, & tenebris circumfusa, quī fieri poterat, vt ea, quæ intus erant, aspicere valeres? Respondet propheta, ideo sibi perspecta fuisse, quæ in nube erant, quoniam erat ipsa nubes in circuitu illustrata. Vult indicare, fuisse sibi aperta dei iudicia. Igitur per ventū & procellam aquilonarem, & nubē densam & fulgura intelliguntur ærumnæ, quibus diuinus vates videbat esse Iudæos à Babylonijs afficiendos, atque incēdium templi, & totius vrbis vastatio, per splendore autem clara diuini iudicij reuelatio facta Ezechieli. Poteris per splendorem in nube lucentem dei misericordiam in eius ira micātem intelligere: nam in medio præconiorum suæ iustitiæ nō obliuiscitur suæ misericordiæ. Id intelligens diuinus psaltes concinebat: Miserationes eius super omnia opera eius. vel, vt potest verti ex hebræo: Misericordiæ eius in omnibus operibus eius. Vbi apertē indicat nullū esse dei opus, etiam in quo se iratum ostēdat, in quo non vtatur misericordia. Hoc sentiens Habacuch aiebat: Cū iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et Tobias: Cū iratus fueris, misericordiā facies.

Psal. 144.

Haba. 3.
Tob. 3

Jerem. 9.

Jeremias inducit deū in hunc modū lo-

quentē: Ego sum dominus, qui facio misericordiā, & iudiciū, & iustitiā. Ideo nō est quò fugias à deo irato, nisi ad ipsum deum misericordē: est enim, vt ait diuus Paulus pater misericordiarū & deus totius cōsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Nō eū vocat patrē misericordiæ, sed misericordiarū, nec deū alicuius, sed totius cōsolationis, vt eius pietatis immensitatē significet. Hic est cœlestis ille Samaritanus, qui, vt refert diuus Lucas, misericordia motus accessit ad eū, qui descenderat à Ierusalē in Iericho, & incidens in latrones fuerat ab illis vulneratus & spoliatus, cuius vulnera ille curauit. Samaritanus idē est quod custos, de quo ait psalmographus: Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra vigilat, qui custodit eā. Ille generis humani vulnera suis vulneribus curauit, in quod hostes animæ irruerāt, illud virtutū ornāmētis spoliantes, & grauissimis vulneribus faucium relinquentes. Hic est pater, qui misericordia motus, filiū prodigū recepit. Hic est, qui ait. Misereor super turbā hanc. De quo ait Zacharias: Perviscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriēs ex alto. Qui nō ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, vt ait apostolus in epistola ad Titū, sed secundū misericordiā suā saluos nos fecit. Hic denique est, qui in medio irę ostēdit misericordiam: quē admodū hoc loco apud Ezechielē, vbi indicans cedes & calamitates, quas erat Hebræis illaturus, aperit etiā pietatē suā, nubis splendorem orbiculatim ostendens: prosequitur enim amore creaturā suā, eāq; in omnis & signis ad cognitionē sui, rectamq; viuendī rationem reuocare contendit.

2. Corin. 1.

Luc. 10.

Psal. 12. b.

Luc. 15.

Mar. 8.

Luc. 1.

Tit. 3.

Et de medio eius quasi species electri. Exibat de medio ignis color quidā aureus representās electrū. Est autē electrū genus quoddam bituminis profluens ex saxi, primò liquidum, postea verò maris frigiditate cōdensatū, quod à Lusitanis appella-

appellatur alambre. Deus etsi sit ubiq; est tamē incomprehensibilis, incircumscriptibilis, & infinitus. Vnde dicebat Empedocles philosophus: Deus est sphaera incomprehensibilis, cuius centrū est ubique, circumferētia nusquam. Et alter philosophus nomine Secundus, deum vocat celsitudinem inconceptibilem, inquisitionē incogitabilem. Nihilominus tamen ex rebus ab eo creatis eius bonitatem cognoscimus. Id voluit hoc loco diuinus vates significare: nam per hanc electri speciem & aureum colorem dei bonitas intelligitur: quē cum sit nobis inuisibilis, ex visibilium tamē contēplatione videtur, iuxta id, quod est à diuo Paulo literis consignatum: Inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Ac si diceret: Dei bonitas, & sapientia, & similia, intellecta ex ipsius effectis à mundi creatione conspiciuntur. Ex rerum enim creatarū consideratione, ad creatoris cognitionem tanquam à riuis ad fontem peruenire poterimus. Hinc effectum est, vt quidam eorum, qui quondam sapientes vocabantur, seculū hoc speculum rerum inuisibilium, quidam earum librum, alij verò vtrunq; appellarent. Nam Trismegistus in tertio Pyramdri has voces emisit: Tota mūdi cōspiratio, & rerū pulcherrimus ordo, contemplan- di deū suggerit materiam, est enim natura velut liber vnus diuinitate plenus, speculumq; diuinorum. Id ostēdit grauitē & sapienter diuus Athanasius in oratione, quam habuit aduersus idola. Magnus Basilius homilia vnde- cima in Exameron diuini opificij hæc verba scripta reliquit: Vniuersa hæc mūdi moles perinde est ac liber literis exaratus palam contestans atque prædicās dei gloriam, illiusq; augustissimam maiestatem arcanam alioquin & inuisibilem tibi intellectuā creaturæ copiose annūtiāns. Diuus Augustinus in explanatione psalmi 34. Duo, inquit, sunt,

quæ in dei cognitionem adducunt, scriptura scilicet & creatura. Et in explanatione psal. 26. Ipsæ species creaturarum voces sunt quædam creatorem laudantium. Cum beatus Antonius eremita à cœtu hominum frequentiaq; tanquam in portum se in solitudinem recepisset, interrogatus à quodam viro docto, quī fieri poterat, vt in eremo sine libris vitā degeret, respondit, vt refert in historia ecclesiastica Nicephorus, librum suum mundum esse, & rerum creatarum naturam, vbi quando erat opus, dei oracula legebat: ibi enim dei sapientiam, potentiam, & virtutem admirabatur. Terra odoratis floribus cooperta, pulchritudo opacarum atq; feraciū plantarum, metalla, flumina, fontes scaturientes, & pecorū varietas, & vt de cœlo loquamur, sol nitens subter mediam ferē regionē, luna quæ in infimo cœlo radijs solis incensa conuertitur, cæteraq; astra tā fixa quā vagantia, quæ circulos suos faciunt celeritate & constantia mirabili, omnia hæc quid aliud sunt quā diuinæ sapientiæ, & potentiæ, & bonitatis speculum nitens, & liber quidam literis aureis exaratus? Quis intueus cœlestem ambitum, & astrorum cursus, diuersos illos quidem, sed in diuersitate illa ordinem suum æqualiter seruantes, non secum ratiocinetur, esse sapientissimū & potentissimum earum rerum conditorem & gubernatorem? Quis item aspiciens quatuor elementa inter se contraria, esse ita coaptata, vt armoniam quandam cōficiant, calida, frigida, sicca & humida, non statim cogitet, & animo percipiat summam harum rerum creatoris & moderatoris vim & potestatem? Nō enim pugnantia ex ipsa natura in vnum coalescerent, nisi deus, cui hæc obtemperant, infinita facultate & sapientia præstaret. Eos, qui dei inuisibilia nolunt ex visibilibus agnoscere, vocat diuina scriptura in libro Sapientiæ vanos, vbi ad litteram hæc sunt verba. Vanisunt omnes

homines,

homines, in quibus non subest scientia dei, & de his, quæ videntur bona, non poterunt intelligere eum, qui est. Et paulo post: A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Et alio in loco eiusdem libri sunt hæc verba literis mandata. Hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Ac si diceret: Mundus continens vniuersa scit suo modo deum laudibus extollere: omnes enim creaturæ, ad diuini numinis cognitionem ducunt, & de eius laudibus haudquaquam contice- scūt. Vnde Esaias in illos inuehitur, qui creaturarum cōsiderationem contem- nunt, ita dicens: Væ qui opus dei non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Eam ob causam rerum naturam deus admirabiliter constituit, huiusque vniuersitatis machinam pulchrè cōstruxit, vt qui suapte natura erat inuisibilis, posset ex operibus cognosci. Sæpe quidem ex operibus cognoscūtur artifices, etiam si oculis minimè perspiciātur. Id referunt de Phidia insigni statuario, quem imāgines suæ ex commensione, symmetria, & partiū inter se proportione etiam absentem, & vultu incognitū repræsentabāt. Ita quoque, sed multò excellentius absque vlla comparatione ex mundi constitutione, ordine, pulchritudine, & consonantia est eius opifex & conditor intelligendus, tamen intuitū nostrum subterfugiat, nec possit corporis oculis spectari. Quid est mundus nisi congruens vndecunque dispositio, & concentus inuisibilia dei ostendens? Id quod nos habemus in Prouerbijs dictū à sapientia in mundi constitutione: Ludens in orbem terrarum; potest verti ex Hebræo, Delicians in vniuersi consonantia. Est enim mundi machina musica quædam & admirabilis cōsonantia deū ipsum suo modo prædicans & laudans. Id quod apertè cecinit Orpheus, asseruit Pythagoras, docuit Plato, & qui et m se eunt sunt, Iamblicus, Chalcidius, Syria-

mus, & Proclus. Quemadmodum si è lō simile: ginq; citharam audias ex multis varijsq; neruis compositam acuis, graui- bus, & circūflexis, qui omnes pariter cōsonent, & distinctos interuallis sonos suos, melosq; conficiant, intelligis planè vnum illic esse peritum pulsatorē, qui fidium voces ex arte musicæ ad harmoniæ concentum misceat, & æquabiliter tēperet, tamen illū minimè intuearis: sic ex cōcordia, & cōsonantia mundi ubiq; dispositione, vbi nec inferiora cōtra superiora, neq; infima aduersus sublimia eriguntur & insurgunt, sed omnia vnum ordinē admirabile seruant, cōfestim ad vnum deum animo recurris, omnia hæc sua virtute mouentem, diuinatq; sapientia splendore illustrantem. Ille quidem rerum vniuersitatem vt lyram tenens copulat cœlestia cum aereis, & aerea cū terrenis, vniuersa cum singulis coaptas & coagmentas: & ita mūdi concentum, ordinem, & harmoniam congruenter absoluit. Ipse est, qui omnia mouet, cum ipse quidem in omnibus perseueret. Eius nutu cœlum micantibus astris refulget, & circulorum suorum ordinem conseruatiōem Oceānus terribilibus fluctibus crispatur & intumescit, sed intra legitimos fines motus suos coeret & continet: terra varijs stirpibus comata frondescit, diffunditq; herbescens viriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit: & omnia tandem elementa inter se distantia cohærent, diuinamq; virtutem suo modo ostēdunt. Tota mūdi machina est veluti ciuitas quædam sui regis magnitudinem & excellentiam declarans. Vt enim visa ciuitate ex multis varijsq; hominibus cōstante, magnatibus & plebeijs, opibus affluentibus, & inopia laborantibus, adolescentia floridis, & senectute decrepitis, vbi omnes tamen inter se diuersi, in magna concordia degāt, rectaq; disciplina cōtineantur; statim iudicas esse eius principē iustū, potentē, & sapientia præstantem, quā-

B

quā-

quam illum non videas: sic considerata mundi mole, eiusque rerum inter se distantium concordia & serie, totiusque vniuersitatis coaptitudine, fieri non potest, quin aliquo modo concipias animo esse summum quendam harum rerum creatorem & conseruatorem. Nec solum ex cognitione magni mundi, sed etiam parui, hoc est hominis, qui a philosophis microcosmus, id est paruus mundus appellatur, in admirabilem dei scientiam peruenimus. Vnde Dauid deum alloquens canebat: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Ac si diceret: Ex cognitione mei ascendi domine in admirabilem scientiam tuam. Ideo deus non solum nos mittit ad aliarum creaturarum considerationem, vt quando ait: Considerate volatilia coeli, & lilia agri, sed ad considerationem nostri, cum dicit: Preuaricatores redite ad cor, & cum nos ad vineam, hoc est ad nos ipsos ire iubet, vt a cognitione nostrae fragilitatis ad cognitionem dei virtutis ascendamus. Hanc dei virtutem significat hoc loco scriptura per hanc speciem electri aureo colore fulgentis. Est etiam altera ratio, cur dei bonitas electo comparetur. Vt electum paleas ad se attrahit a terra, secumque vnit, & amplectitur, sic dei virtus nos ad se allicit a rebus terrenis, nosque secum retinet & adunat. Quid essemus absque diuinae bonitatis fauore nisi paleae in terra iacentes? Ad hunc pauimento anima mea, dicebat quidam: ac si diceret: Palea eram adhærens pulueri, humi erant prostratus, scelere oppressus: at tu domine me attraxisti ad te, & vt pretiosum succinum erexisti, & ad te ipsum eleuasti. Fit enim diuino auxilio, vt a terra eleuemur & ad caelum erigamur, deoque adhærentes simus in ipsum transformati. Vnde diuus Paulus, Qui adhæret, inquit, deo, vnus spiritus est. Et rursus: Nos verò reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spi-

ritu. Et diuus Ioannes: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Id quod seruator noster apud eundem Ioannem prædixerat: Qui manet in me, & ego in eo. Amor vim habet vnitiuam, & vt ait Dionysius, transfert amantem in amatum. Et Augustinus ait animam magis esse, vbi amat, quam vbi animat: asseruit enim veritas ipsa, ibi esse nostrum cor, vbi est thesaurus noster. ac si diceret animam nostram rei illi adhære, quam singulari amore prosequitur, in eamque transformari. Quam ob causam dei virtus est merito cum succino comparata.

Et in medio eius. Subauditur, ignis: nam in medio nubis splendore illustratæ erat ignis inuolutus, sese reciprocans, in orbem ipsius nubis resplendens, ex quo exhibat quasi species electri, & in medio huius ignis erat animalium similitudo. Quidam codices habent: Et in medio eorum; alij: Et in medio earum. Correctiores tamen habent: In medio eius, nimirum ignis.

Similitudo quatuor animalium. Non erant reuera quatuor animalia, sed res vna habens quatuor animalium similitudinem. Capite decimo, vbi hæc visio iterum narratur, ait propheta hæc animalia esse cherubim, vt intelligamus hoc esse quippiam coeleste & diuinum, terminos nostri intellectus excedens. Quid autem sint cherubim, indicat his verbis Flavius Iosephus capite octauo libri tertij Antiquitatum. Super tegmen arcæ foederis erantfigurationes duæ, quas Hebræi cherubim appellant: sunt enim animalia volatilem habentia figuram, quæ a nullo hominum est inspecta: Hæc dixit Moyses se in dei sede figurata conspexisse. At R. Cimhi in libro Radicum ait cherubim habuisse puerorum figuras, idemque esse cherubim, ac quasi pueros. Et hanc ait fuisse Hebræorum veterum sententiam. Dionysius Areopagita in libro de coelesti hierarchia nouem ordines an-

gelorum enumerat in tres hierarchias, supremam, mediam, & infimam, distributorum. Suprema continet seraphim, cherubim, & thronos: media dominationes, principatus, & potestates: infima virtutes, archangelos, & qui angeli proprio vocabulo, quod est alioquin omnibus commune, nominantur. Et capite primo eiusdem libri ait, cherubim multitudinem aut infusionem scientiæ significare, ex ipso enim sapientiæ fonte exhauriunt, & scientiæ fluentia refundunt. Itaque quod capite decimo Ezechiel vocat cherubim, ait hic esse quatuor animalium similitudinem, quorum vnumquodque habebat etiam similitudinem quatuor animalium. Similitudo vultus eorum erat facies hominis, facies leonis, facies bouis, facies aquilæ. Est hæc visio tot difficultatibus implicata, vt Hebræos ab eius explanatione deterruerit. Inter Latinos scriptores fuerunt, qui per hæc quatuor animalia quatuor intelligerent elementa, ex quibus constat omnia mista: quatuor enim sunt nota illa principiorum genera, ex quibus magni philosophi omnia oriri testantur. Quidam autem esse quatuor mundi plagas, orientem, occidentem, meridiem, & septentrionem. Alij per hæc quatuor animalia quatuor illas virtutes intelligunt, quas theologi cardinales vocant, quarum prima in perspicientia veri solertiæque versatur, quam prudentiam appellant: secunda in tribuendo cuique suum, hominumque societate conseruanda, quæ dicitur iustitia: tertia in animi celsitate fortiter pro æquitate pugnantis, cui nomen fortitudinis tribuerunt, quæ est in rasibilium sedatione, & voluptatum repressione, in qua est virtus ornatus, & rerum modus, quæ temperantia vocatur, quæ est in concupiscibili. Diuus Hieronymus, qui lectione assidua, & meditatione diuturna pectus suam Christi fecerat bibliothecam, qui non solum cum

Latinis Græca coniunxit, vt par esset in vtriusque orationis facultate, sed etiam Hebræicarum literarum arcana penetravit, existimat hæc quatuor animalia quatuor esse euangelistas: cuius sententiam diuus ille Gregorius admirabili sapientia præditus, omnibusque virtutum ornamentis excultus, non solum amplectitur, sed etiam multis verbis amplificat. Per hominem intelligunt Matthæum a Christi humanitate incipientem: per leonem Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto, parate viam domini: per vitulum Lucam a Zacharia sacerdote sumentem initium: per aquilam Ioannem, qui altissimè volans de diuinitate mirabiliter differit, In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hæc est eorum sententia, quæ fuit ab omnibus ferè recepta: & merito quidem: est enim vera, & sublimis, & tam sanctis atque sapientibus viris digna. Eam ego amplector, vt potè a magistris doctissimis asseram, qui præstantibus ingenijs in vita humana studia diuina coluerunt. Quatuor euangelistæ sunt hæc quatuor coelestia animalia. Sunt etiam quatuor flumina de paradiso voluptatis egredientia, vniuersum orbem terrarum rigantia: hæc egrediuntur ab vno fonte, hoc est a Christo, de quo dicitur in psalmo: Apud te est fons vitæ, qui ait per Ieremiam: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. De quo ait Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ex hoc fonte manarunt quatuor illa flumina, de quibus ait diuinus vates: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam. Sunt etiam quatuor elementa mundum sustentantia, quorum supremum est diuus Ioannes, qui ob sapientiæ altitudinem, diuinique amoris feruorem, quo mirabiliter flagrauit, merito cum altissimo igne comparatur. Præ-

terea sunt quatuor illæ literæ nominis dei ineffabilis terragrâmaton, quia ipsi quatuor nomen dei mundo notum fecerunt, euangelia scribentes, & sanctissimi numinis cognitionem per omnes terrarum oras propagantes. Nihilominus tamen potest locus hic aliam admittere interpretationem, quam ego pro viribus explanare contendam. Nam & fitantam ingenij præstantiam consequi non possum, voluntate tamen & auiditate proximè accedēdi absque dubio incendor. Ego existimo, hunc, quem vidit Ezechiel, similitudinem quatuor animalium habentem, Christum esse servatorem nostrum, verū deū, & verū hominem, quē diuinus noster vates vidit esse venturū, vt homines à vera Babylonis captiuitate, hoc est, à peccato liberaret, & ad verā dignitatē restitueret. Postquā propheta præmisit ventū turbinis flantē ab aquilone, nubemq; magnam, & ignē inflammatum, per quæ omnia Babylonicam captiuitatem, omnesque calamitatum angustias illatas à Babylonijs significauit, ait se vidisse Christum venturum, vt homines ab ijs erumnis eriperet. Quis non videt Babylonicam illam Hebræorum captiuitatem sub Nabuchodonosore flagitiorum colluionē, & peccatorum seruitutem sub dæmone in mundi confusione significare, à qua nos Christus saluator noster eripuit? Eā ob causam eum redemptorem appellamus. De illo loquens in epistola ad Ephesios diuus Paulus ait: In quo habemus redemptionem per sanguinē eius. Et in prima ad Corinthios: Christus factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et diuus Petrus in prima sua canonica: Non corruptilibus auro vel argento redēpti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incōtaminati. Nec solum nos à peccati captiuitate redemit, sed etiā ab igne & nube, hoc

est, à mundi afflictionibus liberat, si ad illum toto animo cōfugimus. Sed iam ostendendum esse arbitror, qua ratione Christus per hæc animalia significetur. Capite decimo, vbi Ezechiel hanc repetit visionem, ait: Et eleuata sunt cherubim, ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. Et paulò post: Ipsum est animal, quod vidi subter deū Israel iuxta fluuiū Chobar. Vbi aperte indicat hæc quatuor animalia esse vnū animal. Id quod etiam hoc primo capite innuit, dicens: Quatuor facies vni. Habet Christus faciem hominis, quia verus est homo. Id cecinerat diuinus psalter de terra Iudææ dicens: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Natus est in Iudæa filius dei, factus homo, vt homines filios dei efficeret: ideo è cælo descendit in terram, vt homines è terra in cælum perduceret. Id significabat scala illa, quam in somnijs aspexit Iacob, cælum & terram attingentē, quia futurum erat, vt per Christi incarnationem per scalam significatam terrena cum cœlestibus coniungerentur. Et quia Christus est verus homo, ideo se toties apud euangelistas filium hominis vocat. De illo loquens Dauid aiebat: Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum: Quem locū diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur. Fieri non poterat, vt deus pro nobis pateretur, nisi carnem induisset. Habet faciem leonis, quia est verus rex, mundi victor: est enim leo animalium rex, fortis & inuictus. Ait nāque Christus in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Quod est intelligendum quatenus ille homo est, sic enim pater tradidit illi regnū, nam quatenus deus regnū semper obtinuit. Et alio in psalmo ait regius vates: Deus autem rex noster ante secula operatus est sa-

Esa. 33.
Apo. 5.
Leui. 1.
Esa. 53.
Psal. 39.
Hebr. 10.
Genes. 14.
Psal. 109.
Hebr. 7.
Genes. 14.
Psal. 46.

est salutem in medio terræ. Et Esaias: Dominus rex noster ipse saluabit nos. Et Ioannes in Apocalypsi: Vicit leo de tribu Iuda. Habet faciem vituli, quia vitulus pro peccato offerebatur, & mactabatur, vt est in primo capite Leuitici literis consignatum. Et quia vitulus ille Christū adumbrabat, qui pro nobis spōtè mortuus est, & vt ait Esaias, Oblatus est, quia ipse voluit, interpretantur nonnulli id, quod ipse dei filius ait in psalmo: In capite libri scriptū est de me, vt facerem volūtatē tuam, de principio Leuitici. Per librum sacrificiorum intelligunt Leuiticum, & per eius caput eius principium, vbi agitur de vitulo, hoc est de Christo, qui erat pro mundi peccato immolāndus. Intelligi autem verba illa psalmographi de Christo testatur apostolus Paulus in epistola ad Hebræos. Hic vitulus nō solum fuit sacrificiū, sed etiā sacerdos seipsum in crucis ara immolans, vt nos patri recōciliaret, & scelera nostra suo sanguine deleret. Hic est verus ille sacerdos, qui panē & vinum, hoc est suum corpus & sanguinem obtulit iuxta id, quod est scriptū in psalmo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quem locū ad Hebræos scribens diuus Paulus, de Christo interpretatur. Quemadmodū Melchisedech non solum regno, sed etiam sacerdotio fungebatur, sic dominus Iesus non solum rex est, sed etiam pontifex. Ille enim hominibus verum dei cultum aperuit, eisq; docuit religionē pietatis plenissimam, & per vniuersas terrarum oras longè lateq; diffudit, eorum scelera sacrificio deleuit, sanguinisque sui pretiosissimi effusione expiauit. Habet faciem aquilæ altissimè volantis, seque in sublime ferentis, quia virtute sua ad cælos ascendit. Id mentis oculis præuidens cecinit diuinus psalter: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. vt declararet cœlitum gaudium, triumphū suo imperatori gratulārium;

summisque laudibus prosequētium. Et in alio psalmo: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Quæ verba apostolus in epistola ad Ephesios exponit de admirabili Christi ascensione. Et Michæas: Ascendet enim, inquit, pandens iter ante eos. Id viderunt proprijs oculis Christi discipuli, vt refert diuus Lucas in actis apostolorū. Et quia nemo per se, suaq; virtute potest ascendere in cælum, præter deum, iuxta id, quod ipse ait apud Ioannem: Nemo ascēdit in cælum, nisi qui descēdit de cælo, & per aquilam Christi in cælum ascēsus suapte virtute indicatur, dicimus per aquilam eius diuinitatem significari. Aspicias igitur hoc animal Christum esse, & per similitudinē quatuor animalium indicari eum esse verum hominem, & verum regem, & verum sacerdotem, & verum deum. Habet vnumquodque animal quatuor facies, quia hic homo est etiam rex, sacerdos, & deus. Hic rex est homo, sacerdos, & deus. Hic sacerdos est homo, rex, & deus. Hic deus est homo, rex, & sacerdos. Mirabilis quippe visio, sed mirabilior eius adimpletio. Intelligi visionē hanc de deo indicat Ezechiel in fine capituli, dicens: Hęc visio similitudinis gloriæ domini. Quæ verba sunt in nonnullis codicibus in principio secundi capituli consignata. Hæc tam ampla Christi mysteria comprehendit paucis verbis diuus Matthæus statim in principio, & veluti frontispicio sui sacrati euangelij, ita dicens: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. In eo quod illū filiū vocauit Dauidis & Abrahami, eius humanitatem explicuit: & hæc est facies hominis, quam vidit Ezechiel. Christus idem est quod vnctus, vngēbatur autem rex, & sacerdos, vt est in veteri testamento multis locis assertum, & perpetuis monumentis consignatum. Afferēs igitur Matthæus redemptorem nostrum esse Christum, aperte innuit

Ephes. 4.
Mich. 2.
Act. 1.
Ioan. 3.
Genes. 28.
Mat. 8.
Mar. 2.
Luc. 5.
Psal. 8.
Hebr. 2.
Exod. 29.
Exod. 40.
1. Reg. 10.
1. Reg. 15.
4. Reg. 11.

eum esse regem & sacerdotem. Et hæc sunt facies leonis & vituli Ezechieli in spiritu ostensæ. In eo autem quod eum vocat Iesum, ostendit eum esse deum: Iesus enim idem est quod saluator. Ideo dixit angelus Iosepho: Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Saluare a peccatis nemo potest, nisi deus. Vnde apud Esaiam volens homini suam ostendere diuinitatem: Ego sum, inquit, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas. Et idem propheta homines alloquens ait: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Et hæc est facies aquilæ ab Ezechiele perspectæ, Christum ad cælum suapte virtute ascendentem significantis. Intuere animo quam paucis verbis noster euangelista magna illa, & illustria mysteria contineat, quæ fuerunt ab Ezechiele longa & difficili oratione significata. Hæc est meo iudicio vera & germana huius loci explanatio. Sed quia Matthæus tractat præcipuè de Christi humanitate, Marcus de eius regno, Lucas de eius sacerdotio, & Ioannes de eius diuinitate, ideo hæc visio merito fuit illis à viris & sapientia & sanctimonia præstantibus applicata. Poteris per faciè hominis in carnationem Christi intelligere, per faciem vituli passionem, per faciem leonis resurrectionem, per faciem aquilæ ascensionem. Quæ omnia David his verbis complexus est: Quid est homo, quod memores eius, aut filius hominis, quia visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. In verbis, homo, & filius hominis, ostenditur incarnatio; in verbis, minuisti eum, passio; in verbis, gloria & honore, resurrectio; in verbis, constituisti eum super opera manuum tuarum, ascensio. Poteris etiam per faciem hominis Christi mansuetudinem & misericordiam intelligere, per faciem bovis eius labores, per faciè leonis eius iu-

stitiam, per faciem aquilæ eius sapientiam. Nos verò qui Christiano nomine gloriamur, nitamur has quatuor facies imitari, & diuinæ bonitatis effigiem in nostris moribus & factis adumbrare, omnesq; nostras actiones ad deum ipsum referre. Simus homines in ratione, humanitate, & mansuetudine: leones in fortitudine, iustitia, & rerum aduersarum tolerantia: boues in laboribus, in gubernatorum obsequio, & in vtilitate communi querenda: aquilæ in diuinarum rerum contemplatione, in veritatis perspicacia, & in actionum, in quibus virtus consistit, celeritate. Ille verè potest homo appellari, qui eo munere fungitur, cuius colendi efficiendiq; causa illum deus sui sanctissimi numinis similem creauit, naturamq; rationis participem illi impertiuit. Quemadmodum est ignis propriam flammam sursum emittere, & terræ in ima sede, cum sit mundi centrum, conglobari, sic est in natura hominis insitum deum colere, eiusq; præcepta custodire. Id intelligens Salomò in fine eius libri, qui inscribitur Ecclesiastes, hæc verba scripta reliquit. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Ille potest merito nomè leonis vsurpare, qui seipsum vincit, appetitum coercet, & aduersus animi hostes fortiter pugnat. Est enim fortitudo claua illa Herculi tributa, quem vestas pro idea posuit virtutis, quæ ipse monstramouit, hoc est tentationes vicit, & de vitijs triumphauit. Debet Christianus fortitudine muniri, eaq; secum gloriari. Ethan idem est quod fortitudo, & hæc fuit tertia mansio filiorum Israelis ab Aegypto egredientium: magna est enim fortitudo Aegyptum hoc est mundum relinquere, & cum tentationibus pugnare. Intuere diu Paulum fortiter præliantem, & has voces emittentem: Sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et rursus: Bonum certamen

men certavi, fidem seruauit, cursum consummaui. Ille dicetur bos, qui in deo seruiendo, & in comunem vtilitatem comparando omnem suam curam & cogitationem fixerit, & locauerit. In Christo Iesu, inquit apostolus, ego laboro, certando secundum operationem eius. Et rursus: In omnibus labora: opus fac euangelistæ. Et ille præterea qui seipsum deo offert in holocaustum. Qui enim Christi sunt, ut ait apostolus, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Denique ille appellabitur aquila, qui in corpore humano vitam cœlestem fuerit imitatus, qui ad deum aspiraerit, & in eius contemplatione insistens, fuerit animo in cœlum sublatus, & mundi dignitates, voluptates, & opes contempserit, ad quas plerique mortales auiditate inflammati rapiuntur. Vide aquilam illam se in sublime conferentem, & clamantem: Conuersatio nostra in cœlis est. Id cecinerat diuinus vates, & illustrissimus rex David: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalém. Hæc Hierosolyma, vbi Davidis pedes, hoc est animi affectus erant, est ciuitas illa cœlestis, vbi sancti nullo dolore affecti, nulla deformitate maculati, sed mirabilibus ac fulgentibus ornamentis muniti, gloria cœlesti cumulantur. Omnes igitur homines qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ut horum quatuor animalium, quæ hic vidit Ezechiel, hominis, leonis, bovis, & aquilæ significatione in suos mores transferre conentur. Quod si fecerint, poterunt gloriari nomine Christiano: & tunc si illud sibi assumpserint, videbuntur id suo iure quodammodo vendicare. Et similitudo hominis in eis. Id est, hæc quatuor animalia simul iuncta formam humanam habere videbantur: erat enim res vna, hoc est vnus Christus, qui, ut verbis vtar apostoli, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalem deo: sed semetipsum exi-

nituit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Volens Ezechiel significare fore, ut qui sine tempore erat, in tempore naturam assumeret humanam, hominis similitudinem in eo conspexisse testatur.

Et quatuor pennæ vni. Vnum quippiam erat quatuor habens facies, & ita erat vnum, ut quatuor essent, quorum singula quatuor alas habebant. Nomine alarum, quibus ascenditur ad alta, virtutes significatur. Est igitur sensus: Siue Christum consideres ut hominem, siue ut regem, siue ut pontificem, siue ut deum, semper eum alis, hoc est virtutibus plenum inuenies. Vel per alas eius verba intelliguntur, quæ ideo dicuntur quatuor, quia per quatuor mundi partes ortum & occasum, septentrionem & austrum fuerunt diffusa, & per vniuersas terrarum nationes longè lateq; propagata. Id mentis oculis multò antea intuens David, psal. 18. has protulit voces: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos de sono euangelij, & concionibus virorum apostolicorum interpretatur. Nec est mirum habere vnumquodque animal quatuor alas, cum etiam habeat quatuor facies, sitque quatuor animalium similitudo. Numerus quaternarius perfectus est, & parium numerorum primus, nam binarius imperfectus est, quod careat medio: omnis enim numerus perfectus principium habet, & medium, & finem. Præterea numerus binarius refert materiam & formam, ut ait Pfellus in libro de arithmetica, nullamq; cum deo habet similitudinem. Eam ob causam inter numeros pares quaternarius est, qui primum obtinet locum. Habet etiã quadratum in architectura principatū, cum omnes sapientes architecti illi semper primas sine cōtrouersia tribuerint. Cum autem Christus venerit ad eccle-

fix ædificium construendum, tam sumptuosum, vt sanguinè pro eo fuderit in pretium redemptionis humane, tantaq; firmitudine roboratum, vt ipse dixerit apud Mattheum, ne portas quidem inferi ad illum euertendum vim vllâ habituras, æquum erat, vt similitudinem haberet quatuor animalium, & essent quatuor facies, & quatuor alæ, omniaq; illa quadraturam referrent, cui primæ in ædificijs deferuntur. Cùm enim videret deus, falsorum deorum cultus per orbem terræ inualuisse, hominesq; relicta veritate ad colenda figmenta demonum fallacijs deceptos per tenebras inextricabiles vagari, ecclesiam cõstituit, ad quam traduceret gètes ab impia superstitione ad castissimum sui numinis cultum, plenissimamq; sanctitatis religionē. Ideo voluit quadrati similitudinem representare. Diuus Ioannes in Apocalypsi narrat vidisse quatuor animalia: quam ob causam existimarunt nonnulli hanc Ezechielis visionem vnã esse cum illa, & eandem. Ego verò existimo multum inter eas distare: nam Ioannis animalia plena sunt oculis ante & retrò, hinc autè in Ezechielis animalibus nulla fit mentio oculorum: illic vnũquodq; animal habet sex alas, hinc quatuor: illic quodlibet animal vnã dũtaxat faciẽ habet, hinc quatuor: illic denique per quatuor animalia quatuor euãgelistæ propriè significantur, hinc per vnum animal quatuor animalium referens similitudinẽ Christus propriè intelligitur:

Et pedes eorum pedes recti. A parte totum intelligit: figura est synecdoche. Vult significare crurã rectã esse, promptaque ad pergendum quoquo versus: erant enim æquabiliter desinentia absque genibus & poplitibus, apta ad currendum ad quamcunque partem. Sensus est. Vidi filium dei venientem in mundum, eum magna cum celeritate à dæmonis tyrannide erepturum, totumque orbem terrarum in magnis errorum tene-

bris iacentem breui tempore illustratum. Cùm volumus innuere esse aliquem velocem, & promptum ad currẽdum, dicimus eum pedes agiles habere: ita volens propheta ostẽdere fore, vt Christus esset mundo opem celeriter laturus, dixit eum rectos pedes habuisse. Cũ primũ Christus natus est, statim cœpit mundo perditõ salutem afferre, vocans pastores Hebræos, & Magos Orientis, vt eos ad vitã perduceret beatam & immortalem. Hoc mentis oculis præuiderat Esaias, cùm illi pater cœlestis de filio suo loquẽs, quẽ erat in mundum missurus, dixit: *Voca nomen eius: accelera, spolia detrahe, festina prædari.* Hęc spolia erant homines, quos Christus de diaboli immanissimi hostis tyrannide velociter eripuit. Nos verò Christum imitemur, & afflictis celeriter subueniamus. Quid enim tam proprium Christianorum, quid tam magnificentum, quid tam regiũ, quam opẽ ferre supplicibus, molestia leuare miseris, occidendiq; reipublice opitulari? Habeamus igitur pedes rectos, & iuxta Esaiæ sententiã, rectas faciamus semitas dei nostri. Audiamus diuũ Paulũ in epistola ad Hebræos dicentẽ: *Soluta genua erigite, & rectos gressus facite pedibus vestris.*

Planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli. Pes bouis maturè incedit, & est diuisus, & fortis. Huiusmodi debent esse pedes nostri. Non ita festinemus, vt cõsiderationem & deliberationem contempnamus, sed iuxta id, quod iam tritum est vetustate proverbium, festinemus lentè. Habenda est etiam diuisio & discretio in electione, & firmitudo in opere, vt ratio retineat appetitus, ne modum transeuntes, & cõsilium abijcientes, animum perturbent, eiusq; constantiam è sua sede & statu dei ciant.

Et scintilla quasi aspectus æris candentis. Hoc est, Christi pedes erant fulgentes instar chalybis politissimi, & puri, atque scintillantes. Pedes apostolorum appellat Esaias

Esai. 52.

Rom. 10.

Ioan. 13.

Apoc. 1.

Exo. 3.

I. Ioan. 1.

Esaias pulchros, dicens: *Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem.* Quem locum in epistola ad Romanos diuus Paulus de concionatoribus euãgelicis exponit. At puros & scintillantes non appellat: solum Christi pedibus hoc tribuitur. Imò de apostolis ait Christus apud Ioannem: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Et Petro dixit: *Nisi te lauerim, non habebis partem mecum.* Ipse enim, vt verbis eiusdem diui Ioannis in Apocalypsi vtamur, lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et qui lauacrum hoc renuerit, æternam gloriam minimè consequetur. Pedes nostri affectus nostri sunt, quos lauare, & de quibus calciamenta ex mortuorum animalium corijs confecta, hoc est mortiferas labe soluere debemus: iuxta id, quod in Exodo dominus in flamma ignis de medio rubi Moyse præcipiebat, dicens: *Ne appropies huc: solue calciamenta de pedibus tuis.* Iustus erat Moyses, & tamen coria pecorum mortuorum è pedibus proijcere iuebatur. Amore Christi flagrabat apostoli, propter quẽ omnia reliquerant, & nihilominus pedes non ita puros habebant, quin tunc lotione indigerent. Multos esse fateor, qui nunc in corporibus humanis vitam cœlestem quodammodo imitantur, atque diuinæ bonitatis effigiẽ in vita sua representare videntur, non tamen sunt tam insigni iustitia præditi, quin labantur aliquando: tanta est enim vis natiuæ labis & corruptelæ, vt non possimus toto vitæ tempore culpa saltem veniali vacare. Si dixerimus, inquit diuus Ioannes, nos peccatum non habere, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Deus est ille, qui est ipsa sanctitas, cuius pedes vidit Ezechiel instar æris politissimi fulgentes, summoq; splendore micantes. Illud est hoc loco aduertendum, hos pedes non ligni esse, nec lapidis, sed æris: est enim æs sonorum metallũ. Vn-

de serpens ille, quem Moyses extulit in deserto, Christum in cruce pendentem adumbrans fuit æneus, quia futurum erat, vt crucis prædicatio per vniuersum orbem sonaret, iuxta, id quod cecinerat regius vates: *In omnẽ terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ.* Nos etiã studeamus pedes æneos, hoc est affectiones sonantes habere, ex quibus exeant ardentes scintillæ, vt desideria nostra sonent verbo, & ardeant amore diuino: fundantq; animi nostri pijs atque frequẽtes ad dominum preces, flagrent que sancta rerũ cœlestium cupiditate.

Manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Sensus est. Ad partem animalium ad orientem sitam erant quatuor manus humanæ, ad eam, quæ erat ad occidentem similiter quatuor, totidem ad partem australem, totidem verò ad septentrionalem. Itaque sub qualibet ala erat manus vna. Cùm autem alæ essent sedecim, totidem erant & manus. Habebant partes hæ respectum ad mundi situm, non ad facies animalium. Per alas virtutum habitus intellige, est enim virtus habitus animi iudicio susceptus, in mediocritate consistens, ex qua oritur vera illa gloria, quæ radices agit, atque etiã propagatur. Et quoniam virtutis laus omnis in actione consistit, per manus opera intellige, sine quibus fides, vt ait diuus Iacobus, mortua est. Fides enim, quæ valet apud deum, ea est, vt ait diuus Paulus, quæ per charitatem operatur. Vnde ait diuus Iacobus: *Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipfos.* Vt enim qui incidit in fluuiũ, si nec brachia mouet, nec manus, nec crura, statim obruitur, & mortuus in profundum decedit, si autem natat, eripitur, sic qui in sola fide nixus virtutis actiones reliquerit, in profundissimũ bathri gurgitẽ mergetur: qui autẽ manus pedesq; agitauerit, illisque remorum loco vsus fuerit, & fidei coniunxerit opera charitatis, hic incolumis

exibit in terram, & portum æternæ securitatis obtinebit. Poteris per alas contemplationem intelligere, qua anima fertur in sublime, quando seipsam reuocat à corporis sensibus, & cogitationem à consuetudine abducit. Opus est homini consuetudo recedendi à sensibus exterioribus, & animam in seipso colligendi, vt seipsum cognoscat, & ad rerum diuinarum contemplationem perueniat. Hanc optabat regius vates, cum has voces proferebat. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescā? Et meritò quidem, nam omnium actio num, quæ à virtute dimanant, nulla est præstantior contemplatione, nulla suauior, nulla diuturnior, & permanētior. Vt excusorium ferramentum feriens silicem excudit scintillas, sic pia rerum diuinarum meditatio elicit ex duro corde ignem diuini amoris. Id sentiens diuinus psaltes concinebat: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Anima, quæ fuerit virtutibus prædita, rerumque diuinarum contemplatione munita alas habebit cellerrimas, meritoque vocabitur auis petens alta, se à terræ laqueis eripiens. Huiusmodi erat Dauidis anima dicentis: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Nos, quibus volandi data est facultas, feramur in deum, & postèriora obliuiscetes, ad priora nos ipsos extendentes, atque ad cœlestia aspirantes, ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu tēdamus. Fugiamus procul à falsis mundi voluptatibus, à pestiferi seculi æstibus, ne quod docti homines fictis historijs memoriæ prodiderunt, nimio solis calore cera resoluta icareos volatus penna relabente destituant. Nam qui prudenter volant, ad tutum prouehuntur, qui verò iuuenilem leuitatem sequentes illicitis cupiditatibus obnoxiam, se per mundi æstus efferrunt, pereunt absque dubio, & refluentibus pennis, meritorumque compage*

resoluta, perniciem sibi pariūt, & in profundum ignominiosè relabuntur. Auis illa cœlestis Christus deus noster ita ad cœlum volauit, vt nos vmbra protegat alarum suarum. In illam omnem spem nostram conferre debemus, aientes cū Dauide: In vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Non enim solùm eius brachia, & manus cruci affixæ fuerunt instar volantium alarum extensæ, sed eius etiam opera velut cœlestis vmbra mundi feruentis incendia temperarunt. Et quoniam ipse vtraque nos vitam docuit, & eam, quæ in cōtemplatione, & eam, quæ in actione cōsistit, ideo manus illi, & pennæ tribuuntur. Et quia vita contemplationi dedita vitæ negotiosæ antecellit, eam ob causam pennæ locum obtinēt superiorem, sub quibus manus hominis collocantur. Hæ manus erant horum animalium, de quibus hīc agitur, sed appellātur manus hominum, quia habebant cum manibus humanis similitudinem. habere autem hæc animalia manus, indicat postea Ezechiel capite decimo.

Et facies & pennas per quatuor partes habebant. Vnumquodque animal habebat quatuor facies, vnam antè, alteram retrò, tertiam dextrorsum, quartam sinistrorsum: & eodem modo tot alas. Explicat diuinus vates quomodo & facies & alæ essēt sitæ, & quo ordine collocatæ.

Iunētes erant penna eorum alterius ad alterum. In Christo omnia, quæ diximus, nepe esse deum & hominem, regem & sacerdotem, erant coherentia & coniuncta. Poteris hoc de virtutibus interpretari, quæ omnes sibi mutuò coherent.

Non reuertebantur, cum incederent. Non respiciebāt retrò, sed ibāt perpetuo gressu, quò cceperant. Christus enim nunquam amisit constantiā. Apud Ioannē cum patre loquēs, Opus, inquit, consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Tu verò ne de gradu firmitudinis dei iaciaris, elige potiùs à loco dimoueri, quam

quam à virtute, & vitam potiùs amittere, quam constantiam. Est enim constantia animi firmitudo in proposito perseverans, in hoc à perseverantia differens, quòd constantia sit in proposito, perseverantia in opere, quam philosophi appellant in ratione bene considerata stabilem & perpetuam permanionem: sed pro eodem sæpè numero accipiuntur. Vide quemadmodū diuus Paulus nos ad constantiam adhortetur. Ad Ephesios scribens, Ne simus, inquit, paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vèto doctrinæ. Ad Corinthios: Vnusquisque, sicut vocauit deus, ita ambulet. Rursus: Sic currite, vt comprehendatis. Ad Timotheum: Bonum certamen certavi, fidem seruauit, cursum consummaui. Ad Hebræos. In disciplina perseverate. Et Christus deus noster apud Matthæum: Qui perseverauerit, inquit, vsque ad finem, hic saluus erit. Volens deus eripere Lot à Sodomorum interitu & incendio præcepit illi, vt ab impia ciuitate discederet, & non respiceret post tergum, sed in montem ascenderet. Sed respiciens eius vxor retrorsum, versa est in statuam salis. Hic mons est perfecta virtus omnibus numeris absoluta, quæ altitudine sua nubes transcendit, & cœlum attingit: efficit enim, vt homo in terra corpore constitutus sit in cœlo animo collocatus. Id sentiebat diuus Paulus, cū ad Philippenses scribēs cōuersionē suam in cœlis esse testaretur. Hunc excelsum virtutis montem vult deus vt relicto mundo ante oculos proponamus, ad eum ascendamus, & in eius ascensu cōstater perseveremus. At si retro respexerimus, mandii vanitates & impietates iterum cupientes, erimus omnibus virtutum ornamentis spoliati, & in salis statuam conuersi. Hæc statua permāsit ad ecclesiæ vsque tempora: & Flavius Iosephus libro primo Antiquitatum asserit se illam vidisse. Sed cum deus statue ret, vt hæc statua vigeret memoria tot

seculorum, eamque posteritas intueretur, quæres fortasse, cur eam non ex duro marmore, aut silice, aut ex aliqua alia dura & firma materia, sed ex sale esse voluerit. Responso est in promptu. Voluit deus, vt conscientias nostras sale illo condiremus, eiusque statuæ causam memoria repetentes, cuncta detestaremur flagitia, vt ita constantia muniti nullo modo respiceremus retro, sed ad montis fastigium & summitatem festinaremus. Inter causas quibus Hebræi animi præstantiam turpi dedecore macularunt, hæc vna extitit, quòd cum ex Aegypto egressi essent, se in promissā terram per desertum corporis pedibus conferebant, animi autem affectibus ad Aegyptum reuertebantur: panem cœlestem, quo eos deus satiabat, contemnebant, ollas autem Aegyptias vehementer optabant. Nemo, vt ait apud Lucam ipsa veritas, mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Hoc volens deus significare apud nostrum Ezechielem, præcepit ne homines templum ingressi, eo ostio exirent, quo introierant, sed vltra tenderent, ne terga verterēt, deumque relinquere viderentur. Iusti ibunt de virtute in virtutem, vt ait regius ac diuinus vates, & videtur deus deorum in Sion. Et diuus Paulus: Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. At sentienda est inconstantia nostra; omniq; lachrymarum copia deploranda. Vt enim delicata aurificis statera paruo quodam pondere mouetur, vt quolibet grano supraposito deorsum tendat, sic nos quacunque re siue prospera siue aduersa perturbamur, & fundum petimus, & mutamus propositum: modò lætitia esterimur, modò dolore comprimimur: quos nunc toto ore laudamus, statim de cœlo dei iudicimus, & maledictis lacrimis: quos modò

81

psal. 54.

simile.

psal. 38.

psal. 123.

philip. 3.

1. cor. 13.

similitudo

psal. 56.

Ephes. 4.

1. Corint. 7.

1. Corint. 9.

2. Timot. 4.

Heb. 12.

Math. 10.

Genes. 19.

Infr. 10.

Philip. 3.

Exo. 16.

Luc. 9.

Ezech. 46.

psal. 83.

Philip. 3.

similitudo

modò amore prosequimur, illico ad exitium & vastitatem vocamus: nunc virtutem amplectimur, in eaque verã amplitudinem collocamus, sed confestim eam abijcimus, & contemnimus: obtemperat voluntas effrenato appetitui, corrumpit constantia, & verus splendor extinguitur. Quemadmodum chamæleon ad speciem rerum, quibus admouetur, mutat colorem, sic nos quacunque tentatione obiecta mutamus virtutis propositum, & quacunque nefariæ cogitationes nos mouet, & quò volūt, impellunt, vt ita in scelere & ignominia volutemur. Et quemadmodum chamæleon colorem album non recipit, cum cæteros recipiat, sic nos ad omnia facile & frequenter præterquam ad animi candorem mutamur. At qui iustitiam coluerit, fueritq; constantia roboratus, etsi violentis rerum aduersarum iectibus concutiatur, tamen nec frangetur, nec vllis sceleratorum oppugnationibus debilitabitur. Cum enim sit magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione inanis gloriæ, firmitudine denique & constantia vt mœnibus septus, quanuis oppugnetur, non tamen expugnabitur, nec retro reuertetur, sed sequetur sancta animalia, de quibus hîc ait noster Ezechiel: Non reuertebatur, dum incederent.

Sed vnum quodque ante faciem suam gradiebatur. Hoc est, anteriora petebant, & directè procedebant. Vnumquodque animal quocūque ibat, habebat ante se vultum vnum absque corporis sui conuersione, habebat nanque quatuor vultus versus quatuor partes oppositas. Id volens propheta explicare, adiecit paulò post: Vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Poteris hoc ita intelligere, vt gradi ante faciem suam, & coram facie sua ambulare, sit seipsum cognoscere. Hæc est magna sapientia, & sublimis philosophia cognoscere seipsum, esseque sibimet præsentem. Im-

pij non solum se non intelligunt, sed à seipsis absunt, & immenso ferè distant interuallo. Id intelligens Esaias aiebat: *Esa. 46.* Redite præuaricatores ad cor. Redeamus igitur ad nos ipsos, ponamus nos ante nos, & coram facie nostra gradiamur. Videamus & opera nostra, & nos, & de nobis, ac si effemus alij, sententiam feramus. Hoc apophthegma, Cognosce te ipsum, ait Plato fuisse quondam in foribus templi Delphici inscriptum, veluti dignum, quod deo tribueretur. Sed est magnoperè aduertendum, ne nostri cognitione eripiat à nobis philautia, quæ solet mentis oculos occludere, & intellectum tenebris cooperire. Quæ nunc ita viget, vt existimem de temporibus hisce nostris dixisse diuum Paulum: *2. Tim. 3.* Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes. Multi nanque se non coram se habent, sed retro, quo fit, vt sua nec aspicientes, nec curantes, aliena tantum inquirant, & cum aliorum scelera acutissimè cernant, in suis prorsus cæcutiant: erga alios sunt lynces, erga seipsos talpæ. Consignatum est literis dixisse quendam philosophum, singulos mortales binas habere maticas siue peras viatorias, alteram ante pectus, alteram à tergo propendètem, sed in priorem aliena vitia conijcere, in posteriorem sua. Vnde ortum est tritum illud vetustate prouerbiùm: Matica à tergo. ad quod alludens Persius ait: Vt nemo in sese tentat descendere, nemo: sed præcedenti spectatur mantica tergo. Vnde diuus Hieronymus. Illa inquit, est vera inter amicos reprehensio, si nostra opera non videntes, aliorum iuxta Persium maticam consideramus. In quodam psalmo loquens deus cum impio aliorum crimina execrante, suaq; nõ videte, *Psal. 49.* Arguã te, inquit, & statuã cõtra faciẽ tuã: Ac si diceret: Ego tecum disceptabo, tua scelera tibi ostendam, & ponam te coram te, vt te ipsum planè aspicias. Nõ se cognoscit, qui quòd in se laudat, aut dissimulat, in

alij

Zeni. 19.

Prouer. 20.

Similitudo.

alij execratur, eosque suo nomine flagitiosos appellat. Hic contra dei legem duobus vtitur ponderibus, altero sibi, altero alijs, dicente deo in Leuitico: Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, equusque sextarius. Et Salomone in Prouerbijs: Ponderus & pondus, mensura & mensura, vt roneque abominabile est apud deum. Vnde hæc ponderum varietas nisi ex ignorantia nostri? Vt in femine causa est arborum & stirpiũ, sic flagitiorum nostrorum causa est ignorantia nostri. In Creta proditum est memoriæ, fuisse labyrinthum quendam à Dædalo factum, tot viarum ambagibus inflexum, tot cursibus & recuribus inextricabilem, tot difficultatibus impeditum, vt nemo in illum ingressus posset ad primum ostium reuerti: quo effiebat, vt omnes illuc introeuntes perirent. Theseum autem accepto fili glomere labyrinthum penetrasse, & incolumem regressum esse ope fili, quod manu tenebat, interfectoque Minotauro victorem rediisse. Hæc poetæ, qui omnia sibi licere arbitrabantur. Ego existimo hoc labyrintho significari mundũ, & filo hoc cognitionem sui. quid enim mundi negotijs implicatus? quid superbiæ, avaritiæ, libidinis, & vanitatis laqueis inenodabilius? Ingressi mortales falsas & inexplicabiles huius seculi vias, irriteriti eius fraudibus, negotijs, blanditijs, & voluptatibus, exitum ignorat huius labyrinthi, & existimantes irreuerbiales esse errores, in quibus versantur, pereunt in mundo, tetras maculas sibi ipsis inurentes, & Christianæ dignitatis amplitudinem labefactantes. At qui secũ asportat filium cognitionis sui ipsius, exit e seculo, & de occiso effrenato appetitu victoriam admirabilem reportat, quoniam seipsum cognoscens, & fragilitatem suam animo perspicuus non se extollit, & insolentem reddit, non vanitatibus fidit, non se vitijs contaminat, non in falsa gloria spem ponit rerum

suarum, quin potius dat operam, vt ipsa virtus eum trahat ad verũ decus. Eam ob causam institutum suum ad certam honestatis regulam dirigit, & officiorum omnium momenta perpendit. Qui huiusmodi vitæ cursum conficiunt, cum glomere lini, hoc est, cum sui cognitione inueniunt exitum, qui autem sine eo procedunt, perniciem sibi machinantur. Agnoscamus igitur nos ipsos, & expulsi erroribus, atque cupiditatum ardore restincto mundum contemnamus, & ad cœlum aspiremus. Non in præmijs humanis, sed in deo nostro totam spem nostræ anchoram figamus, ad eum tendamus, & iuxta id, quod ait Ezechiel, ante faciem nostram ambulemus.

Similitudo autem vultus eorum. Id est, quatuor animalia habebat sedecim facies, vnumquodque quatuor, nimirum in fronte faciem hominis, ad dexteram faciem leonis, ad sinistram vituli, à tergo aquilæ cæteris eminentiorem. Nã cum Christus videretur, id quod se prius hominibus obijciebat, erat eius humanitas, quã ob causam erat facies hominis in fronte. Erat facies vituli ad sinistram, quia ob eius mortem per vitulum significatam multi fuerunt pressi dolore: facies verò leonis ad dextram, quia ob eius reditum ad vitam per leonem intellectum multi fuerunt gaudio affecti: per dextram enim prosperitatem intelligimus, quemadmodum per sinistram aduersitatem. At facies aquilæ à tergo erat, sed altior & sublimior, quia in Christo diuinitas in facie aquilæ ostesa, erat in humanitate abscondita, sed multò excellentior & illustrior, quam ob causam inter alias facies eminebat.

Et facies eorum. Hic debet esse punctum, Sensus est: Ita quemadmodum dixi, erant facies dispositæ & collocatæ: & de ijs hæc tenus.

Et penna eorum extera de super. Hoc est, tederant in cœlum. Intuere quales debeant esse virtutes nostræ, nimirum ad cœlum directæ,

non

Colof. 3.
Mar. 7.
Ioan. 6.
Ecclef. 2.
Colof. 1.
Psal. 16.
Ose. 5.
Genes. 15.
Cant. 8.
similitudo.
similitudo.

non ad terram. Quæ sursum sunt, quærite, ait apostolus, non quæ super terram. Hoc docebat Christus, quâdo oculos ad cœlū leuabat, quod nō sine causa euāgelistæ cōmemorat. Oculus noster est intentio nostra, quæ debet in deum conferri. Id significauit Salomon dicēs: Sapientis oculi in capite eius. Caput nostrum Christus est, vt ait apostolus, in quē debent conijci oculi nostri. De iniquis ait psalmographus: Oculos suos stauerunt declinare in terram. Et Oseas: Victimam declinastis in profundum. Qui humana laude, inaniq̄ gloria ductus in virtutū actiones incumbit, eas amittit. Nulla est tinea, quæ ita vestem terat, ac inanis gloria virtutem. Sacrificāte Abrahamo ait diuina scriptura descendisse volucres super cadauera, eum quē illas abegisse. Quid aliud est Abrahamum volucres abigere, quā debere virum iustum laudes rerum gestarū fugere, hominumq; rumusculos declinare: Christus debet esse finis, quō mentem & propositū dirigamus: ille enim ait in Canticis: Pone me vt signaculum super cor tuum. Ac si diceret: Constitue me scopum in corde tuo, quō omnia te la tuarum cogitationum, verborum, & operum dirigantur. At qui sermonis hominum inanem celebritatem consequi desiderant, & in populi temeritate vitiōrum plerunque laudatrice gloriam constituunt, hi non propter Christum, sed propter inanem gloriam virtutibus vtuntur, seu vt verius loquar, scelera sua nefaria, & teterrimas fraudes fronte honestatis occultant, fictæque sanctimonix specie tegunt. Vt organorum pulsatores, nisi eis ventosos folles quis leuet, nullum penitus sonitum efficiēt, sic vani homines, nisi laudibus efferantur, in virtutis actionem nullo modo incumbent. Quemadmodum nautæ qui ventorum cursu feruntur, existentes in portu non solunt absque venti prosperitate ad voluntatem flantis, & saepe longi

temporis interuallo expectant vētūm, alias non nauigaturi, sic hypocrita populi plausum quærunt, hominumque rumusculos, & inanem fauorem aucupantur, alioquin nulli bono studio operam daturi. Hi non rectè facta, sed rectè factorum pramia sequuntur, deum quē minimè intuetur. Hos nullo modo imitari debemus, dicēte Christo apud Mattheum: Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes: amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. At regius vates aiebat: Prouidebam de minum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Ac si diceret: Deus mihi semper ante oculos obuertatur: nihil cogito, aut loquor, aut efficio, quin illud ad eum dirigam, illumq; adesse cogitem. Et merito quidem, nam ille mihi animi fortitudinem, & cōstantiam tribuit, ne vlli ærumnarum oneri succumbam. In epistola prima ad Corinthios ait diuus Paulus: Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriā dei facite. Vt nemus vmbiferum, prima fronte amœnum tanta oblectatione pascit oculos virentium plantarum varietate & densitate, vt videatur voluptatis causa comparatum, cū intus sit plenum serpentibus venenosis, lupis rapacibus, alijsque feris nocuis & immanibus, sic hypocrita, cū foris sanctus appareat, omnibusque virtutum ornamentis excultus oblectat oculos videntium: at intus latet superbia, auaritia, inuidia, cæteraque scelera indomitæ ferarum more in cordis sylua passim vagantia. Hypocrisis iuxta Chrysologi descriptionem est subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis. Et vt ego existimo illi sunt teterrimi iudicandi, qui cū maximè fallunt, tum id agunt, vt virtute præditi esse videantur. Illud tamen velim tibi persuadeas, de inanem glo-

gloriam vituperare, non eam quæ solida est, & virtutum confectrix, quæ altis radicibus innititur, quæ est honestatis præmium, & virtutis splendor. Hæc gloria est inanis gloriæ cōtemprix, ambitionis expultrix, non popularem aurā affectat, non ambit præfecturas, sed dei gloria delectatur, ad quam absque dubio refertur. Qui viris magnanimis, sapientia atque virtute illustribus, qui se ad literarum studia excolēda, vel ad reipublicā pace aut bello administrandā contulere, hanc verā solidamq; gloriā prohibere voluerit, is mihi videbitur nautis præcipere, vt onerariā nauim vi remorū duntaxat impellant, & in mari nauigēt absque velis & vētis. Præceptū quidem asperum & difficile. Possumus igitur verā gloriā ad dei gloriā relata appetere, ad quem pennas & alas nostras, extēdere & dirigere debemus.

similitudo.

Et duæ tegebant corpora eorum. Volabant, & corpora cooperiebant. Da operam vt voles virtutibus, sed te ipsum regas, ne opera tua ostentes. Laudabilia sunt, quæ absque veditatione: & sine populo teste fiunt: nullū theatrum cōscientia maius est. Vera gloria in virtute consistens radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia instar flosculorum decidunt, nec simulatum quicquam potest diu permanere. Qui pro rebus à se beneficijs, & beneficiorum collatione inanes appetit laudes, non se deo offert, sed sua. Cain de fructibus terræ deo munera offerebat, & Abel de primogenitis pecorum suorum. At respexit deus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Cur hoc? nisi quia Cain malè diuidebat, dabat enim deo aliquid suum, sibi autem seipsum. Abel contrā prius seipsum deo offerebat, postea sua: corā muneribus ibat in patina cor suum deo oblatum, non illud sibi reseruabat, sed in holocaustum seipsum totum penitus deo offerebat. Ideo non ait scriptura, respexit de-

Genes. 4.

minū ad munera Abel, & ad Abel, sed respexit ad Abel, & postea ad munera eius, prius enim respicit animū, quā opus, prius nos, quā nostra.

Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Impetu spiritus ducuntur iusti, impetu autem carnis scelerati. Impetus spiritus animū excitat ad virtutes, impetus carnis ad vitia. Si dei es, spiritum sequeris, si diaboli carnem. Considera quo impetu ducaris, & intelliges, cuius sis seruus. Si deo seruieris, fuerisque eius amore inflammatus, gloriam consequeris æternam, si autem te vitijs cōtaminaueris, falsisque voluptatibus dederis, erit tibi iter seclusum à concilio cœlitum, & in tenebras æternas relegaberis.

Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Flāmam diuini amoris significat. Hic est ignis ille, in quo fuit immolatus agnus diuinus, qui morte sua nos immortalitatis fecit esse participes. In ara enim crucis sita in Caluarix monte se pro nobis holocaustum constituit, vt nos patri reconciliaret. Ex monte illo, qui erat spelunca latronum, fecit locum orationis, cū illi, qui eum ad interitum vocauerant, ex loco orationis speluncā fecissent latronum. At ille vsque ad eō homines dilexit, tanto erga illos amore flagrauit, vt nō dubitauerit etiā pro ijs, qui incensi odio eum occidere conabantur, crucem subire, & acerbissima supplicia tolerare, vt hominum genus è tenebris inextricabilibus ad veritatis splendorem adduceret, viamque ostenderet ad gloriam immortalē consequendam. Intuere tantā vim amoris, & erga eum, qui te ita dilexit, diuina quadam charitate ita inflammare, vt sit aspectus tuus quasi ignis prunarum ardentium. Hic est ignis rubi, qui ardebat, & non comburebatur. Hic est ignis, in quo deus præcipiebat spicas sibi oblatas torreti: vult enim opera bona absque fuce, ab arstis inanis gloriæ perpurgata, & virtutum grana solida

Mar. 11.
Luc. 19.Exod. 31.
Leui. 2.

solida & pura. Non vult opera frigida, & aristas humanarum laudum circumdata, sed amoris diuini igne succensa, & ad ipsum diuinum numen relata. Hic est ignis, quem deus in altari semper arde-
Leui. 6. re præcipiebat, vt in ara cordis nostri omnia nostra desideria, omnemq; volūtatem igne charitatis immolaremus.
4. Reg. 2. Diuinus hic amor currus est igneus, quo ascendit Elias in cœlum, qui nos etiam illuc asportabit. Et quoniã Christi euangelium lex est amoris, ait diuina scriptura in libro Deuteronomij apparuisse eũ de monte Pharan legem igneã dextra tenentem. Pharan idem est quod frugiferum, quo significatur dei ecclesia mōs fertilis, mirabiles fructus producēs. Et quoniam per dextram id quod magni facimus & amore prosequimur, intelligimus, dicitur deus tenere euangelium dextra, & nō sinistra. Vnde filius, quem
Deut. 33. Iacob ex charissima Rachele genuit in senectute, fuit ab eo appellatus Benjamin, hoc est filius dextræ, quasi filius dilectus. Et quoniam lex erat ignea, eam ob causam apparuerunt Christi discipulis dispersitę linguę tanquam ignis, & repleti sunt spiritu sancto. Cũ enim essent legem amoris annuntiatu-
Act. 2. re, oportebat esse amore repletos, & linguis cœlestibus munitos, vt charitatis igne flagrarent, & veritatem intrepidę proferrent. De hoc diuinę charitatis igne ait
Luc. 12. Christus apud Lucam: Ignem veni mittere in terram, vt quid volo nisi vt accēdatur: Hęc terra cor nostrum est, terrā amans, & in terram conuersum. Et quē admodum frigidum hoc & infimum elementum in media est mundi sede cōglobatum, sic cor humanum est in medio corporis constitutum. Hoc cor vult deus vt diuina concipiat, quę illud amore incendat, & studio immortalitatis inflamment. Illud est hoc loco aduertēdum comparari aspectus animalium prunis ardentibus, & lampadibus illuminātib; quia in nobis prius debet esse arde-

re, & postea illuminare: debemus arde-
 re charitate, & illuminare moribus & exemplo. De hoc ardore loquebantur duo illi discipuli euntes in castellum *Luc. 24.* Emmaus, vbi Christus euauit ex oculis eorum: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Oportebat eos prius ardere, & postea illuminare. De Ioanne Baptista ait Christus apud Ioan-
Ioan. 5. nē: Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed quoniam hęc animalia vnum esse animal diximus, per quod Christum intelligimus, possumus per ignem & lampadarum splendorem eius diuinitatem explanare: ait enim diuus Paulus in epistola ad Hebræos deum nostrum ignē esse consumētē: & in Deuteronomio *Deut. 4.* alloquens Moyses Israeliticum populum aiebat: Deus tuus ignis consumens est. Ad Hebræos de Christi diuinitate *Heb. 1.* scribens ait apostolus, eum esse splendorem glorię, & figuram substantię eius: vbi per gloriam intelligit patrem veluti solem, per splendorem filium cœternum patri, vt explicet esse deũ de deo, lumē de lumine. Vt sol nūquā fuit absq; splendore, & cū splendor procedat a sole, est tamē simul cū eo, sic pater nūquam fuit sine filio, & cū filius procedat a patre, est simul cū patre: in trinitate enim nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totę tres personę cœternę sibi sunt, & cœquales. Nō me fugit posse etiam hoc animalium splendore significari sapientiam, quam omnes Christũ sequentes diligere tenētur: monēt enim Salomon, vt diligamus lumen sapiētie. Et Daniel, Qui docti, inquit, fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti. Illud est hoc loco aduertendum, viros iustos, qui se ad Christi Iesu imitationem contulere, prunas esse ignis ardentis, & lampades radiantes. Quo fit, vt quemadmodum qui ignem attingit, incendatur, sic qui viris sapientia & charitate præstantibus, familiariter vitur, dei exardescat amore,

amore, & eternitatis incendatur studio. Et quemadmodum prunę lucem proximē emittunt, lampades verò splendorem longius fundunt, sic qui & virtute & sapientia sunt præditi, & charitate inflammati, non solum propinquos, sed etiam lōgē distantes illustrāt doctrina, & vitę sanctimonia, ne errorum caliginē circumfundantur, & in cæcarum tenebrarum obscuritate versentur. Quo nihil potest esse gloriosius, nihil excogitari præstantius. Huiusmodi fuerūt Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & alij, qui mundum illustrarunt, quorū sapientię & virtutis monimenta ad immortalitatem, & religionem, & memoriam æternam celebrantur.

Hęc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cũ quę aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur, cū ambularent. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & rotum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Et cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cū eleuarentur animalia de terra, eleuabatur simul & rotæ. Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, se-

quētes eum. Spiritus enim vitę erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cū stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotę sequentes ea: quia spiritus vitę erat in rotis.

Hęc erat visio discurrens. Hoc est, & de visione splendentis ignis, atque fulguris ex igne egredientis, quę inter animalia discurrebāt, hęc habui, quę dicerem.

De igne fulgur egrediens. Significat ingē. Christi claritatem, & miraculorū splendorem. Vel sic. Ex igne amoris egrediebatur fulgur calamitatis. Ideo Christus suos affligit, quia eos amore prosequitur. Hac ratione ductus aiebat in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Quę *Heb. 12.* diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Vt *similitudo* fulgur ferit terram, sed cœlum illustrat, sic afflictio propter deũ placatę & moderatę tolerata corpus debilitat, & dolore frangit, mentem autem purificat, & clariorem reddit. Quemadmodum *Ioan. 5.* in probatica piscina per aquę motionē & tribulationem operabatur deus sanitatem, ita per molestiarum exagitationem efficit tranquillitatem, per paupertatem diuitias, per mortem vitam, per dolorem gaudium. Hęc est causa, cur permittit deus, vt viri iusti incidant sæpe in calamitates, & in communibus miserijs præcipuo quodam angantur dolore: fulgent enim iustorum dignitas & amplitudo calamitatibus ipsis, & sceleratorū hominum iniuria illustratur.

Et animalia ibant, & reuertebantur. Antea dixerat: Nec reuertebantur, cū ambularent: nunc ait: Et reuertebantur. Hęc, quę inter se prima fronte repugnare videntur, magnoperē cohærēt: nam prius significatur, vt diximus in opere incepto firma cōstantia, hęc autem post opus finitū obedientia. Igitur euntia nō reuertebantur, donec munus suum perficerent,

ficerent, & functionem suam accuratè & perfectè exerceat: at absoluto opere reuertebantur ad aliã functionē obeundam parata. Reuersio instar fulguris coruscantis indicat cursus diligentiam & velocitatem. Vel sic: Reuertebantur, quia ad quamlibet partem ambulabant, & non reuertebantur, quia vultus non conuertebant: cum enim vnumquodque animal quatuor facies haberet, absque earum cōuersione mouebatur.

Apparuit rota vna super terram iuxta animalia habens quatuor facies. Hoc est, vidi quatuor rotas: nam vnumquodque animal habebat sub se rotam vnam. Esse quatuor rotas indicat illud, quod paulò post sequitur: Et vna similitudo ipsarum quatuor. Id quod capite vndecimo, vbi hæc eadem visio iterū narratur, apertè ostēditur. Sed hæc rotæ ita erant quatuor, vt esset vna, quia vna erat earum similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse viderentur: id quod de animalibus antea diximus. Inter Christianos etiam tanta debet esse concordia, tanta animorum coniūctio, vt vnum habeant animum, vnam & eandem voluntatem: iuxta id, quod de ecclesia primitiua ait in Actis apostolorum diuus Lucas: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hæc rotæ erant in loco minus sublimi: nec enim erant intra terram, nec accedebant ad animalium altitudinem. Per has rotas Christum sequentes viri iusti significantur: & ideo quatuor sunt, quia in quatuor mundi partibus iusti reperiuntur, cum vera dei cognitio sit per vniuersum terrarum orbem longè lateq; propagata. Quemadmodum rotæ faciliè currunt, ita iusti ad quancunque virtutis actionem oblatam faciliè mouentur. Et vt rota vna tantum particula terram attingit, cæteris autem ab ea eleuatur, sic vir iustitia & pietate præstante solum corpore habitat in terra, cum & affectu, & desiderio feratur in sublimi, & in cælo cogitatione commo-

retur. Vt enim in noctis serenitate transeuntibus iuxta profundum fluuium vident in quieto pelago globosæ lunæ & micantium stellarum pulchras imagines, illa autem astra, & si illic esse videantur, sunt tamē in cælis collocata, sic viri sapientia præstantes, vitamq; ad virtutis libellam dirigentes licet in huius vitæ fluuiio ad mortis mare tendente existere videantur, ipsi tamen spiritu & mente in cælo sunt fixi atque locati, & vitam cœlestem imitantes ea contemunt, quæ flagitiosis eximia & præclara videntur, ad quæ pleriq; mortales impia auaritate inflammati rapiuntur.

Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo. Sensus est: Hæc rotæ, quod attinet ad colorem & opus earum, repræsentabant mare, quod verò attinet ad modum & dispositionem, ita erant similes, vt viderentur esse vna & eadem. Harum rotarum nomine verè Christiani significantur: & ideo vna est rota, quia vna est catholica ecclesia ex cunctis fidelibus in vnum pulcherrimum corpus à spiritu sancto coagmentata, cuius corporis caput est Christus Iesus, qui sibi obedientes ad vitam perducet beatam & immortalem. In hac Romana & vniuersali ecclesia non solum boni sunt, sed etiam mali: est enim similis fagenæ missæ in mare, ex omni genere piscium cōgreganti. Sed quia in hac vita non est gratia nisi in hac Christi ecclesia, meritò sancta dicitur, & rotæ Christum sequenti comparatur. Eam ob causam ait propheta eam similem esse mari, quia in eo fuit Pharaon cuius obrutus & submersus, Israelitæ autem mirabiliter erepti: in baptismo enim peccata delentur, & gratia atque virtutes conferuntur. Erat in templo Salomonis mare quoddam fusile & æneum, vbi abluiebantur, qui erant ad sacrarium ingressuri: ita in ecclesia est lauacrum, vbi peccatorum sordes & labe abluuntur, vt cœlum ingrediatur. Fortasse huic mari æneo

ri æneo in colore & opere cōparat diuinus vates rotam, quam viderat. Vel ecclesiam mari Oceano similem dicit, ob eius magnitudinem & propagationem.

Quasi sit rota in medio rotæ. Quatuor erant rotæ, sed ita implicatæ, vt spheram quasi constituerent. Erat currus quatuor rotarum ita dispositarum, vt rota vna secaret alteram ad angulos circulares, & alia aliã eodem modo: quemadmodum cum quatuor circuli ita sunt inserti, vt sese interfecerent ad angulos rectos spherales. Hæc animalia vocantur capite decimo cherubim: vnde in libro Ecclesiastici sunt hæc verba literis mandata: Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quã ostendit ei in curru cherubim. Currus erat, & rota in modum crucis per medium rotæ, & ita implicatæ erant rotæ, vt vnus rotæ similitudinem indicarent. Significat mutuam charitatem, quæ debet esse inter Christianos, qui ita debent esse spiritualibus vinculis cōiuncti, vt crucem potius quam voluptatem sequantur. Fuerunt nonnulli, qui per hunc currum rotarum ipsum cœlum intelligendum putarent, quod rota siue sphaera ab ipsis appelleretur. Vt autem hoc probarent, Platonem citarunt suæ explanationis testem, qui cœlum appellauit volucrum currum. Per animalia autem intellexerunt signa cœlestia in zodiaco cōstituta, quæ sunt aries, taurus, & cætera, quorum nomina mathematici finxerunt. At opinionem hæc irridet diuus Ambrosius in libro de Abraham patriarcha: & meritò quidē, quoniam nō in veritate theologica, sed in opinione philosophica nititur. Nos per currum hunc vnumquemque virum iustitia & pietate insignē iuxta diuinarum literarum morem interpretamur: nam libro quarto Regum Elias currus appellatur, similiter & Elisæus: In psalmo etiam per currum dei multiplicem quidam electos dei interpretantur.

Eccle. 49.

4. Reg. 2.
4. Reg. 13.
Isal. 67.

Ibant, & non reuertebantur. Ostendit iustorum constantiam.

Statura quoque erat rotis. Id est, habebant rotæ hæc magnitudinem. Poteris per staturam terga intelligere, id enim significat dictio hebraica. Sensus est: Hæc rotæ tam ingentia habebant terga, tantamque altitudinem, vt horribiles aspicientibus apparerēt. Viri nanque verè Christiani, qui veram dignitatem collocant in virtute, eaque muniti nullo modo expugnantur, illis metum incutiunt, qui animam flagitijs deformantes, pestilentibus voluptatibus ducuntur. Poteris per rotarum terga intelligere in laboribus patientiam, rerumque aduersarum tolerantiam, per altitudinem verò honorem, & veram nobilitatem in virtute consistentem.

Et totum corpus oculis plenum. Rotarum corpus erat totum oculorum multitudine ornatum. Si corpus fuerit plenum oculis, seruiet animo, sin autem cæcum fuerit, animum à virtute detorquebit, & veluti effrenatus equus præcipirabit. Trismegistus in septimo Pymandri hæc verba literis mādauit: Oportet, vestem, quam circumfers, exuere, indumentum incitiæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viam mortem, sensitium cadauer, sepulchrum circumuertibile, domesticum furem, qui dū blanditur, odit, dū odit, invidet. Huiusmodi est, quo circumtegeris umbraculum inimicum. Hęc ille de cæco corpore, animi oculis priuato: quod si oculis redundat, instrumentum est, quo homo seruit numini sanctissimo. Nihil est in corpore pretiosius oculis, nihil præstantius: quam ob causam locum obtinent altissimum, ex quo plurima cōspicientes veluti diligentes speculatores suo munere funguntur. Esse rotas oculis circumquaque repletas, indicat debere nos prouidos esse & cautos propter varias hostium anime insidias, & non solum præterita in memoriam

C 2 reuo-

reuocare, & præsentia conspiciere, sed in posterum quam longissimè provide re. Debemus itaque summo studio vigilare, ne in errore versemur, & diligenter circūspicere, ne in carnis, mundi, & dæmonis insidias incidamus. Sobrius esto te, inquit in epistola prima diuus Petrus, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret. Diuus Paulus in prima ad Corinthios: Non dormiamus sicut ceteri, sed vigilemus. Et apud Mattheum Christus deus noster: Vigilate, quia nescitis diem, ne horam. Christianum hominem comparat in Apologético Gregorius Nazianzenus funambulo. Vt illum, qui per districtos in excelso funes incedit, oportet diligenter videre, & celeriter animo circūspicere, ne huc vel illuc declinet, interibit enim, si vel aliquantulum, quamvis exiguum deuiauerit, sic nos oportet oculos esse, & accuratè aspiciere, vbi pedes figamus, ne in profundum præcipitemur: si enim pedes affectionum cum deliberato consensu in mortifero peccato posuerimus illud perpetrantes, statim à gratia excidemus, & in culpæ barathrū præcipites ruemus, & ita ob nostram cæcitatē in præceptu erit nostrum exitium. Quare danda opera est, ne oculos amittamus: amittimus autem eos, si nos falsis voluptatibus tradiderimus. Hoc fuit in Samfone adumbratum: non enim Palæstini illius admirabilis viri oculos eruerunt, nisi postquam in Dalilæ sinu obdormiuit: sic non te inimici obcæcabunt, nisi fueris voluptate delinitus. Quid voluit allegoricè significare diuina scriptura asserens Nabuchodonosorē oculos Sedechię eruisse, eumque captiuum adduxisse in Chaldæam, nisi dæmonem eos obcæcare, & in mundi confusionem captiuos adducere, qui sese voluptatibus dedunt & in hominum societate violanda fraudes inexpiabiles concipiunt? Nam dominante libidine nullus

est temperantiæ locus, nec in cupiditatis regno virtus potest consistere. Vbi autem virtus deest, ibi non adest prudentia, vbi prudentia non est, ibi non est visus, sed misera mentis obcæcatio, vbi mentis obcæcatio: ibi certus interitus, & exitium luctuosum. Id intelligens diabolus conatur priuare nos oculis, quod significauit diuina scriptura sub nomine Naas, qui voluit oculos extrahere habitatoribus Iabes. Naas sonat serpentem, qui nobis oculos intellectus tenebris obruere contēdit. Tanto nos odio prosequitur diabolus serpens antiquus, vt virtuti insidietur, quo possit eam statim in principio interficere. Quā ob causam multis oculis, multisque vigilijs opus est, vt eius insidias declinamus. Pharaon in partu volebat filios Israel occidere, ne dei populus propagaretur: diabolus vult bona opera statim interficere, ne crescant & dilatentur. Hic est draco septem capitum, qui, vt ait in Apocalypsi diuus Ioannes, stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. At natus puer, fuit à deo liberatus. Hęc mulier est anima deo deuota, quæ cum bona cogitat, & faciendā proponit, concipere dicitur, cum verò fructum cogitationis bonæ in lucem edidit, atque in virtutis actionē incubuit, tunc peperit. Id intelligens Esaias, A facie tua, inquit, cōcepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Sed adest dæmon septem capitum: ad septem mortifera inuitans flagitia, qui desiderat fructum virtutis interficere. At si anima est oculis circūsepta, & dæmonis insidias cauere curat, eripitur honestatis fructus, & gratus est deo: si autem se à dæmone patitur obcæcari, non solum eius fructus, sed ipsa etiam amittitur. Eam ob causam studet diabolus nostræ mentis oculos tenebris circūfundere. Sed Christus deus noster, vera illa lux, quæ illuminat omnē

I. Reg. II.

Exod. I.

Apoc. 12.

Esa. 26.

Ican. I.

volens

volens cæco à natiuitate mederi, eius oculos liniuit luto, & ad fontem Siloe misit lauandum. Vult deus, vt ante oculos lutum scelerum nostrorum habeamus, vt flagitiorum nostrorum maculas cognoscentes, accedamus ad sacramentum cōfessionis, ad fontem Siloe, cuius aquæ, vt ait Esaias, currunt cum silentio, vt ibi absolutionem, lumenque gratiæ recipiamus. Væ illis, quorum intellectus est caligine coopertus, de quibus ait apostolus in epistola ad Romanos: Obscuratum est insipiens cor eorum. Et ad Ephesios: Tenebris obscuratum habentes intellectum. Merito antiqui illi, qui apud gentes sapientes habebantur, fictis fabulis scriptum reliquerunt, Gerionem Hispanorum regem tricorporum fuisse, & sex oculis ornatum, & Ianum vetustissimum Italiæ regem geminam faciem prætulisse, & oculis antè & retrò præterita & futura considerasse. Hoc enim absque dubio ad prudentiam, & solertiam, & vigilantiam referebant, quemadmodum etiam Argum pastorem totum oculis scaterere fabulabantur. Et iuxta Mineruam draconem acutissimi visus pingebant, significantes opus esse summa sollicitudine vigilare, ne sapientiam per Mineruam significatam amitteremus. Per Mineruam autem non carnis prudentiā, quam diuus Paulus mortem vocat, sed sapientiam cum honestate coniunctam intelligebant, quam ob causam asserunt eā esse virginem, & ex cerebro Iouis prognatam, ad inueniendum non esse veram sapientiam carnis inuentum, sed ex inexhausto diuinę sapiētie fonte depromptam. Nos habemus Ezechielem diuinum vatem, cuius animum diuinus spiritus afflauit, qui rotas ait vidisse oculis plenas, vt nos ad perspicientiam, & vigilantiam, & diuinarum humanarumque rerum contemplationem exciteret. Eodē modo diuus Ioannes in Apocalypsi ait quatuor vidisse animalia oculos

Ican. 9.

Esa. 8.

Rom. 1.

Ephes. 4.

Rom. 8.

Apoc. 4.

lis plena antè & retrò, & paulò post asserit esse intus oculata: non enim exteriora solum, sed interiora etiam sunt nobis perspicienda & exploranda. Et vbi hæc omnia prouiderimus, iam mentis acie perpurgata, oculos ad cælum eleuamus, & diuina mysteria sole fulgentiora intuentes, atque animum ad æternitatem alētes, in ipsius dei contēplationē rapiamur, & reuelata facie gloriam domini speculantes, in eādē imaginem à claritate in claritatem, tāquam à domini spiritu transformemur.

Cum ambularent animalia, ambulabant pariter

Et rota iuxta ea. Rotæ viri iusti sunt, qui diuinum animal, hoc est Christum sequuntur. Eleuantur à terra, humana continent: & animum à cogitatione rerum fragilium & inanium abducen-

tes, atque ad cœtum mentium beatarum aspirantes, Christum sequuntur, vt eo in æterna beatitudine fruantur. Vide quemadmodum apostoli Christum secuti fuerint. Ecce nos, ait quidā

ex illis loco omnium, reliquimus omnia, & secuti sumus te. Cum Christus curreret, exultauit enim vt gigas ad cur-

rendam viam, necesse erat, vt currerent & discipuli: at non poterāt ita expedite currere, nisi essent exonerati: eā ob causam omnia pro eo reliquerunt, ne diuitiarum pondere grauarentur. In Gene-

si, vbi cōmunis editio habet: Erat Abraham diues valde, habet versio græca: βαρὺς σφόδρα. id est, grauis vehementer.

Pondere AEgypti grauabatur: licet enim diuitiæ leues videantur, tamen quia AEgyptiæ sunt, viris sanctis graues sunt. Omnia igitur reliquerunt, vt nudi nudum sequerentur. Multi nunc

sequerentur etiam Christum, nisi detinerentur proprio amore sui, essetque eorum naus remora philautiæ impedita. Refert Plinius libro nono & trigesimo secundo, & Aelianus libro duodecimo, & magni alij authores, esse quēdam pisciculum crustitectum no-

C 3 mine

mine remoram, qui etiam si ruat venti, & sciant procellæ, remoratur magnū nauigium, quod nullæ anchoræ, nulla vincula efficere potuerunt. Vt igitur remora naui expassis velis nauiganti cursum impedit, sic philautia nos detinet & retardat, ne sequamur Christum nos ducentem ad portum æternæ securitatis. Hoc plorabat ijs flebilibus vocibus Esaias: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs sceleratis, semini nequam, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt reuersum. Volens Absolon impius illustrissimi Dauidis filius Hierosolymæ expugnare, & optimum patrem expoliare regno, bellum illi parauit. Et ait sancta scriptura omnes toto corde secutos fuisse Absolonem. Absolon filius sceleratus est noster deprauatus appetitus, in nobis genitus: hic vult regnare, & longius euagari, nulloque modo à ratione retineri: qui relinquens obedientiam, bellum aduersus Hierosolymam, hoc est aduersus animam constituit, & in certamen descendit. Et ferè omnes contempto vero rege, hoc est, deo relicto, Absolonem sequimur, omnibusque virtutum ornamentis nudati, in maxima ignominia versamur, & clausis oculis imus ad mortem. Nonnulli aperte relinquunt Christum, alij malitiam dissimulantes virtutem fingunt, & quò magis Christum sequi videntur, eò maiore fuga ab illo alienantur. Vt struthio camelus ingens auis pennas habet, sed non volat, nec fertur in sublime, sic multi pennis ceremoniarum ad cælum extolli videntur, illi autem à terra non eleuantur. Non damno ceremonias, quas semper bonas, pulchras, & viles duxi, sed esse apud multos virtute destitutas, hoc quidem est, quod doleo. Miluus ales rapacissimus ascendit in altum, & volitans expandit alas, sed in illa altitudine constitutus, oculos habet fixos in terra, videns an possit pullū gallinaceum,

2. Reg. 5.

similitudo.

Altera similitudo.

aut aliquid simile vngulis arripere: ascendit quidem, sed non aspicit cælum, sed terram. Ita nonnullos videbis sanctimoniam fingentes, qui & si contemplatione rerum altissimarum à terra tolli existimentur, nihil tamen nisi terram aspiciunt, ut possint gloriam humanam, aut reditus, aut dignitates, aut principum fauorem acquirere, & mundi opibus abundare. Hi à deo fugiunt, & terga vertunt: quam ob causam à vero sole destituti, quem videbantur querere, in cæcarum tenebrarum caligine versantur. At qui deum sequuntur, animum à terra longissimè efferunt, & ad cælum aspirant, quam ob causam sunt diuinæ gratiæ splendore illustrati: ipse enim dominus ait apud Ioannem: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ. Ideo rotæ Christum sequentes, erant oculorum luminibus ornatae. Sed eum non sequemur, nisi nos ipsos reliquerimus: ait nanque ipsa veritas apud Matthæum: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Toties nos abnegamus, inquit diuus Hieronymus, quoties priora vitia calcantes desinimus esse quod fuimus, & incipimus esse, quod non fuimus: & iuxta id, quod ait apostolus, deponentes nos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria carnis, renouamur spiritu mentis nostræ. At nos deo contempto, propriæ nostræ voluntatis impetum ducem constituimus. Quò imus? quò tendimus? quem sequimur? quid facimus? cur perniciem, quā nobis ipsis machinamur, non consideramus? Contemnamus terram, aspiremus ad cælum, sequamur Christum deum nostrum, & iuxta apostoli doctrinam, in epistola ad Hebræos, Deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in aetherem

Ioan. 8.

Mat. 16.

Ephes. 4.

Hebr. 12.

rem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Et iuxta Ezechielis nostri visionem, veluti rotæ coelestes Christum imitemur.

Spiritus enim vitæ erat in rotis. Idest mouebantur spiritu vitæ, quem habebant. Non ait trahi rotas ab impulsu extrinseco animalis, sed habere vitam & voluntatem, & moueri ab spiritu intrinseco viuificante. Iusti viuunt, & deo adiuuante voluntariè operantur: sunt autem rotis similes, quia instar currus Christum vehunt: ait enim diuus Paulus in prima ad Corinthios: Glorificate & portate deum in corpore vestro. Poteris per spiritum vitæ spiritum Christi intelligere, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. ut sit sensus: Rotæ sequebantur deum, quia eius spiritu ducebantur. Et quoniam hæ rotæ erant viuentes, ait diuus Ambrosius libro tertio de virginibus, rotam in medio rotæ esse veluti vitam in medio vitæ, quòd sanctorum sibi vita non dissonet, sed qualis fuerit superioris ætatis, talis sit & sequentis. Vel quòd in hac vita corporis vitæ voluatur vsus æternæ. Hæc ille. Tunc spiritus vitæ est in rota, cum est vita in medio vitæ, & ut paulò antea dixit, cum est rota in medio rotæ: tunc est vita in vita, cum est gratia in anima: ut enim anima ipsi corpori vitam tribuit, ita gratia animæ. Quod vitam corpori tribuit, est anima, quod animæ vitam tribuit, est gratia: quam ob causam ait diuus Augustinus gratiam esse animam animæ, quod est esse rotam in medio rotæ, seu esse spiritum vitæ in rota.

1. Corin. 6.

Ioan. 14.

F Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crysalli horribilis, & exten- ti super capita eorum desuper. Sub

firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei, cum ambularent: quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Cumque starent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudine throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: velut aspectus arcus, cum fuerit in nube in die pluiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum,

Et similitudo. Hoc est, super capita animalium erat quædam similitudo cœli stellati, cuius color erat veluti aspectus crysalli, admirabilis, & eximij splendoris. Firmamentum est cœlum octauum micantibus astris distinctum, sub quo sunt septem orbis coelestes septem astra errantia continentem. Crysallus est gemma candida, transparentis, & perlucida, ex aqua confecta, & vehementi gelu contracta. Per crysallum

stallum voluit deus significare omnia in cœlo esse pura & splendida, atque esse cognitionem dei perspicacem, cui nihil est occultum, nihil absconditum. Per hanc firmamēti similitudinē significat gratiæ plenitudinē in Christo, de cuius plenitudine, ut ait diuus Ioannes, nos omnes accepimus. Cæterum in literis diuinis nomine firmamenti non solum octauum cœlum, sed cœlum omnes octo globos cœlestes comprehendens significatur. Cùm enim in Genesi scriptum legimus: Fecitque deus firmamentum. &c. per firmamentum, totum corpus cœleste multis orbibus cōstans intelligitur. Quod cœlum, ut ait Theodoretus, quia ex fluxa aquarum natura constitit, & quæ prius liquabilis esset natura, effecta est solidissima, eam ob causam appellatū est firmamentū. De eo ait diuinus vates: Cœli enarrat gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Directæ erant eorum alæ, sibi que mutuo cohærebant, & altera alteri correspondebat. Pennas rectas habebimus, si mutuam inter nos habuerimus charitatem. Pennæ nostræ, inquit diuus Gregorius, iam rectæ non sunt, si ad utilitatem nostram solummodo reflectuntur; sed tunc, rectæ sunt, cùm ad utilitatem proximi referimus, quod habemus. Duæ alæ, quibus sumus volaturi, sunt intellectus & affectus. Quæ admodum auis non vna duntaxat ala volat, sed duabus, sic non nobis sat est bene intelligere, sed opus est diuino amore inflammari. Seraphim etiam, quos vidit Esaias, duabus alis volabāt. Sed querendum videtur, quomodo horum animalium alæ extentæ sint, & rectæ, cùm dicat statim Ezechiel vnumquodque eorum corpus suum alis suis velasse? Huic obiectioni facile respondebis dicens: vnumquod-

que animal quatuor alas habere, quarum duabus corpus tegit, cùm alias duas erectas sursum habeat, ad rectitudinem & charitatem ostendendam. Sed cur se occultant hæc animalia? Nimirum ut nos doceant, ut in alios beneficia conferentes, & in virtutum actiones incubentes, inanem gloriam vitemus.

Audiebam sonum alarum. Nimirum quando volatu mouebantur. Tegebant se, sed virtutes sonabant. Contemne gloriam, ait Chrysostomus, & eris gloriosus. Ideo Ezechias thesauros amisit, quia eos Babylonis ostendit. Si virtutes ostentaueris, eas absque dubio perdes, si populi ostentationem quaesieris, recepisti mercedem tuam. Poteris per hunc sonum sublimem euāgelicam intelligere prædicationem, suauem ob bona præmissa, terribilem ob comminationes.

Quasi sonum sublimis dei. Idest, quasi sonum magnum, nam hebraismus, quæ magna sunt, dei solet appellare, ut alibi ostendimus. Vel erat sonus, qualis deo conueniebat, iuxta illud psalmodiographi: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Per sublimem deum intelligit Christum, ut sit sensus: Virtutes & miracula magnum sonum emittebant, erant enim Christi per hoc animal significati. Vel sic: Voces Christi per apostolos prolatae magnoperè sonabant. Fuerat enim Davidi prædictum: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Cumque starent, demittebantur pennæ eorum. Alæ, quæ sursum erant erectæ ad volandum, demittebantur, quando a volatu cessabant. Aliquando enim Christus intermittebat conciones, & miracula, & opera visibilia. Christus est verus deus, oportebat enim, ut pontifex ille cœlestis, qui nos erat expiaturus, deus esset, in cuius figuram pontifex

vete-

Exod. 28. veteris legis laminam ferebat in fronte, in qua erat scriptum dei nomen. Sed quoniam deus quatenus deus mori non poterat, assumpsit humanam naturam, ut quatenus homo moreretur, & quatenus deus crimina nostra deleteret, & pro nobis satisfaceret. Et licet eius corpus carneū esset, & humanū, tamen quia erat diuinitati vnitum, effectus habebat diuinitatis. Magnes rapit ad se ferrum, deinde ferro illi a se raptō ita vim suam impertit, ut illud attrahat ad se alterum ferrum, & suspensum teneat: atque ut prius ferrum lapidi, sic alterum illi priori cohæret. Quod diuus Augustinus libro viceprimō de Ciuitate dei asserit: proprijs oculis vidisse. Ut igitur ferrum magneti vnitum habet magnetis effectum, ita Christi corpus a diuinitate assumptum, habebat effectus diuinitatis. Vnde ægrotatione laborantibus diuinitus medebatur, & mortuos ad vitam reuocabat. Tangens incredulus Thomas Christi latus fuit fide repletus, exclamans statim: Dominus meus, & deus meus. Ioannes Damascenus vitur hac similitudine. Ut ferrum ignitum calefacit, & vrit ut ignis, sic Christi humanitas a verbo assumpta habebat diuinitatis effectus, & miracula ingentia passim edebat, quibus diuinam suam potentiam declarabat. Et tunc alas erectas habere dicebatur, cùm verò cessabat a miraculis, alas demittebat.

Cum fieret vox super firmamentum. Cùm deus pater sedens in throno loqueretur, intermittebant animalia sonitum alarum, ut audiretur dei vox. Vel sic. Cùm deus pater vellet, ut animalia sonarent, sonabant, cùm autem vellet, ut tacerent, tacebant. Ad eius nutum stabant & volabant animalia. Vox patris erat vox filij, vnaque erat vtriusque voluntas, vna substantia, vna diuinitas, æqualis gloria, cœterna maiestas.

Ideo aiebat Christus. Sermonē, quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, patris. Erat quidem filij, sed ita, ut esset patris, quasi diceret: Sermo meus non ex autoritate humana, sed diuina vim habet. Eodem modo alibi dicebat: Doctrina mea non est mea. Hoc est a me ipso non loquor, aut ex proprio corde, sed ex voluntate patris. Et alibi: Non quero voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Et rursum: Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Quibus verbis Christus naturam suam diuinam non ostendit imbecillum, ipse enim est, per quæ omnia facta sunt, sed diuinam suam voluntatem esse cum patris voluntate vnam & eandem. Nam ut verbis vtar Cyrilli in quintum caput Ioannis, quoniam ex patris substantia filius est, ac omnes genitoris perfectiones naturaliter possidens, vna cum ipso identitate naturæ continetur. Ideo suorum operum virtutem irreprehensibiliter ac verè patri attribuit, non quia ipse minus possit hoc faciens, sed quia vni deitatis actioni vniuersa sunt accommodanda. Diuus Augustinus verba illa explanans: Non quero voluntatem meam, sed eius, qui misit me. ita ait: Sanctissimæ trinitatis vna est voluntas, vna potestas, vna maiestas. Ideo tamen ait filius: Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. quia Christus non est de se, sed de patre suo est, æqualis est patri, sed tamē hic de illo, non ille de isto. Quod autem habuit, ut homo appareret, de creatura assumpsit, quam ipsi formauit.

Quasi aspectus sapphiri similitudo throni. Idest, erat solij similitudo instar lapidis sapphiri. Est autem sapphirus splendida gemma, de qua agit Plinius libro trigesimo septimo, capite nono. Diuus Hieronymus explicans locum illum Thronorum Sapphiri

phiro pulchriores, ait esse sapphirum aerij coloris, cuius sententiam hic sequitur diuus Gregorius. Vult deus significare sui throni puritatem, pulchritudinem & splendorē. De hoc throno dictum est in psalmo. Thronus eius sicut sol in conspectu meo. Soli comparatur, ut eius perpetuitas & claritas significetur. De illo ait in epistola ad Hebræos apostolus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

psal. 88.

Hebr. 4.

Genes. 1.

Similitudo quasi aspectus hominis. Erat super thronum similitudo dei instar hominis. Cum homo factus sit ad dei imaginem & similitudinem, æquum erat, ut appareret eius similitudo quasi aspectus hominis. Non solum secundum animam est hæc imago & similitudo, sed etiam in corpore habet homo quãdam proprietatem hoc ipsum indicantem, est enim erecta statara in cœlum aspiciens. Cum cæteros animantes natura abiesset ad partem, solum hominem erexit, & ad cœlum tanquam ad propriam patriam conspectum excitauit. Nec terra pulchra & admirabili plantarum & fluuiorum varietate ornata, ima sede semper hærens, in quam feruntur omnia nutu suo pondera, nec luna, quæ in infimo cœlo radijs solis incensa conuertitur, nec sol quartum obtinens globum ætherium, princeps & moderator luminum reliquorum, nec cætera altra micantia radijs, nec orbis ipsi cœlestes admirabili conuersione & celeritate concitati, sed solus homo tanquam creatura illis nobilior fuit ad dei imaginem & similitudinem procreatus. Etsi enim dei imago sit etiam in angelis secundum id, in quo primo consideratur ratio imaginis, quod est intellectualis natura, non tamen in eo est quo ad id, in quo altero modo consideratur: nam non est angelus de angelo, ut deus de deo: id est

quod conuenit homini. Præterea hominis anima est tota in toto eius corpore, & tota in qualibet eius parte, quemadmodum deus se habet ad mundum: id quod spiritibus cœlestibus, & ab omni concretione mortali segregatis conuenire non potest. Cum igitur deus hominem excelsum creauisset, ei que vim memoriæ, intellectus, & voluntatis impertisset, illumque in hoc medio mundi globo tanquam dominum collocasset, voluit in eius similitudine apparere.

Sunt etiam, qui dicant deum sumpsisse hominis figuram, quando hominem creauit, idque voluisse significare scripturam, cum ait fuisse hominem ad dei imaginem & similitudinem creatum. Diuus Athanasius in quæstionibus veteris testamenti ait in hunc modum: Præuidens deus vnigeniti sui incarnationem, & humanæ naturæ assumptionem, cum sic illum, qui verus erat deus, fore verum hominem præcognosceret, atque vnam eandemque sibi adorationem offerendam intelligeret, ipsi vnigenito filio dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non cum angelis, nec cum alijs creaturis, sed cum filio suo sermonem hunc arbitrator contulisse. Hanc sententiam iisdem ferè verbis sequitur Theodoretus. Hic deus, quem hic vidit Ezechiel sedentem in throno, est cœlestis pater: hoc diuinum animal est filius, æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Spiritus ille, de quo ait diuinus noster vates: Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, est spiritus sanctus à patre filioque procedens. Aspicias igitur, tres personas sanctissimæ trinitatis coæternas sibi & coæquales fuisse ab Ezechiele mentis oculis perspectas, & intellexisse, non tres deos esse, sed vnum, ait enim in principio se dei visiones

Genes. 1.

fiones vidisse, & in principio secundi capitis, Hæc, inquit, visio similitudinis gloriæ domini. vbi pro domino est in hebraico Iehouah nomen tetragrammaton, quod soli deo conuenire perspicuum est. Quibus, in locis vnum deum nominat, cum tres esse personas asserat, ut diuinæ essentiae vnitatem, & personarum distinctionem, & sanctissimæ denique trinitatis mysterium significet. Quæ omnia in libris veteris legis, & apud diuinos vates multis in locis continentur. Sed ideo deus legem dedit in caligine, ut est in libro Exodi literis mandatum, quia in ea obscure diuina mysteria continebantur: quæ etsi non omnibus erant explicitè nota, illis tamen perspecta erant, qui deo adhærentes, eiusque arcana contemplantes, se totos diuinæ voluntati committebant, quibus denique deus ea reuelare volebat. Sed Iudæi ideo trinitatis mysterium in libris suis contentum, diuinisque monumentis testatum non credunt, quia sunt & malitia & perfidia obstinati. Eam ob causam in sancto euangelio progenies & genimina viperarum appellantur. Nam ut viperæ matris suæ ventrem lacerant, & exedunt, ut egrediantur, sic Iudæi matrem suam, antiquam legem lacerant, & prophetarum ac doctorum suorum intellectum & verba tanquam ventrem & viscera corumpunt, ut à fide egrediantur, & in perfidia confirmantur. Imò ipsos prophetas sapientia & charitate præstantes, diuina oracula proferentes ad excidium crudelissimum vocarunt.

Exod. 19.

Mat. 3. &
12. & 23.
Luc. 3.
Similitudo.

Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum. Totam hanc orationem ita vertes: Et vidi veluti figuram electri, in medio cuius figuræ videbatur splendor tanquam ignis ipsam in orbem ambientis. Per electrū diximus supra dei bonitatem significari, per ignem autem eius amorem. Voluit deus significare diuino vati, se cha-

ritate incensum missurum esse in mundum filium suum, ut asperrimam diaboli tyrannidem euerteret, quo iusti viri, cum ex corporum vinculis euolassent, non iam in latebras inferorum descenderent, sed gaudio perfusi, in sedem illam cœlestem, & splendidissimam domum peruolarent. Quid fuit hoc, nisi diuini ignis, summæque charitatis & bonitatis effectus? Sic deus dilexit mundum, ut verbis vtar diui Ioannis, ut filium suum vnigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Vides non ex operibus & meritis nostris, sed ex dei voluntate prouenisse, ut ipse dei filius humanitatem assumpsisset, quo mortalitate nostra indutus, suam nobis imperitiret immortalitatem. In hoc, inquit diuus Ioannes, apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et diuus Paulus in epistola ad Titum: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Habens vir quidam ampullam seu phialam plenam aqua odorifera & pretiosa singulis amicis suis petentibus impertit ex illa parum quippiam, sed volens magna uti liberalitate, singularemque amorem suum erga aliquem ostendere, totum ipsum vas infundit, totamque illi aquam tribuit. Sic deus contulit in Abrahamum aliosque amicos suos beneficia ex cœlo, at nobis dedit filium suum, infudit cœlum ipsum, & omnia bona nobis donauit: & ut ait regius psaltes: Inclinauit cœlos, & descendit. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Qui pro nobis omnibus tradidit filium suum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Filius dei, inquit Chry-

Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Tit. 3.

Similitudo.

psal. 17.

Rom. 8.

Chry-

Chrysoftomus, factus est filius hominis, ut filios hominis faceret filios dei. Elegit autem paupertatem, ut nos ad diuinas opes querendas & consequendas excitaret. Scitis, ait diuus Paulus, gratiam domini nostri Iesu Christi, qui propter vos egenus factus est, cum esset diues, ut vos illius inopia diuites essetis. Tanta fuit eius inopia, ut eum natum virgo mater in praesepio reclinaret, ut ait diuus Lucas, quia non erat ei locus in diuersorio. Non erant illic peripetasmata picturata, & versicolori textura spectabilia, non pretiosa tapetia, non aulae nobilia, quibus in splendido apparatu magnatum parietes obtenduntur, quia non erat in praesepio, qui haec aspiceret: nam oculi immaculatae virginis Mariae, & Ioseph iusti erant in puerum Iesum coniecti: non erat illic, qui aliud praeter Iesum vellet intueri. Cum princeps aliquis urbem quandam primo ingreditur, si est vestibus admirabilibus ex ferico & auro confectis indutus, non ad se, sed ad pretiosa indumenta, quibus admirabilitatem facit, oculos hominum rapit. Volens autem dei filius, ut ad eum oculos conuerteremus, non ad vestes, nec ad mundi opes, & magnificos apparatus, nudus ingressus est in mundum, nascens in loco humili & abiecto, positus inter paleas praesepij, ubi infantulus frigore tabescens vagiebat, qui erat caeli & terrae conditor & moderator. Quid fuit hoc nisi magna vis amoris, & diuinæ bonitatis admirabilis effectus? O charitatem immensam, o singularem dei nostri misericordiam, o summam ineffabilis pietatis abundantiam! Id volens Ezechiel significare, ait se in dei throno electri speciem vidisse, & in medio eius ignis splendorem.

Et a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis. Sensus est, vidi deum quasi in hominis similitudine, & ab aspectu laborum sursum tendentem vidi speciem

electri, & speciem ignis, qui ignis erat intrinsecus in medio electri, quam ob causam nullum foris emittebat splendorem: totus splendor erat intus. Hoc erat in parte superiore a lumbis usque ad summum. At in parte inferiore nimirum a lumbis usque deorsum splendebat ignis foris, & micabat in orbem. Vult significare, dei bonitatem, sapientiam, & charitatem, ut in ipso sunt, esse res nobis inuisibiles, & incomprehensibiles, sed per suos effectus esse nobis utcumque cognitae & exploratae. Quamquam enim animi nostri, quandiu in corporibus versantur, longè absunt a clara diuini numinis cognitione, quod eorum acies sit caligine quadam circumfusa, deus autem sit infinitus & immensus, possunt tamen ex creaturarum rerum consideratione ad ipsius creatoris cognitionem deuenire: considerantes enim elementorum proprietates, & qualitates, mirabili quadam discordia inter se consentientium, globos aethereos diuinarum manuum monumenta, candorem solis & lunae, astra vaga, & fixa, caeterasque creaturas in suo genere mirabiles, hominum utilitatibus seruientes, eum, qui eas produxit, animo intuemur, & incredibili quadam voluptate admiramur. Creaturae quatenus creaturae omnes sunt bonae, a deo enim nihil malum: nihilominus tamen mala multa res reatas saepe numero sequuntur instar rubiginis aerae sequentis. Sed quemadmodum ferramentorum opifex non induxit rubiginem, nec vituperatur, quod eius opera contrahant ex humore nimio ferruginem, sic deus opifex caelestis non inducit peccatum, nec potest reprehendi, si eius creaturae se maculent, scelerumque rubigine contaminent: ipse enim eas bonas constituit. Vidit deus cuncta, quae fecerat, inquit diuina scriptura, & erant valde bona. Libro quartodecimo de Ciuitate dei ait ita diuus Augustinus:

Bona

Bona sine malis esse possunt, mala autem sine bonis esse non possunt: quia naturae, in quibus sunt mala, in quantum naturae sunt, utique bonae sunt. Sunt enim a deo, ad cuius cognitionem nos ducunt. Id intelligens diuinus psalter concinebat: Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelligit haec. Et quantum deus per suos effectus nobis bonitatem, & charitatem, & sapientiam suam ostendat, nulla tamen in re magis hoc elucet, quam in generis humani redemptione, quando omnium rerum dominus & effector deus nostrae salutis causa formam serui suscepit, & post summos labores & acerbissimos cruciatus se pro nobis in ara crucis hostiam constituit, vitamque profudit, ut deuicta morte consequeremur vitam, pateretque nobis aditus ad concilium angelorum, & ad sedes mentium beatarum sempiternas. Cum igitur deus per effectus suos, & maxime per suum in mundum aduentum ad mirabilem, & mortem acerbissimam nobis charitatem suam erga nos aliaque inuisibilia ostenderet, quae licet immensa sint, & incomprehensibilia, nobis tamen ex effectibus apparent, voluit se ostendere diuino nostro vati in parte superiore plenum igne non apparete foris, & in parte inferiore ex suis admirabilibus operibus apparete. Quae de re ea poteris videre, quae copiose supra annotauimus, verba illa explanantes: Et de medio eius quasi species electri.

Velut aspectum arcus, cum fuerit in nube.

Hic arcus est iris, quae apparet in aere tepore pluuiae, cum solis radius cauae nubi immisus, repulsa acie in solem refringitur: & propter inequalitatem nubes exprimit eximiam illam arcus varietatem. Hic arcus caelestis est signum misericordiae, nam finito diluuiio dixit

deus Noe: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & inter terram. Itaque iris in circuitu throni, in quo erat pater, qui erat missus filium, significat diuinam misericordiam. Non enim erat venturus dei filius in mundum, ut rigorem iustitiae exerceret, sed ut benignitate & clementia vteretur. Ideo ait diuus Ioannes: Non misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Erat autem hic arcus splendidus in circuitu, ad ostendendum esse diuinam misericordiam per vniuersum orbem terrarum nuntiandam. Id quod ita effectum fuisse apertissime cognoscimus. Christi nanque discipuli, & alij viri apostolici eius sanctissimum nomen, summamque erga nos charitatem per cunctas nationes fama celebrarunt, omnes gentium oras peragrantes, & Christianam religionem veritatis plenissimam docentes. Hunc arcum vidit etiam diuus Ioannes, ut ipse in Apocalypsi testatur, ubi postquam dixit vidisse deum in throno sedentem, subdidit: Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinae. Smaragdus est insignis gemma eximiae viriditatis. Eam ob causam est iris similis smaragdo, quia diuina misericordia vetustatem nostram in nouitatem & pulchritudinem aeternae viriditatis reformabit. Et quemadmodum iris est diuersorum colorum varietate ornata, sic diuinæ misericordiae multa sunt dona, & varia munera. Hunc arcum vidit etiam diuus Ioannes in Christi capite nube humanitatis amicti, ut eum propitiatorem esse ostenderet. Proposuit eum deus, ait Paulus apostolus, propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et diuus Ioannes in sua prima epistola: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et quonia deus viros virtute praeditos, & pietate conspicuos permittit aliquando in aeternas incidere, eosque magnis calamitatum angustijs exercet, & per

& per varios casus plerunque ad vitam ducit beatā & immortalē, monet eos, ne in molestijs & tempestatibus cadant animo, sed in diuina misericordia totā spem collocent & constituent, sintque perpetua in recta viuendi ratione constantia muniti: ipse enim deus eos non derelinquet, quin potius in medio nubis, in medio afflictionis arcum suæ propitiationis ostendet, & calamitatibus oppressos sua misericordia subleuabit. Per nubem significatur afflictio: eam ob causam appellat Ezechiel tempus calamitatis diem nubis, & Ioel, Prop̄ est, inquit, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Et quemadmodum iris apparet in nube, sic diuina misericordia in calamitate. Eis deus in maioribus procellis, impendentibus periculis succurrit, qui ad eum vera cum fiducia confugiunt, ab eo certissimam opem expectantes. Id volēs significare diuinus noster vates, ait vidisse iuxta deū aspectum arcus, quemadmodum est in nube in die pluuiæ.

Annotations ex hebræo in caput primum.

Facta est super eum ibi manus domini. Pro manu domini est in hebræo יד יהוה iadh iehouah: pro quo septuaginta verterunt: χείρ κυρίου. hoc est manus domini: quos secutus est noster interpretes: & rectè quidem, nam dictio iadh apud Hebræos manum significat, quemadmodum chir apud Græcos. Capite vndecimo Numerorum, vbi communis versio habet: Nunquid manus domini inualida est? pro manu est, dictio hæc iadh. Similiter capite vigesimonono primi Paralipomenon: Cuncti filij regis Dauidis dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomon regi. Vbi dare manum idē est,

quod obedientiam promittere. Significat etiam hic hebraismus pactum ac foedus confirmare, vt quarto Regum ^{4. Reg. 10.} decimo: Da mihi manum tuam: qui dedit ei manum suam. Hoc eodem tropo vtitur diuus Paulus in epistola ad Galatas, dicens: Qui videbantur columnæ ^{Gal. 2.} esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis &c. Nec apud Hebræos solum, sed etiam apud Latinos mos fuit manus mutuò dare in signum foederis seruandi, vt qui mutuo sese amore amplecterentur, dextras inuicem iungerent, essetque manuum coniunctio animorum coniunctionis apertissimum signum. Vnde Marcus Tullius in secunda Philippica dextram appellat testem fidei seu foederis. Hanc excellētem consuetudinem intuemur in ecclesia catholica obseruari, vt quos animorum puritas, & casta dilectio, & spontaneus consensus perpetuo matrimonij vinculo coniungere decernunt, hi dextras inuicem dent coram sacerdote, perpetuam stabili matrimonij societatem & dignitatem corroborantes. Præterea dare manus apud Hebræos significat aliquando auxilium postulare, in quam significationem accipitur à Ieremia aiente ^{Jhren. 5.} in quinta lamentatione: A Egipto dedimus manum. Ac si dicat: Erexi manus nostram A Egiptijs, vt nos iacentes & debilitatos subleuarent, atque occidentibus opem ferrent. Cum autem dare alicui manum sit ab eo opem implorare, extendere deorsum ad aliquem manum erit illi opitulari, & labenti ac inclinato præsidium ferre. Manus etiam apud Hebræos significat consilium: quam ob causam locus ille secundi Regum: Nūquid manus Ioab tecum est? poterat verti: Nunquid consilio Ioab agis hæc omnia? Vel: Nonne te Ioab in omnibus his consilio instruxit? Significat præterea potestatem & præceptū, vt Num. 33. Egredi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moyse & Aaron,

& Aaron, hoc est sub Moyse & Aaronis potestate, illis obtemperantes: vel eorum iussu & præcepto. Tandem significat vaticinationem: ex quo effectum est, vt factam esse super aliquem manū dei significet eum esse dono prophetiæ erectum & roboratum. Hoc intelligens Ionathas Chaldæus vertit hūc Ezechielis locum: Mansit super eum spiritus prophetiæ. Et Pagninus: Erat super eum ibi prophetia domini. Sunt qui asserant eam ob causam accipi manum pro vaticinatione, quia manus significat potestatem, vaticinatio autem funditur à deo cum fortitudine & potētia. Eodem idiomate vtitur etiam Ezechiel cap. 3. & 8. & 37.

Inf. 3. 8. 37.

Et de medio eius quasi species electri. Pro electro est in hebraico: חַשְׁמַל chaxmal: pro quo septuaginta verterunt: ἤλεκτρον quæ dictio absque dubio succinum significat. Prisci existimarunt electrum siue succinum succum esse ex arboribus profluentem, nascique in insulis Exoticis, vt Plinius refert. At exploratum est memoria nostra, nihil aliud esse quàm quoddam bituminis genus ex saxi dimanās, primò liquidum, postea verò ob maris frigiditatem in duritiem conuersum: ex quo fiunt globoli, quibus solemus preculas numerare. Est aureo colore decoratum, & nonnullis ægritudinibus vtile remedium. Nascitur in insula maris Germanici non procul à litore Prutenico: ex cuius insulæ scopulis in maris aquas delabatur, ex quibus à quærentibus colligitur. Est etiam quoddam metalli genus electrum appellatū, quod ex auri & argenti commistione conficitur. Pagninus in Thesuro linguæ sanctæ ait dictionē hanc chaxmal esse nomen angeli, vel coloris similis igni: at hic in textu vertit: Color electri sequēs & septuaginta, & vulgarem editionem Paraphrastes Chaldaicus reliquit idem vocabulum chaxmal, fortasse, quia propriam eius significationem

animo percipere non potuit.

Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Dicitio, desuper, nec est in hebraico codice, nec in græco apud septuaginta. In editione vulgata inuenitur, sed in multis codicibus notata obelo, quasi vacans, aut addita aliunde. Potest accipi pro vltimo loco, vt sit sensus: Primo loco erat facies hominis, secundo leonis, tertio bouis, vltimo autem aquilæ. Vel ob eam causam ponitur hic particula, desuper, coniuncta aquilæ, quia cum tres primæ facies denotent humanitatem, regnum, & sacerdotium, facies verò aquilæ diuinitatem, illi tantum conuenit dictio hæc, quoniam diuinitas in infinitum superat humanitatem. Secundum humanitatem ait Christus: Pater ^{Ioan. 14.} maior me est: secundum diuinitatem: Ego & pater vnum sumus. In verbo, ^{Ioan. 8.} sumus, significauit personarum distinctionem, in verbo, vnum, substantiæ vnitatem. Qui hoc referunt ad diuum Ioannem euangelistam, possunt dicere, dictionem hanc, desuper, illi merito conuenire, quoniam alius cæteris de Christi diuinitate locutus est: incipientem enim euangelium, & quæ viderat, mandare literis, vt essent perpetuis monimentis consignata, eum diuinus spiritus procul à terra arripuit, & erexit, atque in altum ab omnium penè conspectu abstraxit. Ideo ait Ezechiel eum esse super alia quatuor animalia constitutum: Sed oritur quæstio, quæ fieri potest, vt Ioannes sit super quatuor euangelistas; si ille est vnus ex ipsis quatuor? Si diceret scriptura esse aquilam super tria animalia, nulla esset dubitatio: sed cum dicat esse super quatuor, magnam ingerit difficultatem. At altè spectare si volēs, & intellectus oculos ad veritatem erigere, videbis absque dubio, diuum Ioannem non solum super alios esse, sed super seipsum, nō enim alios tantum, sed seipsum etiam superauit; ea enim vidit, ea animo percepit, ea scripsit, quæ omnes

omnes humani ingenij terminos excedunt. Quā ob causam se super se ipsum altius erexit: & iuxta id, quod ait in Lamentis Ieremias, leuauit se super se. Et si quatuor euangelistæ sint quatuor elementa spiritalia mundum sustentantia, diuus tamen Ioannes velut ignis sursum tendens altiozem obtinet locum. Hic est aquila cœlestis obtinens inter omnes aues principatum, quæ nec ictu fulminis læditur, nec solis radium metuit, sed eius fulgorem potest secuta inconniuentibus oculis aspicere. Hic est, qui super pectus domini in cœna recubuit, cui reuelata sunt arcana cœlestia, qui de ipso sacro dominici pectoris fonte euāgelij fluentia potauit. Hic est, quē Christus summè diligebat, de quo dicitur in euangelio: Vidit Petrus discipulū illum, quem diligebat Iesus. Explicans Chrysostomus locum illum euangelij: In finem dilexit eos: ita ait: Christus nihil reliquit eorum, quæ illum, qui valde amat, oportet facere. Ac si diceret: Prosecutus est Christus discipulos suos summa charitate: accessit amor vsque ad finem, vsque ad terminos amoris dilexit eos. At cum plus Ioannē diligeret quam cæteros, videtur concludi, Christi amorem erga illum, finem transisse, nostrūque intellectum superasse. Iurè igitur per aquilam significatur, quæ erat desuper ipsorum quatuor, quoniam rapiebatur in cœlum, in corpore humano vitā imitās angelicam, & ambrosia cœlesti altissimarum visionum animū ad æternitatem alens, in admirabilem splendorem mysteriorum cœlestiū aquilinos oculos, mentisque aciem perpurgatam intendebat.

Et animalia ibant, & reuertebantur. Proibant est in hebræo נִיָּצַר ratso, à verbo נִצַּר ratfah, quod significat ire, currere, velle, complacere, & perficere. Vnde illud psalmi. Si videbas furem, currebas cum eo, potest verti: Si videbas latronem, volebas esse cum illo, vel com-

placebat tibi, seu eo oblectabaris. Et illud: Hæc via illorum, scandalum ipsis: & postea in ore suo complacere, potest ita transferri. Hoc est illorum institutum, obliuio est ipsis: & posteri eorū iuxta os suum, current. Ac si dicat: Impij pecudibus insipientibus comparantur. Huiusmodi est eorum modus viuendi, quia obliuiscantur finis. Et non solum illi obliuiscuntur finis, sed quod alios corrumpunt, non solum peccato nocent, sed etiam exēplo, nam posteri eorum iuxta eorum sermones current, viam flagitiorum, qua eorum maiores cucurrerant eligentes. Vel sic: Nam eorum filij & nepotes, scelera, quæ parentes dictauerint, perficient. Illud etiam Iob: Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius, ita potest latinitati reddi. Donec perficiant sicut mercenarius diem suum. Sunt qui dicant dictionem hanc ratso, qua hic vitur Ezechiel, esse à verbo ruts, quod significat currere, & præuenire. Vnde illud psalmi: A Ethiopia præueniet manus eius deo, poterat verti in hunc modum: A Ethio pes current ad expandendas manus suas ad deum. Solent enim, qui preces fundunt, manus ad cœlum erigere. Volebat significare diuinus vates fore, vt tempore Messia etiam A Ethio pes agrestes & inculti currerent ad ecclesiam, Christū adoraturi. Id quod euenisse apertissimè cognoscimus. Ita hunc locum explanat Ionathas Chaldæus. At R. David doctus inter Hebræos ita locum hunc interpretatur: Congregatio A Ethio pie currere faciet manus suas cum muneribus deo offerendis. Ac si dicat: Tāta erit A Ethio piū lætitia mysterium humanæ redemptionis agnoscentium, tam prompta voluntate se deo deuouebunt, vt ad illum non solum pedibus currant, sed manibus, quib⁹ munera deo oblaturi asportabunt. Sed licet nonnulli existiment, verbum hoc, quo hoc loco vitur Ezechiel, esse ruts, doctiores tamen asserunt esse

esse verbum ratfah, vt antea diximus. Et quoniam verbū hoc, vt ostēdimus, perficere significat, potest locus hic Ezechielis ita conuerti. Et animalia perficiant, & reuertebantur. Ac si dicat: Ibant animalia constanter, nec reuertebantur nisi impleto opere: cum autem munus suum perficerent, redibant ad functionem aliam obeundā. Considera meam hanc versionem, & fortasse non tibi displicebit.

Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris. Pro mari est in hebraico שַׁוְיָרִי תַרְסִיס, pro quo septuaginta habent θάλασσα tharsis. Sed tūc oritur quæstio, quid sit tharsis. Pagninus in Thesaurō ait esse lapidem pretiosum, cuius color declinat ad colorem hyacinthi. Capite. 28. Exodi, vbi agitur de quatuor ordinibus lapidū pretiosorū, quibus erat ornādū rationale sacerdotis, in quarto ordine est hæc eadē dictio, pro qua loco illo septuaginta verterunt χρυσόλιθος, & noster interpres chrysolithus. Est autem chrysolithus gemma aureo nitore translucens, dicta à chryso græcè, quæ dictio aurū significat, & lithos, lapis, quasi lapis aureus. R. David in commentarijs explicans hunc Ezechielis locum, ait etiam dictionem tharsis gemmam quādam significare. Aquila etiam capite decimo Danielis pro tharsi chrysolithum vertit, quē ibi securus est noster interpres. Significat præterea ciuitatem quādam, ex qua afferebantur Salomoni dētes elephantorum, pauis, aurum, argentum, & aliæ diuitiæ, vt tercio Regum, & secundo Paralipomenon literæ diuinæ contestantur. Hanc ciuitatem, vbi classis parabatur, ait Iosephus esse Tharsum Cilicæ metropolim, quem nonnulli sequuntur. Alij existimant eam esse, quæ hodie appellatur Suez, sita in littore maris Rubri, vbi classis Turcica etiam preparatur. Ophir autem, vnde hæc deducebantur ad illam ciuitatem, aiunt esse Sophalam, etiam si nonnulli Malachā

esse contendāt. Quæ duæ insignes ac celebres ciuitates fuerunt à Lusitanis fortiter expugnate, & hodie ab inuictō Lusitanorum rege possidentur. Diuus Hieronymus in libro de locis hebraicis ait Carthaginē etiā appellatā fuisse Tharsim. Et capite. 23. Esaiæ, vbi nos habemus: Vlulate naues maris, pro mari est in hebraico Tharsis, pro quo septuaginta verterūt Carthaginē. Capite quoque 38. Ezechielis, vbi communis editio habet: Negotiatores Tharsis, habent septuaginta: mercatores Carthaginenses, Sed & Hieronymus & docti inter Hebræos existimāt dictionē hanc Tharsis mare septennero significare, quemadmodū illic apud Esaiā, & hic apud Ezechielē, & multis alijs in locis. Et ita intelligūt nonnulli id, quod scriptū legimus in psalmo: In spiritu vehemēte conteres naues Tharsis. Ac si dicat: Imperu procelle poteris tu domine omnia maris nauigia obruere, et dissipare. Et capite secundo Esaiæ, vbi cōmunis versio habet: Et super omnes naues Tharsis, habet septuaginta: Et super omne nauigiū maris. Cū igitur vocabulū hoc æquiuocum sit, in eam significationem sumitur, quæ proprius literæ conuenire videtur. Ex quo effectū est, vt pro visione Tharsis hoc Ezechielis loco latinus interpres visionē maris interpretaretur. Sed capite decimo, vbi hæc eadem visio repetitur, est ita: Species autē rotarum erant quasi visio lapidis chrysolithi, vbi pro chrysolitho est in hebraico hæc eadē dictio tharsis. Quamobrē rectissimè poterat verti hic locus: Et aspectus rotarū & opus earum quasi visio chrysolithi. Nihilominus tamen non est improbanda communis versio, quæ pro chrysolitho habet mare, cum eadem dictio vtrūque significet: & mare solis radijs percussum colorem chrysolithi repræsentet. Vnde si profundè intuearis, idem est colorē habere chrysolithi, & maris fulgētibus solis radijs percussis, cum illud reuerbera-

tus fulgor splēdidum quodāmodo red-
dit, quemadmodum hoc loco accipitur.

Et totū corpus oculis plēnū. In hebraico est:

עֵינַי מְלֵאֵת גַּבְבוֹתַי ve gabbothā me
leoth enaim. Prima dictio est gab, quę si-
gnificat excelsum, dorsū, altitudinē, cor-
pus. Quę ferē omnia à prima significa-
tione deducuntur, Ideo poterat verri.
Et dorfa earum plena oculis. Et ita ha-
bent septuaginta: καὶ οὐ ἑβδομήκοντα, hoc est &
dorfa siue terga. Per rotas populum fide-
lium intelligimus, per eius dorfa, & par-
tes excelsas & eminentes, principes &
præsules, qui super se pondera portare
debent. Id intelligens Elisæus Eliam vo-
cabat currum Israelis, & aurigam eius,
Auriga est, qui ducit, & viam ostendit,
currus verò, qui supra se pondera susci-
pit, illa efficiens, quę alijs præcipit faciē-
da. Debet Christianus princeps & præ-
sul aperire quid sit de sanctissimo numi-
ne sentiendū, quę sit vera sanctimonia,
quę pura & pia religio, quid in vita se-
quendū, quid fugiendū, iuxta ecclesię ca-
tholicę documēta, ne subditi in errorū
tenebris versentur, sed ad virtutē exci-
tentur, & ad labores pro Christo subeū-
dos moueantur. Hoc quidem est aurigę
officiū, & præsulis Christiani munus.
Sed non sat esse putandum est, quòd er-
rantibus viam indicarit, & recta suase-
rit, nisi ipse portauerit pōdera, quę alijs
portanda monuerit: & hoc quidem est,
currum esse pondera sustinentem. Inue-
nies præsulem, qui currus vocari po-
test, sed non auriga, alium, qui nomine
aurigę gaudet, sed currus appellari non
valet, alium, qui nec currus nec aurigę
nomen meretur, alium, qui vtroque di-
gnus est. Hic est dorsum populi: oculis
plenum, omnibus consulens, omnia cir-
cumspectans, semper immortalitatis amo-
re flagrans, cuius laudes dignę sunt, quę
celebrentur omnium penē gentium li-
teris & linguis, de quibus nulla vnquā
zetas conticescat. Talis est, qui dei scien-
tiam habet, & iuxta illā operatur. Hoc

intuens Salomon aiebat: Mitte domine *Sap. 9.*

sapientiam de coelis sanctis tuis, & à se-
de magnitudinis tuę, vt mecum sit, &
mecum laboret. Non sat esse existima-
bat alios excitare ad laborem, nisi ipse
etiam laboraret. Non solūm habebat in
optatis, vt sapientia cum eo esset, sed vt
cum eo laboraret. Hebræorum magna-
tes in murorum instauratione vna ma-
nu faciebant opus, altera tenebant gla-
dium, vt in libro Nehemię scriptum le-
gimus. Gladius acutus, vt ait in epistola
ad Ephesios diuus Paulus, est verbum *Ephes. 6.*
dei. Hic est gladius, quem de ore Chri-
sti procedentem vidit in Apocalypsi di-
uus Ioannes. Quid est principem alte-
ra manu tene gladium, altera in opus
incumbere, nisi debere eum, qui inter
alios obtinet principatum, non solūm
docere, sed id, quod docet efficere? Hic
est verē præsul, qui & verbo & opere
omnibus consulit, qui omnia prouidet,
tanquam ex aliqua specula futura pro-
spiciens. Hunc appellat deus per Eze-
chielem speculatorem, qui, cum sit in lo-
co eminentiore constitutus, debet esse
solicitudine affectus, & in illam curam
& cogitationem semper incumbere,
quę illi summam afferat dignitatem.
Hoc suo modo completens animo La-
tinus poeta, volensque AENEAM suum
laudibus efferre, ait illum semper secum
habuisse Achatem comitem indiui-
sum. Dicitur autem Achates à verbo
Græco ácheos, quod curam significat,
innuens debere principem in perpetua
cura versari, & dorsum esse, quod popu-
li onera sustineat. Si hæc cura & solici-
tudo seculi principibus conuenit, quan-
tò magis pastori ecclesiastico, qui de-
bet animam suam ponere pro ouibus
suis, illum quę imitari, qui ait: Ego sum *Ioan. 10.*
pastor bonus, qui pro ouium salute san-
guinem suum fundere non dubitauit?

Spiritus enim vitę erat in rotis. In hebræo
pro spiritu vitę est רוּחַ הַחַיִּים ruach ha-
chayah. Hoc est, spiritus animalis, seu, vt

ver-

verit noster interpret: Spiritus vitę.
chayah enim viuere significat: vnde di-
ctio hæc, qua hic vtitur Ezechiel, & ani-
mal significat, & vitam. Pro animalieft
in psalmo. 67. Animalia tua habitabunt
in ea. pro vita in psalmo. 142. Humi-
liauit in terra vitam meam. Sunt qui as-
ferāt hoc in loco Ezechielis accipi pro
animali. Et tūc est sensus: Spiritus huius
animalis, hoc est Christi, erat in fide-
libus nomine rotarum significatis. Vnde
colliges hoc animal vnū esse, per quod
Christum significari supra ostendimus.
Huic interpretationi fauet Pagninus ver-
tens: Volūtas animalis erat in rotis. Nō
dicit, animalium, sed animalis, Christi
mysteria repræsētatis. Beatus ille, qui
propria voluntate auulsa, in corde suo
dei inserit voluntatem, & ad tātam per-
uenit perfectionem, vt nō solūm ab om-
ni scelere se abducat, sed etiā animi co-
gitationem inuiolatam conseruet, & ita
deum amplectatur, ita illi adhæreat, ita
eius amore inflammetur, ita mentem
ipsam cum eo connectat & coniungat,
vt sit vnus spiritus cū eo, iuxta id, quod
ait apostolus: Qui adhæret deo, vnus spi-
ritus est, nihilque aliud velit, nihil aliud
amet, quā quod deus vult, & quod
amat. Hæc est Christiana philosophia,
hæc est beatitudo, quę potest in hac
vita comparari, quam gentium philoso-
phi ignorauerūt. Etsi enim se ad inqui-
rendæ veritatis studium contulere, &
in quo vera felicitas cōsistit intelligere
concupiere, tamen non id affecti sunt,
quoniam nō diuino auxilio, sed proprio
ingenio freti, arcana diuina se posse adi-
pisci existimabāt. Pythagoras censebat
esse verā beatitudinē in perfecta nume-
rorum scientia cōstitutam, Anaxagoras
in speculatione vitę, Herilus in scientia,
Antisthenes in alacritate, Hecathæus
in sufficientia, Timon in tranquillitate,
Simonides in sanitate, & pulchritudine,
& diuitiarum abundantia, Epicurus in vo-
luptate, & alij alijs in rebus, quas ma-

gnas esse, & magnoperē expetēdas arbi-
trabatur. At illa cōsistit in sanctissimi nū-
minis imitatione, in abnegatione pro-
prię voluntatis, & in vera charitate. Ille
eam consequitur, qui Christi amore in-
census: loco proprię voluntatis diui-
nam voluntatem constituit. Hic est su-
blimis illa rota, à deo non discedens,
Christi voluntate ducta, de qua ait Eze-
chiel: Voluntas animalis erat in rotis.

Quasi sonum sublimis dei. Septuaginta ha-
bent: Quasi vocē omnipotētis, cū ambu-
larent ipsa, vox verbi &c. Vbi pro voce
dei vocem verbi verterunt, innuen-
tes hoc verbum deum esse. Trismegi-
stus vetustissimus author in quarto Py-
mātri ait vniuersum mundū fuisse ver-
bo constitutū. Et Plato in libro quę legi-
bus suis additū Epimonidē inscripsit,
vbi Ficinus ait eius la tere thesaurū, ver-
bū appellat mūdi opificē: legerat enim
apud Moysen, dixisse deum, & omnia *Genes. 1.*
facta fuisse. Si dixit, ergo pes verbum.
Adeò enim versatus fuit Plato in legē
vetere, vt dicat Numenius Pythagori-
cus esse Platonē alterum ferē Moysen
atticē differentem. Iustinus martyr &
philosophus asserit, omnia, quę Plato
bene & sapienter dixit, fuisse à dei lege
desumpta. Id quod Eusebius & Ambro-
sius contestatur. Eam ob causam nō est
mirum, fuisse mundi conditorē à Pla-
tone verbum appellatum, quem hoc lo-
co septuaginta interpretes verbum vo-
carunt. In libro Sapientię, in oratione sa-
pientis sunt hæc verba literis mandata:
Qui fecisti omnia verbo tuo. Hoc ver-
bum filius dei est, de quo ait psalmogra-
phus: Verbo domini cœli firmati sunt, *Psalm. 32.*
& spiritu oris eius omnis virtus eorū. V-
bi p cœlorū virtutē eorū intelligitur or-
natus, nimirum astrorum splendor &
pulchritudo, quibus cœli vndiq, distin-
cti & ornati iucundū mortalibus specta-
culū præbent. Hoc est verbum, de quo
ait diuus Ioannes in sui euāgelij princi-
pio: In principio erat verbum, & verbū *Ioan. 1.*

erat apud deum, & deuserat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In epistola Didymi Brachmanorum principis ad Magnum Alexandrum, quā refert in prima parte historia li Antoninus, sunt hæc verba literis madata: Verbum deus est: hoc mundū creauit, hoc regit, ac alit omnia: hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus.

Argumentum capitis. II.



Stendit diuinus vates sum admirabilis visionis, quam superiori capiti mandauit.

Mittitur à deo ad Hebræos in Chaldaea ob eorum perfidiam & perniciam detentos, vt eos reprehendat, instruat, & ad virtutem cohortetur: ne uelint dei nomen maculare, sed dent operam, vt sint omnia eorum studia ad illud magnifice illustrandum destinata. Precipit ei deus, ne impios timeat, quanquam eum vulnerent maledictis, in illumq; irruant & impetum faciant: sed erecto & inuicto animo suo munere fungatur. Nihil est enim homini tutius, nihil ex omni parte munitius, nihil ad animæ securitatem consequendam & conseruandā præstantius, quam esse armis diuinis indutum, cælestiq; presidio septum.

Caput. II.

A



Hæc visio similitudinis gloriæ domini. Et vidi, & cecidi in faciē meam. Et audiui vocem loquentis: & dixit ad me. Fili hominis sta supra pedes tuos, & lo-

quar tecum. Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis mitto ego te ad filios Israel: ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. patres eorum præuaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc.

EXPLANATIO.

Hæc visio similitudinis gloriæ domini. Hæc verba sunt in nonnullis codicibus in fine capitis superioris, similiter in versione septuaginta interpretum, & Pagnini, & nonnullorū aliorum. Estq; eorum sensus: Huiusmodi est visio similitudinis gloriæ dei, quæ mihi apparuit, quemadmodum dictum est, & de illa hæc tenus. Pro domino est in hebraico **יהוה** nomē dei ineffabile, quod soli deo conuenire, non solum catholici doctores, sed etiam Hebræorum rabbini testantur. Non ait Ezechiel vidisse deum in sua essentia, sed eius gloriæ similitudinem: nā dei visionem in sua natura habere in corpore mortali nequaquā possumus: stat enim firma dei sententia: Non videbit me homo, & uiuet. Ac si dicat: Nemo in vita mortali me vnquā videbit. In patria deum videbimus in sua essentia, non autem in via. Videmus nunc, ait apostolus, per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Et diuus Ioannes in prima epistola sua de visione in gloria cælesti loquens, Scimus, inquit, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Si intellectus noster essentiam dei videre nunquam posset, nunquam summam beatitudinem consequeretur. Est igitur fatendum beatos in gloria

Exod. 24.
Esa. 1.

Ioan. 1.

1. Tim. 6.

Hebr. 2.

Exo 3.

Exo. 20.

Act. 7.

ria dei essentiam intueri, in hac autem vita fragili & caduca id fieri non posse. Est enim sit diuinis literis consignatū, Moysē & alios viros sanctitate & diuine vaticinationis spiritu præstātes deū vidisse, illud est intelligendum fuisse imaginaria quādam visione factum, aut sub alia specie, qua sese deus volebat illis ostendere. Si enim ipsam dei substantiam puram aspexissent, nulla ex parte eā differentē intuerentur, quippe quæ simplex est & pura, nō composita, non descriptibilis: nō iacet, nō stat, nō ambulat. Cū autē illi deum diuersis figuris viderint, apertē ostēditur, non eum in sua essentia & propria specie vidisse. Differens diuus Ioannes de differentia legis & gratiæ euangelicæ, eam ob causam præstantiorem ait esse gratiam, quod eam Christus attulerit, qui cū deus sit, deum semper intuetur: legem autem attulerit Moyses, qui deum nō viderat, sicut nec alius quisquā: ait enim: Deum nemo vidit vnquam. Et diuus Paulus in epistola ad Timotheum, Deus, inquit, lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et in epistola ad Hebræos: Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus &c. Quibus verbis vult ostendere esse euangelium lege vetere præstantius, debereq; diligentius obseruari: quoniam lex Moysi data est per angelos, euangelium autem per Christum angelorum dominum. Si deus locutus est Moysi, illiq; in sua essentia apparuit, aut fuit in rubo, aut postea cū illi legē daret in monte Sinai, sed nec fuit in rubo, nec postea in monte, ergo nusquā. Nō fuisse in rubo, ostendit diuus Stephanus in concione, quam habuit apud Iudeos, ita inquit: Apparuit Moysi in deserto montis Sina angelus in igne flāmæ rubi. Nō fuisse autē postea in monte ostendit idē Stephanus eodem loco, vbi dixeris de legis latioe ait: Hic est Moyses, qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo

lo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Hæc ille. Aspicias igitur nec in rubo, nec in monte, & ex consequente nusquam fuisse deum visum a Moysē in propria essentia, sed in angeli specie. Id confirmatur verbis illis, quæ illi dixit deus, nimirū: Non poteris videre faciē meam. Motus his locis & alijs nonnullis asserit Athanasius aduersus Arrianos deum non fuisse ab antiquis patribus visum nisi in assumptione creaturæ, secundum diuinitatem verò esse penitus inuisibilem. In hac sententia est Tertulianus in opere aduersus Præream, Chrysostomus in primum caput Ioannis: & homilia quarta de incōprehensibili dei natura, Gregorius libro. 17. Moraliū, Damascenus libro primo sue theologiæ, Ambrosius multis in locis, præsertim libro de incarnatione domini, & in primum caput Lucæ tractans de angeli apparitione Zachariæ. Non tamen me fugit diuum Augustinum in libro de videndo deū, & duodecimo super Genesim existimare Moysē & diuum Paulū vidisse deum in essentia tantam enim gratiam ait fuisse eos consecutos, vt etiam in hac vita usque ad diuinæ substantiæ visionem eleuarentur. Hæc eius sententiam sequuntur nonnulli, illius autoritate commoti, quorum vnus est diuus Thomas Aquinas prima parte, & latius secunda secunde, vbi de raptu diui Pauli disseruit, qui eum sit admirabili doctrina præcellens, & eximia sanctitate insignis, viros etiā grauissimos & doctissimos sua autoritate frangit & conuincit, vt suæ sententiæ acquiescant. Quibus si obijcias loca diuinarum literarum à me citata, & sanctorum doctorū sententiā literis consignatam assererem deū a nullo fuisse vnquā in hac vita in sua essentia conspectum, respondent eū diuo Thomæ hoc esse intelligendum de visione per modum formæ immanens, nā si deus deum

in propria specie vnquã vidit: at per modũ passionis transeuntis eum vidit Moses & Paulus in sua propria essentia. Id quod & authoritatibus & rationibus cõfirmant. Vtra harum sententiarum vera sit, alij viderint, ego ingenuè fateor ignorare, quæ autem verisimilima, magna quæstio est. Duæ sunt opiniones validissimis rationibus roboratæ: prima tamen magis meo quadrat intellectu. Vnum hoc assero nostrum Ezechielem non dei essentiam asserere se vidisse, sed eius gloriæ similitudinem.

Et vidi, & cecidi in faciem meam. Hoc est, postquam vidi hanc dei gloriæ similitudinem, cecidi pronus in terram super faciem meam, tãto splendore perterritus, tantaq; maiestate stupefactus. Eodem modo Abraham considerata fragilitate sua viso domino cecidit pronus in faciem. Et Esaias, Corruì, inquit, cum audirem, cõturbatus sum, cum viderem. Et Daniel: Vidi visionem grandẽ hanc, & non remansit in me fortitudo. Et paulò post: Domine mi in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Si diuini vates tãto splendore & amplitudine obruuntur visa dei similitudine, quanta erit dei in sua essentia maiestas? Illud est hoc loco aduertẽdũ, non cecidisse hos sanctos retrorsum, sed in facies suas: impios verò retro cecidisse: quoniã qui ante faciẽ ruunt, videt foveã, & faciliẽ surgunt, qui autẽ retrorsum, haudquaquã. Vnde ait scriptura: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in femita, mordens vngulas equi, vt cadat ascẽsor eius retro.* Per Dan iuxta Hieronymi sententiam in libro de quæstionibus Hebraicis, & Eusebium Emesenum intelligitur Sason, qui fuit de tribu Dan. Hic vicit Philisteos, eorum equos eneruauit, & ascensores eorũ retrorsum deiecit, qui Christũ adumbravit, qui impios Iudeos a pertinacia sua desistere nolentes in terrã retrorsum prostravit. Heli qui sceleratos filios suos, non vt decebat, ca-

stigabat, eosq; effrenatos, sibiq; praefidẽtes tanquã in gyrum rationis & doctrinæ non ducebat, cecidit retro, & fractis cervicibus animam efflauit. Qui Christum deum nostrũ comprehendere & ligare volebãt, auditis his Christi verbis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Vna Christi vox lenis & dulcis terribilem cohortẽ armis munitã percussit, perterruit, & prostravit. Est etiam hoc loco cõsideranda dei bonitas, qui eum, qui ob animi humilitatem ceciderat, erexit, inclinato opem tulit, eumq; mirabiliter ad cœlestia mysteria intelligenda subleuauit.

Et audiui vocem loquentis. Deus erat, qui illi loquebatur: sed cum ob tantam maiestatem, & tam eximium splendore esset ferè attonitus, nõ omnino intellexit, quis esset, qui loqueretur. Eam ob causam non ait audisse deum loquentem, sed vocem cuiusdam loquentis. Cum autem ad se reuerteretur, percepit animo deum esse, qui illi loquebatur.

Fili hominis. Filius hominis consuetudine hæbrææ linguæ significat verum hominem obnoxium calamitatibus & doloribus. Eam ob causam se Christus filium hominis sæpenumero appellabat, ostendens se, cum esset deus, infirmitates nostras suscepisse, vt mētibus nostris ægritudine vitiorum laborantibus mederetur. Hinc voces illæ: *Quem ducunt homines esse filium hominis? Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet: & cæteræ huiusmodi, quæ passim in euangelijs reperiuntur.* Esaias eum vocat virum dolorum: & paulò post ait: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Cum igitur filius hominis accipiatur pro re abiecta, voluit deus tali nomine Ezechielem appellare, vt eum de fragilitate sua cõsideranda admoneret, ne ob illam diuinam visionẽ sibi ostensam nimio gaudio efferretur. Tali fauore prosequitur deus amicos suos, vt nõ inflentur, quin-

Ioan. 18.

Iob. 14.

Psal. 302.

Esa. 46.

Iob. 14.

Iob. 4.

Mat. 16.

Mat. 8.

Ioan. 13.

Esa. 53.

potius seiplos abijciant, & imbecillitatem suam cognoscãt. Contrã verò principes terræ eos, quos diligunt, fauore suo sæpenumero superbos vsque adeo efficiunt, vt eos etiam atque etiam ad maximos errores adducant. Videntes enim in se principũ oculos coniectos, omnes despiciunt, suæque fragilitatis obliti, summisq; superbix stimulis cõcitati, omnia iura diuina atque humana peruertunt. Reuelans igitur deus Ezichieli arcana sua eum vocauit hominem, ne elatione afficeretur. Quid est enim fragilius homine? quid imbecillius? quid calamitosius? Homo, inquit Iob, quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut vmbra: & nõquã in eodẽ statu permanet. Et regius vates: Homo sicut scœnũ dies eius, tãquam flos agri sic effloret. Quoniã spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Et Esaias: Omnis caro scœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Qui modò vigeat, & admirabili pulchritudine ornatus oculos videtiũ oblectabat, dicto citius tabescit, & instar floris vêtõ rapti decidit, & ad interitũ vocatur. Nullum vitæ tempus est aut metu liberum, aut calamitatibus vacuũ, aut mœroribus solutum. Vitã ingredientibus statim nos tradimus lamentis, & in signũ futurarũ ærumnarũ exordiũ ducimus à ploratu. Homo, inquit Iob, natus de muliere, breui viuens tẽpore, repletur multis miserijs. Cum Ionas sub vmbra hederæ, quæ celerrimè creuerat, requiesceret, essetq; gaudio perfusus, venit vermis, & percussit hederam, & exaruit. Quam ob causam fuit Ionas tot curis cõfectus, tot doloribus implicatus, vt exitum vitæ optaret. Quæ est hederæ hęc viriditate florens, citò pullulascens, & statim euanescentes, nisi vitæ iucunditas, & cætera illa, quæ magnopere desideramus, in quibus voluptatẽ constituimus? Quæ adepta statim amittuntur. Venit vermis mortis aut mœroris, & omnia

consumit. Quot homines vidimus, qui diuitias, honores & dignitates expectantes, ad quas auiditate inflammati rapiabantur, eas fuerunt consecuti, sed in medio suæ lætitiæ omnia illa momento tẽporis euauerunt, & ipsi ad summã mundi gloriam florentes ilico calamitatibus pressi, & in dedecore versati aut statim consumpti sunt, aut vitam sibi acetam esse putarunt. O falsam mortalium spẽ, ò variam volucrẽque mundi cõmutationẽ, ò cæcam nostram cupiditatẽ, ò præposteram gratulationem, quã citò vitam nostrã, mundi opes & honores ex fallaci voluptatẽ ad verum luctũ recidere intuemur! Omnia hæc instar imaginis consumuntur, & pereunt, & vt Pindari vtar verbis, cum vmbre somnio cõparantur. In libro Sapientiæ sunt hæc verba literis mandata: *Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tanquã nuntius percurrens, & tanquã nauis, quæ pertransit fluctuantem aquã, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire, nec semitam carinæ illius in fluctibus.* Hoc intuens diuus Ioannes in prima sua canonica, Nolite, inquit, diligere mundũ, nec ea, quæ in mũdo sunt. Et paulò post: *Transit mundus, & concupiscẽtia eius.* Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: *Præterit figura huius mũdi.* Non substantiã dicit, sed figurã huius mũdi præterire. Si mũdus transiit, si id, quod substantiã esse existimamus, figura est, cur vitã nostrã, spẽ, opes, & voluptates cogitamus permanuras? Quid est, inquit diuus Iacobus, vita vestra? Vapor ad modicũ parens. Aspice cui rei tam fragili vitã nostrã compararit. In Sapientiæ libro scriptum est: *Transibit vita nostra tãquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur.* Videbis aliquãdo in aere nubẽ hominis magni figurã habetẽ: quæ mox expanditur, & turres excelsas repræsenter: sed statim vento rapta dissoluitur, & euanescit. Huiusmodi est spes nostra in mũdo collocata. *Ponit nobis mundus*

Sup. 5.

I. Ioan. 2.

I. Corin. 7.

Iaco. 4.

Sap. 2.

Simile.

in imaginationis conceptu futuros nos esse magnos homines, & nomen ac celebritatem consecuturos: promittit nobis montes aureos, & turrem glorię & dignitatum; sed omnia hæc sunt arces in aere fabricatę, & castella ex vento cõposita, in vanitate fundata, quę celerimẽ dissi pantur. Ea plerosque mortales falsis promissionibus oblectarũt, sed spem suarum cogitationum sæpenu mero sefellerũt. Vnde Ecclesiasticus, Hoc, inquit, secundum hoc visio somniorũ: Acsi diceret: Diuitiã, quę appellantur, quę reuera non sunt diuitiã, sed diuitia rũ imagines, & alia huiusmodi, quę nõ sunt res solidę & perpetuę, vt mundus existimat, sed earum rerum vmbra, & figura, & simulachra, omnia denique quę non sunt hoc, sed id, quod videtur hoc, sunt absque dubio res quardam visę in somnijs, fallaces & inanes. Ideo ex clamat Salomon: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Et pater eius in psalmo: Vidi impium superexaltatũ, & eleuatũ sicut cedros Libani, & trãsiui, & ecce nõ erat: quęsiui eum, & nõ est inuentus locus eius. Oculi non vident se, at videntes speculum seipfos intuentur: nos non consideramus fragilitatem nostrã, sed si speculum memorię mortis, & cognitionis nostri coram oculis posuerimus, illud aspicientes, nosipfos in illo aspiciemus. Hoc speculum nobis tribuit sancta mater ecclesia feria quarta cinerum, vt illud manu tenentes, & ante mentis oculos constituentes, nos puluerem cineremq; esse cognoscamus. Memento homo, inquit illa, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Acsi dicat: Cognosce te ipsum, ne decipiaris, conspice te in hoc speculo veritatis. Vide quid sis, & quid futurus es: redigẽ in memoriam te esse hominẽ, & ex consequente puluerẽ & cinerem. O excellentem memoriam, õ veritatem amplexandam, õ speculum admirabile, & nunquam è manibus deponẽdũ! Priusquam esses homo, inquit

Augustinus, terra eras, & priusquam terra esses, nihil eras. Aspice tuã progeniẽ tuam nobilitatem, & generis splendore & amplitudinem. Quid igitur superbis terra & cinis? Philippus Lacedæmonio rum rex. cum in palaestra prostratus surgeret, videretq; in puluere corporis vestigium, papę, inquit, vt minimam terrę partem natura sortiti orbem appetimus vniuersum? Author est Plutarchus in Apophthegmatũ libro. Appelles, cui fuit pingendi palma reseruata, pinxit Alexandrum Magnum fulmen manu tenentẽ, vt ait Plinius libro. 35. vt ostēderet esse eius gloriam per totum orbẽ terrarum volitaturam, seculiq; principes & magnates territorum, sed instar fulminis subiti esse celeriter labefactandam, & penitus consumendã. Aristoteles apud Stobæum ita hominẽ definiẽt. Homo est imbecillitatis exemplũ, temporis spoliũ, fortunę lusus, inconstantię imago. Et Herodotus, Homo, inquit nihil omnino aliud est, quã calamitas ipsa. Interrogatus à quodam rege quidã philosophus quid esset homo, respõdit, vt refert in tertia parte theologali diuus Antoninus. Homo est mancipium mortis, hospes loci, viator transiens. Interrogatus rursus quomodo se haberet, respondit: vt lucerna ad ventum, quę citò extinguitur, vt scintilla in mari, quę citò ab vndis absorbetur, vt spuma gracilis, quę citò à procella dispergitur, vt lanugo, quę subitò à vento rapitur. Diuus Augustinus de verbis dñi, Homo, inquit, vitreo vase fragilior est. Cum homo sit fragilis, debilis, caducus, morbis varijs oppressus, & incommodis propè infinitis agitur, oportet imbecillitatem suã considerare, seque hominẽ esse intelligere. At nos quocũque fauore effierimur, atque in rebus prosperis, & ad voluntatem fluentibus nostri confestim obliuiscimur: & ignorantes nostra, alia etiam ignoramus. Qui fieri potest, vt alia cognoscat, qui sui ipsius non

Eccle. 10.

Eccle. 34.

Eccle. 1.

Psal. 36.

Similitudo.

non habet cognitionem? Hanc nostri cognitionem appellat deus collyriũ, dices in Apocalypsi Ioannis: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Est autẽ collyriũ medicamentũ aduersus occulorũ lypitudinem. Qui suã miseriam intelligit, visum, quem per superbiam amiserat, recuperat. Nẽc solũ fideles, sed etiã Gentes fide destitutę hoc animo perspicuũt. Ait Proclus Platonius in libro suo de Anima principium dialogorũ Platonis, eiusq; philosophiã præcipuum institutũ esse naturę nostrę cognitionẽ. Et rectẽ quidẽ, nam hæc est prauitatis causa ignoratio sui. Eã ob causam deus Ezechielẽ, cui arcana sua ostēdebat, nõ filiũ viri, sed filiũ hominis vocat, filium Adę, filium terrę, vt se esse intelligeret fragilẽ, fluxũ, & calamitatibus ac mœoribus obnoxium. Ideo ait: Fili hominis &c. Sta super pedes tuos. Idest, surge. Sic Ieremias dixit deus: Surge, descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et Ionã: Surge, vade in Ninium ciuitatẽ magnã, & prædica. Hoc in loco surgere & stare super pedes, non solũ ad corpus, sed ad mentem arbitror pertinere. Acsi dicat deus: Erige Ezechiel nõ solũ corpus ad ambulandũ, sed animã ad cœlestia mysteria intelligendũ. Vigila, expergiscere, circunspice, ne iaceas in silẽtio & otio, nam qui alios est excitaturus, non debet ipse dormire. His tribus, nimirum Ezechieli, Ieremias, & Ionã demãdauit deus curam concionandi, & omnibus illis iussit, vt irent, & alios quærerent. Qui sunt concionaturi, non solũ debent surgere, sed à se exire, & propriam relinquere voluntatem, & proximos adducere ad Christum. Id voluit significare diuina scriptura, cum prodidit memoriã, dixisse Iosephum fratribus suis: Non videbitis faciẽ meã, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Debent igitur concionatores à peccato surgere, & alios erigere. Qui fieri potest, vt iacentes a-

Apocal. 3.

Ierem. 18.

Ion. 1.

Genes. 43.

lios erigant, & in tenebris versati alios illuminent? Moyses locuturus cum deo in monte Sinai stetit cum eo, dixerat nanque illi deus: Stabis mecum super verticem montis. Qui iacet, non bene percipit animo diuinos sermones. Iacenti Danieli dixit deus: Vir desideriorum intellige verba, quę ego loquor ad te, & sta in gradu tuo. Et regius psaltes, Eduxit me, inquit, de lacu miseria, & de luto facis, & statuit supra pedes meos, & direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum. Intuere diuini vatis gradationem: primò ait fuisse eductum & creptum à profunda peccati voragine, postea stetit, deinde ambulasse, & tandem deum noua illũ cœmina docuisse, quibus alios ad virtutẽ excitaret, illiq; nouam suppeditasse materiam diuinę prouidentię & misericordię celebrandę. Stare, inquit diuus Paulus, succincti lumbos vestros in veritate. Eidem Paulo iacenti, & paulò antè minarum & cædis in discipulos domini aspiranti ait ipse dominus: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Iuxta Platoniorum sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est planta notę significationis, arbor rationis cõpos, quã appellant inuersam, homo est, qui radices habet erectas ad cœlũ, vnde illi venit alimentum. Quo fit, vt hominẽ definiẽtes dicant esse arborem inuersam. Vt enim planta radices agit propagatas per terram, vnde illi venit nutrimentum, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationem eleuat ad cœlũ, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos. Huiusmodi sunt, qui cõtēnunt humana, & aspirat ad diuina. At homines impij, qui scelere & maleficio pascuntur, arbores sunt insensibiles, cœlestia nõ contēplantes, sed radices omnes in profundũ terrę mittentes.

Exo. 34.

Dani. 10.

Psal. 39.

Eph. 6.

Act. 9.

Similitudo.

Hi non sunt super pedes suos, sed sub pedibus, quoniam radices habent in terra defixas, ramos autem in aere pendent. Habēt igitur se sub se, & cor pedibus conculcant, & tandē præcipites in æternum exitiū rapiuntur. At viri iusti stāt super pedes suos, quia cū terram pedibus terant, animum habent in sublimi, cogitationem ab omni scelere abducetes, mentē à corporis sensibus abstrahētes, & deum animo contemplātes. Hoc existimo esse super pedes stare: quemadmodum hi faciunt, qui patriam cœlestem, & beatas illas sedes, sanctorum domicilia desiderāt à longe eas aspiciētes, & salutantes, & confitētes se esse peregrinos & hospites super terram. Ut enim auicula in cauea conclusa, quāuis pretiosa sit cauea, siue ex cedro, siue ex ebore, siue ex auro confecta, exire tamē cupit, & ad patriam, ad locum suum euolare contendit, & præ desiderio egrediendi rostellum foras extra rete caueę emittit, sic anima viri pij diuino amore incensi inclusa in corporis cauea, & si omnibus ad vitam humanam necessarijs circūfluat, patriam tamen suam, hoc est cœlum ardentem appetit, & pijs illuc eundi suspirijs & desiderijs flebili gemitu sociatis inflammatur, ut finito hoc exilio, in sempiterno illo animarū beatarū domicilio requiescat, vbi deo fruatur, & vitam beatissimā degat. Omnis Christianus etsi opibus abūdet, & recta habeat magnifica, ebore & auri fulgentia, ad cœlum tamen aspirare debet, & ad patriam desiderio atque animo euolare, dicens cum Paulo: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Qui autem huiusmodi est, stat super pedes suos. Sed quia pedes in literis diuinis pro affectionibus sæpe accipiūtur, fortasse stare super pedes erit, affectus, qui hominē huc atq; illuc rapiunt, conculcare. Vult deus, ne affectibus ducamur, quin potius in eos dominemur. Si eos liberos dimittimus, longius euagantur, & tanquā exultātes,

siue cupiendo, siue fugiendo finem transeunt, & modū, à quibus non modò animi perturbantur, sed etiam corpora. Præterea nihil est, quod magis intellectū tenebris circūfundat, quā hęc, de qua loquimur, affectio deprauata. Ex quo efficitur, ut si duo homines erga quendam tertiū affecti sunt, vnus amore, alter odio, nunquam eius res gestas vere & purē narrent, nec de illis iustā sententiā ferant. Ut enim eandem rem diuersa specula variē representant, pro diuersitate formarū eorum, sic idem factū homines diuersi variē interpretantur, p̄ varia animorū affectione. Quod huic amplum & illustre, illi videtur vile & abiectū. Quod vnus laudat, alter vituperat. Quod hic asserit nō posse esse maius, nec gloriosius, nec accommodatius hominum memorię sempiternę, alter paruum, tetrū, & obliuione perpetua delendū censet. Hos affectus pedibus significatos, animū perturbantes, & à sua sede & statu deiicientes præcipit deus, ut cōculcemus: quod nihil aliud est, q̄ stare super pedes, ut appetitus obtēperet rationi, & homo mētis oculos reuocet ad veritatē, detq; operā, ut ipsa virtus eum tradat ad veram dignitatem.

Et loquar tecum. Volens deus loqui cū Ezechiele, prius eum excitat, ut stet super pedes suos. Ita Samuelem in tēplo domini dormientem vocauit deus, & erexit, & sic eum docuit.

Et ingressus est in me spiritus. Hoc est, vbi deus mihi locutus est, ipse introiuit in me per splendorem sapientię, & gratię accretionem. Poteris per spiritum vires animi & corporis intelligere, ut sit sensus. Cū primū me deus allocutus est, recepi animū, & recuperaui vires: mansi & animo & corpore robustus, & diuino præsidio munitus.

Et statuit me supra pedes meos. Id est erexit me, dedit mihi spiritum subsistendi: non surgerem, nisi ipse me eleuaret, & super pedes me ipsum constitueret.

Potest

Potest quis flagitium capitale admittere, in scelere volutari, & in caligine iacere: at resurgere à peccato ad gratiam, ex suis viribus non potest. Ea possumus cogitare & moliri, quæ sint imbuta maleficio, inquinata vitio, scelere maculata & infecta: at peccatum euertere, à crimine solui, è vinculis emitti, & gratiā obtinere, nemo potest absque fauore diuino. Fieri non potest, ut impius absque dei gratia veram iustificationem consequatur. Stat enim dei sententiā ab Osea diuino vate literis mādāta: Perditio tua Israel, tantummodo in me auxiliū tuū. Vnde sponsa sponsum Christum alloquens, Trahe, inquit, me post te. Et psalmographus: Spiritus vadens, & non rediens. Et Ieremias: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et Paulus: Gratia dei sum id, quod sum. Et Christus deus noster: Nemo venit ad patrem nisi per me. At homines sceleribus capitalibus maculati possunt se ad gratiā præparare virtutis actionibus, quæ animū disponant ad dei iustitiam recipiendā. Ideo dicebat Samuel: præparate corda vestra dño, & seruite ei soli, & eruet vos. Nam si actus nostri nullo modo essent causa ablutionis & sanctificationis nostrę, quorsum diceret Paulus: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore dei. Et Ioannes. Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se. Et Daniel: Peccata tua elemosynis redime. Et Salomon in Prouerbijs: Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Et iterum: Misericordia & veritate redimitur iniquitas? Et quorsum alia multa eiusmodi diuinis literis consignata? Est igitur certum, & de fide tenendum opera bona nostra in capitali peccato infecta etsi ex condigno gratiam non mereantur, nos tamen ad gratiam præparare: deumque ex misericordia sua nobis crimina omnia condonare, & in gratia constituere. Verū etsi ille pro omni-

bus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur: ut est in sancto concilio Tridentino sessione sexta de iustificatione decretum. Nam quemadmodum homines nisi ex semine Adę propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur. Iustificatio autem est peccatorum remissio, & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico fit amicus, ut fit hæres secundum spem vitæ æternę, & ita in iustificatione cū remissione peccatorum accipit charitatem. Nec audiendus est impius Lutherus procella patrię, turbo, ac tempestas pacis, afferens omnes homines quanuis pietate insignes, & iustitia præstantes, & erga deū admirabili charitate ardentem esse mortiferis criminibus implicatos, & funestis sceleribus imbutos. Vult ille Christi gratiam labefactare, eius gloriam obscurare, & omnem denique eius doctrinam funditus euertere. Si Christus maculas nostras non deleret, si nos à criminibus non mundaret, si mundi peccata non tolleret, falsum esset Ioannis testimonium dicentis: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ego sum, inquit deus apud Esaiam, ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Et apud Ezechielem: Effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Zacharias etiam perrenē illum fontem prædixit, & laudibus mirificis extulit, qui erat in tēpore humanę redemptionis aperiendus ad omnium scelerū maculas abluendas. De quo ait in Apocalypsi diuus Ioānes: Dillexit nos Christus, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qua igitur fronte cæci hæretici audetis asserere, Christū deū nostrū peccata nō delere, nec ijs, quos

Heb. 11.

Similitudo.

Similitudo.

Ose. 13.

Cant. 1.

Psal. 77.

Thren. 5.

1. Corin. 5.

Ioan. 14.

1. Reg. 7.

2. Corin. 7.

1. Ioan. 3.

Dani. 4.

Prouer. 15.

Prouer. 16.

Ioan. 1.

Esa. 43.

Ezech. 36.

Zachar. 13.

Apoc. 1.

quos gratia prosequitur, & amicitia cōprehendit? Vnum ex duobus fateri cogimini, aut Christum ijs, quos in amicitiam recipit, peccata delere non posse, aut non velle. Si non potest, non est omnipotens, & ex consequente nec deus: si potest, & non vult, non est clemens nec iustus, qui eis, qui ad ipsum confugiunt, illiq; totos se dedūt, non vult peccata remittere. Aut igitur eum potestate & diuinitate priuatis, aut clementia & iustitia. Vtrunque impium est, immane, sceleratum, & execrandum. O ceca hominum pectora, ô mētes cimmerijs, vt aiūt, tenebristerriores! Tu es ô Christe Iesu verus deus, qui eorum, qui ad te confugiunt, scelera funditus evertis, & flagitia nostra radicitus extrahis, & penitus excindis, qui sacramenta gratiam conferentia constituisti, inter quæ est confessio, pœnitentiæ sacramentum, per quod te excitante, lapsi tanquā per secundam post naufragiū tabulam amissam gratiam recuperant. Tu es ille, qui nos subleuas à peccato, & super pedes nostros erigis & statuis.

Mitto egote ad filios israel. Concionaturus mittitur à deo, & priusquam mittatur, gratia impletur. Eodē modo Esaias ad munus cōcionatoris obeundū prius mundatur, & ita à deo mittitur. Audiāt hoc euangelici cōcionatores. Quomodo prædicabunt, inquit apostolus, nisi mittantur? Ex quo colliges, ad ministerium verbi neminem nisi missum accedere debere. Cū enim actus concionandi auctoritatem muneris supponat, oportet verbi dei concionatorem vel à deo mitti, vel ab eius auctoritate gerente. Nec debet concionari sciens se esse mortiferis labibus coinquinatum, sed prius animum expiare, & sic ad concionem accedere. Rex David priusquā diceret in psalmo: Docebo iniquos vias tuas, has voces emisit: Cor mundū creauit in me deus, & spiritum rectum innouauit in visceribus meis. Ne proicias me à fa-

cie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Vbi aspicias eum ter dei spiritum postulas, priusquā alijs viam æternæ salutis consequendæ demonstraret. Absque gratia & dei missione concionandi munus renuebat. Qui hoc non curat, à deo per Ieremiam his verbis reprehenduntur. Non mittebam eos, & ipsi currebāt, non loquebar ad eos, & ipsi propheta-bant. Est quidē concionatoribus necessaria puritas mētis, & illa spiritus sancti vis, per quam animus splendore gratiæ illuminatus, & charitatis ardore incensus, & fortitudine ac constātia munitus populum imbuat doctrina sancta, erecto animo vitia reprehendat, ad virtutem adhortetur, & auditores mittat ad ipsum sapientiæ vberimum fontē, cuius haustu ac potu conceptam visceribus sitim sedent, flammamque humanarum rerum restinguant.

Ad gentes apostatrices. Hebræos in Chaldæa detentos vocat gētes apostatrices, quoniam à fide recesserant, & dei iura violauerant. Relicto diuino cultu idola coluerunt, cū in Iudæa habitarent, & postea in Chaldæa etiam gentiū superstitionibus adhæserunt, seq; immanitatibus contaminarunt. Ad huiusmodi homines impios & immanes mittit deus diuinū suū vatem, quemadmodū Christus discipulos suos inter barbaros, crudeles & incultos: quib; aiēbat: Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporū.

Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos. Hęc dicit dominus deus: si fortē vel ipsi audiāt, & si fortē quiescāt, quoniā domus exasperatā est: & sciēt, quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hoīs ne timeas eos, nec sermones eorū metuas:

metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum: & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortē audiant, & quiescant, quoniam irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuū, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & vā.

Et filij dura facie, & indomabili corde sunt. Ad maiorem eorum perfidiam eos vocat deus filios seipsum optimum patrē relinquentes, & ad iram prouocantes. Eodem modo Esaias eos filios sceleratos, & semen nequam vocauit, ad impia eorum scelera apertius ostendēda. Vel filij his locis vocantur, non ad deum relati, sed ad impios eorum maiores, qui in exitu ex Aegypto vitulum coluerūt pro deo, & postea gentium idola sæpe numero adorarunt. Appellat eos deus duros facie, quia absque rubore adhibebant flagitijs effrenatam cōtumaciam, à superbia & perfidia inductam, non ab animi fortitudine & constantia. Cor etiam habebant indomitum. Quare ait deus: Et indomabili corde sunt. Nullo modo volebant ad deum cōverti, quin potius diuturnitate peccādi modestiā amiserant, & flagitiorum consuetudine callum iam obduxerant conscientiæ, & corda habebant dura & efferata, & ad omnia scelera propensa. Tales sunt ho-

die multi ex Christianis duri & obstinati, quibus id rectē accommodatur, quod ait Zacharias propheta: Cor suum posuerunt vt adamantem. De ijs ait Ecclesiasticus: Cor durū malè habebit in nouissimo. Aiunt magni authores nihil esse in rerū vniuersitate durius adamantem, præsertim Indico, qui inter omnes principatum tenet in firmitudine, duritie, & pretio. At ego existimo multò durius esse cor hominis: nā adamas sanguine hirci mollescit, & domatur: cor autē hominis deprauati, scelerū obstinatione induratū nec sanguine hirci mollescit & sedatur, nec sanguine illius agni immaculati, qui se pro nobis in crucis ara hostiā constituit, & sanguinem profudit, vt animos nostros perturbationū callo efferatos mitigaret, viamq; muneret ad vitam immortalē consequendā. Hoc intuēs diuus Bernardus exclamat: O duri & indurati filij Adam, quos non emollit tāta vis amoris! Per Esaiam ait ita Deus: Sciui, quia durus es tu: & nerseris ceruix tua, & frons tua grea. Et per Ieremiam: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Vtinam hoc de Iudæis tantū diceretur, & nullis Christianis cōueniret. Sed ita sunt multi sceleribus imbuti, libidibus dediti, perturbationum multitudine obruti, caligine circumfusi, & contumacia indurati, vt veluti penitus indomiti, & ferē insanabiles, sint lachrymarum abundantia deplorādi. Illis accommodari pōt id, quod dixerat Ieremias: Peccatū Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino super latitudinem cordis eorum. O infelices illos, ô deplorandos, ô miseros, si se intelligūt, miseres si se intelligere nolunt, quorum peccata sunt literis indelebilibus in durissimo eorum corde cōscripta! Narrat Plinius libro secundo esse fluuium quendam Lucaniæ nomine Silarum tam admirabilis naturæ, vt virgula & folia in illum immersa lapidescant. Huius

Zacha. 7.
Eccle. 3.

Disimilitudo.

Esa. 48.

Ierem. 5.

Ierem. 7.

Similitudo.

Esa. 6.

Rom. 10.

Psal. 50.

Ierem. 23.

Esa. 1.

Exod. 32.

Mat. 10.

Huius naturæ est etiam fons in Germania, in quem quicquid projicitur, durefcit in lapidem. Id quod Albertus Magnus asserit se experientia comprobasse. Nos nos sumus folia vento rapta in Silarum coniecta, & flagitiorum consuetudine in lapides conuersa, atque scelerum duritie obstinata. Cecidimus in fontem Germanie, vbi indurati sumus. Hanc mortalium duritiem & immanitatem videntes ij, qui à gentibus idolorum cultricibus docti habebantur, dixerunt hominum genus diluio absumptum, fuisse ex saxis à Deucalione Pyrrhaque proiectis instauratū. Non quòd ita fuisse crederent, sed quòd eos reprehenderent, qui corde duro, ingenioque agresti, immanitatem colunt, & duritie gloriantur. Eos etiam ex saxis natos prouerbialiter vocamus. Si Christus reprehendit discipulos suos, & vt ait diuus Marcus, exprobrauit duritiā cordis eorū, cum respectu nostri essent cetera molliores, quid faciet nostræ duritiæ? Quibus supplicijs nostram obstinationē castigabit? Quas poenas illi nostrorū facinorū dabimus, qui vt equi effrenati, ferocitate exultantes impetu voluntario ad omnia flagitia absque villo celestis numinis metu incitamus? Sed vide diuinam misericordiam. Dicebat esse Iudæos impios & obstinatos, de quorū duritie loquitur diuina scriptura Exodi trigesimo secundo, Deuteronomij trigesimo primo, Actorum apostolicorū septimo, & multis alijs in locis. Plenæ sunt diuinæ literæ querelis aduersus Iudæos, plena diuinorum vatum oracula, plenū denique vtrunque testamentū. Et tamen ad eos mittit deus Ezechielē prophetam suum, vt eos ad virtutē cohortetur. Vult eos eriperē, ne pereant, & in ima barathra in æternum præcipitentur. O singularem pietatem, o imensam bonitatem, o prædicandā clementiam, o infinitam dei nostri misericordiam! Quid est hoc bone deus?

Quò attigit tua benignitas? Quis non admirabitur tuæ mansuetudinis immensitatem? Fateris esse Iudæos dura facie, & indomabili corde, vt potè qui te derelicto gentiū idola coluerint, & fraudes ex se inexpiabiles concipientes, nulla poenitentia moueantur, & nihilominus eorum salutem quæris, illosque ad poenitentiā inuitas. Præclare dixit Esaias *Esa. 42.* te eum esse, qui calamum cassatum nō conteris, & linū fumigans non extinguis. Tam misericors est deus, vt in medio præconum suæ iustitiæ, non obliuiscatur suæ misericordiæ, nosque puniat, non vt perdat, sed vt feruet, & eripiat. Sartor recidit, & sarcit, efficit, & destruit, & omnia hæc vt vestem efficiat. Scindit in hac parte vt connectat in illa, integrum pannum lacerat, sed vt coniungat, & ex eo pulchrum conficiat indumentum. Ita se habet deus erga nos: cum nos calamitatibus lacerat, non est causa lacerandi, sed coniungendi: diuidit, vt cōgreget, secat, vt sarciat: recidit mundi voluptates, vt in animo nostro cœli gaudia connectat, euertit diuitias caducas, vt nos diuitiarum æternarum participes efficiat: secat nos, vt religet, & vinciat, ac vt ex nobis vtilem vestē patientiæ & tolerantia absoluat. Id intelligēs Esaias ait: Vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus dei proprium appellat misereri, opus verò alienum ab eo ærumnis premere & affligere. Sed angit nos calamitatibus, vt ad se cōuertat, & in nos beneficia misericorditer conferat. Id asserit his verbis Ieremias in lamentationibus suis: Quia si abiecit, & miserēbitur secundum multitudinem misericordiarum suarum: non enim humiliāuit ex corde suo, & abiecit filios hominum. Et diuus Paulus: Pater misericordiarum, & deus totius cōsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quibus verbis ostendit, non esse cōsolationē, quæ

quæ à deo non est. Nulla est verior miseriam, quàm falsa lætitia. Ideo ait diuinus psaltes: Renuit cōsolari anima mea. Et subdit statim. Memor fui dei, & delectatus sum. Vide quàm facile & promptū remedium ad veram oblectationem inueniendam. Quid promptius memoria? Quid paratius? Memor, inquit, fui dei, & delectatus sum. Omnem dolorē dei recordatione leuabat: & repudiāns inanem seculi voluptatem ad memoriam dei confugiebat tanquam ad singulare molestiarū remedium. O quàm facile remedij genus, quanta medicinae velocitas! Si tā dulcis est memoria, quid erit presentia? Quid erit frui eo, qui est pater misericordiarū, & deus totius cōsolationis? Quis desperabit de diuina misericordia, cū deū habeat, qui est pater, & pater misericordiarum? Qui latronē in cruce ob flagitia propria pendentem saluum fecit, qui Magdalenam è mūdi vanitatibus eripuit, & tanta gratia impleuit, vt in terra corpore constituta, vitam cœlestem imitaretur, qui publicanos liberauit, qui peccatoribus facinorosis, scelerūque maculis notatissimis gratiam tribuit, qui neminem eū poenitenti corde inuocantem contemnit, qui denique, vt verbis vtar apostoli, vult omnes homines saluos fieri, quomodo nos derelinquet, si ad illū confugerimus, omnē nostrā spem & fiduciā in eum conferentes? Qui fieri potest, vt qui pro omnibus mortuus est, nos, pro quibus sanguinē fudit, penitus abiciat, si ad illum fuerimus todo animo cōuersi? Scala illa, quā vidit Iacob altera parte terrā, altera cœlū tangentē, quid est nisi via cœli: & gradus eius quid sunt, nisi virtutes, quibus tenditur ad vitam immortalē? Per eā vidit patriarcha quosdam ascendentes, quosdam verò descendentes. Qui se existimat stare, inquit apostolus, videat, ne cadat. Quemadmodum fieri potest, vt qui sunt in virtutū fastigio collocati, decidant, & præcipitentur?

tentur, sic fieri potest, vt qui sunt scelerē cōtaminati, & in imo vitiorum constituti, qui cœlo cōtempso terrā tantūmodo amplexantur, resipiscant, in se cōuersi poenitentiā agant, & per scalę gradus ad cœlū tendāt, vt in cœlestibus sedibus sint tandem collocati. Adhærebat terræ rex Dauid, cū in crimen adulterij & homicidij incidisset, & dicebat: Adhæsit primum anima mea: & alibi: De profundis clamaui ad te domine: & scimus eum diuino adiutum fauore scalam ascendisse, & cœlum penetrasse. Non est igitur, cur de diuina pietate desperemus. Cū Ismael è domo patris egressus cū Agara matre sua erraret in solitudine, & præ siti animam ferè efflaret, extulit ploratum, qui fuit à domino exauditus. Iacebat ille sub quadam arbore, vbi eum Agara posuerat, ne eum morientem oculis aspiceret. Sed ostendit illis deus fontem aquæ, cuius potu sitim sedarunt, & seipsos refecerunt. Nos qui è domo patris egressi sumus, qui deum optimum patrem reliquimus, & in mūdi solitudine erramus, in peccatorum sylua impediti, in vitiorū deserto inuio & in aquoso versati, ne velimus peccatis nostris adhibere desperationē: sed labe nostras detestantes, & vim lachrymarum fundentes, accedamus ad arborem crucis, ad Christum crucifixū, ad arbore vitæ, vbi fontē misericordiæ plenissimum inueniemus, cuius saluari potu lethalē sitim, qua aridi animi nostri laborāt, extinguemus, vt ardore inutilium cupiditatum sedato, in tranquillitate viuamus. Ad eam igitur cum fiducia, vt ait diuus Paulus, ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. Qui enim duos Hebræos in Babylica captiuitate detentos non deseruit, qui ad illos misit diuinum suum vātē, ad gētes apostatrices & feritate barbaras, ad homines dura facie & indomabili corde, multo minus nos, quorū scelerata suo sanguine expiauit, derelinquet.

*psal. 76.**Esa. 42.**Mat. 12.**simile.**Luc. 23.**Luc. 7.**Mat. 21.**Luc. 5.**1. Tim. 2.**Genes. 28.**Thren. 3.**2. Corin. 1.**1. Corin. 10.**psal. 118.**psal. 129.**Genes. 21.**Hebr. 4.**Mar. 16.**Exod. 32.**Deut. 31.**Act. 7.*

Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus. Hæc erat diuinorum vatum præfatio. Sensus est, Ego te prophetam constituo: ito ad Hebræos, & incipe loqui illis more aliorum prophetarum. Dices enim te, nõ qua ratione homo es, ad eos verba facere, sed quatenus diuinus es vates: imò deum esse, qui per te loquitur, qui nec fallere potest, nec falli. At omnis homo mendax, vt ait regius vates. Sed dicit aliquis fortasse: Si omnis homo est mendax, cum Dauid homo esset, videtur cõcludi eum esse mendacem. Si mendax, ergo ei non est adhibenda fides, si ei fides adhibenda non est, non est hoc illi credendum, nimirum omnem hominem esse mendacem: ille enim homo est, qui ait: Omnis homo mendax. At non hoc dixit quatenus homo, sed quatenus dei propheta, cuius ore deus loquebatur. Ita enim ait: Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Hoc dixit in excessu, cum esset spiritu prophetiæ agitated.

Sifortè vel ipsi audiant. Dictio hæc, fortè, non denotat in deo ignorantiam, sed in nobis liberum arbitrium. Sic deus Ieremiæ: Noli subtrahere verbum, si fortè audiant, & conuertantur. Et apud Matthæum. Fortè filium meum verebuntur.

Et si fortè quiescant. Hoc est, si fortasse nolint te audire. Ac si dicat Deus: Loqueris eis, siue te audiant, siue non. Et si deus certò sciat, multos esse, qui ei non sunt obtemperaturi, eos tamen vocat, ne postea dicant non fuisse se monitos ab eo: & vt nos doceat, debere nos conferre beneficia etiam in eos, qui ingrati videantur. Vt sol non desinit micare radijs, etiam si nubes velit eius lucem obscurare, sic nos non debemus à beneficijs desistere, etiam erga eos, qui nostro benefactorum splendorem maculare voluerunt. Vt enim nux & oliuæ notissimæ plantæ et si virgis cedantur, vberissimo tamen fructus producunt, sic nos etiam ob præclaras virtutis actiones oburgati, maledictis legi, & ingra-

itudine lacepsiti, eas relinquere nolumus, quin potius in illas toto pectore incumbamus. Est quidem mortalium labe quædam & macula virtuti inuidere, velleque ipsum florem dignitatis labefactare. Possunt etiam verba hæc ita explanari, vt si fortè quiescant, sit idem, ac si fortè à vitijs desistant: impij enim quandiu impij non quiescunt, sed, vt ait Esaias, sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Nam perturbationibus commoti, fremunt instar Euripi, & cupiditatum motibus magnoperè concitantur. Viri aut iusti pietate & charitate viuunt, & animi securitate & quiete, quæ illis afferunt cum constantiam, tum etiam dignitatem.

Domus exasperans est. Idest, rebelles sunt, meque prouocant ad iram.

Et sciunt, quia propheta fuerit in medio eorum. Hoc est, tunc intelligent deum misisse prophetam, qui eos salutis admoneret. Et ita feruabuntur, qui inter eos pietatem coluerint, impij verò deum accusare non poterunt.

Ne timeas eos. Ne taceas ob eorum metum, annuntia illis intrepidè scelera sua. Huiusmodi debet esse euangelicus concionator. Et si maledictis vulneretur, permaneant tamen in veritate nuntianda, & ita beatitudinem illam obtinebit, de qua Christus apud Matthæum: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Discipulis suis dicebat Christus: Nolite timere pusillus grex.

Et alibi: Non turbetur cor vestrum, nec formidet. Vt aqua quieta & tranquilla ostendit nobis eam intuentibus imaginem nostram instar speculi: sed mota & perturbata nequaquam, sic cor nostrum, si placidum est & sedatum, repræsentat nobis figuram nostram, vt nos ipsos agnoscamus: id quod fieri non potest, si est concitatione agitated, & metu perterritum. Eam ob causam oportet, vt cor nostrum

Psal. 115.

Ierem. 26. Mat. 21.

simile.

simile.

similitudo.

Prouer. 23.

Psal. 54.

Psal. 56.

Psal. 26.

Psal. 22.

Prouer. 28.

Rom. 8.

Mat. 10.

Luc. 10.

nostrum nõ perturbetur, nec formidet. Vt fera pensilis, cum turbata est, non potest clauem aperiri, quia non illi accurrit artificium ob intemperiam suam, sic cor nostrum, cum est perturbatione concitatum, nulla vult exhortationis clauem referari, quia non obtemperat rationi appetitus: quo fit, vt cor impij ob artificij intemperiam non aperiatur deo per Salomonem clamanti: Præbe fili mi cor tuum mihi, aperiatur autem dæmoni clauem adulterina abutenti. Cor meum, dicebat quidam, conturbatum est in me. Et alibi: Dormiui conturbatus. Sed qui suam conturbationem dolebat, deo volebat aperiri. Ille in magno versatur periculo, cuius cor perturbatione & formidine motum deo clauditur, nolens veritatem nuntiare, & munere concionandi intemperanter abutens. Quid timeret, qui secum deum habet adiutorem? Dominus protector vitæ meæ, aiebat rex Dauid, à quo trepidabo? Et alibi: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et Salomon in Prouerbijs: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Si deus pro nobis, quis contra nos? Quid potest esse tutius nobis, quam arma diuina induere, & animum habere Christi gratia roboratum? Quid fortius? quid munitius? quid inexpugnabilius? Si aliter spectare voles, & ad veritatem mentis oculos reuocare, videbis aperte, nihil posse esse vel ad vitæ suauitatem iucundius, vel ad vtilitatem accommodatius, vel ad animi pulchritudinem elegantius, vel denique ad fortitudinem & firmitatem obtinendam & conseruandam præstantius. His armis indutos mittebat Christus discipulos suos, dicens illis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Ac si diceret: Mitto vos oues inter lupos, vt lupos in oues conuertatis. Oues estis, quorum lana alij induentur, quarum lacte & caseis vescuntur. Vos mansuetudine vestra eorum vitam vincetis.

vestra tolerantia eorum excandescentiam, vestra humilitate eorum superbia, vestra mansuetudine eorum duritiam, vestra virtute eorum iniquitatem superabitis. Et tandem his armis de illis mirabiliter triumphabitis: ideo ne timeatis eos.

Quoniam increduli & subuersores sunt tecum. Hoc prædixit deus prophetæ, ne eum molestiæ imparatum inuenirent. Illis enim calamitas est grauis, quibus est repentina.

Cum scorpionibus habitas. Scorpio animal est venenosum, quod placidè incedit, sed vulnerat cauda: non ferit facie, sed parte posteriore. Talis est ille, qui etsi blandus videatur, occidere tamen desiderat, intus Nero, foris Cato. Vt apis ore portat florem, sed retro aculeo ferit, sic nonnulli blandè & suauiter loquuntur, vt eos verbis demulceant, quibus ob malitiam perniciem machinantur. De illis aiebat regius vates: Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Illud est hoc loco aduertendum, comparari impios homines cum brutis & feris: nam hæc vocantur scorpiones, apud Esaiam hericij, apud Matthæum, & apud Ioannem lupi, apud Lucam vulpes, apud Matthæum & Lucam progenies viperarum. Vnde psalmographus, Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cæterum scorpiones possunt hæc accipi, per herbas quibusdam: est enim scorpio siue scorpius herba quædam semen habens instar scorpionis, de qua Plinius libro vice simo secundo. Et quoniam hæc herbe spinas habent, quibus calcantes feriunt, ideo cum illis Iudæi merito comparantur: Pagninus vertit: Et cum tribulis habitas: est enim tribulus herba duris spinis plena. Vnde stimuli ferrei, & virgæ, quibus solent quondam nocentes homines flagellari, tribuli vocantur, & scorpiones: Ita intelligitur id, quod est libro tertio Re-

simile.

Psal. 117.

Esai. 14. Mat. 10. Ioan. 10. Luca. 13. Mat. 3. Luc. 3. Psal. 49.

3. Reg. 12.

gum mādatur: Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædā vos scorpionibus. Illud est magnoperè advertendum, dicere deum Ezechieli, ne timeat Hebræos, ad quos eum mittebat, quoniam subuerfores sunt, & scorpiones, & contumaces: Ac si diceret: Si virtute ornati essent, si essent fide muniti, & charitate roborati, essent absque dubio timendi: at cum sint omnium scelerum maculis notati, cum apud eos lex diuina nihil valeat, iudicia iaceant, vera religio occiderit, nolis eos timere. Plus potest vnus virtute munitus, quā multi virtute nudati. *Elifæus obsessus à Syris dixit puero suo innumerabiles hostium copias aspicienti, & metu laboranti, Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quā cum illis. Et vidit puer exercitum angelorum Elifæo opem ferentium. Et fuerunt Syri cæcitate percussi, & regi Israelis traditi in Samaria. Volebat impius Saul pium interficere Dauidem, & ait diuina scriptura in hunc modum libro primo Regum: Timuit Saul Dauidem, eò quòd esset dominus cum eo. Rex erat Saul magnis diuitijs affluens, multisque militum copijs stipatus, & tamen pauperem Dauidem, exulem, & derelictum, quòd esset virtute præditus, metuebat. Magnas vires virtus habet: non enim aspicias quā debiles sint impij aduersus iustum, & quā formidabilis sit iustus aduersus impios? Sed dices: Impius poterit detrahere de me, & notam ignominie mihi inurere, & mei nominis claritatem & amplitudinem suis maledictis deformare: cur igitur eum non timebo? Quid ais? Nōne intelligis magnificum esse ab impijs reprehendi? Eorum de te detractio, est vitæ tuæ approbatio. Tunc ostendes esse te iustitia insignem, si illis displiceas, qui deo non placent. Hoc intelligens Dauid aiebat: Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Antisthenes insignis*

4. Reg. 6.

1. Reg. 18.

Psal. 37.

philosophus, cum aliquando ab improbis & sceleratis esseretur laudibus, dixit, vt refert Diogenes Laertius, O miserum, metuo ne in crimen aliquod inciderim. Et alibi dicenti cuidā: multi te laudant, Quid, inquit, mali feci? Sciebat illustris Philosophus opinionem impiorum hominum solere esse laudatricem vitiorum, & virtutum obiurgatricem. Hoc intuebatur animo Seneca, modestia clarus, & philosophia admirandus, cum diceret, argumētum esse recti malis displicere. Et pater Latinæ eloquentie Cicero, Ea, inquit, est profectō iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. Cum igitur facinorosi & sceleribus contaminati, nihil valeāt apud deum, non ita sunt metuēdi, vt ob eorum timorem dei veritatem celemus, nos qui cōcionandi munus suscepimus, quimpotius opus est, vt munere nostro bene, liberè, & intrepidè fungamur.

Aperi ostium. Hoc est, dispone te ad intelligendum, & ego in te scientiam infundam. Quæ dixeris, mea erunt: erit os tuum diuinis verbis abundans. Sic in psalmo: Dilata os tuum, & implebo illud. Et alibi dicebat Dauid: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Hebraismus est, quo ostēdit diuinus vates animum suum præ desiderio cælestis sapientie anhelantem fuisse à deo spiritu prophetie illustratum.

Et comede quæcumque ego do tibi. Ad hoc erat aperturus os suum, vt ea comederet, quæ deus erat illi daturus. Volebat deus, vt Ezechiel, quæ dicturus erat, prius comederet. Debet enim concionator ea, quæ dicit, non solum primoribus labijs attingere, sed comedere, & intrus gustare, & diligenter perpendere, & memoriarepetere. Si ille animi morbo, & sensus stupore suauitatem euangelicæ doctrine non sentit, nec eorum, quæ prædicat, gustum habet, qui fieri potest, vt alijs rectè & ardētè, vt oportet

Psal. 8.

Psal. 118.

tce

ter, ad comedendum persuadeat? Colliget hinc diuinam doctrinā esse spiritus alimentū & escam. Nullus cibus est suauior sapientia cælesti, nullæ epulæ dulciores. Hæc est ambrosia diuina animū alens ad æternitatem, qua incredibilis percipitur voluptas. Hæc illustratus animus oculos ad cœlū tollit, deum intuetur, & cælestia mysteria astris fulgentiora contempletur.

Inuolutus liber. Hoc est, papyrus quædam circūplicata, ex vtraque pagina scripta. Erat veluti libellus memorialis circūuolutus, habes vtrāque partem literis exaratam: in quo cōtinebantur scelera, quæ Iudæi admittebant, & poenæ, quas erant pro illis daturi. Itaq; erat prophetia calamitatum, quibus Iudæi propter eorum maleficia erant miserè opprimendi: erat ibi Hierosolymæ eversio, repleta combustio, Hebræorum captiuitas, & eorum incredibiles erunæ: quæ omnia Ezechiel erat illis nūtiaturus. Ideo fortasse libellus erat circūuolutus, quia prophetiam rerum futurarū continebat: sunt enim futura cōtingentia hominibus occulta. Solus deus ea cognoscit, & ij, quibus ille ea voluerit reuelare. Poteris per huc librum sacræ scripturæ intelligere, quæ inuoluta est, & obscura multis in locis explicatu difficilimis. Sed expādit eā deus corā propheta: quia etsi sit circūplicata, eā tamē illis aperit deus, quibus vult suorum mysteriorū sciētiam cōmunicare, hoc est viris pijs, animi submissione insignibus, & virtute præcellētibus. Diuina sapientia homines superbos & impuros nō vult in sua sacraria admittere. Quo fit, vt qui animi impuritate & elatione infecti, & flagitijs cōtaminati ad diuinam scripturā explanandā arroganter & audacter accedunt, in hæreses sæpe incidant, & in erroribus pestilentibus versentur. Lutherus ait diuinas literas facilimas esse, & apertissimas, & eam ob causam nō indigere magistro, ideo cōtemnendū esse diuū Hieronymū, diuū Au-

gustinum, & alios sanctos, diuinarū literarū interpretes. Vt aut hoc probet, affert locū illū psalmographi: Declaratio sermonum tuorum illuminat: dicēs, in hebraico pro declaratione esse ostiū siue portā: vt sit sensus: Diuina scriptura in ostiō, in introitu, statim cum in eam ingredi cœperis, mentē illustrat. Hæc est eius probatio. Et nō videt cæcus, & superbus homo id, quod in eodē psalmo statim sequitur: Et intellectū dat paruulis. Vult enim diuinus ac regius vates significare diuinā legē etiā in principio mētes illuminare eorū, qui ad eā humiliter accedūt, paruuli enim p humilibus accipiuntur. Horū intellectū illustrat diuina litera, non superborū, nō arrogantium, nō antiquos patres, & sanctos doctores cōtemnentium. Ostiū diuinæ scripturæ eos illuminat, qui per illud ingrediuntur, ingrediuntur aut per illud paruuli, submissi, & humiles, qui se subiiciunt, & inclināt, non aut elati, insolentes, arrogantes: hi enim cum se nolint ad ostiū introitum inclinare, retrorsum cadunt. Præterea non sequitur: Non solum qui sanctæ scripturæ intima arcana penetrant, sed etiā qui vel eius ostium ingrediuntur, lumine quodā illustrantur, ergo tota scriptura est facilis & perspicua. Vnde hæc consecutio? Et quāuis sequetur hoc, non tamen tibi intellectum daret o Luthere, qui inaudita arrogantia omnes cōtemnis, & ac si diuina oracula funderes, te solum audiendū prædicas. Audi diuinū psalmistam ita canentem: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. De ijs ait Christus deus noster apud Matthæum: Confiteor tibi pater, dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Horū ait esse regnum cœlorum. Nisi enim conuersi humiliemur, & efficiamur vt paruuli, nō intrabimus in regnū cœlorum. Aiunt perspektiui hominē in profundo & obscuro antro, siue in imo altissimi

Psal. 118.

Psal. 118.

Mat. 11.

Mat. 19.

simile.

putei absq; aqua constitutū etiā in luce meridiana videre stellas in cœlo, quas fieri non poterat, vt videret, si esset super antrum siue puteum collocatus. Sic qui se ob animi submissionē abijcit, & ad id humilitatis descendit, vt in profundo specu cognitionis sui ipsius sedeat, aspiciet meridie alta mysteria in cœlo sacre paginæ instar micantium syderū fulgentia, quæ nequaquam intueretur, si esset fastu & supercilio insignis, & superbia ac insolētia elatus. In prouerbij ait ita Solomon: Vbi fuerit superbia, ibi erit contumelia, vbi autē est humilitas, ibi & sapiētia. Vnde ait Chryostomus: Inter sapiētes sapientior est, qui humilior est. Didymū philosophū legimus hæc verba Alexādro Magno dixisse: Paratus est deus ad dandū tibi sapientiam, sed non habes, vbi eam recipias, cum sis superbia refertus. Quemadmodum arboris ramus, quò est plenior, eò est grauior, quanto plures & vberiores fructus producit, tanto profundius se abijcit, sic qui sapiētiore est, humilior est, quò quisque magis est sapientix fructibus onustus, eò magis se deorsum submittit & inclinatur. At superbus instar inanis rami se erigit in sublime, non animæ utilitatem querēs, sed vanitatē. Quam ob causam ad diuinā accedens scripturā interitū sibi ipsi machinatur: ea enim est mōs ille, quò si quis accedat in figura hominis, vitā belluæ gerens, lapidibus obruitur, vnde veram sapientiam poterat obtinere, si ad literas sanctas cū humilitate, & reuerentia, & diligenti animi præparatione accederet, inde exitiū certū refert, quoniā eas vult ingenio tumente penetrare. De huiusmodi hominibus ait Salomō in prouerbij. Qui scrutator est maiestatis, opprimeit à gloria. Quæ admodū si quis vellet in splendidā solis splēram fixè aspiciere, obcæcatur, quia fragilis oculorū acies non potest per se tantū splendorem sustinere, sic qui suo fretus ingenio tentauerit in admirabile

diuinorū arcanorū claritatem mentis oculos cōijcere, obruetur tāto splendore, & obcæcata mentis acie id, quod volebat, nequaquam consequetur: quoniā summi dei mysteria nō possunt hominū ingenio superbia elato cōprehēdi, alioquin nihil inter deū hominemq; distaret, si arcana illius maiestatis eterne literis diuinis cōsignata cogitatio assequeretur humana. Id significabant ea, quæ in sanctis sanctorū erant quondā tecta & velata. Fidens fortasse Paulus ingenio suo, volebat, priusquā Christi fidē reciperet, eius mysteria penetrare, sed ea nō percipiens, in magno errore verfabatur, cum incensus odio Christianos affligeret, eosq; quos ne voce quidē vulnerare deberet, ferro trucidare cupiebat. At circūfulsit eum lux de cœlo, qui cadēs in terrā nihil videbat, etiā apertis oculis. Qua in re fuit eius dispositio significata. Sed postea cum se abijceret, cum animi humilitatē amplecteretur, & deposita omnino animi elatione accederet ad Ananiam, visum recepit. Et in hac humilitate cōstitutus aiebat. Ego sum minimus apostolorū, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniā persecutus sum ecclesiā dei. In psalmo, vbi cōmunis editio iuxta translationē septuaginta habet: Firmamētum est dñs timētibus eū, pro firmamēto est in hebraico sod, quæ dictio arcanū significat. Quæ ratione ductus vertit diuus Hieronymus in huc modū locum illū. Secretū dñi timētibus eum. Quibus verbis promittit deus, se hominibus pietate & humilitate cōspicuis secreta & arcana aperturū, quæ sanctę scripturę monumentis cōtinentur. Hoc est magnū dei beneficiū in homines māsueros, seq; submisē gerentes collatū, quò nihil excellētius, nihil salutaris, nihil iucūdius excogitari potest. Ad huiusmodi homines respicit deus, dicēs apud Esaiā: Ad quē respiciā nisi ad pauperculū, & contritū corde, & tementē sermones meos? Vbi septuaginta

ginta habent: Super quem intuear nisi super humilē, & quietū, & tementē sermones meos? Vnde beatissima virgo: Respexit, inquit, humilitatē ancille suę. Cum autem tu o Luthere & humilitatē, & dei timorē despicias, & damnes, quī fieri potest, vt tibi diuina scriptura intelletū illustret? Tibi, tibiq; similibus implicata est, & liber inuolutus, quē deus suis expandit. Ait enim diuus Lucas Christū discipulis suis scripturas aperuisse. Ille est, qui iuxta diui Ioānis sententiam habet clauem Dauidis, qui aperit, & nemo claudit, qui est dignus, qui aperiat librū, quem Esaias assignatum vocat, & Ezechiel librū inuolutum. De quo Christus apud Ioannē, Scrutamini, inquit, scripturas, quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Quibus verbis innuit, nō sat esse earū superficiē inueneri, & sensū historicū ab aperto orationis argumento non recedentē intelligere, sed opus esse earū etiam interiores sententias, & sublimes intelletus, atq; altas & profundas diuinarū rerum cognitiones mentis acie perpurgata diligenter perspicere, summaq; cura inuestigare. Eam ob causam ait Ezechiel esse librū hunc scriptū intus & foris, quia vtrunq; habet sensum, & literalē & spirituale, quē veteres in tres sensus diuiserūt, allegoricū, tropologicū, & anagogicū. Lege totum vetus testamentū, vbiq; illud de Christo loquēs inuenies. Christus est fructus virginis, quē deus promisit esse dæmonis caput contriturū. Ipse est verus Melchisedech rex & sacerdos, qui panē obtulit, & vinū: idē ipse hostia qui & sacerdos. Ipse est verus Isaac, qui holocausto destinatus ligna super humerum portauit, baiulans crucem ad Caluarix montē, de qua dixit Esaias: Principatus eius super humerum eius. Ipse est verus Ioseph, à fratribus venundatus, & postea mundi saluator appellatus. Ipse est verus Samson ob amorem Dalilæ, hoc est ob ecclesię di-

lectionē iniurijs affectus, qui facta magna inimicorū strage occubuit. Ipse est verus Dauid superans Goliath ligno & quinque lapidibus, qui ligno crucis & quinque vulneribus mundū superauit. Ipse est deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis apud Esaiā. Ipse germen iustitiæ apud Ieremiā. Ipse est pastor vnus & princeps apud Ezechielē. Ipse est lapis abscissus, qui factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terram apud Danielelem. Ipse est rex Sionis, iustus, & saluator apud Zachariā. Ipse est dominator Israelis apud Michæā. Ipse est desideratus cunctis gentibus, qui stāte secundo templo venturus erat in mundum, & in tēplo illo Hierosolymę prædicaturus, apud Aegēū. Ipse est doctor iustitiæ apud Ioelē, & sol iustitiæ apud Malachiam. Dies me deficeret, si vellē locos omnes diuinarū literarū recensere, qui de Christo deo nostro loquuntur. Illud vnum assero totā veteris testamēti summā illius mysteria spirare. Id voluit diuinus psaltes innuere, cum ipsum Christum in hunc modū loquentē inducit: In capite libri scriptū est de me. Ac si diceret: Tota legis & diuinorum oraculorum summa de me loquitur: in veteri testamēto sunt mea mysteria literis ac perpetuis monumentis contestata. Possūmus per hunc librū scriptū intus & foris conscientiā intelligere hominis maleficijs imbuti ex vtraq; parte conscriptā. Est enim veluti codex accepti & expensi. In quadam pagina sunt scripta, quę nobis deus impertiuit, nimium anima, corpus, memoria, intelletus, voluntas, sensus, pulchritudo, ingenium, scientia, opes, & dignitates, & omnia denique talenta, quæ nobis ad negotiandū tradidit: nā alijs dedit quinque, alijs duo, alijs vnum, vt ipse apud Mattheum apertissimē testatur. Et apud Lucam, Negotiamini, inquit, dum venio. Ex altera parte referimus in codicem, peccata, errores, affectus, facinora, sce-

lera, & sexcenta maleficia, quæ omnia in cōfessionis sacramento remittuntur, & de libro cōscientiæ delentur, ne pro illis pœnis æternis cruciemur. Constituit deus in ecclesia sua diuinos quosdā quæstōres, ad quos cū rationibus librorum cōscientiæ cōfugeremus, illisque errata ostenderemus, vt ipsi nos à peccatis omnibus absoluerent. Illis enim dixit deus: Accipite spiritū sanctum, quōrū remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Sed si hos diuinos quæstōres, hoc est sacerdotes reliquerimus, & pœnitentiæ sacramentū contempserimus, ad æterna supplicia damnabimur iuxta mortifera crimina in nostræ cōscientiæ libris exarata. Hi sunt libri, de quibus ait Daniel: Iudicium sedit: & libri aperti sunt. Ac si diceret: Vidi mentis oculis Christū mundum iudicaturū, corā quo libri cōscientiarū, in quibus scripta sunt acta nostra, patebunt. Et diuus Ioānes in Apocalypsi, Vidi, inquit, mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex ijs, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. In his libris non solum actiones, & verba, sed etiam cogitationes scribuntur. Et teste diuo Paulo, testimonium reddet illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationū ac cusantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit deus occulta hominū. Legamus hunc librū cōscientiæ nostræ plenū peccatis, videamus crimina nostra, vt ea lachrymis delemus, & ab illis in sacramento cōfessionis absolua-mur. Si hoc facere neglexerimus, quid faciemus, cum libri aperti fuerint, cum vniciq; nostrum cœlestis ille iudex iustus & seuerus dixerit: Redde rationē villicationis tuæ? Quid illic responderent superbi, quid auari? quid illi, qui turpibus voluptatibus ducuntur? quid illi qui virorū insigniū pietate splendore

extinguere voluerunt? quid illi, qui homines innocentes ad excidiū & interitum vocarūt? quid illi, qui bellū intulerunt quiescentibus, vt eorū veteres il libatasq; diuitias in profundissimam vanitatum suarum voraginem profundere-
rent? Quid denique illic respōdebunt scelerati, qui deo contempto huius seculi amore flagrarunt? Demus igitur operam, vt liber cōscientiæ nostræ in diuino cōspectu bonorum operū plenus appareat: hoc enim erit gloriosum, & illustre, & amplissimis laudibus decorandum. Et vbi librum cōscientiæ perpollerimus, ad intelligenda mysteria diuinae scripturæ accedamus, & librū illum, de quo ait Matthæus: Liber generationis Iesu Christi, legamus, in quo, quid nos oporteat facere ad vitam æternam consequendam, inueniemus.

Et scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & v. Diximus per hūc librū inuolutum intelligi prophetiā calamitatū, quibus Iudæi erant ob sua impia facinora cōficiendi. Aequum enim erat, vt in ærumnas inciderent, luctus perciperēt, summis doloribus angerentur, qui deo contempto se vitijs cōtaminauerant, quibus obcecati veluti domesticis flagitijs se inquinauerāt, & in lege diuina violanda fraudes impias cōceperāt. Ideo liber ille scriptus erat intus & foris, quia in vna pagina erant scripta eorū scelera, in altera eorū supplicia. Eā ob causam scriptæ erant in eo lamentationes, elegiæ, & planctus, quia declarabat, quibus pœnis essent miseri illi homines cruciadi. Hunc existimo esse germanum huius loci intellectum. Sin autē per hunc librum sacram intellexeris scripturā, poteris per lamenta, & lugubria carmina, & miserabiles gemitus, exponere cōminationes cruciatuū, quibus damnati in inferno iustè torquentur: quorum cruciatuum memoria & cōminatione nos vult diuina scriptura terrere, & à vitijs abstrahere. Sin autē per hunc librum in-

Mat. 3.

Ioan. 20.

Dani. 7.

Apoca. 20.

Rom. 2.

Luc. 16.

terpretari volueris peccatoris conscientiam, non est dubium, quin sit plena causa lamentationum, & materia cōtinui ploratus & gemitus. Huic interpretatio ni fauet versio septuaginta interpretū, quæ habet: In eo scripta erant, quæ antè, & quæ retro. hoc est, ea, quæ palam facimus, & ea, quæ occultè cōmittimus. Poteris per hunc librū concionem intelligere, quā Ezechiel erat apud Hebræos habiturus. Ideo in fine erant lachrymæ & lamenta. Debent enim concionatores sermones suos ploratu, que relis, suspirijs, & commiserationibus cōcludere. Ita conciones suas terminauit Ieremias: ita diuinus concionator Christus seruator noster intuens se cōcionibus suis non conuertisse Hierosolymā, videns ciuitatē fleuit super illā. Deplorauit Dauid infelicem occisum filij sui Absolonis, qui fuerat ignominiosè interfectus, dicēs: Fili mi Absolō, Absolō fili mi, quis mihi daret, vt ego morerer pro te. Deplorauit cœlestis Dauid filiū suum populū Iudaicū, dicēs: Si cognouisses & tu. Et pro eo, qui erat & animā & corpus amissurus, vim lachrymarū profudit. Moyses subfocauit precibus suis inimicos populi dei in aquis maris rubri, Christus voluit peccata nostra subfocare in aquis lachrymarū suarū. Ideo nō solum super ciuitatē, sed in cruce pēdens pro peccatis nostris cū lachrymis & clamore valido è vita migravit.

Luc. 19.

2. Reg. 18.

Luc. 19.

Exo. 14.

Heb. 5.

Annotations ex hebræo in caput secundum.

Fili hominis. In hebraico est: **בן אדם** ben Adam: hoc est filius Adami. Adam idem est quod homo: & licet sit commune nomen, eō tamen vocatus est primus noster parens. Cum enim rebus alijs nomina imponeret, sibi tamen imponere recusauit. Nam ad nominare-

Genes. 2.

bus cōuenientia imponēda oportet earum naturas intelligi: cum autem Adā in statu innocētiae haberet earum rerū cognitionem, quæ naturaliter poterāt cognosci, facile fuit nomina illis imponere: sibi autē nomen propriū non sumpsit, quia nō ausus est dicere, habere sui ipsius cognitionem. Vnde intelliges, quā sublimis philosophia sit seipsum cognoscere. Quemadmodum homo dicitur ab humo, ita Adam ab adamah, quæ dictio idem est quod humus siue terra. Ea vitur diuina scriptura capite vicesimo primo Deuteronomij, pro qua noster interpret terrā vertit, dicens: Quādo inuentum fuerit in terra. Ex quo effectum est, vt apud Hebræos filius Adā, seu filius hominis accipiatur pro homine abiecto & obscuro, quem Latini vocant filiū terræ. Contrā verò virum clarum & nobile, & in hominū celebritate versatum appellant Hebræi filiū viri: appellatur autem vir **איש**, vt primo Regum capite 26. Nunquid nō vir tu es? Ac si dicat: Nonne tu clarus es, & illustris? Et capite 15. Exodi, quod nos habemus: Dominus quasi vir pugnator, potest verti ex hebræo: **דָּבִיר** vir belli: hoc est magnus & strenuus in bello. In psalmo, vbi cōmunis editio habet: **Qui** que terrigenæ, & filij hominum, habet versio Complutensis ex hebræo desumpta: Tam filij Adam, quā filij viri: hoc est, tam abiecti homines, & obscuro loco nati, quā nobiles, & celebritate generis illustres. Verba etiam illa psalmographi: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: possunt in hunc modum transferri: Tam homines ignobiles, & inhumano loco orti, quā magnates, & nobilis generis laude celebrati sunt vani & mendaces, quandiu non sunt diuini spiritus afflatu perfusi. Eā ob causam deus Ezechielem vocat filium hominis, vt suam fragilitatem agnoscens, non se obder familiaritatem & fauorem exoll-

Deut. 21.

1. Reg. 26.

Exo. 15.

Psal. 48.

Psal. 61.

lat, & insolētem efficiat. Qua in re mo-
nētur principes, vt quos diuitijs aut ho-
noribus cumulauerint, ita eos gratia &
fauore prosequantur, vt eostamen coer-
ceant, ne illos sinant efferrī superbia, &
alios contemnere, atque humanæ socie-
tatis iura violare.

*Ingressus est in me spiritus, postquam locutus
est mihi, & statuit me supra pedes meos. Sep-
tuaginta habent: Venit ad me spiritus,
& assumpsit me, & eleuauit me, & sta-
tuit me super pedes meos. Aduerte: De
iecerat deus Ezechielem, eum filiū ho-
minis appellans, sed ita eum deiecit, vt
eleuaret. Contrā verò mundus eleuat,
vt deiciat. Deus insignes pietate viros
per varios plerunque casus, magnasque
calamitatum procellas ad vitam ducit
beatam & immortalē, eos à fastigio &
amplitudine gloriæ mundi ad imam vs-
que abiectionē deiciens, vt eos inde ad
æternam gloriā extollat. At mūdus ho-
mines vitijs contaminatos effert in su-
blime, vt illos inde ad æternas pœnas,
quæ eorum scelera sequuntur, præcipi-
ter. Qui sapiens est, rebus mundi secun-
dis non fidit: non tumet, non turgescit,
sed semper eius animus superbia vacat.
Quemadmodū volens vt parua ignis
flāma eleuetur, & in altū feratur, eā fla-
belli impetu, & veloci ventilatione de-
primit, sic deus nos deprimat, vt extol-
lat, & eiciat deorsum, vt erigat ad excel-
sum. Contrā vt luctator eum, qui secū
in palestra contendit, amplectens, fert
in sublime, vt eum inde prosternat in
terram, sic mundus ideo nos extollit, vt
præcipitet, vt ex vertice falsæ & fluxæ
gloriæ ruamus ad profundum veræ &
perpetuæ ignominie. Id intelligens di-
uus martyr Cyprianus in epistola ad
Donatū hæc verba scripta reliquit: Ar-
rideret, vt scruat, blāditur, vt fallat, illicet,
vt occidat, extollit, vt deprimat. Fœ-
nore quodam nocendi quàm fuerit am-
plior summa dignitatis & honorum, tā*

13. 100

de 27

27. 22

24. 10

simile.

simile.

10. 10

maior exigitur & vsura pœnarū. Vna
igitur placida & fida tranquillitas, vna
solida, & firma, & perpetua securitas, si
quis ab ijs inquietantis seculi turbini-
bus extractus, salutaris portus statione
fundatus, ad cœlum oculos tollit à ter-
ris, & ad dñi munus admissus, ac deo
suo mente iā proximus, quicquid apud
cæteros in rebus humanis sublime ac
magnum videtur, intra suam conscien-
tiam iacere gloriatur. Hæc ille.

Patres eorum prauaricati sunt patrum meum.
In hebraico est: Ipsi & patres eorum
præuaricati sunt. Ita est in versione Pa-
gnini, & ita habet septuaginta. Est etiā
hæc particula, ipsi, in nonnullis biblijs
correctis ad marginem adiecta.

Quoniam increduli & subuersores tecum sunt.
Pro incredulis est in hebræo: **מַרְבִּי**
farauim. pro quo Pagninus vertit rebel-
les. Septuaginta totam hanc orationem
ita verterunt: Quia infanient, & cōgre-
gabuntur contra te in circuitu. Pro in-
credulis habent illi **παροισρησουσιν**, hoc
est, infaniet. à verbo **παροισρειν** quod est
infanire. Intellexerunt sapientes viri in-
credulos omnes, & impios furere, & in-
fanos esse. Quæ maior potest esse insa-
nia, quàm velle pro fluxis voluptatibus
gaudia amittere æterna, & cœlū pro
inferno commutare? Contra verò quæ
maior potest esse sapientia, quàm impe-
rare cupiditatibus, refrænare libidines,
contemnere voluptates, tenere iracun-
diam, coercere auaritiā, cæteras ani-
mi labes repellere, & tandem gloriam
immortalem comparare? Cum autem
hæc impij non curent, insani quidem
sunt. Quemadmodum furiosi & demē-
tes sibi ipsis manus iniiciunt, sic impij &
scelerati vulnera sibi infligunt insana-
bilia. Ideo ait Ecclesiasticus: Quasi rom-
phea bis acuta omnis iniquitas; plaga il-
lius non est sanitas. Imò seipos interfici-
unt, nam, vt est in libro Sapientie li-

simile.

Eccle. 21.

Sap. 16.

te-

teris mandatum, homo per malitiam
occidit animam suam. Quæ potest esse
maior insania quàm, ruere in interitū
voluntarium? Volens Iob impiorum
ostendere ignorantiam, esseque om-
nes illos etiam in rebus apertis sapien-
tia destitutos ait: Per diem incurrent
tenebras, & quasi in nocte sic palpabūt
in meridie. Cum timor dei, vt ait Da-
uid in psalmo, & filius eius in prouer-
bijs, sit sapientiæ principium, homines
autem sceleribus imbuti sint à timore
domini alienati, apertè cōcluditur, eos
non solum sapientia carere, sed ne eius
quidem habere principium. Verba il-
la psalmographi: Dixi iniquis nolite
iniquè agere, verti possunt ex he-
bræo: Dixi dementibus: nolite in-
fanire, vel, vt ea transtulit Pagninus:
Dixi insanis, ne infanietis. Idem ver-
bum & improbū significat & insanum,
quoniam omnes improbi insani sunt.
Eos inferno cruciatos inducit liber Sa-
pientiæ in hunc modum loquentes:
Nos insensati vitam illorum estimaba-
mus insaniam. Et paulè post: Pugna-
bit cum illo, orbis terrarum contra in-
sensatos. Vbi aspicias apertissimè impios
omnes insensatos appellari. Id intuens
diuus Paulus in epistola ad Romanos
ait: Euanuerunt in cogitationibus suis,
& obscuratum est insipientes cor eorum:
dicentes enim se esse sapientes, stulti fa-
cti sunt. Vnde rectè ait Augustinus pec-
cata esse animarum tenebras: & Chry-
sostomus omnem malitiam appellat cœ-
cam: & Gregorius mentem malignita-
te captam cæteris esse stultiorem asse-
ueranter affirmat. Lactantius Firmia-
nus, Omnis, inquit, sapientia hominis
in hoc vno est, vt deum cognoscat &
colat. Socrates idem inquit esse sapien-
tiam & virtutem, intelligens esse ve-
ram sapientiam cum virtute copula-
tam. Et quoniam videbat mortales fla-
gitijs contaminatos, asseruit nullam ef-
se inter illos sapientiam. Nam ob cau-

Iob. 5.

Psal. 110.
Prouer. 1.

Psal. 74.

Sap. 5.

Rom. 1.

alibi

sam fortasse veteres Socratici Miner-
uam, quam deam scientiæ fingebant,
virginem esse dixerunt, vt veram scien-
tiam à nullo homine esse cognitam si-
gnificarent. Nam Gentes illæ ob in fi-
delitatis cæcitatem veritatem non asse-
quebantur. Nam cum veram sapien-
tiam nemo possit obtinere, nisi fuerit
diuino lumine illustratus, illud autem
absque fide nemo adipiscatur, apertè o-
stenditur, nullum eorum, qui sunt à fi-
de alieni, esse verum sapientem, quim-
potius stultum esse, densisque tenebris
circunfusum. Fons sapientiæ, inquit Ec-
clesiasticus, verbum dei in excelsis.
Cum autem Gentes absque fide nescie-
rint verbum dei, quis non videt eas ex
fonte sapientiæ non bibisse? Est igitur
perspicuum, septem illos, quos Græ-
cia iactat se habuisse, sapientes nomen
hoc iniusto titulo possedisse. Alci-
nous in libro de doctrina Platonis ait
philosophiam esse solutionem animæ
à corpore, & conuersionem quandam
ad ea, quæ vera sunt, atque diuina. Vbi
vides philosophiam potius esse in vir-
tute sitam, quàm in cognitione, & sa-
pientes omnes, qui vera sapientia sunt
præditi, esse ad deum conuersos, impro-
bos autem omnes amentes esse, atque
in caligine tenebrisque versatos. Id quo-
dam modo intelligens Pseusippus Pla-
tonicus in libro definitionum, Philo-
sophia est, inquit, desiderium sapien-
tiæ, contemplatio veritatis, vt veri-
tas est, cura anime iuxta rectam ratio-
nem. Et Philo Platonicus in libro de
vita contemplatiua philosophiam ait
auocare hominem à rebus caducis ad
cœlestes, ita vt præ desiderio immor-
talis beatæque vitæ quasi iam hæc mor-
tali vita defunctus humana relinquat.
Illud est præterea annotandum pro sub-
uersoribus esse in hebraico: **מַרְבִּי**
vefallonim, quæ dictio spinam etiam
significat, vt apud eundem Ezechie-
lem. 28. Et non erit vitra domui

Eccle. x.

Inf. 28.

E 5 Israel

Israel spina dolorē inferens. Sunt enim improbi spinæ, quibus viri boni pūguntur. Ideo vertit Pagninus: Et spinæ tecum sunt.

Argumentum capitis tertij.



Dixit in fine capitis superioris fuisse ad se librum diuinitus missum, & coram se apertum. Nunc ostēdit suis se intelligentis illius veluti admirabilibus dapibus refectum & recreatum: & accepta à sanctissimo numine animi magnitudine & constantia, atque tolerantia rerum humanarum, missum fuisse ad Hebræos in Babylonica captiuitate detentos: & postea à cœtu hominum frequentiaq; tanquam in portum se in solitudine recepisse, ubi deum audiuit sibi loquentem, & futura nuntiantem.

Caput tertium.

A



AT dixit ad me: Fili hominis, quodcunque inueneris, comede: comede volumen istud: & vade loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.

ET dixit ad me. Subauditur deus, qui illi librum porrigebat.

Quodcunque inueneris, comede: comede volumen istud. Hoc est, intellige omnia, quæ sunt in libro hoc cōscripta. Vnus erat liber, & tamen ait: Quodcunque inueneris, comede: quia multa erant in eo literis contestata. Da, inquit, operam, vt ea animo percipias, & memoria mandes, atq; illis mentē veluti cibis suauissimis pascas & oblectes. Nullum est alimentum dulcius verbo dei. Id intelligens diuinus psaltes canebat: Quam dulcia fauibus meis eloquia tua super mel orimeo! Et alibi: Iudicia domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurū, & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Hic est fauus, qui ex ore leonis mortui exiuit, de quo dicitur in libro Iudicū: Examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Et paulò post: De forti egressa est dulcedo. Leo fortis Christus est, de quo ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Vicit leo de tribu Iuda: morte enim sua mortem superauit. De huius diuini leonis ore verba cœlestia fauis dulciora prodierūt. Nulla est esca suauior illis, nulla dulcior ambrosia. Verba dei recreant animos, inanes sollicitudines pellunt, cupiditates sedant, detrahunt noxiōs timores, mentes alunt ad æternitatem, & vitæ tranquillitatem largiuntur. Nulla possessio, nulla vis auri & argenti, nulla marmorea tecta ebore & auro fulgētia, nullæ syluarum amœnitates, nullæ supellectilium deliciae, nullæ epularum delectationes sunt cum voluptatibus diuinorum verborum villo modo conferendæ. At hoc non intelligunt homines impij, qui scelere & maleficio pascuntur, & impuris mundi voluptatibus oblectantur. Nam vt sensus obægrotationem aliquam deprauatus & corruptus dulcē fauum iudicat amarū, sic animus pestiferis opinionibus corruptus

psal. 118.

psal. 118.

Indi. 14.

Apoc. 5.

simile.

similitudo.

ptus suauia dei verba comtemnit, & insuauia existimat. Vt sues rosas percipiūt, & lutum querūt, perdices & bellaria respiciunt, & glandibus agrestibus atq; imūditijs auidissimè pascuntur: sic amētes homines verborū dei gustū non habent, & ad mundi opes incertas & incasitas aspirant, eiusq; falsis voluptatibus, et pestilētibus illecebris deliniūt. Diuin⁹ noster vates pascitur verbo dei, & sub figura libri comesti reficitur spū diuino, & dono prophetiæ, & postea ex dei iussū pascitur ad filios Israel. Debet enim cōcionator verba dei prius intelligere, & gustare, & animo repetere, q̄ ea referat, & auditoribus gustada pponat. Illud est hoc loco aduertendū, non dixisse deum: Fili hominis comede aliquid ex hoc libro, sed quodcunq; inueneris, comede: nihil est diuinis literis mandatū, quod nō sit animis nostris vt lissimū. Quæcūq; scripta sunt, inquit apostolus, ad nrā doctrinā scripta sunt. Et alibi: Omnis scriptura diuinitus in spirata utilis est ad docēdū. In libris humanis possunt errores inueniri, etiā si eorū authores sint scientia excultri, & admirabili quadā doctrina preclari. Vt enim in agro fertili inter medicinales herbas oriuntur etiā aliquæ venenosæ, sic hominum ingenia inter salutaria monita produciunt interdū humanos errores. Gentium philosophi etsi contēptis omnibus & publicis & priuatis actionibus se ad inquirendā veritatis studiū contulerūt, inanes tamē cogitationes suas, & in numeras penē vanitates literis mandarunt. Omnis enim homo, vt ait psalmo graphus, mēdax est. Quid dicā de inutilibus poetarū figmentis? Mira canunt, sed non credēda poetæ. Si aliquid boni afferūt aliquādo, illud mille cōspargūt mendacijs. At sacra scriptura tota est vera, tota legēda, tota inquirenda, tota adoranda. Vt qui eruūt metalla, ne minima quidē frustula cōtemnunt, verū si venam aliquā aureā inueniunt, meatus o-

Rem. 15.

2. Tim. 3.

simile.

psal. 115.

simile.

mnes accuratè circūspiciunt, & terrā si mul eruūt cū auro, & diligenter obseruāt, sic nos in sacra scriptura agere debemus. Nihil prætereamus, ne vnū quidē verbum diuinarū literarū contēnamus, imò multò auidius & diligentius huic thesauro inquiredo operā demus; & totum eruere conemur: non enim est ibi terra auro cōmixta: totū est aurū purissimū omnibus gradibus probatissimū: imò, vt ait regius vates, super millia auri & argēti. In diuina scriptura, quoniā eius author deus est, qui nec falli, nec fallere potest, quicquid scribitur, est veritas, quicquid docetur, virtus, quicquid promittitur post mortē est immortalitas, & felicitas æterna. Verbū dei illuminat, & in viā dirigit cœlorū, ait enim diuinus psaltes: Lucerna pedibus meis verbum tuū. Quam ob causam dei amatores illud audire percipiunt. Vnde ait Christus deus noster: Qui ex deo est, verba dei audit. Et apud Lucam: Beati qui audiūt verbū dei, & custodiunt illud. O admirabiles reliquias, tā pretiosas, & in mundo tā parū æstimatas! Si magnificimus vestes sanctorum, si vel frustula indamenti eorū veneramur, & meritò quidē, quia eorū corpora tetigerunt, quanto pluris æstimare debemus Christi verba, quæ ab eius corde per eius os sanctissimū dimanarūt, eiusq; linguā & labia tetigerūt? Omnia sunt diuina, sanctitatis plena, mysteria cœlestia spirātia. Moyses incoepit librū suū à generatione creaturarū, diuus verò Matthæus à generatione creatoris, dicens: Liber generationis Iesu Christi. Et licet tota sacra scriptura vnus dicatur liber, est tamen in particulares libros distincta, inter quos illi sūt excellentiores, qui nouo testamēto cōtinentur, quorū primus est euāgeliū Matthei, quod ipse appellauit librū generationis Iesu Christi. Hoc est chronicum Christi, hoc est eius testamētū. Quis filius nō legit patris sui testamētū? Quis est qui audire nolit

psal. 118.

psal. 118.

Ioan. 8.

Luc. 11.

Genesis. 1.

Mat. 1.

EXPL AN AT IO.

nolit ultimam patris voluntatem? Hoc nouum testamentum est diuinæ sapientiæ, & celestium diuitiarum thesaurus inexhaustus. In Genesi scriptum est creasse deum cælum, stellas, & alias creaturas, in euangelio autem constituisse alteram nouam lucem, nimirum ecclesiam, alios nouos cælos, nimirum apostolos, alios sacerdotes, alios pontifices, aliam legem, aliam vitam. Quod intuens Esaias inducit Christum in hunc modum loquentem: Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam. In mundi creatione dedit deus hominibus esse naturale, in mundi redemptione esse supernaturale, ibi esse naturam humanam, hic esse gratiam, quæ est participatio naturæ diuinæ. Sed utrunque testamentum vnus liber est, vna sacra scriptura, vnum diuinorum arcanorum reconditorium, vnus celestis cibus ex admirabilibus dapibus confectus. Ideo præcepit deus Ezechieli, ut quicquid inueniret, comederet, totumque librum deuoraret. Id quod deus diuino etiam Ioanni præcepit, ut ipse in Apocalypsi testatur.

Aperui os meum. Hoc est, animum apuli ad diuinam scripturam intelligendam, meque ad librum deuorandum præparauit. Non ait: aperuit, sed aperui, ad arbitrii libertatem ostendendam. Dicitur tamen deus aperire os nostrum, quia est prima causa, omnes tamen naturales, quam voluntarias causas absque dubio mouens: & ab eo tanquam à fonte bonum omne procedit: quia ob causam ait diuinus Iacobus apostolus omne datum optimum, & omne donum perfectum defursum esse descendens à patre luminum. Ideo ait psalmographus: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam: & Ecclesiasticus: In medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit illum spiritu sapientiæ & intellectu.

Venter tuus comedet, & viscera tua implebuntur volumine isto. Id est, accipe, & serua verba mea, & donum prophetiæ. Non solum hæc ore comedes, sed etiam in sto-

macho retinebis: non solum verba mea intelliges, sed ea scrutaberis, in animo versabis, & in stomacho intellectus quedam & digerenda seruabis. Quemadmodum nihil prodest plantam inferere, si priusquam fructum ferat turbine aut procella euellatur, sic parum nobis utilitatis afferet verbum dei auditum, & in animo infertum & plantatum, si priusquam fructum producat, fuerit tationis vetero conuulsum. Beatus vir, inquit regius vates, cuius voluntas est in lege domini, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Non ait eum esse felicem, qui dei verbum legerit, aut audierit, sed, qui illud in animo versauerit, & in stomacho intellectus concoxerit, illique studiosè obtemperauerit, in eiusque meditatione dies ac noctes consumpserit. Eam ob causam ait deus: Venter tuus comedet, pro quo Ionathas habet: Anima tua saturabitur. Et adiecit statim: Et viscera tua complebuntur volumine isto. nam multi comedunt verbum dei, sed vacui manent: multi illud sumunt, quorum viscera, hoc est interiora animi non replentur, quia illius statim obliuiscuntur, aut illud non ad utilitatem, sed ad curiositatem querunt: nec ea obseruant, quæ obseruanda animo percipiunt. Id obiebat deus ingratis Iudeis per Aggeum prophetam dicens: Semina stis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati. Illi multum comedunt, sed minimè reficiuntur, qui multa legunt, & audiunt, sed male viuunt, se usque adeo vitij contaminantes, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet studium.

Et comedi illud. Hoc est, videbar mihi imaginaria visione me ipsum librum comedere.

Vade ad domum Israel. Prius comedit librum, & postea iussus est alios docere. Prius se debet alimento spiritali reficere, qui alios reficiendos gerit. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Sed dices: Si Ezechiel erat in medio captiuorum Hebræorum, ut fuit capite

Genes. 1.

Esai. 57.

Apoc. 10.

Iacob. 1.

Psalm. 50.

Eccle. 15.

simile.

Psalm. 1.

Agge. 1.

Mat. 5.

primo ostensum, quomodo nunc iubetur ad eos ire? Huius questionis facilis est responsio: nam licet esset in Chaldaea cum captiuis Hebræis, ab illis tamen se abducebat, quia sceleratorum offendebar aspectu, & quietem solitariam diligebat, ut se possit tranquillius dedere contemplationi, & ad deum suum piis precibus liberius profunderet.

Et loqueris verba mea. Non tua. Qui enim non dei verba, sed sua proferebant, ijs verbis à Ieremia reprehenduntur. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini.

Ierem. 23.

Apoc. 10. 4.

Non enim ad populum profundis sermonis, & ignotæ lingue tu mitteris, ad domum Israel: nec ad populos multos profundis sermonis, & ignotæ lingue, quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentioris faciebuseorum, & frontem tuam durioris frontibus eorum: ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, nec metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade, ingredere ad transmigracionem, ad filios populi mei, & loqueris ad eos, & dices. Hæc dicit dominus deus, si forte audiatur, & quiescant. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem comotionis magnæ, benedicta gloria domini

de loco suo, & vocem alarum animalium, percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem comotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et veni ad transmigracionem ad acruum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta fluuium Chobar: & sedi, ubi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicite me ad impium mor-

Non enim ad populum profundis sermonis. Non te mitto, inquit deus, ad viros eloquentes: non profiscisceris ad Græcos, qui semper incredibili dicendi studio flagrauerunt, sed ad Hebræos, qui nulla vnquam fuere illustri laude eloquentiæ celebrati.

Ad domum Israel. Non te mitto ad ignotos, sed ad fratres tuos, ad familiares tuos, ad filios Israelis, quos semper implicatos consuetudine habuisti.

Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Qui euangelicas conciones contemnunt, & audire nolunt, deum non audiunt, nec illi parere desiderant. His verbis consolatur deus Ezechiel, ac si diceret: Ne mireris esse homines, qui te non audiunt, cum nec me, velint

D

Inf. 33.

1. Reg. 8.

velint audire. Samuelem similiter à Iudæis è principatu eiectum volens deus mœrore leuare, ita allocutus est. Non te abiecerunt, sed me: sicut dereliquerunt me, & serui erunt dijs alienis, sic faciunt & tibi. **Ex apud Lucã:** discipulis suis ait: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Intuere, & metis oculis aspice infinita dei pietate: & vt verbis vtar dñi Pauli, diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõsidera. Negligebatur à Iudæis eum audire nolentibus, & tamẽ eos expectabat, & ad pœnitentiam adducebat. Dicebat Ezechiel: Noluit te audire, quia nec me audire volũnt, & tamen eũ ad illos mittebat. O summã dei benignitatẽ, & immẽsam misericordiã! Cõtra verò cogita, & memoria repete insolentiã nostram. Volumus vt omnes attentissimis animis, summãq; eum benignitatẽ nos audiãt: sin aut nos cõtemni sentimus, statim excandescimus, munus cõcionandi relinquimus, stomachamur, mœrore lacramur, & cõficimur, virus acerbitalis in alios eũ omẽtes, eosq; ad iracundiã prouocantes. Quemadmodũ qui procerã capressum, sterile & funestã arbore secare cõtendit, vt aliã plantã fructiferã crescant, quẽ ob eius noxiã umbrã comprimuntur, non desperat, tametsi eam nec primo ictu, nec secũdo excidat, sed sensim percutit securi, donec eam projiciat in terrã, sic cõcionator etsi nullam suã concionis vtilitatem videat, non tamen adhibere debet in consiliũ suarum cogitationũ desperationem: concione tur iterũ, atq; iterũ, vt securi diuini verbi, instrumẽto illo vitia secandi arbore infructuosam deprauatã consuetudinis excidat, quo possint noue virtutum plantã pullulare. Non est hoc loco filitio pratereãda Iudæorũ durities, & obstinatio: deũ qui eos à Pharaonemirabiliter eripuerat, qui eis legem suam tradiderat, qui eos ad summã dignitatẽ euexerat, audire nolebant: & Ninuitã, in

Luc. 10.

Rom. 2.

Simile.

Exo. 14.

Exo. 20.

Ion. 3.

quos hæc beneficia nõ contulerat, eius prophetã Ionã receperunt, illi aures præbuerunt, eiusq; dictis obtemperarunt. De gentibus in cõmuni ait per Dauidem *Psal. 17.* Deus: Populus, quẽ nõ cognoui, seruiuit mihi, auditũ auris obediuit mihi. Et de Iudæis subdit statim: Filij alieni metiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Ideo subdit hoc loco deus: Omnis quippe domus Israel attrita frõte est, & duro corde. Eodem modo capite secũdo: Filij eorũ dura facie & indomabili corde. *Dedi faciem tuam valentiori in faciebus eorũ.* Host est, dedi tibi magnã fortitudinem & firmitudinem. Maior est constantia tua in bono, quã eorum pertinacia in malo. De seipso aiebat Esaias. Posui faciem meam vt petram durissimam. *Vt adamantem.* Adamas est pretiosissimus lapis, cuius duritia inenarrabilis est. Sũt aut adamantũ quatuor genera, nẽpe Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Sed inter oẽs Indicus tenet principatum, est enim indomabilis & durissimus, victor ignis, nõquam incalescens. Hic disidet cum magnete lapide, tanta quẽ illi vis est, vt iuxta magnetem positus ferrum ab eo abstrahi non sinat, aut abstractũ ad se rapiat. Eodem modo vir sapientia & iustitia insignis, firmus est & cõstans, victor ignis calamitatũ, nulla flammãrũ dolorũ vi ita incalescens, vt cõburatur, & constantiã amittat. Tãtumq; est illi cum mundo disidiũ, vt in mũdo collocatus nõ patiat ab eo homines abduci & attrahi, sin aut mũdus instar magnetis eos ad se rapiat, dat operã, vt cõsilijs, monitis, vita, & exemplis eos ad se adducat, & trahat ad verũ decus. Et quemadmodum adamas venena facit irrita, & lymphatioes, vanosq; merus abigit & expellit, sic ille ostendit hominibus vitiorũ venena, vt ea detestentur, hortã illos vt inanes timores, vanasq; sollicitudines depellant, & animi quietẽ & securitatẽ studeant adipisci. **Hæc.**

Psal. 17.

Similia.

Hæc, quæ de adamantibus diximus, sunt ex Plinio deprompta libro 37. capit. 4. quem sequitur Gaudentius Merula libro 4. suorum memorabilium. Has ob qualitates & admirabilem fortitudinẽ cõparat deus Ezechielem cũ adamãte, quo nihil est firmitus, nihil diuturnius, & permanentius. Aspice, quã admirabilis & firmus adamas erat regius ille vates, qui nullis dolorum, nullis calamitatum ictibus frãgebatur, qui potius periculis expositus, ad flãmam & ferrum vocatus, & in summũ capitis discrimen arcessitus aiebat: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuã non sum oblitus. Accipi animam pro vita est in literis diuinis frequentissimum. Afferre animam in manibus iuxta morẽ hebrææ linguẽ est vitam omnibus periculis expositam habere: quod enim manu portamus, facillẽ amittimus. Hinc illud in libro Iudicum: Posui animam meã in manu mea. Quibus verbis explicat Ieptus se fuisse in summo vitæ periculo constitutũ: nam locum illum ita vertit Ionathas Chaldeus: In periculo fuit anima mea. Eodem modo Iob calamitarum fluctibus iactatus, & periculis vndique cinctus aiebat: Quare lacero carne in eas dentibus meis, & porto animam meam in manibus meis? Fundes Ionathas filius Saulis preces ad patrem pro Dauide aiebat: Posuit animam suã in manu sua. Ac si diceret: Propter te se mortis periculo exposuit, & in dimicationes terribiles obiecit. Hoc hebraismo vtitur etiam diuina scriptura libro primo Regum capite vicesimo octauo, Est igitur sensus carminis Dauidici: Sũ periculis expositus, & calamitatibus septus, & tamen legem tuam o domine non sum oblitus. Semper tibi parebo, semper te amore cõplectar, legẽ tuam à memoria mea nulla vnquam delebit obliuio, etiam si verser in gemitu & luctu, & magno vitẽ discrimine. Quẽ memoria, quẽ vis ingenij, quẽ magnitudo

Psal. 118.

Iudic. 12.

1. Reg. 19.

1. Reg. 28.

obseruantia tuis in me beneficijs respõdere poterit? Quare nihil est, nec erit, quod me à voluntate tua possit vnquã auertere. Id de se, sibiq; similibus afferebat diuinus ille Paulus, dicens in epistola ad Romanos: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an persecutio? an gladius? Certus sum, quod nec mors, nec vita, nec vlla creatura nos poterit separare à charitate dei. Vide diuini apostoli exaggerationẽ, orationis ornatum, & vehementẽ charitatis ardorẽ, & intuere cœlestis adamantis firmitudinẽ. Appellatur figura hæc à rhetoribus auxesis græcẽ, quã Latini augmentũ vocat. Eligit potius apostolus charitatẽ per oẽs labores & calamitates transeuntẽ, quã omnia mũdi bona absq; charitate. Hunc feruentem amorẽ igne ærumnarũ probatũ appellat deus in Apocalypsi Ioãnis aurũ ignitum: quo ille munitur, qui adamas merito appellatur. Quomodo aut vir iustus appelletur adamas in manu dei, ostendimus primo capite, verba illa explanetes. Cũ essem in medio captiuorũ. *Et vt silicem.* Tota hæc oratio ita verti potest: Sicut adamantẽ silice duriorẽ reddidi frontẽ tuã, ideo eos nõ timebis. *Omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo.* Non sat est sermones dei audire, sed opus est illos in corde custodire, & iuxta illos operari. Colliges hinc cor nostrũ librũ esse, de quo capite secũdo differuimus, verba illa explanetes: liber inuolutus. In Deuteromio ait deus per Moysen: Erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis: eruntq; quasi signum in manu tua. Per manus opera intelligimus: eam ob causam per doctrinã dei velut gemmã in manu voluit deus significare debere nos actiones nostras iuxta legẽ suã dirigere, ab eaq; nullo modo discrepare. Id innuit Christus, quãdo apud Mattheũ euãgelicã doctrinã cũ margarita & lapide pretioso, qui

Rem. 8.

Apo. 3.

Deuter. 6.

Mat. 13.

Exo. 13.

Psal. 118.

Prover. 36.

Exo. 16.

Exo. 25.
2. Paral. 5.
Hebr. 9.

Esa. 45.
Ioan. 6.

2. Cor. 13.

Rom. 2.

Ioan. 14.

Luc. 11.

Rom. 2.

qui in manu gestatur, comparauit. Præterea ponere aliquid vt signum in manu, est illud memorię mandare: cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro signo filum in manu. Ita illud Exodi intelligitur: Erit quasi signū in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos. Debet igitur verbum dei esse in manibus nostris, vt illius nūquā obliuiscamur. Sed non erit in manu, nisi sit prius in corde. Ideo priusquā deus dicat: Erūt verba mea in manu tua, ait: Erunt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, sermonē dei in corde assumat. Id voluit ijs verbis diuinus vates ostendere: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tanto amore diuina verba prosequabatur, vt ea veluti pretiosissimum thesaurū, & excellentissima monilia in intima animi arcula recondita seruaret. Et Salomon in Prouerbijis de diuina doctrina loquens, Liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circūda gutturi tuo: cum ambulaueris, gradiatur tecum. Quem admodum in arca testamenti erat diuina lex, & manna, vt literæ diuinæ multis in locis memorię prodiderunt, sic in anima, vbi verbum dei custoditur, est etiam Christus per gratiam, manna illud absconditum & diuinum, de quo dixit Esaias: Verē tu es deus absconditus. Et idem Christus apud Ioannem: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descēdit. In anima hoc diuino cibo refecta est lex dei scripta, non atramēto, vt verbis vtat diui Pauli, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Eos, qui legē dei in animo habēt expressam, ait diuus Paulus, ostēdere opus legis scriptū in cordibus suis. Hi deo parent, eumq; amore amplectuntur. Vnde ait apud Ioannem ipsa veritas: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et apud Lucam: Beati, qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Nam, vt ait in epistola ad Romanos di-

uus Paulus: nō auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Iacobus apostolus in canonica sua: Estote factores verbi, non auditores tantū, fallentes vos metipfos. Vt ille, qui vult in hostes irruere, & impetum facere, aut se ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehēso eos percutiat, vt possit de illis victoriam reportare, sic qui voluerit, de mundo, carne, & dæmone triūphare, hostibus animę acerrimis, debet in manibus, hoc est in operibus verbum dei gestare. Est enim verbū dei gladius diuinus, de quo ait diuus Paul⁹ in epistola ad Ephesios: Assumite gladiū spiritus, quod est verbū dei. Et diuus Ioannes in Apocalypsi ait de Christi ore gladium processisse. Cū Iacobus patriarcha ad exitū vitæ vocaretur, dixit Iosepho filio suo: Do tibi partē vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in diuinis literis scriptum legimus Iacobū intulisse bellum Amorrhæo, nec cum eo pugnaſſe. Quis est igitur gladius hic dilictus, quem aduersus illum vibrauit, & quo illū percussit, nisi verbum dei? Amorrhæus, qui sonat rebellem, diabolus est, qui aduersus creatorem rebellauit. Hunc vicit Iacobus patriarcha insignis, nō modò domi clarus, sed foris etiam admirandus, qui moriens extrema verba ad laudem & memoriam diuinorū verborum referuabat, & interruptis ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Messia, diuinitus prædicebat. Arma illa fortia, quibus dæmonem superauit, non ferrea erāt, sed spiritualia, hoc est, diuina verba in eius anima sculpta, & manibus, id est operibus vibrata. His armis munitus vicit hostem, de quo liberauit animam suam, quam moriens filio suo Iosepho singulari quodam modo commendabat. His armis debemus indui, & hoc existimare nobile & illustre. Hæc debet esse nostra voluptas &

Iaco. 1.

Simile.

Ephes. 6.

Apoca. 1. et 19.

Genes. 48.

Psal. 118.

Exod. 32.

Act. 2.

gloria, diuinam legē seruare. Id animo percipiens diuinus psaltes concinebat: Portio mea domine, dixi, custodire legem tuam. Ac si diceret: Dixi, & mecum statui, meas opes esse legem tuam custodire, ac totam meam hereditatē, totū patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obseruatione consistere. Nihil mihi magis est in optatis, quàm verba tua custodire, & animo seruare, non eos sequens, qui religionis simulatione ea ore iactant, cū ab illorum amore animum habeant abhorrentem. Eam ob causam præcepit hoc loco deus Ezechieli nostro, vt omnes sermones suos assumeret in corde suo. Ad filios populi tui. Non mei. Eodē modo dixerat Moyſi: Vade: populus tuus peccauit, quem eduxisti ex Aegypto. Et assumpsit me spiritus. Id est, raptus sum in spiritu. Audiuī post me vocem commotionis magnæ. Voluit deus magna hac vocis commotione promissionē suam cōfirmare: promiserat enim Ezechieli daturū illi magnam animi fortitudinem & constantiam. Eodem modo volens deus apostolos suos implere gratia, eosq; admirabili animi fortitudine, & inexpugnabili constantia muniri, quemadmodum illis promiserat, illud voce cōmotionis magnæ significauit. Factus est, inquit in Actis diuus Lucas, repentē de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erāt sedētes. Explicans autem Ezechiel, quæ esset hæc vox, ait: Benedicta gloria domini de loco suo. Ac si dicat: Hoc audiui, nimirum: Benedicta gloria domini de loco suo. Hæc erat vox, quæ sonabat. Et quoniam primo capite explicuimus, per hanc animalium visionē Christum significari, qui erat in mundū venturus, ideo illa apparente, vox auditur magnæ commotionis, significans admirabilem esse Christi aduentū, magnāq; habere vim & potestatem. Ideo ait hæc

vox: Benedicta gloria domini de loco suo. Ac si dicat: Hic est filius dei vnigenitus, hic est gloria patris, hic est benedictus, qui veniet in nomine domini de cœlo, qui descendet de loco sancto suo. Filius sapiens, inquit Salomon, lætificat patrem. Quare non est mirum, filiū vocari gloriā patris. Esaias enim eum gloriam domini appellat, nam cū prædixisset, eum assumpta humanitate se mūdo visibilem præbiturū, has voces emisit: Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Et Malachias, Ecce, inquit, dominus egredietur de loco suo, & descēdet: Locus autem eius, ex quo descēdet, cœlum est, vbi est eius sedes, iuxta id, quod ipse ait per Esaiam: Cœlū sedes mea est. Et iuxta diui Ioannis sententiam locus Christi sinus est patris, quæ locū diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum lucem inaccessibilem appellat. At filij dei descensus nō est intelligendus secundum motum localem, nam deus vt deus est, nō mutatur, qui ait per Malachiam: Ego dominus, & non mutator. Et per Ieremiam: Cœlum & terrā ego impleo. Sed dicitur descēdere, quia seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, cū esset deus. Nō igitur cœlum deseruit, sed humanam naturam assumpsit in vnitatē personæ. Poteris per hæc vocem dicentem: Benedicta gloria domini de loco suo: canticum illud intelligere à diuo Luca relatum mētium beatarum laudantium deum in eius ortu, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ volūtatis. Fortasse per hanc vocem strepitus magni voluit deus excidium Hierosolymæ Ezechieli significare: dicebat enim hæc vox: Benedicta gloria domini de loco suo, subauditur, mox discessura est. Ac si diceret propheta: Audiuī magnā vocem dicentem discessuram esse gloriam domini è templo Hierosolymæ. Appellabatur templum locus domini, quia

Prover. 10.

Esa. 40.

Malach. 1.

Esa. 66.

Ioan. 1.

1. Timo. 6.

Malach. 3.

Ierem. 23.

Philip. 2.

Luc. 2.

1. Timo. 3.

F. quia

quia ibi erat propitiatorium, vbi deus preces audiebat, & respōsa dabat. Et hęc videtur huius loci germana explanatio sequitur enim: Spiritus quoque leuauit, & assumpsit me, & abijamārus in indignatione spiritus mei. Cur obsecro abiit amarus, cur dolore angebatur, cum ante gaudio perfunderetur, quando dulci cibo libri pascebatur, nisi quia ex illa voce intellexit, & animo percepit, esse Hierosolymam euertendam, & templum domini igne flagratūrum? Intuebatur mētis oculis debitas esse & iustas pœnas illas, quas Iudæi ob eorum scelera erāt persoluturi. Et licet spiritus eius promptus esset, atque à diuina voluntate non discreparet, erat tamē caro infirma: & eam ob causam acie mentis aspiciens diuinus vates consanguineorum suorum excidium, templi incendium, & Hierosolymæ dulcis patriæ suę vastitatem, conficiebatur curis, in communi calamitate erat sollicitus, & præcipuo quodam dolore angebatur. Id autem, quod ait, fuisse se à spiritu leuatum, & assumptum, non liquet, fuerit ne in corpore, an in spiritu extra corpus. Habacuc prophetam scimus fuisse ab angelo apprehensum, & in corpore è Iudæa in Chaldæam asportatum, vt Daniele in lacum leonum coniectum cibo reficeret. Et ita fieri potuit, vt Ezechielem etiam in corpore duceret dei angelus, quò vellet. Sed probabilius est, fuisse nō corpore leuatum, sed spiritu.

Manus domini erat mecum confortans me. Hoc est, diuina cōsolatio me reficiebat, & recreabat. Aduerte: Eos deus consolatur, qui alienas calamitates, vt proprias sentiunt, eorumque dolore anguntur, & communem vtilitatem optant. De Simeone scriptum legimus apud Lucam: Homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel. Bene quidē iustus dicitur, quia nō propriam, sed populi consolationem requirebat. Caritas, vt ait apostolus, non querit, quę sua

sunt. Et subdit statim euangelista: Et spiritus sanctus erat in eo: quasi ostendens, in illis spiritum sanctum habitare, qui bonorum virorum oblectationem querunt, commune commodum desiderant, & alienis miserijs cruciantur. Huiusmodi erat Simeon, quē deus præsentia sua consolatus est: huiusmodi etiā erat Ezechiël, cui afflicto ob aliorū afflictiones diuina consolatio occurrebat.

Et veni ad transmigrationem. Id est ad Hebræos, qui Hierosolyma migrauerāt Babylonem. Fuerat prius cum eis, sed postea abscesserat, & nunc ad eos ex iussu dei reuertebatur.

Ad aceruum nouarum frugum. Ad locum quendam sic appellatum. Vel ipsum populum Iudaicum aceruum vocat nouarum frugum, quia ex illo erat futuri populi seminarium. Fortasse erant Hebræi iuxta areas, vbi triturbatur frumentū, & in aceruum conferebatur.

Et mansi ibi septem dies mœrens. Vidēs propheta Iudæorum scelera, & animi contumaciam & duritiem mœreore consumebatur, & non poterat lachrymas continere. Intuebatur enim, quos luctus essent ob id percepturi, & quibus calamitatibus opprimendi. Sed non vacat mysterio deplorasse Ezechielem septē diebus Hebræorum ærumnas. Septem etiā diebus sederūt cum Iobo eius amici, qui cum eum calamitatibus affectum viderent, exclamantes plorauerunt: vt diuina scriptura testatur in libro Iobi. In Genesi quoque scriptum legimus, Iacobum patriarcham in Aegypto è vita excessisse, & fuisse extra Aegyptum sepultum, fuisseque viros multos eius finus comitatos: de quibus ita ait scriptura: Venerunt ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. Et vocatum est nomen loci illius planctus Aegypti. Mirandū videtur, semper in mœreore & planctu septem dies consumi. Primus omnium

nume-

numerus est ternarius. Vnitas enim nō est numerus, sed numerorum procreatrix & fons: binarius verò non est propriè numerus, quia medium non habet, cum asserat Aristoteles libro primo de cœlo capite primo, omnes numeros tribus esse rebus definitos, principio, medio, & fine. Et quoniam omnia, quæ cōstāt materia & forma, sunt fluxa & mortalia, numerus autem binarius materiā referat & formam, dixit PSELLUS in libro suo de Arithmetica, eum nullam cū deo habere similitudinem, eamque ob causam verè numerum non esse. Sed altera ratio est, nimirum quia diuidit ab vnitate. Hanc causam asserit diuus Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, quare cum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto die, expletis operibus singulorum dixerit: Vidit deus, quia bonum est, in secundo die hoc omnino subtraxit. Hanc etiam rationem refert Iunilius episcopus Africanus in cōmentarijs in Genesim. Primus igitur numerus est ternarius, principium habēs, medium, & finem, mysteriorū plenissimus: sed impar est. At numerorum parium primus est quaternarius, per quē Pythagoras iurabat, & qui eius sectam sequebatur, vt refert Macrobius Aurelius in expositione in Somniū Scipionis: quoniam per quatuor eius vnitates quatuor literas nominis dei tetragrammaton intelligebant. Ait enim Hermippus philosophus Pythagorā à lege Moysaica plurima in suā philosophiam transtulisse. Id quod eleganter refert Picus Mirandulanus primo suo prologo in Genesim. Illa fortissimo vinculo colligantur, quibus interiecta medietas præstat vinculi firmitudinem: cum verò medietas geminatur, quæ extima sunt, indissolubiliter vincuntur. Ternarius vnā habet medietatem, quaternarius duas, quibus deus elementa deuinxit, vt est in Timæo Platonis literis consignatum. Terra & ignis elementa inter se repugnan-

tia duobus medijs, nimirū aqua & aere colligantur. Ex his duobus primis numeris ternario & quaternario componitur septenarius, quem numerum Cicero in sexto libro de republica ait esse ferè nodum omnium rerum. Et Macrobius adeò esse plenum & perfectū, vt nullus alius numerus sit tam varia maiestate fœcundus. Septimo die requieuit deus ab omni opere, quod patrauerat. Iubileus septem hebdomadis constabat. Et septem sunt dona spiritus sancti, de quibus Esaias capite differit vndecimo. De quibus loquitur diuus Ioannes in Apocalypsi, cum ait, vidisse agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem, & oculos septem. Et subdit statim: Qui sunt septem spiritus dei. Et hi sunt septem oculi super vnum lapidem, de quibus loquitur Zacharias. Lege diuinas scripturas, & inuenies numerū septenariū esse spiritui sancto familiarē. Præterea septem sunt vagantia astra: & Oceanus in suo incremento numerum septenarium obseruat. In fabrica concepti corporis in vtero matris Hippocrates in libro de natura pueri, & Straton Peripateticus, & Diocles Caristius magnam vim habere numerum septenarium asseruerunt. Et quolibet septenario hominis complexio mutatur. Et tandem omnis ætas numero septenario transigitur: septem enim sunt dies hebdomadæ, quibus tempus cursum suum conficit celeritate mirabili. Eam ob causam per numerum septenarium tota vita, eiusque perpetuitas intelligitur, rerumque omnium consummatio significatur. Vnde Latinus poeta mathematicæ disciplinæ non expers consummatē & semper beatos exprimere volens, ait: O terque quaterque beati. Nos itaque Ezechielem nostrum imitantes ob nostram intemperantiam, omniumque sceleratorum in omni vitiorum genere effrenatam immanitatem septem diebus, hoc est, toto

F 2 vitæ

vitæ spatio mœrentes vim lachrymarum profundamus. Septem dies, hoc est, semper cum Iobo in tolerantia & virtute sedeamus, vitæ miseriam cõtemplantes, & mortem Iacobi perpetuò extra Aegyptũ deploremus. Mori in Aegypto, est crimen mortiferum admittere, sed mandare cadauer tumulo Aegypti, est in peccatis permanere, in sceleribus volitari, & in vitij tandem sepeliri. Scelestum est mori in Aegypto, sed multò scelestius, multò pestilentius, & immanius in Aegypto humari. Egre diamur igitur ab Aegypto, à mundi tenebris, à superbia, ab avaritia, & à cæteris flagitijs nomine Aegypti significatis, & mortem Aegypti, lethale crimen in mundo perpetratum extra mundum deploremus, illudque septem diebus, hoc est, tota vita luctibus & lamentis prosequamur. Exitus aquarum deducant cum Dauide oculi nostri: & cū Ieremia dicamus: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Utinam caput nostrum esset in perennem aquarum abundantiam conuersum, quæ per oculos tanquam per canales iugiter manarent, vt posset vita nostra planctus Aegypti meritò vocari. Tetras scelerum maculas acerbissimo fletu deleamus, & mœrore cor debilemus: quoniam animus fractus, ac propter flagitij conscientiam dolore deiectus, est sacrificium deo gratissimum: & vt ait regius vates: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus nõ despiciet. Non est hoc loco prætereunda ratio, cur in euangelio, quod tertia dominica post pascha canit ecclesia, verbum hoc, modicum, septies inueniatur. Nam cùm tota vita, & quicquid videmus in ea, numero septenario significetur, meritò modicum septies nominatur, vt intel ligamus parua esse omnia, quæ in terra videmus, magna autem ea, quæ in cœlo speramus. Ieremias terram ait nihil

esse: & mathematici eam mundi centrum ac punctum appellant. Si punctum indiuisibile est, si quantitatem non habet, licet ad quantitatem referatur, quæ fieri potest, vt magna sint, quæ in re tam parua continetur: Quare modicum est, quicquid in terra est: animus autem quæ ea, quæ mortales magna iudicant, ad quæ avaritia exagitati aspirant, parua ducit, & pro nihilo putat, sed se ad cœlestia extollit, hic magnus est, dignusque, qui magnis laudibus celebretur.

Speculatorem dedi te domus Israel. Idem illi dixit cap. 33. Speculatorem eum constituit, & scientiam illi tribuit, sed prius eum mittit ad aceruum nouarum frugum, hoc est ad virtutes, & ad rerum præclare gestarum fructus. In legis veteris victimis sacerdos sibi animalis pectus, & dextrum brachium sumebat, vt in pectore scientiam & bonam cogitationem, in brachijs verò opera significaret. Sed quoniam non opera impia & sinistra, sed recta & dextra debent esse in sacerdote cum scientia copulata, ideo non brachium sinistrum assumebat, sed dextrum: vt quod pie & sapienter mente conceperat, exemplo vitæ probaret. Eratque brachium illud separatum, ad inueniendum debere in sacerdote tantum esse virtutis fastigium, vt sint eius opera à cunctis hominibus separata, eorumque operibus multò excellentiora. Eam ob causam in veste sacerdotali superhumera-
Exod. 28. Levit. 8.

rationale copulabatur rationali, ne quid esset laxum aut dissolutum, sed hæc duo sibi inuicem cohærent: ratio enim indiget operibus, quemadmodum operatione, vt quod ratione percipitur, opere perficiatur. Superhumera-
Leuit. 8.

ris positum opera bona significabat, rationale verò in pectore rationem & scientiam, quam ob causam erant in illo hæc literæ: Doctrina & veritas. Sed prius erat superhumera-
Leuit. 8.

le, quam rationale, nam prius debemus facere, quam docere, ne doctrinæ auctoritas impijs actibus euer-
tatur

Psal. 118.

Esa. 40.

Ioan. 21.

Simile.

tatur. Imò prius est bene operari, quam bene intelligere, iuxta id quod ait psalmographus: A mandatis tuis intellexi. Aspicias igitur debere sacerdotem scientiam habere, & in virtutum actiones toto pectore incumbere. Specula locus est eminens & excelsus, vnde fiunt excubix ad videndos hostes, & quot sint, & veniant ne, an maneat. Qui autem ex specula prospectant, speculatores dicuntur. Horum munus est acriter vigilare, suisque referre, aduentare inimicos, & alia huiusmodi. Et quoniam præfules & ecclesiastici pastores debent subditos monere, & in diuini salutem curas & cogitationes conferre, & diligenter vigilare, meritò speculatores appellatur. Cùm autem speculatores sint in excelso loco collocati, debent etiam esse præfules nõ in imo peccatorum, sed in vertice virtutum, vt sint in excelitate veræ dignitatis constituti. Vnde ait Esaias: Super montem excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion. Et diuus Gregorius, Quisquis, inquit, populi speculator ponitur, in sublimi debet stare per vitam, vt possit prodesse per prouidentiam. Non tradidit deus primatum Petro, nisi postquam mare & retia reliquit. Vis esse perfectus antistes, mare mundi relinque, & retia suarum fraudum, quibus irretitus teneris. Quid est mundo similius quàm mare? Vt enim illud fluit, & refluit, & omnes eius fluctus in terram tandem dilabuntur, sic mundus non quiescit, hos extollit, illos deprimit, sed omnes eius vanitates in sepulchro terminantur. Si mare est periculis expositum, quid periculosius mundo? Si mare est procellis agitatum, quas tempestates subeunt, qui mundo seruiunt? Quibus odij, inuidiæ, laborum nimis iactantur? Concitat eos superbiæ, cupiditatis, libidinis, & doloris procella, & vt verbis vtat poetæ, Velum aduersa ferit, fluctusque ad fydera tollit. Si mare est amarum, quid amarior mundo, quid insua-

uius, quid asperius? Mœrore conficit, calamitatibus opprimit, summis cruciatibus torquet. Et quemadmodum mare ostræ, & conchyliæ, & torpedines, & algas proijcit in littus extra aquam, sed non multo post iterum hæc omnia forbet, & proijcit in profundum, sic mundus nos modò expellit, modò recipit: & quando in littore tranquillo arbitramur esse, & otium requiescendi, atque animum ad præclara studia referendi, nobis concessum esse existimamus, tum nos deceptos aspiciamus, & rerum discrimibus plerumque, magnisque calamitatum angustijs cõcitatos: quoniam spem nostrarum cogitationum variis casus, falsæque mundi promissiones fefellerunt. Qui igitur præsulum munere rectè fungi desiderant, mare fugiant, retia relinquunt, & Christum sequantur. Prius deus dixit Petro: Veni post me, quàm pasce oues meas. Extraxit eum à mari, vocauit illum, & sic eum antistitem, & apostolorum principem constituit, & in summo ecclesiæ principatu collocauit. Cùm magna esset frumenti penuria, & homines ob pluuie defectum incredibili fame laborarent, extraxit Elias suis precepcionibus nubeculam ex mari, vestigium hominis representantem, quæ operuit cœlum, & in aquam resoluta mundum impleuit, & tanta viguit pluuia, vt fames cessaret. Elias Christum deum nostrum adumbravit, non solum rebus, sed etiam nomine. Elias hebraicè idem est latine quod deus dominus. Quis est hic verus deus, & verus homo, omnium dominus, nisi Christus seruator noster? Ipse est verus & diuinus Elias, qui ex mari Galilææ Petrum eduxit, nubeculam illam hominis figuram representantem, & animal quoddam rationis particeps præ se ferentem. Non magnus aliquis homo erat, sed vilis, abiectus, piscator, rudis, indoctus: vt potius quasi vestigium hominis, quàm homo appareret. Hic deus

similitudo.

Mat. 4.

Ioan. 21.

3. Reg. 18.

ex mari seu ocavit, ut mundum aridum pluvia adimpleret, & homines fame verbi dei reficeret, & aquam coelestis doctrinae per orbem terrarum funderet, & per oras longè lateque distantes propagaret. Aquae nomine doctrina significatur. Ideo Moyses, Concresecat, inquit, in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. Ecclesiasticus: Aqua sapientiae salutaris potavit illum. Esaias: Omnes sitientes venite ad aquas. Haec est aqua, quam Ezechiel vidit de templi sacrario egredientem, & terram irrigantem. Hanc nubeculam, hunc abiectionem piscatorem abduxit Christus à mari, ut eum praesulem, & concionatorem, & speculatorem semper vigilantem constitueret. Ex omnibus animalibus curvas unguis habentibus solus leo videt, cum primum editur in lucem. Unde effectum est, ut à Plutarcho animal solare appellaretur. Dormiens habet oculos apertos & claros: quam ob causam fuerunt multi, qui existimarunt leones nunquam dormire, ut refert Manethon Aegyptius in libro, quem Herodoto dicunt: quanquam me non fugiat, Aristotelem asserere omnia animalia dormire. Haec ratione ducti veteres sapientes per leonem praesulem & custodem significabāt. Unde inolevit trita illa vetustate consuetudo, ut refert Pierius Valerianus, ut in portis aedium sacrarum leonum simulachra statuerent. Cuius consuetudinis Gaudentius Merula etiam meminit libro tertio suorum memorabilium. Pastorem illum egregium Iacobum patriarcham debent ecclesiastici pastores imitari de seipso ait: Die noctuque, & visu & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis. Sed & mortalium sapientissimus Salomon in basibus, per quas praesules significantur, leones iussit sculperè, ut eorum innueret vigilantiam. Et Ieremias, Virgam, inquit, vigilantem ego video. Ac si diceret: Deum aspicio praesulis munus

representatam. Est enim verus praesul virga recta, aequaliter iustitiam exercens, atque semper vigilans. Non melatet, pro vigilante posse verum ex Hebreo constat, aut perseverantem, ut referatur ad iustitiam, quae est constans & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi: hoc est, animi habitus, quomunita voluntas habet in tribuendo unicuique suam perpetuam constantiam. Verbum enim Xachad, quod est in Hebraeo, & vigilare significat, & perseverare. Et noster interpres primam significationem elegit, & merito quidem, cum sit praesulis proprium vigilare. Negligentes & impij antistites semper dormiunt: sunt nuntij & cursores claudi, praecones muti, speculatores ceci, dediti somno & ventri, seipos reficientes, & dignitatis praestantiam turpi dedecore maculantes. Nec solum de ecclesiasticis praesulibus, sed etiam de seculi principibus id intelligendum puto. Non enim existimare debet, fat esse, rem publicam gubernandam tradere praetoribus, iudicibus, consiliarijs, senatoribus, illisque tanquam ministris totam iustitiam, regnique pondus committere, si ipsi principes totos sese delicijs dedunt. Oportet eos vigilare, & onus humeris etiam suis imponere, ne iustitia pereat, & regnum evertatur. Qui apud Gentes sapientium nomine gloriabantur, philosophiam suam fictis historijs tegentes memoriae prodiderunt Aetam regem vellus aureum habuisse, quod draconi multorum oculorum servandum praebuit. At Iason pulveribus à Medea assumptis draconem sopiuit, & obcaecavit, atque ita vellus illud aureum summi pretij arripuit. Quid est draco multorum oculorum nisi senatus & relatio, ubi multi viri docti sunt congregati, quibus rex vel lus aureum pretiosum, hoc est regni iustitiam servandam tradit: Sed quemadmodum non proficit Aetæ vellus illud, in quo eius vita cum recta regni gubernatione

natione consistebat, draconi per vigili servandum committere, cum omnes illius oculi pulveribus clauderentur, sic nec regi & principi iustitiam custodiendam & exercendam tradere senatoribus iustitiae ministris, si eorum oculi muneribus sopiuntur & obcaecantur. Pulveres Iasonis magno incantamenti artificio confecti quid aliud sunt quam largitiones, quibus litem intendentes iudices corrumpunt, & veluti philtis irretiunt, & incantationibus ligant? Haec sunt munera, quae oculos claudunt eorum, qui aut sententiam ferunt, aut ad principem referunt. Et ita surripitur iustitia, & veritas venditur auro. Eam ob causam ait in libro Exodi deus: Non accipies munera, quae excæcant etiam prudentes. Et Esaias in catalogum scelerum gubernatorum retulit accipere munera. Et iterum, Vae, inquit, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam aufertis ab eo. Tu, quem deus principem aut antistitem constituit, quem in eminente specula collocavit, vigila, specularè, vide cui iustitiae officia committas, curre ut nunties, & in concionibus tuis vocem tuam animo erecto, & virtutibus exaggerato extolle. Eos speculatores imitare, qui semper vigilarunt, animos à corporum contagio seuocarunt, atque totos sese ad Christi imitationem contulerunt.

Et nuntiabis ex me. Hoc est meo nomine.

Morte morieris. Non solum temporali, sed etiam aeterna.

Non annuntiaueris ei. Explicatur poena pastoris scelera populi illi non annuntiantis.

Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Id est, tibi imputabitur eius pernicijs. Tu mihi mortis illius poenas dabis. Hoc hebraismo utitur etiam capite. 33. Requiere sanguinem in divinis literis, est caedem alicuius vlcisci, ut apud psalmographum: Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est. Ac si diceret: Iustus deus noster non est oblitus suo-

rum, qui in gemitu & luctu versantur, qui potius acerrime vltus est iniurias & caedes, quas illis scelerati homines intulerant. Libro secundo Regum sunt haec verba literis mandata: Nonne queram sanguinem eius de manu vestra? Ac si dicat: Vos absque dubio occidam. Esse eum sanguinis significat luere poenas pro eius morte, qui fuerit occisus. ut constat ex capite. 22. Exodi, & 19. Deuteronomij. At sanguinem ipsius esse in capite eius, est eum sibi causam mortis esse, sibi ipsi interitum moliri, ut patet ex capite secundo Iosue. Sanguis in literis divinis accipitur aliquando pro morte & calamitate, ut Genesis capite. 4. 2. Etiam sanguis eius exquiritur. aliquando pro vita, ut primo Paralipomenon vndecimo: Absit, ut in conspectu dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam. aliquando pro peccatis, ut in psalmo: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meae. aliquando pro operibus carnis, ut apud Matthaeum: Caro & sanguis non revelavit tibi. Etiam si caro & sanguis pro quolibet homine possint assumi, ut sit sensus: Nullus hominum, sed pater meus revelavit tibi. Eodem modo intelligi potest id quod ait apostolus in epistola ad Galatas: Continuo non acquievi carni & sanguini, nec veni Hierosolymam. Hoc est, acceptum à Christo euangelium cum nullo hominum tunc contuli, sed abij in Arabiam, ut euangelium nuntiarem. At hoc loco Ezechielis accipitur sanguis pro animae damnatione, licet etiam pro corporis caede & pernicijs possit intelligi. Intuere praesulis periculum, si tacuerit, & subditos in crimina incidere passus fuerit, subditi exitum sibi ipsis machinantur, sed horum delictorum ipse praesul ratione deo reddet, & poenas persolvet. Unde Esaias: Ve mihi, quia tacui. Et apostolus: Ve mihi, si non euangelizavero. Esaias dicebat deus: Annuntia populo meo scelera eorum. Et Paulus Timotheo episcopo, & discipulo suo: Praedica

(dicaverbū: inſta opportunē importunē Argue, obſecra, increpa, in omni patiētia & doctrina. Præfulū verba nō debēt eſſe blandientia, ſed, vt ait Salomon, ſtimuli ſunt, & quaſi clauī in altum defixi.

Eccle. 12.

Si autē tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidē in impietate ſua morietur: tu autē animā tuā liberaſti. Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponā offendiculum corā eo, ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiae eius, quas fecit: ſanguinē verò eius de manu tua requirā. Si autē tu annuntiaueris iuſto, vt nō peccet iuſtus, & ille nō peccauerit, viuens viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animā tuam liberaſti.

Pſal. 9.

Si autē tu annuntiaueris. Si tu diſertē monueris impium, vt ſe abſtrahat à vitijs, & virtutem amplectatur.

Ponam offendiculum coram eo. Senſus eſt: Non eum ſtatim occidam, non ilico eū in tenebras æternas relegabo, ſed expeſtabo eum, vt ſe ad meliorem frugem recipiat: ponam offendiculum coram eo, ne per viam illam iniquitatis incedat. Sed quæres, quomodo ponat deus hoc offendiculum illi, qui cum iuſtus eſſet, incidit in crimen lethale. Exiſtimo hoc offendiculum eſſe acerbam quandā calamitatem, qua deus virum iuſtum errare incipientem opprimit, vt conuertatur. Hoc offendiculo conuertit Dauidē dicentem: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Spinam vocat calamitatem eum pungentem & tormententem. Ita intelligitur id, quod deus ait per Oſeam prophetam: Sepiam viā tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, &

Pſal. 31.

Oſe. 2.

femitas ſuas non inueniet. *Aspicis per offendiculum intelligi ſpinam, per ſpinam verò calamitatem.* Hinc expoſitioni fauet verſio Theodorionis, qui hoc loco Ezechielis pro offendiculo tormētum ſeu cruciatum vertit. Solet deus homines virtute ac pietate præcellentes, ſi aliquando crimen aliquod admittant, calamitatibus exercere, & expiare, & per magnas ærumnarū anguſtias à peccato auertere, & ad vitā perducere immortalē. Videntes enim ſe doloribus vrgeri, cōuertuntur ad deum, ad quem contriti ardentē aspirant. Vnde ait regius vates de iuſto loquens: Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Ac ſi dicat: Vir pius contaminare animum flagitio poteſt, deumque aliquando grauiter offendere, ſed deo fauente citò reſipiceſcit, & poenitentiam ager: at ſi de peccatis deſiſtere noluerit, in æternum peribit. Poteſt deus hominem à iuſtitia diſcedentem, cum ſcelus admittit, ſtatim occidere, & in æternum barathrum præcipitare: ſed tanta eſt eius miſericordia, vt ſoleat eū ad poenitentiam expectare, vt eum ad priſtinam gatiam reſtituat.

Pſal. 36.

Viuens viuet. Hebraiſmus eſt, ac ſi diceret: Vitam deget. Vel ſic: Viues per gratiam viuet per gloriam.

Et facta eſt ſuper me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in cāpum, & ibi loquar tecū. Et ſurgens egreſſus ſum in campū: & ecce ibi gloria domini ſtabat, quaſi gloria, quā vidi iuxta fluuiū Chobar. Et cecidi in faciem meā. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtauit me ſuper pedes meos: & locutus eſt mihi: & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabūt te in eis:

Sup. 1. 4.

in eis: & non egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adhære faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans: quia domus exasperans eſt. Cum autē locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat, quia domus exasperans eſt.

Et facta eſt ſuper me manus domini. Ideſt, accepi ſpiritum prophetandi. De hoc hebraiſmo diſſeruiſmus primo capite.

Surgens egredere in campum. Vt ſcilicet ſolitudo deditus poſſis expeditius diuinas percipere reuelationes. Ita per Oſeam ait deus: Ducā eam in ſolitudo, & loquar ad cor eius. Vita ſolitaria, quæ agitur in ſecluſu, & procul ab hominū frequentia, eſt diuinæ philoſophiæ cōuenientior & accommodatior, quā ea quæ in foro, & hominum cœtu & celebritate verſatur. Deſpicit enim mundi vanitates, & ea, quæ eximia & præclara plerique mortalibus videntur, ſtabilitate contemnit, ad diuina verò ardēter aſpirat. De eorū ſolitudo loquor, qui ſe à ſæculi tumultibus ſegregarunt, totosque ſeſe diuinarum rerum cōtemplationi dederunt. Poteris hoc de euaſgelica doctrina gentibus nuntianda intelligere. Poſtquā deus præcepit Ezechiel, vt Iudæis loqueretur, viſa eorum contumacia & perfidia eū iubet ingredi in campi latitudinem diuinā doctrinam propagaturum. Quod in Ezechiele fuit adumbratum, ſcimus fuiſſe tempore apoſtolorum adimpletum. Vnde voces ille Pauli & Barnabæ ad Iudæos relatæ à Luca in Actis apoſtolorū: Vobis oportebat primū loqui verbū dei, ſed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuer-

Oſe. 2.

Act. 13.

timur ad gentes. Et de Hebræis loquens in epiſtola ad Romanos ait: Illorum de Rom. 11. licto ſalus eſt gentibus. Ac ſi diceret: Perſtinacia & obſtinatio Iudæorū occaſio fuerunt ſalutis Gentilium, quoniam Iudæis euangelium reiſcientibus aſſumpti ſunt illi. Ideo dicebat deus per Eſaiā: Eſa. 49. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremū terræ. Quæ verba diuus Paulus in actis ſibi, aſiſque apoſtolis dicta eſſe teſtatur. Et per Oſeam: Oſe. 2. Dicam non populo meo: populus meus eſtu: & ipſe dicit: deus meus eſtu. Quæ locum diuus Paulus in epiſtola ad Romanos de gentium vocatione interpretatur. Antea celebris erat in Iudæa deus, & inter filios Iſraelis illuſtris erat eius fama & amplitudo, & vt verbis vtiſſimi pſalmographi, notus in Iudæa deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Antequē nente Chriſto, & per apoſtolos ſua fidem ſuam per vniuerſas terrarum oras propagante impletum eſt id, quod diuus pſaltes cecinerat: Notum ſecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Et quod hic ſignificauit deus præcipiens Ezechiel, vt ſe à Iudæis concionem ſuam pro nihilo ducētibz ſeduceret, & ad capū hoc eſt, ad gentiū latitudinē ſe conferret.

Rom. 11.

Eſa. 49.

Act. 13.

Oſe. 2.

Rom. 9.

Pſal. 75.

Pſal. 97.

Eccleſ. 3.

Eſa. 20.

Ierem. 1.

Et cecidi in faciem meam. Omnia hæc explanata ſunt primo capite.

Ingrede, & includere in medio domus tuæ. Senſus eſt: Nunc non loqueris, omnia tempus habent: tempus tacendi, & tempus loquendi. Sed ingredere domū tuā, & poſtea tibi nuntiabo, quid ſis loquuturus, & quando. Interea includere, & in domicilio tuo veluti obſeſſus detinēberis, vt hoc ſigno exteriori ſignifices eſſe Hieroſolymam à Babylonijs obſidendam, & Iudæos intus includendos. Solēbant diuini vates ſignis interdum exterioribus ventura nuntiare, vt Eſaias, qui nuditate ſua ſignificauit Aegyptiorū & Aethiopū nuditatē & calamitatē. Et Ieremias olla igne ſuccēſa Hieroſolymam

euersionem, & templi dei incendium & excidium. Volens autem deus hoc apertius ostendere, ait: Data sunt super te vincula &c. Ac si diceret: Tui famuli, & quibus familiariter vteris, te funibus ligabunt, & in vincula conijcient, vt hoc facto ostendas esse Iudæos non solum obfidendos, sed etiam captiuos vinculis mancipandos. Itaque his signis de Iudæorum ærumnis vaticinaberis, qui sub Sedecia habitant Hierosolymæ; vbi non cessant diuinam legem per summum scelus violare. Fortasse eum ligabat deus, ne se ad Iudæos conferret, non enim tunc postulabat tempus, vt apud illos haberet orationem, qui non erant ei aures præbituri, cum essent exagitati scelerum furij, summisque cupiditatis stimulis concitati.

Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat. Sensus est: Audiant, qui voluerint, qui autem audire recusauerint, non audiant. Eodẽ modo in Apocalypsi: *Qui in sordibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est, iustificetur adhuc.* Verba sunt dolo-rem præferentia. Vos, aiebat noster vates, qui adestis corporibus, adestote animis, erigite mentes, auresque vestras, & me dicentem attendite. Vos autem, qui animum a scelerum contagio non seuocatis, qui tetras flagitiorum maculas delere non vultis, qui me audire contemnitis, me, quando vobis ita placuit, non audiat. At vnum sic habetote, esse in inferno æternas pœnas impijs reseruat. His verbis, quibus bonus Ezechiel videtur nefarios Iudæos a sermonibus suis repellere, vult eos ad ipsos trahere, & ad audiendam veritatem adducere.

Annotaciones ex hebræo in caput tertium.

Comede volumen istud. Septuaginta interpretes pro volumine habent *ἡ παραλήξια*, quæ dictio caput significat, &

partem diuisam, aut locum separatam libri, quem vulgus capitulum vocat. In hebraico verò est *מגילה* megillah, quæ dictio propriè significat librum reuolutum, deriuatur enim à verbo galal, quod inter alia significat reuoluere. Vnde Prouerbiorum illud: Reuela domino opera tua, potest etiam verti: Reuolue ad deum opera tua. Ac si diceret: Opera tua duas habent facies, alteram similitudinis virtutis, alteram verè iniquitatis, quarum primam hominibus ostendis, vt in luce & oculis hominum iustus videaris, secundam verò tegis, vt flagitia tua honestatis tegumẽto cooperias, & existimas homines in te probitatis & virtutis splendorem intueri. Sed reuolue deo actiones tuas, & earum faciem flagitiorum maculis contaminatam ante eius oculos pone, eum vehemẽter oras & obsecrans, velit labes tuas teterrimas delere & expiare. Vt enim mendicus membra sana tegit, ea autem ostendit, quæ sunt faucia, & tabe confecta, & vulnere labefactata, vt eleemosynam obtineat, sic peccator non est virtutis actiones deo ostensurus, sed vlceram animæ, & membra ægritudine vitiorum extrabescencia, vt misericordiam consequatur. A verbo hoc galal descendit nomẽ galgal, quod cœlum significat, quod semper reuoluatur, & in orbem moueatur, circulosque suos admirabili ordine conficiat. Significat etiam sphæram, quia volubilis est, & rotam eadem ratione. Eam ob causam illud psalmi: Vox tonitru tui in rota, potest etiam verti: vox tonitru tui in cœlo. Quidam verterunt: Vox tonitru tui in sphæra, per sphæram cœlum intelligentes: quemadmodum ibi per rotam cœlum etiam significari nonnulli arbitrantur. Alij per rotam currum Pharaonis intelligunt in mari rubro submersum. Alij de apostolorum concionibus per orbem terrarum veluti in rota & circuitu discurrentium locum illum explanant.

Ego

Prouer. 16.

Similitudo.

Psal. 76.

Exod. 14.

Ego existimo, Dauidem celebrare illic miraculum subuersionis Aegyptiorum in mari rubro, quando coeuntibus aquis, quæ filijs Israelis transeuntibus locum dederunt, impij fuerunt obruti, cœlo eosterrente fragoribus nubium, erupentibus fulminibus. Et quoniam solet diuina scriptura aerem appellare cœlum, dixit, auditam fuisse vocem & clamorem tonitru in cœlo, hoc est in aere. Cum enim antea dixisset: Vocem dederunt nubes, etenim sagittæ tuæ transeunt, intelligens per sagittas nimbos & grandines vehementes, subdit statim: Vox tonitru tui in rota: vt nõ solum mare fluctibus agitatum, sed etiam aerem significaret procellis & tonitruis concussum. Narrat igitur diuinus vates facta dei miracula, suæque misericordiae & potentiae clarissima monimenta, digna quæ ad æternam posteri temporis memoriam tabulis publicis mandarentur. A verbo hoc galal deriuatur Galilæa, ad quam missus est Gabriel angelus à deo, vt virginem cõsolaretur, eiq; nuntiaret dei matrẽ eam esse futuram. In Galilæa etiam voluit post reditum ad vitam suis discipulis apparere, vt euangelica narrat historia. Vis, vt ad te deus cœlestem mittat oblectationem, vis, vt tibi spiritualiter appareat, vis eum mentis oculis intueri placabilem, benignum, suauissimum, amabilissimum, da operam, vt habites in Galilæa. Galilæa reuolutionem significat: reuolue conscientiam, considera teipsum, versa in animo vitam tuam, muta actiones tuas, transi à vitijs ad virtutes, à dedecore flagitij ad amplitudinem honestatis, & eris Galilææ cultor, & deum animo contemplaberis, ad illum aspirabis & rapieris, & tales actãtas voluptates percipies, quales & quantas nullus mundi cultor non dicam percipere, sed ne cogitare quidem vnquam potuit.

Et aperuit os meum. Septuaginta habent. Et aperuit os meum, nimirum deus.

Luc. 1.

Mat. 28.

Ostendant, bona, quæ agimus, à deo esse. Ipse enim, vt verbis vtar diui Pauli in epistola prima ad Corinthios, operatur omnia in omnibus. Et in epistola ad Philipenses operari ait in nobis velle, & perficere. Non sumus nos, soli, qui rectè & præclare operamur, sed nos cum gratia diuina. Ideo ait apostolus: Non ego, sed gratia dei mecum. Sumus igitur dei cooperatores: & liberum arbitrium cooperatur gratie: & ita deus in nobis bona opera operatur, vt nos etiã ea operemur. Hoc intuens diuus Ioannes in vltima epistola sua ait: Cooperatores sumus veritatis: hoc est dei, qui de seipso ait: Ego sum veritas.

Ad filios populi mei. In hebraico est: Ad filios populi tui. Et ita habent septuaginta interpretes, & ita vertit Pagninus, & multi alij. Et ita habet versio Complutensis, quam dicunt esse propriam diui Hieronymi: & versio cui idem adiecit commentaria. Et eodem modo habent ad marginem nonnulli codices correcti. Quare loco, mei, scribendum est, tui. Fuit enim librorum incuria vt pro, tui, mei scriberent.

Percutientium alteram ad alteram. Pro percutientium est in hebræo *חִקְוֹתֵי* maxicoth, à verbo *חָקַק* naxac, quod significat osculari, vt Cantorum primo: Osculetur me osculo oris sui. Vnde illud psalmi: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus. Potest etiam verti: Osculamini filium, ne quando irascatur. Dixerat antea in eodem psalmo cœlestis pater filium alloquens: Filius meus estu. nunc diuinus vates nos hortatur, vt eundem dei filium vnigenitum colamus, illi seruiamus, & obtemperemus. Osculum enim manuum more Palæstinorum signum erat subiectionis, quemadmodum apud nos, qui principum manibus osculandis solemus nostram erga eos pietatem & obseruatiã testificari. Eas manus sumus oscu-

1. Corin. 12.

Philip. 2.

1. Corin. 15.

3. Ioan.

Ioan. 14.

Cant. 1.

Psal. 2.

1. Pet. 1. 21.

ne extolleretur videns se esse vocatum à deo, vocatur filius hominis; hoc est fragilis & abiectus. De quo hebraismo capite secundo differuimus & in explanatione, & in annotationibus ex hebræo.

Sume tibi laterem. Solebant diuini vates, vt iam explicuimus, non solum verbis, sed etiam factis & picturis ventura ostendere, & futura nuntiare. Eam ob causam præcipit hoc loco deus Ezechiel, vt sumat laterem quædam, in quo pingat atque deliniet veluti in mappa mundi ciuitatem Hierosolymam à Babylonijs obsessam & oppugnatam: vt tali pictura aut graphide significaret, quemadmodum Babylonij erant Hierosolymam obsessuri, & oppugnaturi.

Pones eum coram te. Nimirum, vt expeditius & melius deliniare, & effigiare possis, quæ tibi describenda præcipio, illorum more, qui accuratè aliquid depingere conantur.

Et describes in eo ciuitatem Ierusalem. Considera dei bonitatem & misericordiam, qui rebus visibilibus ostendit Iudæis velle patriam suam euertere, vt metu perterriti resipiscant, scelera relinquunt, & animos expient pœnitentia, vt non pereant. Hic habent geometræ locum ad suæ artis dignitatem laudibus efferendam. Solent illi in lateribus lineas suas ducere, & figuras depingere: id quod deus hoc in loco præcipit Ezechiel facendum. Hoc videbis clariùs & copiosius apud eundem prophetam capite quagagesimo cum sequentibus, vbi agit de figura & mensura templi, & ciuitatis futuræ. In libro Iosue scriptum legimus, missos fuisse exploratores, qui terram describerent. Et apud Zachariã prophetam capite secundo multa etiã de mensuris tractantur: quæ omnia ad geometriam pertinent: est enim illa ars quædam terram aliudue quippiam dimetiendi & delineandi. Sed considera qua in re præcipiebat deus, vt magna il-

la & opulenta ciuitas describeretur, in paruo luto, in quodam latere. Vide quã fragile fundamentum. Opes, & magistratus, regna, & imperia, & omnia denique, quæ magna mortalibus & præclara videtur, parua sunt & fragilia, sita & delineata in puluere, & paruo quodam luto, in exiguo & vili latere. Si tota terra à mathematicis punctum appellatur, quid erit paruum terræ frustum; & modicum lutum? Seneca ait: Punctum, & adhuc puncto minus est id, quod colimus. Plinius libro secundo capite 68. non aliud esse, inquit terram vniuersam, quàm punctum. Est enim in medio mundi sita, ad vniuersi cœli complexum puncti instar obtinens, quod philosophi centrum vocant. Sed quem admodum admirabilem illam Babylonijs turrem in paruo numismate depictam respectu parui tugurij iuxta illam coloribus repræsentati, incredibilem magnitudinis esse existimamus, quia arcus illius Babylonicæ similitudinem animo concipimus, illa autè pictura adeo est exigua, vt numulo quodam comprehendatur, sic ea, quæ in mundo ingentia & sublimia nobis videntur, adeo parua sunt, vt in terra, in puncto, in latere quodam luteo contineantur. Apparent autem magna, quia ea cum minimis cõferimus, & quia eorum magnitudinis imaginarium conceptum apprehendimus, ea magna existimantes. Quis fieri potest, vt magna sint, quæ punctum capit? Quomodo non minimum erit, quod cum puncto comparatur? Imò Boetius libro secundo de philosophica consolatione terram ait esse punctum puncti. Hæc est sedes diuitiarum, pro hac dimicant mortales, hinc tumultuantur, hanc maximam & amplissimam & latissimam insipientes homines existimant, pro qua summis infinitæ cupiditatis stimulis concitati cœlum amittere non dubitant. Cum igitur tota terra tam exigua sit,

simile.

in atrijs tuis Ierusalem. & cum diuo Paulo: Conuersatio nostra in cœlis est. *Philip. 3.*

Argumentum capitis quarti.



Ubi descriptione & figura ciuitatis obsessæ in latere significatur Hierosolyma obsidio & vastatio. Prædicit Ezechiel. obsidendos & opprimendos esse Iudæos à Babylonijs, & Hierosolymam expugnandam, & funditus euertendam.

Caput quartum.



Tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalé. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones: & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginẽ ferream inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciẽ tuam ad eam: & erit in obsidionem: & circundabis eam. Signum est domui Israel.

EXPLANATIO.

ET tu fili hominis. Hactenus præcepit deus diuino vati, vt animo erecto & intrepido peccata populi redargueret: nunc eum docet, quid acturus sit. Et ne

osculaturi, quæ pro nobis clauis perforata cruci fuerunt affixæ, faucis, & vulneribus affectæ: quæ diuinum illum vatem Zachariã tenuerunt quasi stupidum & admirantem, & has voces emittentem: Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Eum deum, qui se pro nobis in crucis ara hostiam constituit, debemus summa pietate venerari, illi nos infernitatem libenter dicare, qui nos potest ad vitam perducere immortalẽ. Cum igitur verbum hoc naxac osculari significet, erit horum verborum sensus: Audiui sonum alarum, quæ perinde se contingebant, ac si se ipsas oscularentur. Diximus in explanatione nomine alarum virtutes significari: quam ob causam non est mirum se in uicem osculari, cum dicat propheta. Iustitia & pax oscularæ sunt. Hæ enim virtutes beneficio Christi coniunctæ sunt: ipse enim nos iustos reddidit ex iniustis, & patri reconciliauit: atque ita iustitia & pax inter se cohærese, seque mutuo osculari dicuntur.

Et mansi ibi septem diebus, moerens. Septuaginta habent: Et sedi ibi septem diebus conuersans. Pro moerente verterunt conuersantem: Theodotio admirantem, quæ sequitur Pagninus. In hebraico est *maxim*, à verbo xamam quod significat disperdere, moereri, admirari, obstupescere, tacere præ admiratione: quæ omnia huic loco poterunt conuenire. Aquila habet: Mansi ibi quiescens, & seorsum positus. Ac si esset corpore in medio captiuorum, sed animo ab illis separatus. Tales esse debent, qui inter nefarios homines degunt: ab eorum colloquio & familiaritate debent se abducere, ne sermonibus impuris, moribusque deprauatis viri pietate præstantes tetram maculam suo nomini inurât. Sed cum apud eos corpore sint, animo tamen in cœlo commorentur, dicentes cum Davide: Stantes erant pedes nostri

Zach. 13.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Psal. 84.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Psal. 121.

Inf. 40.

Iosu. 18.

Zach. 2.

ne mirandum ducas, urbem Hierosolymam in paruo quodam latere fuisse ab Ezechiele ex dei iussu depictam. Lateres conficiuntur ex luto, & aqua dissoluantur: & ædificia ex illis constructa lateritia vocantur. Talia erant, quæ ab Hebræis in Aegypto ex Pharaonis decreto fiebant. Qui mundi cultores sunt, qui Pharaoni, hoc est diabolo parent, non ædificia conficiunt ex lapide & calce, non opera firma ædificant, perpetuitatem promittentia, sed fragilia & instantia, ex paleis & luto. Ex hac materia erat later hic, de quo hoc loco ait deus: Sume tibi laterem, & describes in eo ciuitatem Ierusalem.

Et edificabis munitiones. Pinges etiam in latere turres ligneas, & propugnacula, quæ Babylonij extruunt ad oppugnandam Hierosolymam. Munitiones sunt præparaciones bellicæ, quibus duces castra sua muniunt aduersus hostes, siue propugnaculis ligneis, aut terriplenis, siue fossa siue vallo, siue tormētis ignitos globos iaculantibus, siue quibuscunque alijs machinis & armis.

Et comportabis aggerem. Aggeres sunt coaceruationes terræ & lapidum, quibus valla fossæque implentur.

Dabis contra eam castra. Hoc est, depinges exercitus Chaldaeos ciuitatem oppugnantes.

Et ponas arietes in gyro. Arietes sunt machinæ quæ dā bellicæ, habentes capita durissima ferro tecta, quibus muri subruuntur, & lapidum iuncturæ dissoluntur. Sic appellati, quod instar animalium huius nominis retrocedant, vt possint vehementius capitibus ferire.

Sume tibi sartaginem ferream. Sartago est patella illa, in qua cibi friguntur, per quam hoc loco Iudæorum fiducia significatur, similis sartagine ferreæ, & denigratæ. Ferrea erat, quia ex cordis duritie procedebat, denigrata, quia ex malitia eos ipsos inquinante oriebatur. Est igitur sensus: Non solum describes mi-

litum copias ciuitatem oppugnantes, sed etiam Iudæorum fiduciam euerentes. Tu autem pones faciem tuam: contra hanc fiduciam seu potius contumaciam, quæ erit veluti murus inter te & ciuitatem, diuidēs te à cæteris Hebræis: non enim illorum perfidiæ & pertinaciæ assentiris, qui potius ab illis es diuisus, & animo separatus. Et hæc illorum pertinax fiducia erit obsessa & euersa, & funditus corruet. Poteris per hanc sartagine inter prophetam & ciuitatem positam iram dei intelligere urbem Hierosolymam euertere decernentis. Cum Iudæi se vitijs contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, quibus obcæcati iura diuina & humana violaret, & dolos terribilissimos conciperent, decreuit deus constanter euerfurum esse eorum ciuitatē, & eos in miseram captiuitatem adducturum. Eam ob causam precipit Ezechieli, vt inter se & ciuitatem describat murum ferreum, ne eius præcationes obtineant urbis salutem, quoniam inter eum & urbem opponebatur iusta dei ira, quæ instar muri ferrei effectum præcū ipsius prohibebat. Tūc dei ira est inflexibilis, cum peccator est obstinatus & indomabilis. Orant quidem deum viri iusti, vt afflictiis peccata condonet, eosque à calamitatibus eripiat, sed ad deum eorum præcationes non dicuntur accedere, vt effectum obtineant, quia afflicti illi nolunt scelera dimittere, sed; ad dominū conuertere. Tunc ostendit nobis deus iram suam, cum preces iustorum non audit. Ita potest intelligi illud psalmographi: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Ac si diceret: Pij homines veniam erratis postulabunt tempore præcationibus apto, ne peccatores poenas luant debitas & iustas. At in diluio aquarum multarum, hoc est, in maximis ærumnis, vigente sæuissima calami-

Psal. 31.

laminatū procella non approximabūt, nō appropinquabūt deo iustorū preces, quoniam impij, pro quibus orant, deum ipsum offendere non desistūt. Ideo aiebat Esaias: Iniquitates vestre diuiserunt inter vos & deum vestrum. Ponit deus rupem altissimam inter se & peccatores, aut nubem densissimam preces detinentem. Id intelligens Ieremias aiebat in Lamætationibus. Nos iniquè egimus & ad iracundiam prouocauimus, idcirco inexorabilis es: Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti. Opposuisti nubem, ne transeat oratio. Id quod Ieremias appellat nubem preces impediētē, & Esaias rupē, appellat Ezechiel sartaginem ferream, & murum inter deū & peccatores obstinatos.

Et obfirmabis faciem tuam ad eam. Nimirum ciuitatem. Quasi dicat deus: Dirige faciem tuam aduersus Hierosolymā vultu irato & truculento. Connumeratur Ezechiel cum hostibus Hebræorū, non quod hostis esset, sed quod eos argueret, illisque futuram perniciem & vastitatem nūtiaret: veritas enim odiū parit. Iudæorum reges diuinos illos vates veritatem sibi proferentes, quos ne voce quidem lædere deberent, ad excidiū crudelissimū vocabāt. Poteris hoc ita intelligere, vt obfirmaretur Ezechielis facies ad sartagine ferreā, contra quā describeretur obsidio. Et ita per sartagine intelligitur Iudæorum pertinacia, & vana fiducia, vt antea explicuimus.

Signum est domui Israel. Hoc est, Id erit certa significatio obsidionis & euerfionis Iudæorum.

Hic est planus huius loci sensus, ab aperto literæ argumento non discedēs, quem theologi literalem vocant, cui primas inter omnes sensus absque controuersia tribuunt. Sed si verba hæc ad mores traducamus, ad eamque interpretandi rationem aperiāmus aditum, quā moralem appellamus, intelligemus, deum hinc cum quocunque peccatore lo-

qui, velleque his verbis nostros turbulētos motus componere, & animos nostros ad æternæ gloriæ desiderium excitare. Ita enim ait: Tu o peccator, qui ob flagitia tua non dei filius nominari mereris, sed filius hominis, sume tibi laterem, sume cor tuum durum, & pone illud iuxta te, nam longè à te distat, & describes in eo ciuitatem Hierosolymā cœlestem. In primis ostendit deus peccatoris cor durum esse, terram recoctā, & laterem in lapidem ferè conuersum.

Ideo aiebat in Deuteronomio: Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manū.

Et per os Davidis: Nolite obdurare corda vestra. Et per Esaiam: Audite me de-

ro corde. Hi nescientes quid agant, æternam sibi perniciem moliantur. Ideo ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: Secundum duritiam tuam, & impo-

nitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij. Deinde ostendit deus cor impij peccatoris longè ab illo abesse. Vnde Dauid dicebat: Cor meum dereliquit me. Et in libro secundo Regum cum deo loquens aiebat: In-

uenit feruustuus cor suum. Si illud inuenit, ergo antea non habuerat. Et Ieremias: Audi popule stulte, qui non habes cor.

Et Daniel de tyranno quodam, quem rationis expertem vocat, loquēs, ait: Cor eius datum est ei. Vnde diuus Gregorius, Cor, inquit, nostrum non habemus, cum grauer delinquimus. Et alibi: Nihil nobis vicinius est corde, & tamè sæpe euagatur. Nihil longius à nobis quàm nos. Mali, inquit Seneca, ubique sunt præterquam secum. Et cum longè à seipsis distent, à deo etiam longè recedunt. Ideo ait per Esaiam deus: Audite me, qui longè estis. Et Paulus in epistola ad Ephesios: Qui eratis longè, facti estis propè. Hinc effectum est, vt sceleratorum habitatio dicatur terra longinqua. Id intelligens Ieremias aiebat: Vox clamoris filiarum populi mei de terra longinqua. Et filius prodigus disc-

Esa. 59.

Iere. 3.

3. Reg. 18.

Nem. 9.

Mat. 5.

Luc. 13.

Deuter. 15.

Psal. 94.

Esa. 46.

Rom. 2.

Psal. 39.

2. Reg. 7.

Ierem. 5.

Dani. 7.

8. 11. 15.

Esa. 33.

Ephes. 2.

Ierem. 8.

Luc. 15.

disc-

Mar. 8.

discedens à domo patris sui se in terram contulit lōginquam. Apud Marcum volens Christus turbas pascere ait: Quidā ex eis de longe venerūt. Id interpretans Beda ait: Qui post magna peccata veniunt, de longinquo veniunt. Et regio illa longinqua terra mortuorum appellatur: cum iustorum regio terra fit viuorum, vt in psalmo: Placebo domino in regione viuorum. Et: Credo videre bona domini in terra viuentiū. Terrā viuentiū appellat Iudæā, quod in sola ea deus verè coleretur. Aberat tūc Dauid à patria sua, à Hierosolyma, à tēplo dei, & exul metu Saulis solitudines peragrabat. Sed ingrauescēte rerū aduersarū mole, nulli oneri succumbebat, qui potius diuinæ misericordiæ nitēs sperabat fore, vt Hierosolymam introiret, sacrificijs deo solennibus interesset, & dei solennitates in templo celebraret. Hæc erant bona, quæ credebat se esse visurū in terra viuentiū. Nō tamē me fugit posse per terrā viuentiū cœlestē illā regionem significari, vbi beati sempiterno gaudio perfusi, deum ipsum intuentur. Illi enim, qui è corporum vinculis euolarunt, & illic deo fruētes requiescunt, verè viuunt, nostra nanque, quæ dicitur vita, mors est. Veruntamē prior sensus videtur germanior, & literæ accomodatior. Cum igitur regio iustorum appelleretur terra viuentium, consequēs est, vt impiorum regio terra mortuorū vocetur, de quibus ait Christus apud Matthæum: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In hac regione cum filio prodigo, qui substantiam suam dissipauerat, sunt impij pascentes sues, hoc est, appetitibus suis immundis nihil omnino denegantes, quod eos pertraxit effrenatum falsæ libertatis desiderium. Ad hanc regionem fugiunt à deo peccatores. Adam admissio scelere fugit, & abscondit se à facie domini post eum funestiarum epularum, ad quas eum Eua infeliciter inuitauerat. Cain percusso fratre egres-

Psal. 114.
Psal. 26.

Mat. 8.

Genes. 3.

Genes. 4.

sus est à facie domini, & profugus, vel, vt potest verti ex hebræo, fluctuans & instabilis habitauit in terra &c. Ionas fugit à facie domini. Et, vt ait Salomon in Prouerbijs, fugit impius nemine persequente. Quanquā peccatores in hac mortuorum regione constituti, dediti voluptatibus, & in omni vitiorum genere versati, deum ore nomināt aliquādo, tamen eorum animus ab eo longissimè distat: de quibus ait idem deus per Esaiam prophetam: Cor eorum longè est à me. Sed quid mirum abesse cor impiorum à deo, cum ille ab ipsis impijs longissimè absit? Vnde ait per Esaiā deus: Redite præuaricatores ad eor. Eam ob causam oportet illud querere, & tenere, ne iterum fugam arripiat. Id voluit propheta Nahum innuere ita dicens: Intra in lutum, & calca subigens, tene laterem. Ac si diceret. Intra in cor tuum, conculca illud, protere, & comprime eius superbiam, illudque tene & apprehende, ne aufugiat, & in maximis versetur erroribus. Ideo præcipit hoc loco deus peccatori, vt cor suum lateri durissimo simile sumat, iuxta se ipsum ponat, & illud nō finat longius euagari: innuēs lōgè distare à seipso. Et subdit statim: Et describes in eo ciuitatē Ierusalē. Ac si dicat: Describe in eo gaudia immortalia, & patriæ cœlestē. Ne in corde tuo sculpas aut depingas mūdi gloriā, inanē illā & fluxam, quæ instar flosculi decidit, & perit: illud remanet, quod virtute & rectè factis fueris cōsecutus. Ne in animo tuo veluti in topographia & mappamūdi Babylonem describas ciuitatem confusionis, qui potius imaginem mundi ex eo dele, quæ velis nolis fluit & præterit. Id intelligens, regius vates cum domino sermonem conferens canebat: Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilū rediges. Ac si diceret: Euanesceat vana mortalium felicitas, quam in fluxis mundi rebus constituunt, tanquam som-

Ion. 1.

Prouer. 28.

Esa. 29.

Mat. 15.

Esa. 46.

Nahum. 3.

Psal. 71.

niū hominis expergiscētis, quod cum esset inane, eum tamē dormientem falso delectabat. Tu domine in ciuitate tua, in gloria sempiterna imaginē mundi, quam insipientes homines in corde suo depingebant, ad nihilum esse redactam ostendes. Imaginem appellat mūdi vanitatem, opes, dignitates, generis splendorem, & nominis amplitudinem, quibus rebus vani mortales inflantur, quas inaniter sculpas in animo intuentur: cum nihil aliud sint, quàm vmbæ quædam, & imagines fallaces, de quibus dicitur in libro Sapientiæ: Transierunt omnia illa sicut vmbra. Deleamus igitur ex animo Babylonem, & describamus in eo ciuitatem Hierosolymā, visionem pacis, gloriā cœlestem, sedes beatarum mentium immortales, cātica illa dulciora Sionis, patriam promissionis, beatitudinem æternam, cuius volupratem & splendorem nulla est tanta dicendi aut scribēdi vis, tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare poterit, quæ, vt verbis vtar diui Pauli, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ad ea rapiamur, & diuino amore inflammati aspiremus: ea cogitemus, ea in animo versemus, ea desideremus, & in corde descripta ante oculos mentis dies atque noctes ponamus. Dicamus cum diuino ac regio vate: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Quemadmodum gnomon nauigatorius, quem vulgus cum anauticam appellat, semper populum ad arcticum intuetur, ad illumque quomodocunque eum constituas, semper conuertitur, quod certè est mirabile in hoc instrumento, & in verforia hac, qua nautæ cursum ventorum cognoscunt, sic omnis homo semper ad Christum debet mentis oculos & affectus dirigere. Ille est noster polus arcticus, astrum illud boreale fixum & cō-

sap. 5.

1. Corint. 2.

Psal. 41.

simile.

stans, quo gubernari debemus. Ille est spes & fiducia nostra, & omnis nostra firmitudo, quam sumus perpetuò aspecturi. Et quemadmodū gnomon nauigatorius siue sit in arcula aurea inclusus, siue argentea, siue lignea, semper borealem respicit stellam, nūquam naturam suam amittens, sic Christianus siue diuitijs affluat, siue inopia laboret, siue institutū vitæ mediocrē obtineat, semper debet Christum intueri, & ab hoc sancto mentis affectu nunquam desistere. Ipse enim ait in Canticis: Pone me vt signaculum super cor tuum. Quasi dicat: Cōstitue me scopum in animo tuo, quod semper omnes tuarum cogitationum, verborum & actionum sagittæ dirigantur: Dele mundi scopum, & me colloca vt finem, ad quem tendant proposita tua: in quo omnes tuæ curæ figantur, & collocentur. Vide quā admirabilis gnomon, quā præcellens verforia erat illustrissimus rex ille Dauid, cum diceret: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear: Attende quemadmodum in deum semper respiciebat. Considera cœlestem illam nauigandi acum, diuinum Paulum aiētem: Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem: recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus seipsum contradictionem. Respiciebat semper diuinus apostolus in Christum deum nostrum, & de illius sententia omnia vitæ consilia capiebat: omnem viuendi rationem ad illius voluntatem dirigebat: in eo omnes curas & cogitationes firmiter collocabat. Nos igitur leuemus oculos ad Christū, & vt verbis vtar diui Augustini, intueamur caput nostrum. Et vt flumina omnia tendunt in mare, quoniam exeunt ab illo, & vt ait Salomon in Ecclesiaste, ad loca, vnde exeunt flumina reuertuntur:

Cant. 8.

Psal. 15.

Hebr. 12.

simile.

Eccle. 1.

tuntur: sic nos ad deum tendamus, quonia ab eo prodiuimus, & creati sumus: eum intueamur, eius gloria contemplemur: sanctorum beatitudinem, ceterum beatorum aspiciamus, coelestem amorem concipiamus, qui animos nostros incendat, & studio immortalitatis ac superne Hierosolymę totos inflamet. Dicamus cum propheta: *Cōuertere anima mea in requie tuam, quia dñs bene fecit tibi, vel, vt potest conuerti ex hebræo: quia dominus reddidit te tibi.* Ac si diceret: *Cum tu o anima mea corpori seruires, non erat mirum, eius quæsisse voluptates: at modo quoniam tua es, quoniam dominus reddidit te tibi, non alienam, sed propriam quære voluptatem, quære requiem tuam, non corporis, nõ carnis; non mundi: quære deum, oblectare illo, ad eum confuge, in eo conuiesce, in eius amore & suauitate omnes molestias depone. Cogita æternam beatitudinem, eamque in te ipso imprime, & sculpe. Hæc est spiritualis requies, hæc est oblectatio tua. Cōuertere igitur ad eam, quoniam dei beneficio reddita est tibi. Nos describamus hanc ciuitatē coelestem in corde nostro, iuxta id, quod hic ait deus: Et describes in eo ciuitatem Ierusalem.*

Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & edificabis munitiones. Sed ne existimes posse te ad ciuitatem æternam peruenire absque labore, depinges hostes, describes dæmones te obsidione cingentes, tibi bellum inferentes, & interitum crudelissimum machinantes. Nuntiabis animæ terribiles pugnas esse aduersus eam paratas. Id intelligens apostolus aiebat in epistola ad Ephesios: *Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.* Et diuus Petrus in sua prima canonica: *Sobrii estote & vi-*

gilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sic velim tibi persuadeas, te esse tentationibus oppugnandum, cum primum ad cœlum aspiraueris, deoque seruire contenderis. Vnde ait Ecclesiasticus: *Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Christus deus noster statim post baptismum ductus est in desertum ab spiritu, vbi eum diabolus tentare voluit. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei, vt dicebant Christi apostoli, quem admodum refert in Actis diuus Lucas, *Nunquam tam durè fuerunt à Pharaone filij Israelis oppressi, quam cum Aegyptum relinquere conarentur.* Eodem modo tunc nos dæmon fortius tentat, cum mundi dolos, vanitates, voluptates, & flagitia fugere decernimus. Cum Christus eijceret quoddam dæmoniũ ab homine ab eo possesso, exijt ab eo exclamans, & multum discerpens eum: vt euagelica narrat historia. Cum homo ille vellet à dæmone separari, tunc ab eo grauius premebatur. Et licet diabolus nos interdum non tentet, ne illi vnquam fidamus, tametsi videamur in tranquillitate vitam degere. Hoc intuens animo diuus Hieronymus ita ad Heliodorum scribebat: *Erras frater erras, si putas vnquam Christianum persecutionē non pati. Tunc maxime oppugnaris, si te oppugnari nescis. Tranquillitas hæc tēpesta est. Hæc sanctus ille. Iob, Militia, inquit, est vita hominis super terrā. Vnde Paulus apostolus, Arma, inquit, militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionē munitionum. His armis muniti superamus dæmonũ tentationes, & victoriæ coronam adipiscimur.* Ita enim ait Iacobus apostolus: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Hæc est

est corona illa, de qua dixerat diuinus vates: *Posuisti domine super caput eius coronā de lapide pretioso.* Eam vocat Paulus coronā vitæ, & Petrus immarcescibile coronā gloriæ. Diuus martyr Cyprianus ita ait. Semel vincit, qui statim patitur, at qui manens semper in pœnis & tentationibus cōgreditur cum dolore, nec vincitur, cotidie coronatur. Hæc ille. Quoties demonis, aut mundi, aut carnis tērationes vincimus, toties à deo corona victoriæ exornamur. Et quanto quis iustior est, tanto grauius aliquando tentatur. Vt fragilis paries facile ruit, & quacunq; machina euertitur: sed fortissimus murus, seu arx munitissima & firmissima fortiter resistit, & opus est hostibus machinas bellicas adhibere, & moenia illa validissimis tormētis, saxa, tela, globos ferreos, & plumbeos iaculibus torquere, & fortiter cōcutere: Sic diabolus homines fragiles, parumq; in virtute cōstantes quacunq; tentatione euertit: sed ad superados viros iustitia & charitate munitos, & firmitudine ac cōstantia septos, varijs vtitur artificijs, & fortissimis tērationibus. Quem non tētabit, si Christũ verum deũ tentare constituit? Vnde Paulus apostolus in epistola ait ad Hebræos: *Non habemus potestatem, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris, tentatũ autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Ne existimes eos esse à deo derelictos, qui tentatione exercētur. Pater duos habens filios, alterũ virtutis studiosum, viribus corporis robustũ, & animi fortitudine præstantē, alterum deprauatũ ingenio, deditum delicijs, imbecillũ, & parui animi. Primũ mittit ab bellũ, & periculis exponit, vt se laboribus exerceat, alteri indulget, secundas res facile concedit, domi illũ habet delicijs matris suæ delinitum. Sed ad extremũ qui fortiter pugnavit, præmiũ magnum obtinuit, qui verò voluptatibus ducebatur, vacuus remansit.* Sic pater noster coelestis homi-

nes fortes & cōstantes per varios casus interdũ, & per acerbis calamitatum & tentationum angustias ducit, et prælijs aduersus animæ inimicos exercet, eosque per magnos labores in virtute roborat, atque cōfirmat: hominibus autē fragilibus ab honestate abhorrentibus, fundamenta naturæ violatibus res prosperas permittit, & ad volūtatem fluentes. Sed ad extremũ, qui fortiter pugnant, æternam gloriā consequuntur, qui verò se illecebris, turpique otio dediderunt, & vtilitatem ob honestate separarunt, sunt ignominiosè consumpti, & in æternas miseras relegati. Vide deliciarum detrimentum, & ærumnarum vtilitatem. Vt frumentum in cellario, nisi pala & ventilabro versetur & moueatur, gurgulione absumitur: & vestis in repositoio & apodyterio nisi concutiat, & exerceatur, à tinea corroditur, sic homo, nisi fuerit tentationibus agitato, & calamitatibus concussus, facile corruptetur, & labefactabitur. At ijs rebus probatus redditur firmior, & fortiter pugnans coronam gloriæ adipiscetur. Non coronabitur, inquit diuus Paulus, nisi qui legitime certauerit. Et alibi: *Fidelis est deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Sed opus est, vt nos diuinis armis muniamus: nã hostes nos variè oppugnant, & fortiter tentant: conficiunt aduersus nos excelsas turres vanitatis, vt inde nos expugnent. Et comportant aggeres, adducunt aduersus nos terræ diuitias, vt earum cupiditate & affluentia fossas impleant, & euangelicam auferant paupertatem, vt sic nos possint facile expugnare. Aggeres enim, vt diximus, sunt terræ coaceruationes, quibus fossæ adimplentur. Poteris etiam per aggeres terras cogitationes, intelligere terram intuentes, cœlum autem minime contemplantes, quæ vultum montes

terræ cordis foueas adimplent. Et quoniã diabolus nos vndiq; cingit & circumdat, ait Deus. Et pones arieres in gyro. Ac si diceret: Nũtia anime esse à demone oppugnandã machinis superbiz, aggeribus auaritz, & cæteris flagitijs, esse q; obsessã, & ex omni parte circumdatã. Et quia seculi milites in sinistro tantum latere clypeum portant, & nos vndiq; oppugnamur, & oportet tegere vtrunque latus, ideo scuto diuino indigemus nos vndique circumdante. Scutum hoc Christus est, veritas ipsa, filius vnigenitus æterni patris, de quo ait diuinus vates: Scuto circumdabit te veritas eius. Ipse nobis dat arma, quibus à dextris & à sinistris protegatur: de quibus ait apostolus in epistola prima ad Corinthios: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Poterat quidem deus terrã promissionis tradere absque armis filijs Israelis, sed voluit, vt eam armis acquirerent, & gentes immanitate barbaras, & copijs abundantes debellarent, permittens vt semper aliquæ huiusmodi gentes in terra illa manerent, aduersus quas Hebræi strenuè dimicarent. Eodem modo vult deus, vt diuinis armis pugnantibus vincamustentationes, & in hoc bello spirituali nos ipsos exercentes, de animæ hostibus, demone, mundo, & carne victoriam admirabilem reportemus. Hæc sunt ampla, hæc immortalia, hæc digna, quæ fama celebrentur, monumentis annalium mandentur, & nulla vnquã obliuione deleantur. Et quoniã Ezechiel erat hæc nũtiaturus, præcipit illi deus, vt sumat sibi sartaginẽ ferreã, quæ sit illi instar muri, quo septus & munitus expugnari non possit. Hæc sartago erat ferrea & firma, & in ea cibi non sibi, sed alijs frigebatur, dum ipsa flamma ignis flagraret. Quid est hoc, nisi Caritas fortitudine pollens, de qua scriptum est in Canticis: Fortis vt mors dilectio. Hæc amoris flammis incensa omnibus prodesse cupit, alijsq; præparans cibos

ipsa cõburitur. Vnde apostolus, Quis, ^{2. Corint. 12.} inquit, infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Quemadmodũ lucerna, vt alijs præbeat ^{similia.} lumen, ipsa vritur & consumitur, & sal vt cibus condimentum & saporem præstet, ipse cõfringitur, & liquefcit, sic verè Christianus, præsertim qui est in dignitate constitutus, vt in alios conferat beneficium, aut possit alijs prodesse, debet se ipsum comburere, & cõfringere, & laborem quencunque subire. Sunt enim Christiani, præcipuè præfules & speculatores, cuiusmodi erat Ezechiel, lux mudi, & sal terræ: & debent magno ^{Mat. 5.} perè colere charitatem. Charitas autè, ^{1. Corint. 13.} teste apostolo, non inflatur, nõ est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Ideo post quàm deus dixit: Et ordinabis aduersus eam obsidionẽ, & ædificabis munitiones, &c. subdit: Et tu sume tibi sartaginẽ ferream. Sed de his hactenus.

B Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo, numero dierũ, quibus dormies super illud: & assumes iniquitates eorũ. Et ego dedi tibi annos iniquitates eorũ numero dierum tercentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatẽ domui Israel. Et cum cõpleueris hæc, dormies super latus tuum dextrum secundò, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, diè pro anno, diem inquam pro anno ^{Num. 14.} dedi tibi. Et ad obsidionem Ierusalem cõuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduersus eam. Ecce circumdedi te vinculis, & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidio

nis

nistuz. Et tu sume tibi frumetum, & hordeũ, & fabã, & lentẽ, & milium, & viciã, & mittes ea in vas vnũ, & facies tibi panes numero dierũ, quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

Et tu dormies. Hierosolymẽ obsidio per Babylonios durauit annum vnum, & sexaginta quinque dies, excepto tempore, quo Babylonij fuerunt occupationibus distracti ob Aegyptiorũ exercitũ. Nam aduentantibus Aegyptijs ad opem Iudæis ferendã iuerũt Babylonij obuiã illis omiffa Hierosolyma, vt licet videre apud Ieremiam capite trigesimo nono. Volens autem deus nuntiare Iudæis per prophetam suum numerum dierũ, quibus erat Hierosolyma obsidenda, ait prophetz, vt dormiat super latus sinistrum tercentos & nonaginta dies, & super dextrum quadraginta, qui simul iuncti efficiunt numerum quadringentorum & triginta dierum. Samaria dedita fuit idololatriæ annis trecentis & nonaginta, & Hierosolyma quadraginta, vt diuus Hieronymus probat ex diuina scriptura, qui simul iuncti efficiunt annos quadringentos & triginta. Si autem pro annis sumas dies, quemadmodum ait deus, inuenies annum vnum, & duos menses, & quinque dies. Et tot diebus fuit Hierosolyma obsessã à Babylonijs. Considera dei iudicia. Tot diebus fuerunt Iudæi graui obsidione oppressi, quot annis idolis seruierant. Hoc vaticinatus fuit Ezechiel non solum verbis, sed etiam factis, dormiens super latus sinistrum trecentos & nonaginta dies, & super dextrum quadraginta. Per latus sinistrum intelligitur Samaria, quæ tempore Ierooboam vitulos aureos colere incepit, quæ ideo dicitur sinistra, quia debilior & fragilior erat, & prius fuit captã ab Assyrijs, quàm

Hierosolyma à Babylonijs, vt constat ^{4. Reg. 17.} ex quarto Regum, & secundo Paralipomenon. Hierosolyma verò vt fortior, ^{18. et 25.} dextera appellatur. Samaria, & decem tribus, & Israel, & domus Israel idem sunt: quemadmodum Hierosolyma, & Iuda, & duæ tribus, nam Benjamin Iudæ adhærebat, pro eodem accipiuntur. Hic autem somnus non fuit realis tot integros dies: quĩ enim fieri poterat, vt Ezechiel super vnum latus trecentos & nonaginta dies continuò dormiret? & somno solutus super aliud latus quadraginta? Sed fuit hoc factum in visione quadam intellectuali & prophetica: videbatur enim illi tot dies dormire. Et visionem hanc mandauit literis, vt esset omnibus cognitum & perspectum, quot dies esset Hierosolyma obsidenda.

Ego autem dedi tibi annos iniquitates eorum. Hoc est, veri annos scelerũ Iudæorum in dies, quibus tu dormies, & ipsi obsidione opprimuntur, in eaq; varijs calamitatibus cruciabantur. Et si decem tribus essent iam adductæ in Assyriam, tamen multi ex illis erant Hierosolymæ, ad quam metu hostium confugerant.

Et portabis iniquitatem domus Israel. Id est, tot dies dormies, quot dies Iudæi obsidebuntur, & quot annos idolorum cultui adhæserunt. Et quia Ezechiel dolebat, & grauer ferebat Hebræorum scelera, & pœnas, quas pro illis luebant, atque pro illis ad dominum preces & lachrymas fundere non cessabat, dicitur portare iniquitatem eorũ. Officiũ erat sacerdotum & prophetarum in lege populi flagitia deplorare, eiusque pœnas portare, & pro eo quodãmodo soluere: vt ex libris Leuitici, & Numerorũ constat videtur. Vnde Ieremias: Quis dabit, inquit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei! Et Oseas: Consolatio ablata est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuideret.

G 3 Et

Et apostolus in Actis: Per triennium nocte & die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum. Sed dices: Si propheta & sceleribus & ærumnis Hebræorum affligebatur, cur tanto temporis spatio dormiebat, et quiescebat? Quia viri iusti etsi ex vna parte & suis & aliorum calamitatibus premantur, & dolore lacerentur, tamen ex altera parte afficiuntur gaudio, quod aspiciant gloriam dei illustrari, & peccatores a maleficio deterreri, dum qui peccarunt, & poenas suorum errorum persolunt, iuxta id quod ait Psalmographus: *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Imò inter calamitates suas etiam minimè meritas voluptate afficiuntur, nihil propter deum asperum, nihil durum, nihil intolerandum putant. Illis id accommodatur, quod ait in Deuteronomio diuina scriptura: Inundationes maris quasi lac fugerunt, & thesauros absconditos arenarum. Inundationes maris sunt mundi molestiæ, & afflictiones acerbæ & amaræ, quas viri pietate & charitate prestantes veluti suaue lac fugerunt, inuenientes in illis dulces oblectationes. Et cum ipsi sint arena fluctibus maris concussa, mundi calamitatibus agitata, in medio sui, in intimo corde inueniunt thesauros absconditos, diuinas consolationes, quibus suauissimè etià in ærumnis oblectantur. Vnde in Actis ait diuus Lucas: *Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliã pati.* Et diuus Hieronymus in epistola ad Assellam, Gratias inquit, ago deo meo, quod dignus sim, quem mundus oderit. Et in epistola ad Furiam, vbi ostendit quemadmodum eum sceleratim maledictis lacefferent, ait: *Addunt, si volunt, Samaritanum, vt domini mei titulum recognoscant.*

Et ad obsidionem Ierusalem conuertere faciem tuam. Id est, intueri vultu irato & truculento Hierosolimam, civitatem illam, quã

in latere obsessam depinxeris. Solebant diuini vates, cum ciuitatis aliquis euerfionem prædicerent, aduersus eam faciem vertere.

Et brachium tuum erit extentum. Vt significes alacritatem, & extremam huius obsidionis executionem. Hebraismus est desumptus à luctatoribus, aut à gerentibus aliquid fortiter & strenuè, qui solent brachium nudare, & extendere.

Et prophetabis aduersus eam. Nutiabis & sermone, & actione esse Hierosolimam non solum obsidendam, sed penitus vastandam.

Circumdedit te vinculis. Id fuit in visione imaginaria.

Obsidionis tuæ. Id est, de qua vaticinaris.

Et tu sume tibi frumentum & hordeum. Significat imminere Hierosolymæ maximam famem, qua obsessi, vt in quarto libro Regum proditum est memoriam, laborarunt. Tanta enim fuit, vt obsessi ex diuersis leguminibus, nempe frumeto, hordeo, fabis, lentibus, milio, & vicijis panes paucos conficerent, quibus non ad saturitatem vterentur, sed modicè & vnciatim.

Cibus autem tuus, quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsq; ad tempus comedes illud. Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsq; ad tempus bibes illud. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit dominus: *Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes, ad quæ eijcia eos.* Et dixi: a, a, a, dñe deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum, & laceratum à bestiis non comedi ab infantia mea vsq; nunc: & non est ingressa in os meum, omnis caro

D caro immunda. Et dixit ad me. Et dedi tibi fimum bouum pro stercorebus humanis: & facies panem tuum in eo. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce ego cõteram baculum panis in Ierusalem: & comedent panem illum in pondere, & in solitudine, & aquam in mensura, & angustia, bibet: vt deficientibus pane & aqua corruat vnusquisq; ad fratrem suum, & contabescat in iniquitatibus suis.

Cibus autem tuus. Vult significare magnam famem tempore obsidionis, quoniam Iudæis obsessis præscribebatur vilis nutrimenti pondus, & certa mensura. Nemo in toto die comedere poterat nisi viginti panis stateres: viginti autem stateres continent decem vncias iuxta diuini Hieronymi sententiam. Itaque in toto die naturali nemo edere poterat plusquam panem vnum decem vnciarum, quo magis anima traheretur, quam sustentaretur. Sunt qui asserant viginti stateres quinque solum vncias continere: nam stater idem est quod siclus, siclus autem continet quartam partem vnciæ, viginti autem quartæ vnciarum quinque vncias efficiunt. Iosephus ait apud Hebræos siclum quatuor drachmas continere. Budæus existimat staterem esse numerum valentem quatuordecim solidos. Et ita variat authores. Vt cunq; sit, hac parua mensura & modico potestere intoleranda fames prædicitur.

Sextam partem hin. Hin erat genus mensuræ Hebræe duos sextarios Italicos continens, quos paruus vrcus capiebat. Non solum in illa obsidione Hebræi fame magna, sed incredibili etiã siti laborarunt.

Operies illud. Hoc est, coques illud: & ita est in hebraico. In nonnullis regionibus ob lignorum defectum concoquitur panis stercore bouum desiccato. Et ita fieri posset de humano stercore, sed esset nimis horrendum & abominabile. Volens

deus significare, esse Iudeos in alienis prouincijs panem horridum immundumque; manducatuos, præcipit Ezechieli, vt in humani fimi desiccato igne concoquat panem. A qua re abhorrens diuinus vates deum obsecrat, ne illi hoc præcipiat, quod quidem impetrauit.

A a a. Totum hoc locum habet interiectionis admirantis, qua vsus est Ieremias cum deo loquens capite primo.

Morticinum. Hoc est, quod absque sanguinis effusione vitam amittit. Præceperat deus Hebræis ne morticinum, & laceratum à bestia comederent: vt in Exodo, & Leuitico diuina scriptura commemorat. At existimabat propheta multo grauius sibi esse, & detestabilius, pane sic abominabili vesci.

Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem. Panem vocat baculum, quod eo homines sustententur.

Corruat vnusquisque. Non valens se præ fame sustentare; sed ob admissa scelera luctu cõfectus, & inopia debilitatus, succubet ægritudini, & cadens animo & corpore, excedet e vita. Hæc de Babylonica captiuitate interpretati sumus, hinc esse germanum ac historicum sensum existimantes. At Iudæi tempore Titi & Vespasiani videntes Hierosolimam funditus euerfam asseruerunt hos quadringentos & triginta dies accepto anno pro die duraturam esse captiuitatem & ignominiam suam: illis autem peractis venturum esse Messiam suum, qui eos à potestate gentium & Christianorum liberaret, mundi opibus & dignitatibus cumularet, & in pristina libertatem & legis ceremonias restitueret. Sed quam vana & falsa fuerit hæc eorum interpretatio, nemo est, qui non videat, cum hodie post mille & quingentos ferè annos ab illa captiuitate nec templum habeat, nec ceremonias, nec sacrificia, nec sacerdotem, nec regem, nec ciuitatem, sintque exules, abiecti, calamitosi, ab omnibus nationibus cõtempri, & in dedecore & ignominia versari. Ni

hilominus tamen tanta adhuc cæcitate laborant, tã crassa caligine eorũ intellectus obfunditur, vt Mesiã expectet terrenũ illum quidẽ, qui in eos bona terræ conferat, vt possint corporis voluptatibus perfundi, humanisq; opibus redundare. Terreni homines terrenũ cupiunt Mesiã. At verus Mesiã in eorum lege promissus Christus deus noster non terræ sed cœli diuitias attulit, quæ sunt verè diuitiæ, animos amplificantes, eosq; virtutibus, diuina gratia, & donis cœlestibus adimplentes, quibus gloriã sempiternã consequantur. Zacharias propheta de Mesiã loquens ait: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam &c. Id quod impletũ est, cum dominus Iesus introiuit Hierosolymam sedens super asellum, sternentibus hominibus vestimenta sua in via, & arborũ ramos cædentibus, quibus viã tegebant: vt euãgelica narrat historia. Cum rex aliquis seculi urbem celebrem cũ regia pompa ingreditur, & magnificè excipitur, fertur sub pretioso peripetasmate, aut eleuato pallio ex serico & auto confecto ad aeris intemperiem euitandã, & summũ apparatus ostendendũ. Et ita sub hoc nobili tegumento virgis eleuato incedit princeps, terrã videns, nõ autem cœlum: nec mirum, cum rex sit terræ non cœli. At Christo deo nostro, qui rex est cœlestis, qui de se ipso ait: Regnũ meũ non est de hoc mũdo, non cœlũ operiebant pallio aut peripetasmate, sed terram vestibus & ramis. Et vt verus Mesiã paupertatem diligendam ostenderet, nõ super equũ sedens introiuit, sed iuxta Zachariã prophetiã super asinã, & super pullum filiũ asinæ. In eius persona dixerat Dauid: Infirmata est in paupertate virtus mea. Et rursum: Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. Vbi igitur sunt apparatus regij? vbi magnificentia munerum terræ? vbi

phalerati equi? vbi magnificentie pœpœ? vbi militũ copie? vbi temporalis regis ornamenta? Si Mesiã veturus esset mũdi diuitias daturus, diceret Zacharias: Ecce rex tuus venit tibi potens, diues, equo, aut curru triũphali vectus, & satellitũ turba comitatus. At intelligens Mesiã fore spiritualem, & cœlestẽ regem, & mundi opes contempturũ, eum pauperem & saluatorem appellauit, omnesq; eius apparatus descripsit. Eodem modo regius vates eũ inopem fore prædixit, sed mundi scelera deleturum esse apertissimè ostendit. Ita enim ait: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Dicens, ex omnibus iniquitatibus, declarauit fore Christum animorum redemptorem: iniquitates enim vincula sunt, quibus impij in dæmonis captiuitate detinentur. Hoc docuit idẽ Mesiã per Ieremiam ita loquens: Proptiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius. Et per Esaiã: Deleui vt nubem peccata tua, & quasi nubeculã iniquitates tuas. Hic est Mesiã in Iudæorum lege promissus, non terrenus, non mundi diuitijs affluens, sed diuinus, & diuinas tribuens opes, paupertatem verò in hoc seculo & verbis & factis docens. Hoc intelligens diuus Paulus has voces emisit: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt vos illius inopia diuites essetis. Eum Mesiã expectabant antiqui patres, eius aduentum cupiebant fideles, de eo vaticinabantur diuini vates, cuius sanguine erant mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ, qui erat infinitam hominum multitudinem è tenebris erpturus, & fidei, atque gratiæ lumine illustraturus. Sed quoniam in eum credere Iudæi noluerunt, fuerunt à Romanis obsessi, & victi, & in miseram seruitutem redacti. Et de hac obsidione & euersione potest totum hoc caput

Luc. 19.

put explanari. Eam præuidens dominus lacrymis profecutus est, quando, vt refert diuus Lucas, videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Si cognouisses & tu, &c. Per primos trecentos & nonaginta dies super latus sinistrum intelligitur tempus obsidionis, per quadraginta verò, quibus quadraginta anni significantur, intelligitur tempus, quod inter mortem Christi, & Hierosolymæ per Titum Vespasianum filium Vespasiani euersionem interfluxerunt. In ea obsidione tanta fuit fames, teste Iosepho libro septimo de bello Iudaico, vt nec cingulis, nec calciamentis abstinerent, & coria scutis detracta manducauerint. Et, quod dictum quidem horrendum, auditu autem incredibile videtur, quædam mulier Elezari filia propriũ filium suum fame coacta occidit, & comedit. Viã urbis plenæ erant mulieribus exanimatis, & infantibus ac senibus mortuis, & adolescētibus palpitantibus. Quidam præ fame penitus excedebant è vita, alij veluti mortuorum vmbre inter defunctorum cadauera versabantur, & vbi eos mors occupabat, ibi cadebant. Captiuorum, qui toto bello comprehensi sunt nonaginta & septem millium inuentus est numerus, mortuorum verò vndecies centum millia. Cum enim pascha esset Iudæorum, & ex multis oppidis multi ad festum congregarentur, fuerunt subito bello circumfusi, & in ciuitatem veluti in carcerem coniecti. Hæc omnia Flavius Iosephus natione Hebræus, testis oculatus literis mandauit, vt essent perpetuis monumentis consignata. Eusebius in libro de temporibus breuiter sed egregiè super hoc philosophatur. Oportuit, inquit ille, iisdem diebus paschæ eos in vrbe includi ad suam ipsorũ cædem, quibus saluatorem cruci affixerunt. Aequũ fuit, & iusto dei iudicio effectũ, vt illi eo tempore interirent, quo immaculatũ illum & cœlestem agnũ

ad interitũ falsis criminibus vocarũt, & vulneribus confectũ crudeliter occiderunt: Perspicuũ est enim, fuisse Christũ die paschæ Iudæorũ occisum. Et quoniã perfidi Iudæi nec cœlestem patrem, nec eius filiũ vnigenitũ venerati sunt, imò nec cognouerunt, quia cognoscere noluerunt ob malitiã suã obcæcacionem, dicente Christo discipulis suis: Hoc facient vobis, quia non nouerunt patrem, nec me: ideo de illis Vespasianus pater & Titus filius triumpharunt: vt Paulus Orosius libro septimo suarũ historiarum grauitè & sapienter annotauit. Eius enim ad literam hæc sunt verba: Pulchrum & ignotũ antea cunctis mortalibus, inter centum & viginti triumphos, qui à condita vrbe vsque ad id tempus acti erant, hoc spectaculũ fuit, patrem & filium vno triumphali curru vectos, gloriosissimã ab his, qui patrem & filium offenderunt, victoriã reportasse. Hæc ille. Nos autem, qui totum hoc caput de Hierosolymæ per Titum & Vespasianum obsidione & euersione etiam interpretamur, deum vehementer obsecramus, vt nos à mundo, de mone, & carne vndiq; obsessos eripiat, atque de ijs hostibus triumphantes, cœlestique splendore fulgentes, ad vitam immortalem perducatur.

Annotations ex hebræo in caput quartum.

ET ponas arietes in gyro. Pro arietibus est in hebraico אַרְיֵי צֶמֶד carim. Nomen צֶמֶד significat agnũ, arietẽ, principẽ seu ducem. Vnde illud Esaiæ: Emitte agnũ domine dominatorem terræ. Poterat etiam verti: Emitte ducem domine dominatorem terræ. Hic enim erat dux ille, de quo prædixerat Michas ad Bethlehem dirigens sermonem: Ex

G te

te enim exhibit dux, qui regat populū meum Israel. Ideo R. Dauid hunc Ezechielis locum ita vertit: Et pones ducēs in circuitu. Ut ostenderet esse Hierosolymam à ducibus Chaldaeorū obfidendam.

Et uiciam. In hebraico est in plurali. **כוסם** cussimim. Est quoddā leguminis genus dictū zea, siue spelta, ut ait R. Dauid. Speltæ autē duo sunt genera authore Dioscoride libro secundo capite 80. alterū simplex, alterū duplicis grani. Symmachus et Aquila in prima editione habent zeas. Sūt qui existiment esse legumen illud, quod Lusitanē appellatur eruilha. Septuaginta habent: **όλώραν**, pro quo versio Complutensis desumpta ex Græco habet filiginē. Et Theodorus filiginem etiā vocat: tamen si alij auenam interpretentur. Vt cū que sit, genus est vilis leguminis, ex quo cum alijs præcipiebat deus Ezechieli, ut panē vilem & cibarium conficeret.

Conteram baculū panis. Septuaginta pro baculo panis habent **σπριγμα αρτου**, pro quo Latinus interpretes vertit: firmamentum panis. Symmachus & Theodotus, & Aquila in secunda versione habent **σπριγμα**, quod idem ferē est. In hebraico est **מתח** matteh, quæ dictio virgam significat, ut Numer. 17. Accipe ab eis virgas singulas. Et Ezech. 7. Floruit virga, germinauit superbia. Sed quoniam dictio hæc significat etiā declinationem & iniustitiam, poterat illud verti: Floruit declinatio siue iniuria. Ita R. Ionah hunc locum interpretatur. Et videtur pulchra eius expositio, nam sequitur: & germinauit superbia. Significat etiam robur, firmamentum, & sustentaculum, ut in psalmo: **Omne firmamentum panis contriuit.** Ac si diceret: Fecit deus ut deesset frumentum, quod est firmamentum humani corporis, ut omnes fame laborarent. Vtinam hæc panis egestas non op-

primat etiam Christianos. Panis hic verbum dei est, de quo potest illud psalmographi explicari: Et panis cor hominis confirmat. Et id, propter quod lamentabatur Ieremias: Paruuli petierunt panem, & non fuit, qui frangeret eis. Ac si diceret: Infirmi & insipientes, qui non valent intellectu comedere fortes & excelsas diuinarum literarum sententias, & arcana atque alta mysteria, petierunt à viris doctis, ut panē verbi dei sibi frangerent, & comminuerent, sacram illis scripturam explanantes, & non erat, qui hoc facere vellet. Multis hodie posset hoc accommodari, qui cum alios docere deberent, dediti ventri & somno vitam silentio, turpique otio transeunt, & debitos labores contemnentes indebitis voluptatibus ducuntur. Eam ob causam multis in locis deest panis hic, ob cuius penuriam debilitati multi in interitum ruerunt: & ut ait Esaias, nobiles interierunt fame, & multitudo siti exaruit. Et non solum multi panem euangelicæ doctrinæ non gustant, cum se euangelicos appellent, sed etiam sanctissimum eucharistiæ sacramentum, panem illum diuinum, panem viuum, qui de cælo descendit, penitus negarunt, & fidem catholicam relinquentes Ocolampadij, & Caluini, & cæterarum huiusmodi pestium hæreticorum Capharnaitarum perfidiæ adhæserunt. Aiunt enim cum Capharnaitis: **Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?** Nos verò captiuemus intellectum in obsequium Christi, qui dixit: Hoc est corpus meum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hæc Christus, hæc ipsa veritas. Non potest mentiri veritas. Verbum domini manet in æternum. Vide quid dicat Ioannes Damascenus: Non est figura panis & vini, corporis & sanguinis Christi. Absit hoc. Sed est ipsum corpus domini deificatum, ipso

ipso dño dicente: Hoc est corpus meum: non figura corporis, sed corpus, nō figura sanguinis, sed sanguis. Hæc ille. Idem Cyprianus martyr indicat in sermone de cœna domini dicens: Panem angelorū sub sacramento māducamus in terris, eundē sine sacramento manifestius edemus in cœlis. Explicās Augustinus illam psalmi inscriptionē: Psalmus Dauid, cum mutaret vultū coram Abimelech, & dimisit eū, & abiit, ac locū illum ex libris Regū iuxta editionē septuaginta interpretū pertractans: Ferebatur in manibus suis: Hoc verò fratres, inquit, quomodo possit fieri in homine, quis intelliget? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorū portari potest homo, suis manibus nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Dauide secundū literā, non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suū aiebat: Hoc est corpus meū. ferebat enim illud corpus in manibus suis: seipsum itaque ferebat Christus in manibus suis. Hęc Augustinus. In psalmo septuagesimo primo, qui de Christi tempore non solum iuxta Christianorum, sed etiam iuxta Hebræorum sententiam explanatur, sunt hæc verba literis mandata: Erit firmamentum in terra in summis montiū. Vbi diuus Hieronymus pro firmamento vertit memorabile triticū. Et Reuelinus ait vocabulū hoc hebraicū significare placentulā frumētī. Et R. kimhi ait esse massam frumētī. In hebraico est **בפת** pissath bar, hoc est particula seu placenta frumenti: dictio enim bar frumentū significat absq; cōtrouersia. Significat etiā filiū, & puritatē. Vnde id quod est in psalmo: Apprehendite discipulam, verti potest: Apprehēditē, siue disculamini filiū, siue puritatē. Ac si dicat Amplectimini, & summē diligite Messiam, qui est filius dei, & ipsa puritas. Potest etiā verti: Seruite frumēto, hoc est

Christo, qui est panis vite. Vnde verba illa: Erit firmamentū in terrain summis montiū, possunt rectē verti ex hebræo: Erit placēta tritici in terra in capitibus montiū. Tharghū habet: Erit panis confortās in terra. Paulus episcopus Burgēsis citat quādā paraphrasim Chaldaicā, quæ ita habet: Erit placēta tritici in capitibus sacerdotum. Quæ interpretatio est absq; dubio admirabilis: est enim sanctissimi sacramēti altaris diuina vaticinatio, in quo sub specie placētulæ tritici, sub specie panis, & massæ triticæ cōctæ præsens nobis adest Christus, verus deus, & verus homo. Rectē quidē iuxta Hieronymi versionē memorabile triticū hoc sacramētū appellatur, cum sit panis viuus, et diuinū manna, de quo ait Christus: **Qui manducat meā carnē, & bibit meū sanguinē, habet vitā æternā.** Et verē ait Tharghū esse panē confortantē, cum de illo dicat diuinus Paulus: **Omnia possum in eo, qui me cōfortat.** Et verē ait paraphrastes Chaldaeus, esse hanc diuinā placētulā in capitibus sacerdotū, quoniam super eorū capita hostia cōsecrata eleuatur, ut populo in missæ sacrificio ostendatur adoranda. Et R. Achilas trāsferit locū illum psalmographi in hunc modū: Erit panis substantialis in terra in capitibus montiū. Et R. Ionathas: Erit sacrificiū panis in terra in capite mōtiū. Quæ omnia diuino eucharistiæ sacramēto accommodātur. Hæc est panis diuinus, hic est cibus cœlestis, hoc est pignus æternæ nostræ beatitudinis, & sumæ felicitatis. Cum deus sit summē bonus, & eā ob causam summē communicatiuus, & sui diffusiuus, decebat se nobis summē cōmunicare. Quæ maior poterat esse cōmunicatio, q̄ post discipulum suū, post ascensum in cœlū manere nobiscū in sc̄to eucharistiæ sacramēto? Nō passus est eius amor, ut à nobis corporaliter discederet, quin nobiscū sacramentaliter maneret, ut eū videremus sub accidētibus, sub speciebus panis & vini, ut eum

81. 1101

-er

81. 1101

Num. 17.
Ezech. 7.

Psalm. 104.

Psalm. 103.

Thren. 4.

Psalm. 33.

1. Reg. 21.

Esa. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

2. Corin. 10.

Mat. 26.

Ioan. 6.

Esa. 40.

Psalm. 71.

Psalm. 2.

Ioan. 6.

eum coleremus, & māducaremus, vt in ipso maneremus, & ipse in nobis. Ipse enim ait: Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hunc diuinū cibum, hūc panem cœlestem reiecerunt nostri tēporis hæretici, filiquis porcorū seipso pascentes, dolisq; dæmonum suam pestilentem sectā sustentantes. Christi charitatem immensam negarunt, eiusq; infinitæ pietatis splendore maculare voluerunt. O rem indignā! ô scelus detestandum! Nihil vnquā sol vidit indignius. Quid dicam? Quò me vertā? Quæ res vnquā gesta est maior, quā Christū nobis seipsum relinquere in sacramento? Quò vltra poterat amor accedere? Quid diuinus, quid gloriosus, quid ac cōmodatus hominum memoriæ sempiternæ? Memoriam fecit mirabilium suorū misericors & miserator dominus, escā dedit timentibus se. Et tamen hęc escam, hoc magnificentissimū beneficium, hoc amplissimum munus irridet Calumnistæ, & Bucceristæ, & Oecolampadistæ tenebris circūfusi, & in caligine obscurissima versati. Quemadmodū Nabuzardan princeps militiæ Nabuchodonosoris Hierosolymā euertit, & templi vasa profanauit, sic nostri tēporis hæresiarche principes militiæ diaboli ecclesiā Christi conātur euertere, & sacra templi vasa, hoc est sancta ecclesiæ sacramēta non à Salomone, sed à Christo constituta penitus delere, aut saltē maculare. Nabuzardan sonat sermonē alieni domini, seu alieni iudicij. Tales sunt hæretici, quorū sermo non est Iesu Christi domini nostri, sed alieni domini, hoc est diaboli, quem Christus principem mūdi appellauit. Hunc sequuntur perditī homines, rectorē tenebrarū, & dñm impiorū, quam ob causam non est mirū eorum iudiciū alienū esse à veritate, ab ecclesia, et à Christo. Te pcor clementissime deus, vt eorū animos splendore veritatis illustres, ne tot homines

Psal. 110.

4. Reg. 25.

Ioan. 12.
14.

ad imaginem tuā creati ex errorum tenebris, in quibus versantur, ad caliginē æternā præcipitetur. Aperi eorum oculos, incende amore tuo eorū volūrates, ne in flāmas inextinguibiles æterni barathri proijciantur. Proijciētur enim, nisi tu eos illuminaueris, & ad fidem sanctæ ecclesiæ Romanę perduxeris. Quoniā te ipsum panem diuinū reliquerunt, & baculū panis, de hoc hic loquitur Ezechiel, repudiarunt.

Et contabescunt in iniquitatibus suis.. Pro iniquitatibus est in hebræo: **אונן** auonam. quę dictio iniquitate significat, & pœnam. Vnde illud psalmographi: Appone iniquitatem super iniquitatē eorum, verū potest: Appone pœnam super iniquitatem eorū. Ac si dicat: Puni eos domine iuxta eorum flagitia. Quare poterat locus hic Ezechielis ita transferri: Et contabescunt in supplicijs suis.

Psal. 68.

Argumentum capitis. V.



Um Hebræi diuina monita cōtemnerent, essetq; eorum ratio obscurata flagitijs, & voluntas constrieta sceleribus, & animus à mente diuina penitus alienatus, voluit deus eos vlci sci, vt tãtorum maleficiorum pœnas luerent. At tanta est eius misericordia, vt prius illis pestem, & ferrū, & flammā minaretur, quò se ad illū conuerterent, eiusq; misericordiā imploraret. Eam ob causam præcepit Ezechieli, in quo tunc diuinū quoddam & fidei & vaticinationis lumē elucebat, & charitatis flāma ostēdebat, vt illis Hierosolymā euersionē prædiceret, & sub pilorū enigmate eorum interitum & exilium nuntiaret.

Caput. V.

Et

A



AT tu fili hominis sume tibi gladium acutū, radentē pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & diuideseos. Tertiam partem igne cōbures in medio ciuitatis iuxta completionem dierum obsidionis. Et assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam disperges in vētum, & gladium nudabis post eos. Et sumes inde partium numerū, & ligabis eos in sūmitate pallij tui. Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & cōbures eos igne, & ex eis egredietur ignis in omnē domum Israel. Hęc dicit dñs deus. Ista est Ierusalem, in medio gentiū posui eā, & in circuitu eius terras. Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia, quā gentes, & præcepta mea, vltra quā terræ, quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hęc dicit dominus deus. Quia superastis gentes, quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta iudicia gentiū, quæ in circuitu vestro sunt, nō estis operati, ideo hęc dicit dominus deus.

EXPLANATIO.

ET tu fili hominis. Totum hoc caput cōrinet enigma quoddam pilorū, quò vastatio Hierosolymę significatur. Gladius acutus siue rasorius, hoc est noua

la, est dei volūtas & decretū: caput vrbs Hierosolyma, pili verò, eius habitatores. Hi fuerunt in tres partes distributi: pars vna obiit fame & peste in obsidione, cum Chaldæi Hierosolymā cingentes, eā vndiq; oppugnarēt: altera gladio hostiū: tertia verò fuit per orbem terrarū dispersa, quę dederat se fugē ob Chaldeorum metū. Mortui fame & peste intelliguntur per capillos igne cōbustos, oc cisi ferro significatur per capillos cōcisos gladio, qui verò se in fugā contulerūt, per capillos in ventū dispersos ostēduntur. Est autē ænigma figura, cum per occultam rerū similitudinē obscura sententia significatur, vt infra capite trigesimonono: Dic omni volucris, & vniuersis auibus, cunctisq; bestijs agri &c. Et primo capite Ioānis: Ecce securis ad radicem arboris posita est. Cur autem Ezechiel appelletur filius hominis, ostendimus secundo capite.

Infra. 39.

Ioan. 1.

Et duces per caput tuum. Hoc est, dabis operam, vt tonforis manu per caput tuū ducatur.

Stateram ponderis. Hoc est, iustam & æquam, aptam ad ea ponderanda, quæ non populari quadā trutina, sed aurificis statera examinantur.

In medio ciuitatis. Nimirum in qua habitas: non intelligit Hierosolymā, quia Ezechiel erat tunc temporis in Chaldæa, sed urbem quandam, quam tēpore illo incolebat. Vel intelligit urbem illam, quam ex dei iussu descriperat in latere, vt capite præcedēte explicuimus, per quam Hierosolyma significabatur.

Ignem combures. Famis ac pestis afflictionem cōparat cum ardore ignis: inedia enim reddit homines nigros & squaledos, & pestis eos febre comburit.

Et gladium nudabis post eos. Hoc est, significabis esse illis vitā ferro eripiendā. Multi ex Hebræis Babylonios fugientes se in Aegyptū cōtulerunt. Sed Nabuchodonosor Babyloniorū rex intrauit Aegyptum, vbi eos partim occidit, partim in-

vin-

4. Reg. VI.
Jerem. 42.

vincula cōiecit, & captiuos in Chaldea inde abduxit. Lege quartū Regū, & Ieremiam hęc omnia narrantem.

Et sumes inde paruū numerum. Ex illa ter-
tia parte pilorum, quos in vētum disper-
ges, fume exiguum numerum, quos in
ora vestistuz ligabis, & ex illis cōijcies
aliquos in ignem, vbi incendio flagrēt:
ex quibus egredietur ignis Iudæorū po-
steritatem comburens. Sensus est: Ex
magna Iudæorum multitudine, qui ex
Aegypto & Iudæa fuerint in Chaldaã
abducti, pauci Hierosolymã reuertentur,
veluti in pallio reseruati. Et ex ijs
nōnulli calamitatibus & ærumnis pre-
mētur, ob quas aliqui se gentiū regibus
tradent, eos ad Hierosolymæ vastitatē
excitantes. Totū hoc impletū fuisse di-
uina narrat historia. Nā fuisse Iudeos in
Iudeã ex Chaldea reuersos, & in ædifi-
cāda & instauranda Hierosolyma labo-
res incredibiles subiuisse, est in libris Es-
dræ literis mandatū. Præterea deseruisse
nōnullos ex Iudæis patriã, & Antio-
cho tyrāno, alijsq; regibus adhæsisse, qui
reges à perfidis & fugitiuis Iudæis cōci-
tati Israelis populū ad excidiū & vasti-
tatē vocabāt, & odio incēsi, superbiaq;
inflati eū penitus delere conabātur, est
in Machabeorū libris monumentis cōfi-
gnatū. Postea verò tāta fuit inter Iudeo-
rum magnates Hircanū & Alexandrū
dissensio, tāto odio mutuò ardebant, vt
occasionē Pompeio præberent Iudeam
expugnādi. Quæ omnia sunt à Iosepho
in libris & de Antiquitate, & de Bello
Iudaico apertis monimētis testata. Ex
illis ergo egressus est calamitatū ignis
in omnē Israelē. At ego existimo dixi-
se hoc prophetā propter Phariseos, qui
ex illis Hebræis descendētes de Christo
occidēdo cogitarunt, & in eius cædem
acriter vigilauerūt. Tanta fuit eorū cæ-
citas, tāta fraudes, tot flagitia, vt ei, quē
ne voce quidē offendere deberēt, interi-
tū machinarent. Homines ad omnia sce-
lera paratissimi, Christū seruatore, quē

Esd. 1. & 2.
libro.

Mach. 1. &
2. libro.

colere debet ēt vt patrē, venerari vt do-
minū, extimescere vt iudicem, sequi vt
ducē, sitire vt fontē bonorū omniū, eū
contempserunt, summis cruciatibus af-
fecerūt, & falsis criminibus in odiū et cę-
dem crudelissimā vocarūt. Quā ob cau-
sam deus eos à perfidia & obstinatione
recedere nolētes ærumnis terribilibus
oppressit, ciuitatē Hierosolymã fundi-
tus deleuit, & eius agros penitus vasta-
uit. In tantā ignis flāmam fuerūt Iudæi
cōiecti, in tot ærumnis versati, vt tā du-
ra tormēta, tam asperā captiuitatē, tam
insuetā ignominia, tam inauditos cru-
ciatus ferre nullatenus valerent. Hi igitur
pharisei sunt illi, ex quibus egres-
sus est calamitatis incendiū, quo popu-
lus Iudaicus miserē flagrauit.

Hęc dicit dominus deus. Reddit causam
iræ dei in populum Iudaicum.

In medio gentiū posui eam. Erat enim Iu-
dæa gentibus idolorū cultricibus circū
data. Vel dicitur Hierosolyma esse in
medio gentiū, hoc est in medio terræ:
nā est in quarto climate terræ habitabi-
lis, in septē climata diuisa. Et hic idem
ppheta eā capite trigesimo octauo vni-
uersalium terræ appellauit. Et psalmogra-
phus: Deus aute rex noster ante secula
operatus est salutē in medio terræ. Ac si
diceret: Dei filius vnigenitus à cœli fa-
stigio ad terrā descēdēs humanā induit
formā, & in Iudæa natus est, ibi docuit,
ibi fuit vulneribus affectus, ibi fuit mor-
tuus, & sepultus, & redditus ad vitā, ibi de-
niq; operatus est ea humanæ redēptio-
nis mysteria, quibus homines, qui in ca-
ligine versantur, diuino lumine lustra-
ret, & à morte ad vitam perduceret. Et
quoniā hęc hominū salus, hęc redēptio
fuit in Iudæa, quæ est in medio mundi si-
ta, tanquā in teatro peractā spectanti-
bus mortalibus, ait diuinus vates eam à
deo fuisse in terræ medio effectā. Ter-
ra Iudææ à parte orientis cingitur Asia,
ab occidente Europa, & mari Mediter-
raneo, à meridie Africa, à septentrione

Inf. 38.

Psal. 73.

Sci-

Ioan. 3.

3.

Scythia, Armenia, & cunctis Ponti na-
tionibus. Et ita manet in medio terræ
collocata. Qui enim pro mundo passus
est, pulchrum fuit, vt in medio mudi pa-
teretur. Sic deus dilexit mūdū, ait diuus
Ioannes, vt filium suū vnigenitū daret,
vt omnis, qui credit in eum, nō pereat,
sed habeat vitam eternam. Et quoniā
deus est veluti centrum, à quo deducit
tur linea pulchritudinis circuli, dece-
bat, vt in medio spheræ terræ genus
humanum redimeret.

Quia superastis gentes. Subaudi, flagitijs
& sceleribus. Quasi dicat: quia multo
estis peiores gentibus idolorū cultri-
cibus, & legem meam contēpsistis. Vel-
lic: Quia cum ope mea de gentibus im-
manitate barbaris, numero infinitis, for-
titudine potentibus, bellicarū munitio-
num copia abundantibus victoriam re-
portaretis, tanta estis ingratitude con-
taminati, tanto scelere cōstrieti, vt me
ipsum contēneretis, & præcepta atque
iudicia mea repudiaretis.

Iuxta iudicia gentium. Hoc est, infideli-
ores estis ipsis infidelibus: nā geres idolo-
rū superstitionibus deditæ deos suos ve-
nerantur, & amplectuntur, vos autē me
despexistis, & pro nihilo putastis, & cō-
mētiōrū deorū vanitatē coluistis, vos
iplos perfidia maculātes, & in recto dei
cultu, puraq; religione perseuerare no-
lentes. Vellic. Non eā viuendi rationē
tenetis, quam etiā gentes lumine natu-
rali lustratæ iudicant esse tenendā: ipse
enim monēt ad vitā felicem pertinere,
iustitiā colere, eorū autē consuetudinē
declinare, qui nō solum se maculis cōta-
minant, sed alios cōtaminare, & ab ho-
nesta viuēdi ratione conātur abducere.
Vos autē neutrū horū efficitis. Quare
multo estis illis detestabiliores. Hūc es-
se existimo germanū huius loci intelle-
ctū. Poteris etiā per capillos superuaca-
nea intelligere. Explicās diuus Augusti-
nus psalmū quinquagesimū primū ait,
capillis intelligi rerū superfluitates, &

quia sine sensu præciduntur, ideo qui ani-
mo deo adherēt, ita habēt hęc terrena
tanquā capillos. Hęc ille. Qui pauperū
miserentur, illisq; subueniūt, mulierē il-
lam euangelicā imitatū, quæ Christo
pedes lachrymis ablatit, & capillis terfit.
Pedes Christi pauperes sunt, quæ sunt
capillis tergis, cum quæ habes superflua,
in eorū elemosynis cōsumis. Accipit
dū & gelatū in vase minutis foraminibus
& fistulis pleno, est integrū in vna
tāta residente parte, si autē est igne li-
quefactū, omnia implet foramina. Red-
ditur copia frigore auaritię gelata, est
in arcula nemini utilis: at si diuini amoris
igne liquefit & funditur, fluit ad om-
nes inopū partes, & indigentibus sub-
ueniēs implet omnia paupertatū fora-
mina. Eodē modo cor humanū absq; a-
more diuino frigidū & gelatū est: diu-
no autē amore incēsum liquefit & fun-
ditur, omnibusq; inopijs desideratū sub-
uenire. Vnde ait in Canticis sponsa. Ani-
ma mea liquefacta est, vt dilectus locu-
tus est. Et psalmographus: Factū est cor
meū tanquā cera liquefēs. Et rursum:
Emitte verbū suū, & liquefaciet ea, fla-
bis spiritus eius, & fluent aquæ. Et quia
homines nefarij, scelerūq; vinculis attri-
cti cum viris iustis & pietate præstanti-
bus lites intēdūt, eosq; affligūt, & spoliāt,
& varijs calamitatibus cōturbare nitun-
tur, nō illis pietatē eripiūt, nō animi for-
titudinē, nō virturē, nō cōstantiā, nō de-
niq; ea, quæ sunt verē bona, & immorta-
talē pariūt memoriā, suntq; ad cōsequē-
dā æternā beatitudinē necessaria, sed
opes & magistratus, quæ omnia possunt
superflua vocari, quæ gentiū philosophi
ludibria Fortunę appellarunt, cum vita
etiā hęc, vt ait Aurelius Augustin⁹, aliā
vitā cogitatib⁹ sit cū superfluis cōnume-
rāda, ideo impij cū nouaculis rasijs ca-
pillis superfluos refecātib⁹ cōparātur.
Vnde aduersus Doegū hominē scelerū
maculis notatū ait propheta: Quasi no-
uacula acuta fecisti dolum. Qui in alios
exci-

Luc. 7.

similitudo.

2. m. v.

Cant. 5.

Psal. 21.

14. 7.

iii. 21.

21. 27. 5.

Psal. 51.

excitat pcellas, seipsum in anima, alios autem non nisi in corpore lædit, imò se ipsum tantum lædit. Id intuens quidam philosophus, qui Græcorum philosophia literis latinis illustravit, aduersus flagitiosum hominem aiebat: Iactam & immissam a te nefariam in me iniuriã semper duxi, peruenisse ad me nunquã putauit. Hoc ideo dixit, quia sceleratus ille solum illi capillos, hoc est superuacanea eripperat. Si ab offenso petenda est uenia, a seipso eam petat, qui alium lædere existimauit, nam se ipsum læsit, sibi absque dubio intulit detrimentũ. Sed ah miser, quos inter scopulos fragilem cimba agis, qui alius detrimentum mole ris! Significat etiam capilli inanes cogitationes. Vt enim anima gignit cogitationes, ita caput capillos. Ideo ait Eucherius fuisse iustum a deo libro Numerorum, ut leuire pilos omnes suos abradere. Et diuus Gregorius in Moralibus, Caput inquit, tũ deere est cogitationes superfluas a mente resẽcare. Iacto igitur hoc fundamento, dicimus, per hos pilos, quos nobis hoc loco deus nomine Ezechielis præcipit, ut ex capite præcidamus, & ponderemus, superuacanea omnia tam in opibus, quã in cogitationibus significari. Ea debemus abradere, & ponderare in iusta statera, & quã superflua nobis sint, quã varia, quã incerta, quã fluxa, mentis oculis intueri. Hæc autem animo percipiẽtes ea debemus gladio & igne consumere, & maculas ob illa contractas lachrymis & pœnitẽtia delere, ea verò in pauperes distribuere, ut iustitiam perpetuò manentem consequamur. Ita enim ait diuinus ac regius vates: Disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. In libro secũdo Regum est literis consignatum Absalonem multo ex prælio fugientem fuisse in quercu per capillos suspensum. Capilli erant eius delicia, & illi mortem eidem obtulerunt. Mulus, cui infederat, pertransi-

uit, & ille mansit suspensus: cõtra quem Ioas dux exercitus equum concitauit, & in eius corde tres hastas infixit. Quid per Absalonis capillos nisi inania, & superflua intelliguntur, quæ uanis mortalibus perniciem parant? Futilis res est homo, & imago quædam uana & adũbrata, & ut ait propheta: Vniuersa uanitas omnis homo uiuens. Igitur homo est inanis, & mulus mundi gloria: transit gloria, & remanet id, quod est inane, nam mulus transit illo in aere manente. Et, ut ait diuus Ioannes: Mundus transit, & concupiscentia eius. Que rebat miser homo ille gloriam inanem, sed aufugit gloria, & remansit inane. Ioas, hoc est mundus, tribus hastis eius cor traiecit: nam quicquid est in mundo iuxta diui Ioannis sententiam, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ: Sed considera dei iudiciũ: Volebat Absalon terram acquirere cœlo contempto, & per summum scelus regnum terrenum cõparare: at nõ solum cœlũ amisit, sed terram, quia in aere mortuus est, capillis suspẽsis, nec cœlũ attingens nec terram. Permittit aliquando deus, ut qui cœlo spreto solum ad terrã aspirant, neutrum consequantur. Ideo ait deus: Querite primò regnum dei, & iustitiam eius, & omnia alia adijcientur uobis. Nos igitur capillos præcidentes, & superuacanea resẽcantes mundi uanitates contẽnamus, & ad cœlestia aspiremus.

Ecce ego ad te, & ipse ego faciã in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciã in te, quod non feci, & quibus similia ultra non faciã ppter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedẽt patres suos. Et faciã in te iudicia, & uẽtilabo vniuersas reliquias tuas in omnem

ven-

uentum. Idcirco uiuo ego, dicit dominus deus. Nisi pro eo, quòd sanctum meum uolasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam: & non parces oculus meus, & non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame cõsumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam uerò partem tui in omnẽ uentum dispergam, & gladiũ euaginabo post eos. Et complebo furorem meum, & requiescere faciã indignationem meam in eis, & cõsolabor. Et scient, quia ego dominus locutus sum in zelo meo, cum impleuero omnem indignationẽ meam in eis. Et dabo tibi in desertum, & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis. Et eris opprobrium, & blasphemia, exẽplũ, & stupor in gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ, quæ ego dominus locutus sum: quando miserunt mortifera, & quas mittã, ut disperdam uos. Et famem congregabo super uos, & conteram in uobis baculum panis. Et immittã in uos famem, & bestias pefsimas usque ad internecionem. Et pestilentia & sanguis vastabunt per te: & gladium inducã super te. Ego dominus locutus sum.

Ecce ego ad te. Subaudi, veniam iratus. Et ipse ego faciã in medio tui iudicia. Idest, sumam de te pœnas, debitas illas quidẽ & iustas. Dicens iudicia, ostendit sententiam fore iuxta ueritatem, & iram non excedere pœnarum mensuram.

In oculis gentium. Idest uidentibus cunctis gentibus.

Et faciã in te, quod non feci. Hoc est, maiores ultiones de te sumam, quã usque huc sumperim de nationibus alijs. Maiores mihi pœnas dabis, quã gentes infideles. Sed nunquid non exterminauit deus Chanaanos? Nonne submersit Aegyptios? Verum est: sed maior ultio est eijcere filium e domo paterna, quã aduenam, atqui populus Israeliticus erat filius, alij autem aduenæ. Ita enim in Exodo aiebat deus. Filius meus primogenitus Israel. Et per Oseam: Ex Aegypto uocaui filium meum. Et per Esaiam: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

Et quibus similia ultra non faciã. Sed non ne tempore Titi & Vespasiani a superioribus calamitatibus oppressi fuerunt? Fuerunt quidem, sed flagella illa non fuerunt similia, sed maiora: hoc autem loco non dicit deus: Non faciã uobis ultra maiora, sed similia. Poteris etiam respondere pœnam hanc, quam hic deus minatur Iudæis, de illa intelligi, quam ipsi in obsidione & captiuitate per Titum iurẽ luerunt. De ea ait Christus apud Matthæum: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Aut certẽ intelligitur hoc de utraque, nimirum de Babylonica, & de Romana. Sed si de sola Babylonica intelligere uoueris, nulla erit etiam contradictio, nam particula, ultra, in diuinis literis non semper designat a parte post perpetuitatem, sed interdum in signum aliquam temporis durationẽ. Libro quarto Regum scriptum inuenies: Et ultra non uenerunt latrunculi Syriæ in terram Israel. Et tamẽ postea

H ve-

Num. 8.

Psal. III.

2. Reg. 18

Psal. 38.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 2.

Mat. 6.

sup. 4. d. & inf. 14. d.

Exod. 4.

Ose. II.

Esa. I.

Mat. 24.

4. Reg. 6.

Genes. 35.

Esa. 2.

similitudo.

Ephes. 2.
Esa. 9.

ps. 116.

d. 238.

venerunt, vt ex eodem capite apertissimè constat. Et in Genesi est literis mandatum apparuisse deum Iacobo de Mesopotamia reuerso: ei que dixisse: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et tamen scimus eum postea Iacobum fuisse appellatum. Et Esaias loquens de pace, quæ viguit in aduentu Messiae tempore Octauiani Augusti, cum Christus deus noster à summo cœli vertice in terram descendit, ait: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercitabuntur vltra ad prælium. Quod ita effectum est, nam aliquo tempore tanta viguit pax, vt ostium templi Iani Romæ clauderetur iussu Augusti, quod non nisi in summa pace fiebat. Nam quemadmodum aduentante aquila auium regina cæteræ aues alas submitunt, & in pace quiescunt, pugnare non audentes, sic adueniente e cælo aquila illa diuina, Christo deo nostro, rege regum, & domino dominantium, reges terræ quieuerunt, quoniam ille apparebat, qui est vera pax, de quo ait apostolus: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Quem Esaias principem pacis appellat, qui a cœli veniens fastigio terras lustrauit, mortalium animos turbulentis meribus concitatos sedauit, & pacem illis spiritus mirabiliter tribuit. Fuisse autem templum Iani clausum ab Augusto Octauiano asserit Suetonius: Tranquillus in eius vita, quod ab vrbe conditum nunquam nisi semel, aut bis clausum fuisse asseuerat. Fuit autem templum illud à Numa Pompilio conditum, vt apertum in armis esse ciuitatem, clausum verò vigere pacem ostenderet, vt ait in libro secundo instauratæ Romæ Blondus Flavius. Aspicis igitur, particulam, vltra, non perpetuitatem semper, sed durationem quandam temporis aliquando significare.

Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij, &c. Tanta fuit fames in obsidione Hierosolymæ per Chaldæos, vt patres si-

lios comederent, filij autem patres. Hinc ait Ieremias in Threnis: Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum. Et iterum: Melius fuit occisis gladio quam in terfectis fame. Vide quartum Regum de Babyloniorum obsidione. Sin autem hoc de obsidione per Romanos duce Tito intelligere volueris, vide Iosephum libro septimo de bello Iudaico. Poteris tamen hoc ita intelligere, vt dicantur patres comedere filios, & e conuerso, quâdo vtrique vtrisque cibum furripiebant. Qui meum mihi victum eripit, ita vt ego fame consumar, me dicitur occidere. Ita dicitur in Psalmo: Non cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Illi dicuntur populum deuorare, qui eum afficient calamitatibus, ei eripiunt cibum, & substantiam eius inexplebili deuorant cupiditate. Ita intelligitur illud psalmi: Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Et illud: De absconditis tuis adimpleris est venter eorum. Absconditos appellat viros iustos: nam in psalmo, vbi nos habemus: Cogitauerunt aduersus sanctos tuos, habet litera hebræa: Cogitauerunt, seu consultauerunt aduersus absconditos tuos. Et in alio: Abscondes eos in abscondito faciei tue. Vnde diuus Paulus, Et vita, inquit, vstra abscondita est cum Christo in deo. Igitur horum verborum: De absconditis tuis adimpleris est venter eorum: hic est sensus: Homines nefarii, qui libidinum facibus inflammantur: qui se hominum cruore satiant, qui alijs victum eripiunt, qui rapina & maleficio pascuntur, viros pios & iustos deuorant, eos spoliantes, eorumque diuitias in cupiditatum suarum gurgitem profundentes. Aspicis igitur, comedere aliquem esse eius bona deripere, sibi que vedicare. Illud est hoc loco aduertendum deum decora & honesta sibi tribuere non autem ea, que se di-

Thren. 4.

psal. 13.

psal. 26.

psal. 16.

psal. 82.

colof. 3.

Deut. 20.

se digna non sunt. Ideo non ait: Ego faciã, vt patres comedant filios, & filij patres. Sed illis hoc tribuit, dicens: Patres comedent filios &c. Quod autem decorum est, diuinaque maiestate non indignum, seipsum facere dicit. Sequitur enim: Et faciã in te iudicia, & vtilabo vniuersas reliquias tuas. Id in maledictis in Deuteronomio scriptis licet videre: vbi ita ait deus: Glorificantes me glorificabo: qui autem me despiciunt, ad nihilum deducentur. Quibus verbis ostendit eum ijs fauere, eosque ad claritatem & amplitudinem adducere, qui eum laudibus efferunt, qui verò eum contemnunt, à se ipsis euerti, & ad nihilum deduci.

Idcirco vno ego. Quasi dicat: Quoniam o popule Iudaice me grauiter offendisti, teque scelerum maculis cõtaminasti, ideo quemadmodum verum est me viuere, sic verum est, quod dico, nimirum esse te mihi pœnas grauissimas tuorum scelerum daturum.

Ego quoque confringam. Hoc est, tuam gloriam delebo: admirabilem tuam antiquæ dignitatis splendorem extinguam. Inimicis tuis te tradam, & ciuitatem tuam funditus euertam.

Et non miserebor. Hoc est, non desinam te affligere, hoc autem faciam, vt conuertaris, & ad me confugas. At hoc non misereriquid est nisi misereri? Ideo aiebat diuinus psalter: Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Et Habacuch: Cum iratus fueris, misericordie recordaberis. Vnde apostolus, Pater inquit, misericordiarum, & deus totius cõsolationis. Et beatissima dei genitrix apud Lucam: Et misericordia eius à progenie in progenies timetibus eum. Sed quanuis dei misericordia sit infinita, est tamen fatendum esse etiam infinitam iustitiã eius, ne cum misericordie nitimur, iustitiam contemnamus. Qui ob aciem oculorum obtusam non bene respiciunt, vtuntur specillis, vt res illis maiores appareant. Sunt autem specilla vitrei il-

psal. 29.

Haba. 3.

2. Corint. 1.

Luc. 1.

similitudo.

li orbiculi, quos, vt clarius cernamus, oculis admouemus. At transeuntes pontem ligneum arcum, ponentes in naso specilla, existimant latiorẽ esse pontem, & figentes pedes in aere cadunt in profundum gurgitem, vbi miserè obruuntur. Dei misericordia pons est, sine quo ab hac vita fluxa, ad eam, quæ est æterna, transire non possumus. Sed si specillis nostræ superbie, & iactationis, & vanæ fiduciæ vsi fuerim, tantum diuinę misericordie tribuemus, vt nihil diuinæ iustitiæ relinquamus. Et ita scelera sceleribus addentes, & pedes in aerem cõferentes, ruemus ignominiosè, & in barathrum æternę dånationis miserè præcipitabimur. Debemus igitur in diuina misericordia niti, sed ita, vt in diuinã etiã iustitiã intueamur.

Tertia pars tui. Edisserit deus ænigma pilorum.

Et complebo furorem meum. Quid est hoc domine deus? Nonne tu es ille, qui populum Israeliticum ab alijs nationibus tuebaris? qui eorum salutem tutissimam custodia tegebas? Vbi sunt misericordie tuæ antiquæ domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? Cur te domine mutasti? Nonne tu es ille, qui dixisti per Malachiam prophetam tuum: Ego dominus, & non mutor? Es quidẽ, & absque dubio immutabilis es. Tu enim qui hoc asseris es veritas ipsa: & veritas mentiri non potest. Nos sumus qui mutamur, & vento velociores sumus. Dicitur deus nobis esse aliquando mutatus, quia ipsi nos mutamus. Quemadmodum columna modo tibi est dextra, modo sinistra, quia tu situm mutasti, cum illa sit immobilis, & semper vna, sic deus modo tibi est benignus, modo iratus, quia tu à virtute te ad vitium contulisti, cum ille sit semper idem immutabilis & sempiternus. Si in virtutum actiones toto pectore incubueris, habebis diuinam columnam totum vniuersum sustentantem tibi dextram & propitiam, si verò virtuti nuntium remiseris, teque flagitijs contaminaueris, eam

psal. 88.

Mala. 3.

similitudo.

habebis finiftram & iratam. Aspicias igitur nos esse mutabiles, deũ verò immutabilẽ. Imò folus deus immutabilis eft, quæ autẽ fecit, quia ex nihilo funt, mutabilia funt. Et quanquam formæ inuariabiles funt, quòd non pofint eſſe ſubiectum varietatis, ſubijciuntur tamẽ varietati, quatenus ſecundum eas ſubiectum variatur.

Requiescere faciam indignationem meam in eis. Ideſt, permanebit in illis indignatio mea, donec iuſtas pœnas perſoluãt. Loquitur deus more humano, vt eum intelligamus.

Et conſolabor. Ideſt, vlcifcar eorum flagitia. Loquitur eorum more, qui dum vltionem de hoſtibus ſumunt, oblectantur. Hoc hebraiſmo vtitur Eſaias inducens deum in hunc modum loquẽtem: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

Quando miſero ſagittas famis peſſimas. Hoc eſt, cum fame incredibili laboraueritis, cum ego meſſes deleuero. Hęc ſagittę famis funt grandines, locuſtę, erucę, rubigines, & cæterę plagę, quibus fruges læduntur. Quemadmodum herus, cum ei famuli voluntatẽ gerunt, præcipit vetulæ cuidam rei familiaris diſpẽſatrici, vt eis alimẽta omnia neceſſaria largiatur: ſi autem illi eum offendunt, & infideliter agunt, præcipit, vt illis alimenta adimãtur: ſic deus, cuius eſt quicquid eſt, de quo ait diuinus pſaltes: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuerſi, qui habitant in eo, ſi illi obtemperamus, eũq; ſumma, vt par eſt, colimus veneratione, præcipit terrę eius antiquę diſpẽſatrici, vt nobis alimẽtorum tribuat abundantiam: ſi autẽ eũ cõtemnimus, & aduerſus illũ admittere flagitia non dubitamus, præcipit terrę, vt nobis neget alimẽta, nõ producat fruges, nos afflicter acerbiffimẽ, quo ad nos cõuerſi ad ipſum cõfugiamus, ſcelera noſtra cõfitentes & dolentes, eiufq; miſericordiã implorãtes. Cum aliquid volumus anti-

quum eſſe affirmare, dicimus eſſe vetuſtius terra. eſt enim terra antiqua illa villica, quæ domino diſponente nobis neceſſaria miniſtrat.

Et contera in vobis baculũ panis. De hoc hebraiſmo diſſeruiſmus capite præcedẽte, & in explanatione, & in annotationibus ex hebræo.

Et beſtias peſſimas. Quę ſolent ſequi terrę depopulationẽ. Vel per beſtias gentes intelligit immanes & barbaras, ab omni veri dei cultu abhorretes. Ita intelligi poteſt pſalmographi illud. Ne tradas beſtijs animas conſitẽtes tibi. Beſtias appellat infideles homines, & propter ignorantiam, & propter immanitatẽ. Vnde paraphraſis Chaldaica in hũc modũ verſum illũ vertit. Ne tradas populis ſimilibus animalibus ſylueſtribus animas eruditas in lege tua. Accipitur anima pro homine, vt Genefis capi. 46 Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ funt in Aegyptum, fuere ſeptuaginta. Et multis alijs in locis. Nec eſt mirũ diuinas ſcripturas docere homines immanes & inſipientes, & intemperantiam ſtimulis agitados, vocari feras & bruta, cũ etiã gentiũ philoſophi illud etiã tradãt. Reddẽs Socrates cauſam, quare Circe, cũ Vlyſſis ſocios in bruta animalia mutaffet, ipſum Vlyſſem mutare nõ potuerit, ait ideo hoc fuiſſe, quia illi erant incõtinentes & intemperantes, ille verò cõtinẽtia & temperantia præditus. Ita hoc refert Michael Volaterranus. Et quoniã Prometheus fuit ſciẽtia excultus, eãq; homines ſuæ ætatis docuit, à quibus abſtulit imperitiã & feritatẽ, finxerũt veteres poetæ eũ homines creaffe, innuentes eos antea non homines eſſe, ſed feras, & belluas immanes. Ita ſigmentum hoc interpretatur Euſebius in libro de temporibus.

Ego dominus locutus ſum. Acſi dicat: Ne dubites, nã ego dñs, qui fallere non poſſum, hæc aſſero. Sciebat deus ad id cõtumacię & perfidię veniſſe Iudæos, vt

nulla

nulla eos cõſilia à flagitijs abduceret, nulla monita eos ab incepto vitiorũ curſu retardaret, eãque ob cauſam eſſe eos ſuorum ſclerum pœnas duros.

Annotations ex hebræo in caput V.

ET gladium nudabo poſt eos. In nõnulliſco dicibus eſt: Et gladium nudabis poſt eos. At in margine codicum correctorũ eſt, nudabo. Et ita eſt in hebraico, & in græco, & ita habet verſio Complutẽſis, & Pagnini, & Brixiani. Gladiũ nudare poſt aliquẽ hebraiſmus eſt in literis diuinis non infrequens: nam in hoc capite bis eo vtitur Ezechiel: ait enim paulo poſt: Et gladium euaginabo poſt eos: vbi pro nudare & euaginare vnũ & idẽ verbum eſt in hebraico, & in Leuitico capite. 26. Euaginabo poſt vos gladiũ. Significatur hoc idiomate indignatio alicuius irati aduerſus aliquẽ, quem affligit, minitãs illi cædẽ. In hebraico eſt *עֲוָגַנְתִּי* uechereu aric. gladiũ nudabo. Verbũ eſt *רָיַק* raiac, quod ſignificat euacuare & euaginare, euaginato enim gladio euacuatur vagina. Genefis illud cap. 37. Miſerũtq; eũ in cifterna veterẽ, poteſt etiã verti: Miſerũtq; eũ in cifterna vacuam. Ab hoc enim verbo deriuatur nomẽ rec, & in plurali recim, quod ſignificat vacuum. Et quia ſtulti vacui ſunt intellectu, accipitur pro ſtultis. Vnde illud ſecundi Regum: Quasi ſi nudetur vnus de ſcurris, poterat transferri: Quasi ſi nudetur aliquis ſtultus. Et ſecũdo Paralipomenõ: Congregati ſunt ad eum viri vaniſſimi. pro vaniſſimis eſt in hebraico hoc nomen recim. Inde eſt raca, quod ſignificat vilem hominem, futilem, & vacuũ, vt apud Matthæum: Qui dixerit fratri ſuo raca, reus erit cõcilio. Significat etiã verbum hoc effundere, vt Canticorum primo: Oleum effuſum nomen tuum. Vbi nomen accipitur pro fama & claritate. Et quemadmo-

dum effuſo vnguento euacuatur vas, in quo reconditum erat, ſic propagata nominis amplitudine à virtute dimanans, oſtenditur animus, in quo virtus continetur, cuius ſplendor & odor eſt fama ipſa diſfuſa. Vbi vides bonam famã cũ vnguento odorifero, cũ diſfunditur, cõparari. Ea eſt vnguenti excellentis natura, vt cum eſt in vaſe recluſum, parũ aut nihil redoleat, ſed effuſum, ſuauiſſimum odorẽ procul emittat, & tota domus fragrantia repleatur. Sic fama quò lõgius extenditur & propagatur, eò ſuauiorem mittit odorẽ. Creſcit enim indies, & vt ait Latinus poeta: Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. Hęc eſt Pegasus, equus ille alatus, quem veteres poetæ & inſignes philoſophi ex ſanguine Medusæ, quã Perſeus interemit, natum eſſe fictis hitorijs memorię prodiderunt. Meduſa illa mortalibus pernicioſa turpe otium eſt, quod diuus Bernardus ſentinam appellat omnium malorum: & rectẽ quidem, nam vt ait Eccleſiaſticus: multã malitiã docuit otioſitas. Et ingenioſus poeta: Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus. Cum rex Dauid deberet ad bellũ procedere, domi otioſus remanſit, & in illo otio adulterium & homicidium cõmiſit. Vide quã periculofum ſit otioſum eſſe. Vnde ait dominus: Quid ſtatis hinc tota die otioſi: Equus alatus fama eſt, & nominis celebritas & amplitudo, quę ex morte peſtilentis otij, ex cæde illius deteſtandi mõſtri nomine Medusæ ſignificati abſque dubio naſcitur. Interfice otium, & orietur fama. Ideo aiebat Euripides laborem eſſe patrem famę, & Heſiodus virtutẽ per labores incedere aſſerebat. Hęc eſt fama illa, virtutiſq; ſplendor & claritas, de qua ait in prouerbijs Salomon: Melius eſt nomen bonũ, quam diuitiã multã. Et Auguſtinus de doctrina Chriſtiana: Sic doctor bonã eligit vitam, vt etiam bonam nõ negligat famam. Et Caſiodorus epiftole: Laborẽ

H 3 bore

boré quippe nō refugit, qui virtutis gloria cōcupiscit. Occide igitur turpe otīū, & nominis celebritatē cōsequeris, quæ instar effusi odoriferi vnguēti odorem longiūs emittat. Quemadmodū vt globus ferreus extendatur, vt ex eo magna fiat lamina, aut bractea, oportet mitti in ignem, atq; in incude malleo cōtūdi, sic vt fama propagetur lōgiūs, necesse est, vt igne laboris confletur, & molestiarū ictibus tundatur. Et ita nomen cū oleo effuso meritō cōferetur. Poterat etiam Canticorum illud transferri: Instar vnguēti euacuati fama tua: est enim illud effusum à verbo raiac, quod euaginare, & nudare, & euacuare significat. Eo vsus est hoc loco Ezechiel, dicens: Et gladiū nudabo post eos.

Et contempfit iudicia mea, vt plus esset impia quam gentes. Pro & cōtēpsit est in hebraico **מַתְּמֵר** vattermer, à verbo **מָרַר** marah, quod significat rebellare, siue non obedire, vt. 3. Reg. 13. Quia nō obediēs fuisti ori dñi. Pro quo Tharghū habet: Quia rebellasti. Eā ob causam poterat locus hic Ezechielis conuerti: Rebellaui, vel nō obediuit iudicijs meis. Significat etiā verbū hoc mutare: Vnde illud quarti Regū, Vidit dñs afflictionē afflictionis Israel amaram nimis, vertūt nō nulli viderat dñs afflictionē Israelis mutabilem valde, hoc est, quæ in dies in peius mutabatur, & grauior euadebat. Eā ob causam Pagninus & alij nonnulli ita hūc Ezechielis locum vertūt: Cōmutauit iudicia mea in impietates, plusquam gentes. Symmachus habet: Cōmutauit iudicia mea in impietates, quas didicit à gētibus. Ac si diceret deus: Populus Israeliticus leges meas, sanctissimas pro vanissimis gentiū ritibus commutauit, quos ritus nō à me didicit, sed ab idolorū cultoribus. Pro celestibus terrena, pro futuris presentia, pro æternis caduca, pro fumis exigua, pro diuinis humana, pro vero dei cultu demonū venetationē, atq; denique pro bonis malis

simile.

3. Reg. 13.

4. Reg. 14.

Os. 13.

complexus est. Quare incidet in calamitates, & tantorum scelerum poenas debitas persoluet.

Quia superastis gētes, quæ in circuitu vestro sunt Pro superastis est in hebraeo **הִמָּנִיחַ** hamancem, à verbo **הָמַן** hamān, quod significat superare, & multiplicare. Poterat hoc ita verti: Quia multiplicauit vos pręgetibus, quę in circuitu vestro sunt, ideo in præceptis meis non ambulastis. Vt sit sensus: Quia vos auxi, & propagauit familias vestras, vobisq; diuitiarū affluentia largitus sum, cōtra me calcitrastis, & effrenati atq; præfidentes omnia præcepta mea cōtēpsistis. Iuxta id, quod est in Deuteronomio literis mādātū. In crassatus est dilectus, & recalcitrauit: in crassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit deū factore suū, & recessit à deo salutari suo. Septuaginta ita torā hāc orationē verterūt: **ἀνθ' ὧν ἡ ἀφορμὴ ἡμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλω ἡμῶν**. Hoc est, pro eo qđ occasio vestra ex gētibus quæ in circuitu vestro sunt. Ac si dicat deus: Quoniā occasione ad impietates perpetrandas sumpstis ex gētibus, & flagitia multa admistis, ideo mihi poenas dabit grauisimas. Symmachus habet: Quia multitudo vestra fuit ex gētibus, quæ in circuitu vestro sunt. Et ita etiam habet Pagninus. Vt sit sensus: Ideo poenas luetis, quia ad id impietatū venistis, vt nō mereamini appellari populus ex fidei Israele descēdens, sed multitudo ex gētibus idolorū cultricibus procedens. Eundem sensum potest habere versio: Aquilæ ita hunc locū transferētis: Propter eā quod numerati estis inter gentes, quæ vos in orbē cingunt, & circundant. Et licet hæc interpretationes verbis differāt, oēs tñ, si aduertis, in sententiā coherent. **Sactum meum violasti.** Pagninus habet: Sactuarium meū violasti. Sumitur pro tēplo, vt in psalmo: Mittat tibi auxiliū de sancto, & de Sion ruetur te. Ac si dicat: Respiciat deus, quibus fluctibus iacteris, in quibus periculis verferis, quibus

Deute. 32.

Inf. 48.

Exod. 25.

Psal. 67.

1. Corin. 3.

2. Corin. 6.

Psal. 19.

bus calamitatibus premaris: & è sanctissimo tēplo suo, vbi est arca fœderis, ad te mittat auxiliū, & de Sione, vbi est domus arcæ, tibi ferat opē, vitamq; tuā turrisima custodia tueatur. Possumus per sanctum siue sanctuariū intelligere cœlum, iuxta id, quod paulō post subditur in eodem psalmo. Exaudiet illū de cœlo sancto suo. Videtur significare diuinus vates, se per sanctū, è quo deus erat regē auditurus, illiq; opē laturus, intelligere diuini muminis domiciliū sempiternum, de quo ipse deus ait per Esaiās: Cœlū sedes mea est. At significare nomen hoc micdax, quo hic vtitur Ezechiel, templū, indicat idē cap. 48. vbi ita scriptū est: Et erit sanctuariū in medio eius. Et Exo. 25. Et faciēt mihi sanctuariū. Illud autē, quod habetur in psalmo: Mirabilis deus in sanctis suis, vertūt qui dam. Terribilis deus in sanctuarijs suis. Et per sanctuaria templum dei, aut tabernaculū Moyfi intelligunt in tres partes distributū, in porticū, tēplum externum, & oraculum seu adytum. Nos per sanctuaria viros sanctitate præstātes intelligimus, in quibus deus inhabitat per gratiā, de quibus ait apostolus: Nescitis, quia tēplum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autē templū dei violauerit, disperdet illū deus. Tēplum enim dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Vos estis tēplum dei viuī. Cum igitur nōmine templorum siue sanctuariorū ædes sacræ, & viri fideles significantur, perspectū manet & exploratū, id quod hic deus ait per Ezechielē: Sanctum, siue sanctuariū, siue tēplum meū violasti, duos habere sensus: Vnus est: Ideo te o popule Iudaice calamitatibus opprimam, quia tēplum sanctū meum Hierosolymæ, cultui meo dedicatum, vbi ego preces audiebam, & respōsa dabam, violasti, in eoq; gentium idola coluisti. Alter est: Eam ob causam te o Hebræorum popule ad pestē, famem, excidiū, & vastitatē vocabo, quia cum esses

fidelis, fidē abiiecisti, me dereliquisti, & animum à corporis contagio non seuo casti. Vnusquisq; vestrum mētem suā, in qua est veræ nobilitatis sedes ac domiciliū flagitijs deformauit, dei templum, hoc est, seipsum criminū maculis polluit, & maleficiorū vinculis astrinxit

Argumentum capitis. vj.



Scripta superioribus capitibus dura Hierosolyma obsidione & vastitate, quā diuinus vates fore mentis oculis aspexerat, nūc prædicit totius Iudææ euerisionem, esseq; populū ob idolorum cultum grauius puniendū, qui veri dei religione contēpta, ad falsos & commentitios gentium deos confugerat. Variatur tamen fore, vt nonnulli ex Iudæis conuertantur, & à Babylonica captiuitate liberentur.

Caput. VI.



DT factus est sermo dñi A ad me dicēs: Fili hominis pone faciē tuā ad montes Israel, & prophetabis ad eos: & dices. Mōtes israel audite verbū dñi dei. Hæc dicit dñs deus mōtib; & collib; rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladiū, & disperdā excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra. Et deiciam interfectos vestros ante idola vestra. Et dabo cadauera filiorū Israel ante faciem simulachrorū vestrorū: & dispergā

Inf. 36.

ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus vestris. Urbes desertæ erunt, & excelsa demolietur, & dissipabuntur, & interibunt aræ vestra, & confringentur, & cessabunt idola vestra, & coterentur delubra vestra, & delebuntur opera vĩa: & cadet interfectus in medio vestri: & scietis, quia ego sum dñs.

EXPLANATIO.

ET factus est sermo domini ad me dicens: Hebraismus est in diuinis literis frequens, ac si dicat: Locutus est mihi dñs.

Pone faciem tuam ad montes Israel. Hoc est, intueri eos vultu irato, & firmo, estoq; fortis & constans. Soliti erant diuini vates, cum aduersus locū aliquem mala ventura prædicerent, faciem ad illū dirigere truculentā. Vaticinatur Ezechiel aduersus mōtes, & colles, rupes, & valles, quia his in locis erāt aræ idolorū collocatæ, quibus vero deo relicto Iudæi immolabāt. Cum deberet sanctissimū dei nomen, qui eos a Pharaone mirabiliter eripuerat, & in terra promissionis collocarat, per cunctas nationes fama celebrare, & purum dei cultū non solum in Iudæa, sed in alijs etiā terrarū oris propagare, ipsi tamē summis infinitæ cupiditatis stimulis cōcitati, turpiumq; criminū facibus incensi, castissimā dei religionē contempserunt, nullū locū relinquentes, in quo idolis aras nō erigerēt, & demonibus immolarent. Aduersus hæc loca dirigit Ezechiel vaticiniū suū, dicens esse super ea Babyloniorum gladium venturum, qui ea vastet, aras idolorum euertat, & eorum cultorum ante ipsas aras vitam eripiat.

Montes Israel audite verbum domini. Quid ais diuinē vates? Confer sermonē tuum cum hominibus, non autē cū montibus. Cum insensibilia alloqueris, Iudæos autē sensus participes relinquis? At altē spe

ctare si velimus, videbimus apertē Ezechielem ob Iudæorū duritiem, & perfidiā, & contumaciā, iratum ad res insensibiles se meritō contulisse, vt homines multō illis insensibiliores esse significaret. Quærēs alius propheta à mari, quid esset, quod in exitu Israelitarū ex Aegypto fugisset, & à Iordane, cur fuisset retrorsum cōuersus, inducit has creaturas in hunc modū respondētes: A facie dñi mota est terra, à facie dei Iacob. Qui cōuertit petram in stagna aquarū, & rupes in fontes aquarū. Ac si dicerēt: Quid mirū si nos deo pareamus, cum terra multō nobis crassior ei aures præbuerit, & mirabiliter obtēperauerit: Nec solum terra, sed etiam durissimæ rupes fuerint ex eius iussu in fontes aquarū cōuersæ? Figura est prosopopœia, cum mutis rebus sermonē damus. Est enim prosopopœia personę fictio, vt apud Esaiam: Dixit Sion: Reliquit me dominus. Et in libro Iudicum: Iuerunt ligna, & vnixerūt super se regē. Et alio in psalmo significare volens regius vates terræ obedientiā deo, Cōmota est, inquit, & contremuit terra, & fundamenta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniā iratus est eis. Et in alio: Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicium deus. Quid quærīs? Cum Christus se in crucis aræ hostiā pro nobis constitueret, & sanguinē profunderet, atq; vulneribus confusus expiraret, sol obscuratus est, quasi creatoris cædem indignissimam sequeretur luctu, & petra scissæ sunt, quasi frangerētur mœrore: Iudæi autē lætitia efferebantur, eorumq; corda lapidibus duriora nulla contritione frangebantur. Res insensibiles videbantur suo modo sentire, sensus autē cōpotes nō sentiebant. Imperante dño ventis sæuiētibus, & mari exagitato procella, factaq; tranquillitate magna, dicebant homines: Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei? Idem quærūt modò multi à nobis, quis sit hic, quē colimus. Quis est?

Est

Heb. 1.
Luc. 2.

Est filius dei vnigenitus, splendor glorię, & figura substantiæ eius. Est verus deus & verus homo. Est ille, qui natus est ex virgine inter paleas, & reclinatus in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio: qui pro nobis a lapis percussus est, & flagellis sauciatus; qui tormēta crudelissima, & cruciatus acerbissimos nostræ salutis causa tolerāter pertulit, qui tanquā ovis ad occisionē ductus est, & quasi agnus coram tōdēte se obmutuit, qui vniuersi hominum generis flagitia suo sanguine luit, qui tot acerbitates & dolores pro nobis perpeffus est, quot nemo vnquā poterit verbis vllis explicare: Qui in sepulchro mortuus iacuit, vbi ab illis fuit sepultus, qui cū eo gaudia sua sepelierūt. O admirabile spectaculum! Quis vidērat vnquā vitā in sepulchro iacentē? O admirādū sepulchrū! o arca fœderis diuina, in qua fuit absconditus pateris cœlestis! Cū quōdā arca dñi capta à Philistæis ad tēplū Dagonis deferretur, cecidit in terram Dagonis simulachrū. Quæ est anima, in qua non ruat si mulachrū falsæ lætitiæ, & vanitatis idollū, quod peccator fabricatur in illa, si huius sancti sepulchri in eam memoria ingrediat? Quis nō statim contēnet impias mūdi voluptates, videns deū suum pro seipso mortuū & sepultum? Hic igitur est, quē adoramus, cui mare & vniuersi obediūt, cui elemēta seruiūt, cuius vocē res insensibiles suo modo audiūt, cuius pulchritudinē astra cœlestia admirantur. In psalmo, vbi propheta res etiā inanimatas ad diuinas laudes cōcinēdas & prædicādas hortatur, innuens, eas dei volūtati parere, ait: Præceptū posuit, & nō præteribit. Insensibilia & inanimata præceptū sibi à deo positū custodiūt: solus homo est, qui illud renuit custodire. Solus homo est, qui deū audire nō vult, qui eius præceptis, & diuinis monitis nō acquiescit, littore surdior, lapide durior, terra crassior. Hoc intuens Esaias dolore affectus, diuinoq; amore inflā-

Esa. 53.

1. Reg. 5.

Psal. 148.

matus, quasi nesciens quō se verteret, & apud quē haberet orationē, aiebat: Audite cœli, auribus percipe terra, quia dñs locutus est. Et noster Ezechiel: Montes Israel audite verbum dñi. Dolor animi, spiritualis libertas, propta virtus, excelsus animi magnitudo diuinis vates hortabatur, vt relictis hominibus aliquādo cœlū, & terram, & mōtes Israelis, & res deniq; sensu audiendi carentes alloquerentur. Et si Ezechiel esset in Chaldæa, & cū Hebræis in captiuitate detētis sermones conferret, conuertebat se tamen interdū ad res absentes, vtens ea figura, quæ græcè ἀποσποφῆ, latinè conuersio appellatur, cum sermonē à præsentī ad absentem transferimus. Poteris per hos montes, & colles, rupes, & valles homines in his locis habitantes intelligere: vt sit figura metonymia; cum continens pro eo, quod continetur, usurpamus: vt apud Esaiam: Ululate naues maris, hoc est, qui in nauibus per mare cursum conficitis. Et apud Lucam. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, hoc est, o Iudæi Hierosolymę habitatores, qui cædem diuinis vatibus inferitis. Fortasse per mōtes intelligit Ezechiel magnates, illustriq; loco natos, per colles ciues, & homines ordinis equidestris, per rupes milites, per valles homines obscuros & plebeios. Omnibus enim opus est verbū dei audire tā nobilitate aliqua insignibus, quā infimo loco natis: vt sit metaphora, quā Cicero translationē vocat. Poteris nomine mōtiū & colliū mundi sapiētes intelligere, nomine verò rupiū & valliū insipientes: Et si omnes has expositiones recipiat hic locus, tamē eā arbitror esse literę accommodatiorē: quę fuit primo loco explanata.

Et disperdam excelsa vestra. Loca, vbi idola erant collocata.

Et confringentur simulachra vestra. Id est, idola vestra. Vtinā deus idola nostra cōfringat. Id, quod relicto deo colimus, & in quo felicitatē cōstituimus, id est, idola

H 5

Psal. 13.

strum est. In psalmo, vbi nos habemus: Multiplicatae sunt infirmitates eorū, potest accelerauerūt. pro infirmitatib⁹ poteris vertere ex hebræo idola: flagitia enim idola sunt & egritudines. Ambitio, libido, nimia pecuniæ cupiditas, superbia, & cætera eiusmodi scelera eorū sunt idola, qui in illis summū bonū collocarūt, & egritudines, quas philosophi appellāt animi cōtractiones aduerfante ratione, in quas qui incidūt, graui ter egrōtāt, & nō facillē curātur. Id, quod cōmunis editio habet in psalmo: Transierūt in affectū cordis, potest verti ex hebræo: Trāsierūt picturas cordis. Verbū enim maxccioth, quod est in hebraico, cogitationes significat, & picturas siue imagines, siue idola. Sēsus est: Habebāt vani homines in corde imagines diuitiarū & voluptatū, & hæc erāt eorū idola & simulachra. Sed tot, tātāq; fuerunt eorū prosperitates, vt etiā supra spem oīa illis feliciter euenerint, bona enim mundi, quæ illis obuēniūt, superāt picturas & imagines illas, quas in corde habebāt sculptas: Itaq; transierūt vltra, & superauerūt cordis picturas & imagines, ex quibus est illa, de qua dicitur in eodem psalmo: Imaginē eorum ad nihilū rediges. Et licet hoc significet simulachrū & idolum, Ezechiel tamen hoc loco accipit simulachra pro falsorum deorum statuis & imaginibus.

Ierem. 17.

Et deiciā interfectos vestros ante idola vestra. Occidētur Hebræi, falsorū deorū cultores, & eorū cadauera ego prosternā corā altaribus idolorū. Erūt ossa eorū insēpulta, & carnes in vētribus auiū & ferarū sepultæ. Itaq; qui me relicto in idolis sperā posuerint, miserē peribūt, & veluti arbores steriles excidētur, & in ignē æternū præcipitabūtur. Hos cōparat Ieremias cū myrica in loco arido & incultorata. Est enim myrica virgultū abiectum & syluestre, quod nec fructu, nec vmbra affert vtilitatē, nec amœnitatis specie, nec vtilitatē, nec radice medicinā,

aut remediū aliquod salutare, ad nullū vsum reseruatum, nisi ad secandum, & incendio consumendum.

Et dispergā ossa vestra circa aras vestras. Hoc ideo ait, quia tunc qui volebāt loca aliqua polluere, cadauera ibi, aut ossa quæcunq; mortuorū ponebāt. Ideo rex ille Iosias, in quo diuinus fidei splendor prius illis tēporibus mirabiliter eluxit, statuas idolorū cōfregit, eorūq; aras impleuit ossibus mortuorū. Nos etiā demus operā, vt peccata, quæ sunt idola nostra cōteramus, & in anima, quæ est aratorū, ponamus mortuorū ossa, hoc est mortis memoriā, vt mortē cogitātes, & iterū atq; iterum animo repetētes, viuamus in trāquillitate, sedata omnī cupiditatū perturbatiōe. Vt enim apes, cum inter se cōtendūt, & motu aliquo vehementi cōcitantur, iactu pulueris cōponuntur, ita nos, cum exagitamur turbulētis perturbationibus, memoria pulueris, in quē sumus cōuertēdi, & mortis recordatione placamur, appetitusq; longius euagantes, & obedientiā rationi debitā abijciantes, retinemus & comprimimus.

Vrbes deserte erunt, & excelsa demolientur. Vrbes vestre erūt à Babylonijs euerse, & in solitudinē redactæ, & loca eminentia, vbi dæmonibus immolatis, confringentur & desolabūtur. Aspice iusta dei iudicia: Flagrabant Iudei diuitiarū cupiditate, & mūdi gloria, in vanitate constituta, quas ob causas deū verū reliquerūt, & gētū idola adorarūt. At corā ipsa idola & dæmonū simulachra amiserūt diuitias, & nominis amplitudinē. Contra verò qui propter deū diuitias & nominis claritatē despiciunt, eas ipsas res, quas amittere, vt deū nō amitterent, nō dubitabāt, multò præstantiores absq; dubio cōsequunt. Moyses Pharaonis fauorē, Aegyptiq; opes & fastū cōtempfit, & postea fuit ipso Pharaone illustrior & potentior, nam Pharaoni parebāt homines, Moyse verò homines, maria, flumina, rupes, & alia creaturæ. Qui mundi

4. Reg. 23.

Similitudo.

Exo. 1.

Hebr. 11.

Exo. 7.

Exo. 14.

Exo. 17.

di

simile.

di gloriam ardentē quærit, ipsam non inuenit, qui verò eam cōtemnit, ipsam adipiscitur, gloriam enim contemnere est illam obtinere. Hac ratione ductus aiebat diuus Chrysofomus: Cōtemne diuitias, & eris diues, contemne gloriā, & eris gloriosus. Cum olim pictor quidam insignis equum pinxisset, velletq; illi iuxta os spumam depingere, nunquam potuit. Quocirca spongiā, in qua tergebat penicilla, quā manu tenebat, iratus in picturā proiecit, vt refert Plutarchus, vt illam lineret, & macularet, & penitus euerteret. Sed multò aliter euenit, nam spongiæ varijs imbutæ coloribus contactu spumam, quam solers artis magister nequieverat efficere, casu expresit. Vbi existimauit picturam dissipare, eam perfecit. Sic si magno ingenij artificio mūdi gloriam comparare volueris, id efficere non poteris: nam inanem illam gloriam appetere, & inquirere ignominia est: sin autem huiusmodi gloriam spreueris inanem, & in temeritate multitudinis cōstitutam, in eamq; proieceris contemptiois spongiam, veram profectò gloriā consequeris: illa enim falsæ gloriæ abiectio est veræ gloriæ consecutio. Vt arbor, quæ est altioribus defixa radicibus, excelsius fertur in sublime, sic homo, quò profundius per humilitatem abiicitur, eò magis ascendit, & sursum per virtutem eleuatur. Et quemadmodum arbor in vertice montis sita ventorum turbine conuoluitur, & facillē cōuellitur, sic homo, quantò in maiori dignitate est constitutus, tantò maiori periculo est obnoxius. Vnde ait ingeniosus poeta: Summa periculi uor, perflat altissima venti: Summa perunt dextra fulmina missa Iouis. Hæc est vna ex causis, ob quas in euangelio homo cum arbore cōparatur. Cum igitur arbores simus, oportet, vt fragilitatis nostræ consideratione radices profundæ humilitatis longius mittamus, & in valle cognitionis nostræ miseriam

simile.

simile.

Mat. 7.

Mat. 8.

Lu. 3. & 6.

non

statu humili, sed virtutibus florēte cōfisi simus, vt nulla nos procella conuellet, nulla vanitas disperdat, nulla ambitio cōturbet, nulla auaritia cōtorqueat, nullum deniq; tempus nos possit ab humilitate & animi abiectioe, & mundi cōtemptu, & ab honestatis laudibus & ornamentis abducere. Tātò ædificium erit firmius & validius, quantò eius fundamentū fuerit profundius iactum: cum autē philosophi Christianæ fundamētum sit humilitas, quantò ea fuerit profundior, tantò religionis ædificium erit securius & permanentius. At cum Hebræi nō essent in humilitate, sed in vanitate & auaritia fundati, cum vrbes celebres, & magnificas aulas haberē cuperent, nō ob dei honorē, sed ob suam cupiditatē, & iactationē, & superbiam eaq; ob causam excelsa cōstituerent, vbi cōmentitorū deorū simulachra colerēt, omnia pariter amiserunt, nam eorū vrbes fuerunt ab hostibus penitus delæ, & eorū excelsa deiecta, & solo æquata: & qui se in altitudinē superbiæ efferebāt, in profunditatē ignominie ceciderūt: Manet enim firma dñi sententia: Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Luc. 14. & 18.

Et delebuntur opera vestra. Id est statuas idolorum, quas manibus vestris artificiosè conficitis.

Et relinquā in vobis eos, qui fuerint gladiū in gentibus, cum disperfero vos in terris: Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captiui ducti sunt: ga contriui cor eorū fornicans, & regedens a me, & oculos eorū fornicantes post idola sua. Et displicebunt gemet super malis, quæ fecerant in vniuersis abominationibus illis: & sciet, quia ego dñs non frustra loquutus sum, vt facerem eis malum. Hæc

Hæc dicit dominus deus: Percute manum tuam, & allide pedē tuū, & dic: Heu ad omnes abominatio- nes malorū domus Israel, quia gla- dio, fame, & peste ruituri sunt.

Et relinquam in vobis. Hoc est, non oēs interficiemini, sed ex vobis relinquam nonnullos, qui gladiū euadāt Babylonio- rum. Hi ducētur captiui, & inter gentes & nationes barbaras vitā degent, & ibi ad me cōfugient, nullumq; erit tempus, quo apud eos meorū erga populū Israe- lis beneficiorum memoria moriatur.

Hoc ideo ait deus, quia sciebat fore, vt in illa Babylonica captiuitate nonnulli viri detinerentur, qui fide, gratia, & spi- ritu vaticinandi essent illustres, qui diui- ni numinis memoriam, iustitiā, miseri- cordiam, & immensa beneficia colerēt beneuolentia sempiterna. Quod ita eue- nit: nam aliqui non solum dum viuerēt, fuerunt diuino amore incēsi, & immor- talitatis studio inflāmati, sed etiam post mortē monumenta diuinorum benefi- ciorum reliquerunt. Hi videntes dei po- pulum ob eius impia scelera captiuū, & ad maximas calamitatum angustias tra- ductum, & sœuiente ærumnarū procel- la iactatum, nihilq; aliud intuentem ni- si graua pericula mortem horribilē mi- nitantia, eum ad diuinam misericordiā implorandam excitabant, seq; deo to- tos tradebant. Hi fuerunt Ezechiel, Da- niel, Aggæus, Zorobabel, Iesus filius Io- sedech, Esdras, Neemias, & alij nonnul- li, qui ad deum confugientes tanquā ad portum tutissimū, omnem suæ spei an- chorā in illo fixerunt atq; locarunt. Nō nulli etiam ex perfidis Iudæis, qui se fla- gitiorum tenuis maculis contaminaue- rant, deumq; reliquerant, fuerunt in ca- ptiuitate conuersi, & deum inter gentes idolorum cultrices laudibus extulerūt. Ceterum hæc omnia erant figuræ futu- rorum bonorum. Cum Iudæi essent in

culis auaritiæ constricti, & Hierosoly- mæ existentes colerent Babylonē, hoc est mundi confusionem diligerent, om- niq; vitiorum genere se polluerent, & coinquarent, venit Christus deus no- ster à cœli fastigio, ad terram descen- dens, vt mentes hominum, quæ in tene- bris versabantur, diuino lumine lustra- ret, à Babylonica seruitute ad spiritualē libertatem, & ad cœlestis Hierosolymæ amplitudinē reuocaret, & à morte æter- na ad vitam immortalem tandem per- duceret. At eum Iudæi scelerum macu- lis notati contempserant, & ad eandem crudelissimam innocentissimum agnū vocarūt. Quare vtraque morte & tem- porali & æterna eos deuorante fuerunt miserè consumpti, & in pœnas æternas præcipitati. Fuerunt tamen ex illo po- pulo ad Christum conuersi apostoli, & cæteri illi, qui fidē susceperunt. Hi sunt, de quibus prædixerat ijs verbis Esaias: Nisi dominus exercituū reliquisset no- bis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorrhæ similes essemus. Ita hunc locum diuus Paulus in epistola ad Romanos explanat. Paucos illos, qui ex magna illa Iudæorum multitudine Christi fidem amplexati sunt, appellat Esaias semen, volens agricolas imitari, qui cum mensium sterilitatem conque- rūt, aiunt, vix semen superfuisse. Hos appellat etiā reliquias idem propheta, dicens: Si fuerit populus tuus Israel qua- si arena maris, reliquias conuertetur ex eo. Et diuus Paulus in epistola ad Ro- manos: Sic in hoc tēpore reliquie secun- dū electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Appellans Esaias reliquias Israelis eos, qui Christo adhæserant, indicauit non esse Iudæorum populū in Christū cre- diturū, sed tantum paucos ex eo. Id alio loco apertius explicans inducit eūdem Christū ita loquentem: Totā die expā- di manus meas ad populū nō credētem, sed contradicentem mihi. Et Ieremias, Negauerūt, inquit dominus, & dixerūt:

Esa. 1.

Roma. 9.

Esa. 10.

Roma. 11.

Esa. 65.

Ierem. 5.

non

Amos. 5.

Mat. 23.

4. Reg. 2.

Esa. 10.

Tob. 13.

Da. 4. & 5.

non est ipse. Et Amos: Odio habuerunt corripientē, & perfectē loquentē abo- minati sunt. Vnde dñs Iesus dirigens ad Hierosolymā sermonē suū aiebat: Quo- ties volui congregare filios tuos, quē ad modū gallina cōgregat pullos suos sub alas suas, & nolūisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Quibus ver- bis incredibilē Iudæorū ingratiudinē & impietatem ostēdit, & eorū excidiū prædicit. Inipientes & iniqui pueri irri- debant Elisæū in mōtē ascendentē, sed venerūt duo vrsi, qui illos lacerauerūt. Iudæi amentes & impij Christū ad mō- tē Caluarie ascendentem illudebāt, sed venerūt duo crudeles vrsi Vespasianus & Titus, qui eos ad ferrum & flammam vocarunt, & immaniter occiderūt. Ex quibus qui viui relictī sunt, fuerūt in mi- seram seruitutē redacti: quorum postea nonnulli Christi fidē receperunt. Cum igitur ex tāta Iudæorū multitudine pau- ci essent purā Christi religionem acce- pturi, ait hoc loco Deus per Ezechielē se esse nonnullos relicturū, qui eius me- mores essent, qui eius amore incēsi euā- geliū mundo nūtiarent, & infideles ab impia & impura superstitione traduce- rent ad purissimū diuini numinis cultū, plenissimamq; sanctitatis religionem. Ideo ait: Et relinquā in vobis &c. Relin- quam ait, vt ad verbū alludat Esaiæ, qui eos, quos dñs reliquit, reliquias appel- lat, quas cōuertendas prædixit. Sunt qui totū hoc intelligendū dicāt de Babylo- nica illa captiuitate sub Nabuchodono- fore, in qua aiūt fuisse nonnullos, qui dei memores fuerunt, quos deus liberauit à gladio Babyloniorū, vt per eos dei noti- tia esset gentibus perspecta. Ita enim di- xerat Tobias: Confitemini dño filij Is- rael, & in cōspectu gentiū laudate eum, quoniam ideo disperfit vos inter gētes, quæ ignorāt eum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis eas scire, quia nō est alius deus omnipotens præter eū. Hoc imple- tum est in Daniele, cuius doctrina Na-

buchodonosor, & multi alij ad quādam dei cognitionē peruenere. Similiter in Hester, & Mardochæo, qui multos ad veri dei fidē cōuerterunt, & in alijs nō- nullis, qui inter gentes diuini numinis sanctitatem & iustitiā prædicarunt. Hoc aiunt illi, & rectē quidē: sed in eo, quod illud ad mysterium redēptionis nostræ per Christum nullatenus referēdum di- cunt, grauiterrā errāt, & literarum diuina- rum studio indoctē abutūtur. Homines terreni nō se extollūt è terra, & alis altē cognitionis destituti, humi repūt, ad re- rū sublimiū sapiētia haud quaquā volā- tes. Quis nō videt oia illa vmbras fuisse veritatis futuræ, & vt verbis vtar Apo- stoli, oia hæc illis in figura cōtigisse? Nā vt ait idē apostolus. Lex vmbrā habet futurorū bonorū, nō ipsam imaginē rerū. Hoc est, vmbrā habet veri sacrificij, & redēptionis per Christū, nō autē viuā rerū imaginē & expressam veritatē. Ita Chrysofomus hunc locū explanat. Pos- sumus tamē per imaginē rerū, imaginē gaudiorū cœlestiū in gloria æterna in- telligere. Et ad hanc explanationem ac- cedit Gregorius Nazanzenus. Vt sit sen- sus: Lex vetus vmbrā tantum erat, & ob- scura quidem, mysteriorū Christi, & re- rū in nouo testamēto scriptarū: at ipsum nouū testamētū, ipsa lex & vita euāge- lica imago est cœlestiū bonorū, quæ no- bis in vita hac repræsentātur: ad quæ san- cti accedūt, ex hac vita decedētes. Cum igitur teste apostolo ea, quæ Hebræis cō- tingebāt, figuræ essent earū veritatum, quas in lege gratiæ cōspicimus, quis est, qui nō animo percipiat, fuisse Babylo- nica captiuitatē, à qua Iudæi fuerūt libera- ti per Cyrū, figurā captiuitatis peccati, à qua genus humanū fuit ereptū per Chri- stū, & eos qui ex Hebræis deū inter gē- tes nuntiabāt, imaginē apostolorū ges- sisse, qui per orbem terrarum Christi fi- dem prædicauerunt, nisi fuerit Iudæo- rum opinionibus addictus, & à sancto- rum doctrina destitutus?

Hest. 9. & 10.

1. Corin. 10.

Hebræ. 10.

Quia

Quia contriui cor eorum. Id est, quia eis contritionem dedi, dura eorum corda confringens. Cor fornicans appellat, quod verò dei cultu relicto cum idolis coniungitur, ea colens, & amore cõplectens. Oculos similiter fornicantes vocat, qui idola respiciebant, in ea aciem intendentes, atque erga ea amorem significantes. Sumi fornicationem in literis diuinis pro idololatria, nemo est in ipsis vel mediocriter versatus, q̄ nesciat.

Et displicebunt sibi met super malis. &c. Explicat quid sit id, quod dixerat. Quia cõtriuui cor eorum. De ratione contritionis est displicentia. Siue enim accipias contritionem prout est virtutis actus nuncupatus pœnitentia, siue prout est pars sacramenti pœnitentiæ habens ad alias partes relationem, semper est dolor voluntariè assumptus pro peccatis. Est autè duplex cõtritionis dolor, vnus intellectualis, qui est displicentia volũtatis, alter verò sensualis, qui producitur à primo. Sed horũ dolorũ, solus primus est de contritionis essentia. Vt enim voluntatis complacentia requiritur, & sufficit ad peccatum, sic voluntatis displicentia requiritur & sufficit ad contritionem. Nam vnũquodq̄, vt ait Chrysostomus, per quascunque causas nascitur, per easdẽ dissoluitur. Et oportet vt peccatum summè displiceat, quò amor proprius in dei amorè cõuertatur. Si in succensam fornacem ligna arida, & farnẽta incendio apta conieceris, resplendet pura ignis flãma, si autem cõieceris ligna viridia, & iuncos palustres, ardebunt quidem, sed tota fornax erit fumo repleta, & denigrata ob caliginem è fumi densitate productam. Sic cor nostrũ fornax est semper ardens, si illud cogitationibus amoris diuini nutrieris, splendet flãma charitatis, si autè illud cogitationibus amoris tui foueris, totũ fumabit, eritque cœca obscuritate circũfusum. Euanuerũt in cogitationibus suis, inquit diuus Paulus, & obscuratũ est insipiens:

cor eorũ. Fõs & origo omniũ malorũ, & centrũ, vnde lineæ flagitiorũ omniũ dimanant, est amor inordinatus sui. In libro quatuordecimo ciuitatis dei ait Augustinus in hunc sui amorem prius Adamum incidisse, quàm pomũ prohibitũ comederet. Hi duo amores, vt ait Augustinus, duas ciuitates condiderũt, amor dei Hierosolymam, amor sui Babylonẽ. Hic amor proprius est ille, de quo ait Christus apud Ioãnẽ: *Qui amat* animam suã, perdet eam. Et diuus Paulus in epistola secunda ad Timotheum: Erunt in nouissimis temporibus homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi. Et ad Romanos: Debemus firmiores imbellicitates infirmorum sustinere, & nõ nobis placere. Et diuus Petrus in epistola sua secunda eos, qui sui amore ducuntur, iniquos appellat, audaces, sibi placentes. Nulla est verior miseria, quàm suam non cognoscere miseriam. Cõtrã verò pœnitẽtes sibi displicet, dignosq; se esse grauissimis cruciatibus arbitrantur. Sed quò imperfectiores se esse existimant, eò propius ad perfectionẽ accedunt, hæc nanq; est magna perfectio suæ imperfectiois cognitio. Hi torquetur dolore ob admissa peccata, & repudiat nimio illo & inordinato sui ipsius amore, ardenti dei amore incenduntur. De ijs ait hoc loco deus per Ezechielẽ: Et displicebũt sibi met super malis, quæ fecerant. &c.

Vt facerem eis malum hoc. Loquitur de malo pœnæ, non autem de malo culpæ, Ideo pro malo quidã calamitatẽ vertit.

Percute manu tua, & allide pedẽ tuũ. Qui sunt irati & admirati, solent brachia mouere, & manibus aerem aut femur percutere, & pede terrã complodere. His signis volebat deus, vt Ezechiel ostenderet Hebræis, quãta esset aduersus eos ira commotus, & quàm graua supplicia esset deus de illis sumpturus. Vt hoc viso & considerato, scelerum, quorum tam graues pœnas essent daturi, grauitatẽ &

magnitudinem intelligerent. Prædicat igitur diuinus vates obstinatorum excidium & vastitatem.

Et dic, Heu, ad omnes abominationes domus Israel. Hoc est, duces suspiria, & versaberis in gemitu & lamento, & luctum percipies ob Iudæorum scelera, propter quæ sunt grauitè puniendi, & vita priuandi. Si pro morte corporis aliorum ploraturi sumus, quid est pro morte animæ faciendum? Si amicorum exilium lachrymis prosequimur, quò non sint ad tempus patriam visuri, quid sumus pro illis facturi, qui sunt à cœlesti patria ad æternum exilium damnati? Nolite flere mortuum, inquit Ieremias, nec lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur ultra: nec videbit terram natiuitatis suæ. Ac si dicat: Ne prosequamini lachrymis funera vulgi, sed æternum regis vestri exilium in Babyloniam. Infernus est Babylonia, hoc est confusio, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Illi patria expulsi in æternum exilium mittuntur, qui à cœtu sanctorum separati in pœnas æternas relegantur. Deploremus igitur scelera non solum nostra, sed aliena: dicamus cum Dauide: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nõ custodierunt legem tuam domine. Et cum Ieremia. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Fleamus ergo, & insignes scelerũ maculas acerbissimo luctu deleamus. Diuus Ambrosius de obitu Valentini, Pascunt, inquit, frequenter lachrymæ, & mentem alleuant fletus. Id dixerat antea regius vates: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et diuus Hieronymus in Esaïam: Oratio deũ lenit, sed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Diuus Ioannes Chrysostomus in Mattheum hac vtitur similitudine: Vt post vehementes imbres aer purus efficitur, sic &

post lachrymarum pluuias sequitur mentis serenitas, & tranquillitas. Fletus est lauacrum scelerum, & refectio animarum. Tota maris aqua non extinguit vnã prunam purgatorij, & lachrymæ eius prunas & flammam extinguunt. Lachrymis obtinuit Magdalena criminum remissionem, & fratris mortui reductũ ad vitam. Et Christus videns ciuitatem fleuit super eam. Quare nos videntes animæ nostræ ciuitatem sceleribus inquinatam, de qua dixit regius vates: Vidi iniquitatem & conuersionem in ciuitate: die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia: fleamus super illã, & dicetes: Heu, ad omnes abominationes, vim lachrymarũ fudamus.

Qui longè est, peste morietur, qui autè propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur. Et cõplebo indignationẽ meam in eis. Et scietis, quia ego dominus, cùm fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum: in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & sub tus omne lignũ nemorosum, & sub tus vniuersam quercum frõdosam, locũ, vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. Et extendã manum meam super eos, & faciam terram eorum desolatam, & destitutam à deserto Deblatah in omnibus habitationibus eorum. Et scietis, quia ego dñs.

Qui longè est. Id est, qui longè ab hostibus abfuerit.

Et qui relictus fuerit. Subaudi, à peste, & gladio.

Et complebo indignationem meam in eis. Hoc est,

simile.

Rom. 1.

Ioan. 12.

2. Timo. 3.

Rom. 15.

2. Pet. 2.

Ierem. 22.

Iob. 10.

Psal. 118.

Ierem. 9.

Psal. 41.

Similitudo.

est, eos puniã, donec ultus fuero iniurias meas. Non desinam eos opprimere, donec dent mihi pœnas omnium malefactorum suorum.

Et scietis, quia ego dominus. Subaudi, per effectum iustitiæ meę. Ac si dicat: Cum de vobis sumpsero pœnas, iustas illas quidem, vestrisq; flagitijs debitas, tunc vobis erit perspectũ & cognitum, me esse deum omnipotentem, & iustum, & omnia gubernantem.

Cum fuerint interfecti vestri. Idest, cum videritis multos ex vobis occisos inter idola vestra, circa eorum altaria.

Et subtrus vniversam quercũ frondosam. Idest, sub omni quercu condensa. Solebant idolorum cultores, sub arboribus condẽsis & amœnis altaria simulachris idolorum constituere. Cæterum pro quercu habet paraphrasis Chaldaica vlmũ.

Et extendam manũ meam super eos. Extendere manum super aliquem, est illum castigare. Hebraismus est in literis diuinis frequentissimus, de quo in nostris in Esaiam commentarijs copiosẽ disseruimus.

A deserto Deblath. Desertum hoc teste diuo Hieronymo est in terra Emath, vbi Nabuchodonosor mansit, cum eius exercitus oppugnaret Hierosolymam. Hic locus est terminus Iudeę ex vna parte. Est igitur sensus, esse deum vastaturum totam Iudeam per Chaldęos à principio vsque ad finem, à termino ad terminum. At libro quarto Regum appellatur hic locus Reblathah, etiam si in græco sit Deblathã. Et Ieremias, Comprehēderunt, inquit, Sedechiam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath. Fortasse est idem nomen, sed nunc Reblatha appellatum, nunc Deblatha ob librariorum imperitiam, nam apud Hebręos magna est inter has duas literas, d, & r, similitudo. In hebraico enim aliquando est רבלחה aliquan-

do רבלחה. Significat autẽ Reblathah multitudinẽ, seu multa. Sedechias Hierosolymam relinquens, fugiens à templo dei in Reblathah, fuit ibi à Nabuchodonosore oculis priuatus. Qui enim visionem pacis, & animi quietem & securitatem contemnit, & vnitatem relinquens multis se implicat rebus, & varijs atque inextricabilibus mundi negotijs se inuoluit, obcæcatur à dæmone, & vitijs, atque perturbationibus obcæcatus, corruptelarũ illecebris irretitus, atque pestilentibus opinionibus inductus, illud vnum relinquit, quod est supremum ens super omnia entia, de quo est apud Lucam scriptum: Porro vnum est necessarium. De eo ait ita Trismegistus in Pyramandro. 4. Deus vnitas est, vnitas illa, quæ est principium omnem numerum continens, à nullo contenta. Et Pfellus: Vnitas numerus cum non sit, numerorum tamen procreatrix est, fons, radix, & causa multitudinis omnis: expressaque dei imago, qui cum rerum naturalium nulla sit, est tamen rerum naturalium effector. Parmenides Pythagoreus, cum asseruit vnum esse id, quod est, deũ intellexit, si credimus Simplicio. Soli deo veram entis appellationem concedebat, quoniã per se est, omniaque alia per ipsum. Vbi nos legimus in Exodo: Ego sum, qui sum, est in græco. ἐγώ εἰμι ὁ ὢν. Hoc est, ego sum ens. Ab illa igitur vnitatem, ab illo ente & vno, quod est necessarium, quod per se est, qđ deus est, nullo modo discedamus, ne in Reblathah, in multitudine, in distractione, varia mundi negotia & turbulenta disidia statum animarum nostrarum conuellant, & lumen intellectuum extinguant: vt mentis oculis priuati, in æterna caligine versemur. Quimpotius voluptates mundi obliuiscetes, & Hierosolymæ habitantes, ad illum, qui est verẽ vnus, animum tollamus, ad eum mēris aciem intendamus: in eo spem omnium nostrarum cogitationum collocemus.

Annotationes

Annotationes ex hebræo in caput sextum.

Hæc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Pro rupibus est in hebraico אפיקים la aphicim. à verbo פאן quod significat vim sibi facere, vt Genes. 45. Nō se poterat vltra cohibere Ioseph. Ac si diceret: Non poterat vltra sibi vim facere Ioseph: adeo enim amor vicerat simulationẽ, vt non posset lachrymas continere, cum se fratribus cognoscendum præberet. Nam, vt ait in libro de contritione cordis diuus Cyprianus, is amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere nequeat. A verbo hoc deriuatur אפיק aphic, qđ significat rem fortem: ex quo effectum est, vt significaret rupem, quemadmodum hoc loco. Significat etiam regem, quod fortitudine polleat & potestate: vt apud Iob, Baltheũ regum dissoluit. Hoc est, deus potestatem fortiũ, & principum aliquando confringit. Et quoniã aqua tempore nimborum & procellarum defluit cum impetu & vi, accipitur pro torrente, vt apud Iob: Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus. seu, vt potest verti ex hebræo: Amici mei fesellerunt me, instar torrentis, qui raptim decurrit in conuallibus. Vt enim torrens hyeme impetu magno fertur, fluens vehementi aquarum abũdãtia, cum aqua necessaria nō est, sed æstate arefcit, cum aqua desideratur, ad quem viatores sitibundi accurrentes spe potus failũtur: sic fictus amicus multa tibi promittit tempore prosperitatis, cum tibi omnia ad voluntatem fluunt: at sæuiente aduersitate penitus arefcit: & tu si ad illum in afflictione tua confugas, eris spe potus deceptus. Vt enim vmbra eũ sequitur, qui solis radijs illustratur, sin autem sol

lateat, pressus nubibus, statim aufugit vmbra, & penitus euanescit, sic fictus amicus eum comitatur, qui opum aut gratię principũ splendore illustratur, & nominis celebritatem consequitur: sin autem in calamitates inciderit, & fuerit diuitijs, & nobilitatis ornamenti spoliatus, eum confestim deserit, & pro nihilo putat. At verus amicus semper est idem. Vnde Salomon in prouerbijs, *Prouer. 17.* Omni, inquit, tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Et Ecclesiasticus: Non cognoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. Et diuus Augustinus libro 83. quæstionum: Nihil sic probat amicum quemadmodum oneris amici supportatio. Et Isidorus libro 3. de summo bono: In prosperitate incerta est amicitia, nec sentitur vtrum persona, an felicitas diligatur. Et Boetius libro 3. de Consolatione: Quem felicitas amicũ facit, infortunitum facit inimicũ. Vnde aiebat Aristoteles libro septimo Moralium Eudemiorũ, tẽpus indicare quis sit, qui vero amore amicũ prosequatur. Et Periãder, vt refert Diogenes Laertius: Aurum igne probamus, amicum autẽ in aduersitatibus discernimus. Et Ouidius libro primo de Tristibus elegia octaua: Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tẽpora si fuerint nubila, nullus erit. Vt hirundines verno tempore adsunt, sed adueniente frigore recedunt, ita adulescentes amicorum personam induentes tranquillo vitæ tempore, in statu florente, in rebus prosperis, & ad voluntatem decurrentibus presto sunt: sed si hyemem calamitatis viderint, omnes euolabunt. Ideo eos Iob cũ torrentibus comparauit: vbi pro torrentibus vsus est hoc nomine aphic. Cum autem nomen hoc & rupem significet & torrentem, potest hic locus Ezechielis variẽ verti. Ex quo effectum est, vt & Latinus interpres & septuaginta trãstulerint rupes; Pagninus verò & alij

I non-

nonnulli torrentes: Poteris per torrentes quemadmodum per rupes viros intelligere fortitudine præstantes, & sibi ipsis vim inferentes. Et ita et si varient vocibus editiones, consentiunt tamen sententia.

Quoniam contriui cor eorum fornicans. PRO contriui est in hebræo נִכְבַּרְתִּי nixbarthi. Verbum est שָׁבַר, quod significat conterere; vt apud Esaiam: Contriuit dominus baculum impiorum. R. Dauid hoc Ezechielis loco ait verbū hoc esse passiuū, quam ob causam illum ita vertit: Contritus sum, quod illorum cor fornicans sit. Et Pagninus: Contriui me propter cor eorū fornicans. Loquitur deus more humano, ostendens se esse ob Iudæorum scelera affectum macerore. Nilominus tamen communis versio recta est, & iure defendi potest. Significaretur verbū hoc emere, vt Genes. 41.

Omnes prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerēt escas. Eam ob causam potest hic locus ita verti, & recte meo quidem iudicio: Quoniam emi eorum cor à me recedens, similiter eorum oculos à me distractos, & auersos. Vt sit sensus: Eorum cor, quod se dæmonibus tradiderat, eorumque oculos, qui vanitibus seruiebant, ego emi: eorum animos & oculos meos feci, cum antea essent mūdi, dæmonis, & carnis. Homines ex impijs cupiditatibus veluti cōflati, sceleribus imbuti, nefarijs illecebris voluptatibusq; deliniti nihil habēt suū, nec cor, nec oculos, nec manus, nec pedes, cum omnia hæc vanitatibus & impietatibus tradiderint, & anime hostibus mācipauē. At viri iusti omnia hæc habent: imò omnia eorū sunt, dicente apostolo: Omnia vestra sunt, vos autem Christi. Ideo sui sunt, quia Christi sunt. Hæc est spiritualis libertas, de qua ait apostolus: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Qua libertate, vt alibi ait idē apostolus, Christus nos liberauit. Ille nos emit, vt sui essemus, vt illi seruiētes regnaremus: ser

uire enim deo regnare est. Ideo ait diuus Paulus: Empti enim estis pretio magno. Et diuus Ioannes in Apocalypsi de iustis loquens, Hi, inquit, empti sunt ex hominibus, primitiæ deo & agno. Et diuus Petrus in epistola sua prima: Nō corruptilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Cum igitur hic Ezechielis locus de illis intelligatur, vt in explanatione ostēdimus, qui se ad Christi fidem conuerterunt, illos autē Christus emerit, perspicuum est, posse locum hunc, ita vt diximus verti, cum verbum hoc emere significet, & qui loquitur, Christus sit.

Et displicebunt sibi met propter mala, quæ fecerunt. Pro displicebunt est in hebraico נִכְבַּרְתִּי venacottu, à verbo שָׁבַר cut, qđ significat succidere, vt sit sensus: Succidentur à facie sua, hoc est pudore afficiētur. Significat etiam verbū hoc litigare & contendere: Qua ratione ductus R. Menachem vertit: Et litigabunt vnusquisq; secum ob admissa scelera. Vnde psalmi illud: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, transferri potest: Quadraginta annis cōtendi & litigavi cum hoc Iudæorū populo in deserto. Ita habet Tharghū. Et in hanc sententiam vertit ex hebræo diuus Hieronymus, dicens: Quadraginta annis displicuit mihi generatio illa. Ex hac verbi æquiocatione orta est versio nū varietas: nam septuaginta habent: Et plantent ante faciē suam. Pagninus: Et succidentur à facie eorum. Alij: Et secum pugnant. Quæ omnia cum versione cōmuni coincidere videntur, quæ habet: Et displicebunt sibi met.

Percute manum tuam, & allide pedem tuū. In margine librorum correctorum est: Percute manu tua, & allide pede tuo. Pagninus vertit: Percute femur manu tua, & extēde lutū pede tuo. Pro allide re est

re in hebraico verbū פָּרַחַח, quod significat firmare & extendere, vt apud Esaiam 42. Firmans terram. Vel, vt alij vertunt, extendens terrā. Et quoniam cum ferrū extenditur, percutitur, ideo verbum hoc significat percutere & allidere: & quoniam qui percutit pede lutum, illud extendit, vertit Pagninus: Et extēde lutum pede tuo. Tharghū habet, Conculca terram sub pede tuo. Vnde illud psalmographi: Vt lutum platearum delebo eos: poterat verti: Vt lutū platearum conculcabo eos, vel percutiā eos, vel extendam eos. Et quoniam cœlum est extensum & expansum, ideo rachiagh cœlū significat, vt Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum.

Vbi accenderunt thura redolentia. Septuaginta habent: Vbi dederunt illic *ὄσμην ἰωδίας*, hoc est odorem suauitatis. Qui dam vertunt ex hebræo: Vbi obtulerūt odorem quietis. Odorē quietis appellat propheta gratum & suauem: nihil est enim quiete & tranquillitate iucundius, nihil gratius, nihil præstātius. Hæc animi quietem appellabat Democritus summā huius seculi felicitatem. Diuus Augustinus de ea loquens ait: In rebus creatis nihil gratiosius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil vtilius possideri. Qui tranquillitatē hanc obtinent, beatitudinē illam consequuntur, de qua ait Christus deus noster: Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Si dei vocantur filij, qui pacis sunt amatissimi, erūt proculdubio à cōtrario sensu diaboli filij, qui animi fluctibus & perturbationibus concitati nullam habent quietem, nullam tranquillitatem: sed pacem confundunt, & cōuellunt. Imò ipsi confunduntur, & conuelluntur, & pereunt: omne enim quod est, tandiu est, quandiu vnum est, ens enim & vnum cōuertitur. Cum autē homines inquieti, dissidia & contentiones quærentes, & non solum cū alijs, sed etiā secum pugnant, se distrahant, & dissoluant, &

in varias partes fundant, & separēt, perspicuum est eos vnitatē nō habere, nec vnum esse, & ex consequenti non esse. Si nulla est domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma, quæ si concordia caruerit, non odijs ac dissidijs funditus euertatur, qui fieri potest, vt homo diuisus, cōtentiosus, ex contrarijs diuersisq; inter se pugnantibus naturæ studijs, & discordijs quasi conflatus possit ita existere, vt vnum quippiam appelleretur? & non potius edificiū euersum & ruptum dicatur? Id intuens Plato in libris de republica asseueratē affirmat nihil esse ciuitati perniciosius diuisione, nihil vtilius pace. Pacem amantes deū pacis auctorem amant, & nō modò cum hominibus, & secum pacē habēt, sed cum virtutibus & probis moribus, cum bellum perpetuū inferāt vitijs & impietatibus. Et ita eam animi quietē & securitatem possident, vnde vera dignitas efflorescit.

Argumentū capitis. VII.



Apote superiore descripsit bella à Chaldaeis aduersus Hebræos concitata, & Hierosolymam pernitius euertendam. Nunc prædicit finem totius Iudææ cito venturum, huiusq; excidij & vastitatis causam designat.

Caput. VII.



Factus est sermo domini ad me dicēs: Et tu fili hominis: Hæc dicit dominus deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te: & immittā furorem meū in te: & iudicabo te iuxta vias tuas:

& ponam contra te omnes abominaciones tuas. Et non parces oculus meus super te: & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominaciones tuas in medio tuerunt: & scietis, quia ego dominus. **B** Hęc dicit dominus deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit. Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus: propè est dies occisionis, & non gloria montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te, & iudicabo te secundum vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. Et non parces, oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominaciones tuas in medio tui erunt: & scietis, quia ego sum dominus percutiens.

EXPLANATIO.

Et factus est sermo domini ad me. Explicatum est hoc idioma capite præcedente. Id autem, quod sequitur: Et tu fili hominis, capite secundo.

Finis venit. Hoc est, iam interitus imminet, & vastitas totius regionis Israelitarum super omnes quatuor partes Iudæ: nam tota vastabitur ab oriente ad occidentem, ab aquilone ad meridiem. Hoc vaticiniū fuit literis mandatū anno quinto principatus Sedechię ab Ezechiele in Babylonica captiuitate detentō, & impletū fuit anno vndecimo eiusdem Sedechię, quando ipse fuit captus, & tota terra Iudę euersa, & penitus vastata. Itaq; inter vaticiniū hoc & eius

effectū sex tantum anni interfluxerunt. Ideo ait imminere dei vltionē, ne Iudæi, qui Hierosolymæ erant, hanc euerfionē tēpore nepotū suorū post longā posteritatē futurā esse existimarent.

Et iudicabo te iuxta vias tuas. Hoc est, nō in iustē, sed meritō punieris. Pœnas tuis sceleribus debitas mihi dabis. Vt peccatorū sunt turpes & flagitiosæ viuendirationes, quæ ad inferorū tenebras & cruciatus æternos ducunt. Ideo non hęc ait deus: Animaduertā in te iuxta vias meas, sed iuxta vias tuas. Ita apud Oseam: *V*isitatio dñi super Iacob iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius reddet ei. Iudæorū flagitia, & vitiosam vitæ institutionē appellat vias & adinventiones eorū. Beatus vir, inquit psalmographus, qui nō abiit in cōsilio impiorū, & in via peccatorū non stetit. Et Salomō in prouerbijs: Via impiorū tenebrosa. Vnde de Ioāne Baptista prædictū fuerat: Vox clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Non ait: Parate viam vestram, sed viam domini.

Et ponam contra te abominaciones tuas. Hoc est, ponam coram te scelera tua, vt ea mentis oculis aspicias. Particula, contra accipitur sæpe pro è regione, vt in psalmo: Et peccatū meum cōtra me est semper. Hoc est, peccatū meum assidue video, semper corā me habeo, dies ac noctes mihi ante oculos versatur. Et Ecclesię. 6. Si humiliauerit se cōtra te. Et Matthæ. 27. Sedentes cōtra sepulchrū. Nec solum hoc est in literis diuinis, sed etiā humanis, vt apud Vergiliū: Vrbs antiqua fuit, Tyrī tenuere coloni, Carthago, Italiam cōtra. Hoc est è regione Italia. Ait igitur deus se esse positurū è regione Iudæorum, siue corā ipsis eorum impia facinora. Ita in psalmo: Arguam te, & statuā contra faciē tuam. Ac si diceret: Ostendā tibi flagitia tua, & statuā te corā te, vt ea valeas aspiciere. Poteris etiam hęc Ezechielis verba ita intelligere. Ponam aduersum te hostes, qui te

oppugnent, & ad excidiū vocent. Hi autem hostes sunt flagitia tua, quæ tibi perniciem machinabuntur. Eodē modo calamitates, in quibus respublica Christiana versatur ob crudelia bella, quæ Turci & Sarraceni nobis inferunt, peccatis nostris fouetur. Scelera nostra aduersus nos pugnant, & ob nostra delicta expetit à nobis pœnas deus noster. Cessent flagitia nostra, & prælia, clades, & strages cessabunt. Vt ignis pyræ magnæ se dabitur, & tandem extinguetur, si ligna subtraxeris, sic Christianorum afflictio cōsumetur, si eorū peccata cessauerint. Peccata nostra ligna sunt, quibus infidelium pyra aduersus nos fouetur, & in dies inflāmatur. Hęc peccata nostra sunt hostes nostri, quos deus statuit ante oculos nostros, vt eos intuentes detestemur, & ad ipsum dñm toto corde cōuertamur.

Et non miserebor. Vt pius ac solers chirurgus volens tabida ægroti vulnera incidere, putridasque carnes resecare, aut cauterio adurere, nō misereatur in firmi, vt eius magis misereatur, cum morbū sectione vel vstiōe curare velit, sic deus celestis ille medicus, & diuinus chirurgus percutit, vt sanet, secat, & vrit, vt curet: ferit, quem diligit, & vt illi medeat, castigat, vt ait apostolus, omnem filium, quē recipit. In libro Deuteronomij ait deus: Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Et per Amos prophetā loquens cum Israelitis, Tantummodo, inquit, vos cognoui ex omnibus cognatiōibus terre, ideo visitabo super vos oēs iniquitates vestras. Hoc est, vlciscar, & puniā omnia flagitia vestra. Visitare enim aliquādo punire est iuxta illud psalmi: Si iustitias meas prophanauerint, & mādāta mea nō custodierint, visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum. Misericordiā autem meā non dispergam ab eo, nec nocebo in veritate mea. Vel, vt potest verti ex hebreo: nec fallam illi veritatem meam. Ac si dicat;

Si se scelerū maculis cōtaminauerit, animaduertā in illum, at miserebor eius, & promissis stabo: dedi enim fidē, me esse illius miserturū. Vbi vides dei flagellum misericordiā esse. **Q**uanto filij Israelis in Aegypto acerbioribus calamitatibus premebatur, tanto magis credebant. Nec enim solum sceleratos homines, sed iustos interdū deus calamitatibus exercet, vt virtutem suam ostendant. Si volueris vim & sapiētiā gubernatoris nauis intelligere, attende sæuētem pelagi furorē. Vt enim in mari fluctibus ingentibus exagitato ostenditur nauicularij prudentia & animi fortitudo, sic vir pietate & religione insignis in medijs ærumnarū tēpestatibus, cum in mille discriminum vrgeatur procellis, tum suam patientiā, & animi altitudinem, & firmā in virtute constantiam declarat. **D**avid ærumnis afflictus, fugiēs à facie Absalonis iactas in seipsum contumelias à ferro suo equo animo tulit, æterna nobis tolerantiz monimētā relinquēs: at obtēta victoria, inani quadam gloria elatus populum iussit recēdere, qua in re deum offendit, quapropter fuit populus grauiter punitus. **A**spicis igitur calamitatis vtilitatem, & tū deum misereri nostri, etiā cum nobiscū nulla vti misericordia videatur. Vide, quæ capite quinto explicuimus, hęc eadem verba ibi sita explanantes. Et non miserebor &c.

Vias tuas ponam super te. Quoniā leuia reputas peccata tua, ego ea ponā super te, vt eorum sentias pondus & grauitatē. Id fecerat deus Dauidi dicenti. **Q**uoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Vide quemadmodū sceleris admisi pōdere grauabatur. At videre licet multos hac nostra ætate ex omnium ferē flagitiorū colluione natos, omniumque turpium facinorū maculis inustos, qui ita securi viuunt, ita gestiūt, ita animi lætitiā efferuntur, ac si

deum vnquam offenderint. Tanta mē
tis cæcitate laborant miseri, vt grauissi-
ma scelerū pondera, scēdissimas animæ
labes nō videāt, nec quantū distēt à pu-
ritate & præstantia Christianæ religio-
nis cōsiderent. Poteris etiam peccatum
pro peccati pœna intelligere, iuxta id,
quod est quarto Genesis capiti manda-
tū: Si malè egeris, statim in foribus pec-
catū tuū aderit. Ac si de⁹ diceret Caino:
Si scelus admiseris, statim aderit puni-
tio & pœna peccati: si te flagitio pollue-
ris, pœnā illius iustā persolues. Horū igi-
tur dei verborum, quæ sunt hic ab Eze-
chiele literis mandata, hic est sensus:
Ponam super te ô popule Iudaice pœ-
nas, quas lues pro tuis impijs sceleribus.
Accipi vias pro moribus suprâ ostendi-
mus.

Genes. 4.

Abominationes tue in medio tui erunt. Hoc
est, affligam te pro meritis, & pœnā ma-
lesicijs tuis debitam persolues.

Afflictio vna, afflictio ecce venit. Calami-
tas singularis, qualis antea nō fuit, te op-
primeret, & iam quidē propè est. Vel cre-
britatem calamitatū se contingentium
vnā calamitatē appellat. Vt enim coti-
dianas febres adeò crebras vt finita vna,
altera cōfestim incipiat, ita vt se inuicē
attingant, vnā febrem cōtinuā dicimus,
sic ærumnarū multitudinē, & frequen-
tes procellarū perturbationes mœrore
cotidiano lacerātes vnā miseriam appella-
mus. Huic expositioni fauet paraphrasis
Chaldaica ita habēs: Multa mala tibi ad-
uenient. Vnde alij vertūt: Calamitas ca-
lamitatem excipit. Voluit deus signifi-
care esse Iudæos omni miseriarū gene-
re cōficiendos, nihilq; esse tam miserū,
tam asperū, tam metuendum, quod illi
non essent perpeffuri.

Simile.

Finis venit. Profert sepe eadem verba,
eam replicans sententiā, vt populū scele-
ratum vrgeat ad pœnitentiā, eumq; ve-
luti ab obliuionis somno dormientem
excitet, & à sceleribus reuocet, & ab-
ducatur. Solent enim qui dolore premun-

tur, verba, quibus calamitatem suam
ostendunt, sæpenumero repetere. Bat-
tologia est, sed necessaria verborum re-
dundantia.

Excipiet aduersum te. Idest, excitabi-
tur aduersum te finis tuus, ac si hucusque
dormirer.

Venit contritio super te. Hoc est, calami-
tas te cōfringens, atque miserè compri-
mens iam imminet, iam tibi ferrum &
flammam minitatur: iam securis ad radi-
cem posita est.

Qui habitas in terra. Nimirū Israelis. Vel
sic. Euerteris omnino tu, qui non cœ-
lum colis, sed terrā, qui in terra, quæ est
exilium, tanquam in propria & perpe-
tua patria, mundi diuitias quæris, stimu-
lis cupiditatis concitatus, & ad gloriam
aspiras fluxam & inanem, atque tetris
ignominia maculis deformatam. Hu-
iusmodi hominibus minitatur eternam
damnationē aquila volans dicens apud
sublimem aquilam volantem: *Væ, væ,*
væ habitantibus in terra. At viri pieta-
te præcellentes, studioque immortalita-
tis flagrantēs in terra vt hospites & pe-
regrini vitam degunt tanquam in di-
uerforio, non tanquam in domicilio,
vt potè qui mortem expectent, & ita vi-
uant, ac si essent propediem è vita ex-
cessuri. Id intelligens Dauid has voces
emisit: vt literæ diuinæ in libro primo
Paralipomenon memoriæ prodiderūt: *Peregrini sumus coram te domine, &*
aduenæ sicut omnes patres nostri.

Apoc. 8.

1. Paral. 29.

Dies nostri quasi vmbra super terram,
& nulla est mora. Hanc sententiam re-
petit in psalmo dicens: *Ne fileas, quo-*
niam aduena sum ego apud te, & pere-
grinus sicut omnes patres mei. De qui-
bus ita ait in epistola ad Hebræos diuus
Paulus: *Iuxta fidē defuncti sunt omnes*
isti non acceptis repromissionibus, sed
à longè eas aspicientes & salutantes, &
confitentes, quia peregrini sunt & hos-
pites super terram. Et in epistola se-
cunda ad Corinthios ait idem aposto-
lus

Psal. 38.

Hebr. 11.

2. Corin. 5.

lus

lus: Dum sumus in corpore, peregrina-
mur à domino. Reliquum est, vt ad deū
aspiremus, & dicamus cum diuo Paulo:
Conuersatio nostra in cœlis est. ne ter-
ræ habitatores dicamur.

Philip. 3.

Et non gloria montium. Hoc est, venit
tempus, quando ô Iudæa in montibus
tuis nulla erit lætitia, nulla gloria. Qui
in montibus fuerint, percipient luctus,
& in gemitu & lamentis versabuntur.
Hoc ideo dicit, quia solebant Hebræi in
montibus ludos exercere, & in honorē
idolorum dies festos celebrare.

Et scietis, quia ego sum dominus percutiens.
Hoc est, tunc me esse deum cognosce-
tis, cum iustitiam meam fueritis exper-
ti. Ita Hebræi à serpentibus ignitis la-
cerati deum cognouerunt, & diuinam
misericordiam implorarunt. Et impius
Manasses in vincula Babyloniorū con-
iectus, atque calamitatibus vndiq; cin-
ctus, ad dominum confugit, scelera sua
cognouit, & ardentēs preces mittens in
cœlum, fuit à domino exauditus. Vnde
scriptum est in libro Nehemiæ: In tribu-
lationis tempore clamauerunt ad te do-
mine, & tu de cœlo exaudisti eos. Vt
enim vna ad vinum proferendum ad tor-
cular defertur, vt prelo comprimatur,
ita homo ad calamitatē ducitur, vt mœ-
rore pressus, & in ærumnis versatus, vir-
tutis liquorem producat, fitque ad ve-
ram dignitatem reuocatus. Calamitas
plerunquetemerarias cupiditates coer-
cet, animum ad deum extollit, & in ve-
ra pietatē corroborat atque confirmat.
Contra rerum prosperitas & voluptas,
& diuitiarum affluentia, & mundi ho-
nores & dignitates virtutū sæpenume-
ro vires illidūt, & alas ligant, ne possit
anima ad cœlū euolare. In virentibus
enim & amœnis arboribus est aliquan-
da mollis viscus, quo incautæ aues ca-
piūtur. Hinc fit, vt viri sapiētēs calami-
tibus glōrientur. In epistola ad Roma-
nos ait apostolus. *Gloriamur in tribula-*
tionibus: & in prima ad Theffalonicen-

Nhm. 21.

2. Paral. 33.

Neh. 9.

simile.

Rom. 5.

1. Theff. 1.

ses: Vos imitatores nostri facti estis, &
domini, accipientes verbum in tribula-
tione multa cum gaudio spiritus sancti.

Ecce dies, ecce venit: egressa
est cōtritio, floruit virga, germina-
uit superbia. Iniquitas surrexit in
virga impietatis: nō ex eis, & non
ex populo, nec ex sonitu eorum: &
non erit requies in eis. Venit tēpus, D
appropinquauit dies: qui emit, nō
latetur, & qui vendit, non lugeat,
quia ira super omnē populū eius:
quia qui vendit, ad id, quod vendi-
dit, non reuertetur: & adhuc in vi-
uentibus vita eorū. Visio enim ad
omnē multitudinem eius nō regre-
diatur: & vir in iniquitate animæ
sux non confortabitur. Canite tu-
ba, præparentur omnes: & nō est,
qui vadat ad præliū. Ira enim mea
super vniuersum populū eius: Gla-
dius foris, & pestis, & fames intrin-
secus: qui in agro est, gladio morie-
tur, & qui in ciuitate, pestilentia &
fame deuorabūtur. Et saluabūtur,
qui fugerint ex eis, & erunt in mō-
tibus quasi columbæ conuallium:
oēs trepidi, vnusquisq; in iniquita-
te sua. Omnes manus dissoluentur,
& omnia genua fluent aquis. Et ab E
cingēt se cilicijs, & operiet eos for-
mido, & in omni facie confusio, &
in vniuersis capitibus eorum calui-
tiū. Argentū eorum foras projicie-
tur, & aurum eorum in sterquiliniū
erit. Argentū eorum & aurum eo-
rum non valebit liberare eos in die
furoris domini. Animā suam non
saturabunt, & ventres eorum non

Esd. 15.

Ierem. 48.

Prophet. 11.

Soph. 7.

Eccle. 5.

1. An. 10. 1.

implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

Ecce dies. Hoc est, instat tempus finis & interitus tui.

Egressa est contritio. Hoc est calamitas. Eadē est sententia alijs verbis repetita.

Floruit virga. Hoc est, creuit, grādisque facta est virga, qua te sum flagellaturus. Minitatur deus populo Iudaico acerbā calamitatē, & durum supplicium. Vel accipitur virga pro sceptro, vt sit sensus: Regnū Nabuchodonosoris est florens, pollet autoritate, & potētia, & ab ipso superaberis, & euerteris. Creuit & germinauit eius superbia, ideo aduersus te bella parabit, & tu eius potētiati nō poteris resistere. Nabuchodonosor cum virgā suā florētem vidit, elatus est superbia, & omnia iura diuinaet humana peruertit propter eū, quem sibi ipse acquisiuit principatum.

Iniquitas surrexit in virga impietatis. Hoc est, iniustitia Nabuchodonosoris apparebit in flagello impio, quo Iudæos verberabit. Præteritū pro futuro. Capitur itaq; virga pro fuste, quo dominus seruos flagellat. Pro iniquitate vertunt quidam violentiā, qua Nabuchodonosor homines opprimebat. Potest totū hoc ad Iudeos referri, vt sit sensus: Iniquitas Iudæorū surrexit in virgā impiam Nabuchodonosoris. Ac si dicat: Hebræorū flagitia in causa fuerunt, vt contra eos immanis tyrannus impiē scuiret. Eorū iniustitia durū aduersus eos Babyloniorum flagellum excitauit. Solet diuina scripturā virgā pro flagello vsurpare, vt in Proverbis: Qui parcat virgā, odit filium suum. Et rursū: Noli subtrahere a puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, nō morietur, tu virga percutes eum, & animam eius de inferno liberabis. Vnde Paulus in prima ad Corinthios: Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Poterit etiam accipi virga

Proverb. 13.

Proverb. 23.

1. Corint. 4.

pro sceptro regio, vt sit sensus: Magnā creuit iniquitas in Babyloniorū regno, nā eius tyrannus Nabuchodonosor populum Israeliticū immanissimē oppressit. Quam ob causam postea regnum illud fuit à Medis & Persis captū, & Babylon eius metropolis funditus euersa. Id inuētus Esaias, has voces emisit: Contriuit dominus baculū impiorū, virgam dominantū cadētem populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientem in furore gentes. Tyrannidem Nabuchodonosoris appellat baculū impiorū, & virgam dominantū, qua impius rex populos crudeliter flagellabat & percutiebat, inferens illis vulnera incurabilia.

Esai. 14.

Non ex eis, et non ex populo. Idest, nullus ex Iudæis, siue sit generis claritate insignis, siue obscurus & infimo loco natus calamitatem poterit declinare. Pro populo vertunt nōnulli opulentiam: idem enim vocabulū, & multitudinem hominum, & multitudinem diuitiarum significat. Et ita erit sensus: Non solum ipsi peribunt, sed nec ex eorum diuitijs aliquid remanebit.

Nec ex sonitu eorum. Hoc est, non remanebit sonus eorum: ita exterminabuntur, vt nemo ibi remaneat, qui eorū meminerit. Exaggerat Iudæorum cladem, & eersionē vr̄bis, & totius terræ vastitatem. Quidā vertunt: Nec ex eorū coetu relinquetur, qui possit à misera captiuitate euadere. Hoc ideo ait, quia cum ex eis quidam in Aegyptū fugissent, fuerunt ibi capti à Babylonijs, & incredibilibus tormētis affecti, quē admodū fuerat illis à Ieremia prædictū. Vnde sequitur: Et non erit requies in eis. Hoc est, nullā in Aegypto quietē habebunt: nulla ibi afficientur lētitia. Quidā vertunt: Nō erit luctus propter eos, vt sit sensus: Non solum Babylonij non prementur dolore ob Iudæorum ærumnas, sed etiā in eos insultantes lētitia efferentur.

Ierem. 42.

Veni tempus. Subaudi: calamitatum vestrarum.

Qui

Qui emit, non letetur, & qui vendit, non luceat. Emptor non letetur vanē, nam breui est rem emptam amissurus: venditor autem nō defleat, nam breui erat penitus spoliandus.

Ad id, quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. Hoc est, qui possessionem aliquā vendiderūt, nūquam ad illam redibunt, etiam si tunc viui superessēt. Alludit ad annū iobilei, in quo vnusquisq; reducebatur ad possessiōes, quas alienauerat, vt est in libro Leuitici literis mandatum. Cū autem iobileus esset quinquagesimo anno, & Iudæi essent in Babylonica captiuitate septuaginta annos detinendi, non poterant, etiam si tunc essent superstitēs, vt legis priuilegio. Præterea quomodo poterāt ad ædificia reduci, si omnia erant penitus euertenda?

Leuit. 25.

Visio enim ad omnem multitudinem eius nō regreditur. Hoc est, vaticinium hoc de euertenda Israelis multitudine non reuertetur vacuū: nam omnia hæc absque dubio euenient. Vel sic: Visio hæc prophetica super omnem opulentiam, hoc est, prædicens perdēdas esse Iudæorū diuitias, nō erit inanis: non erūt duntaxat verba, sed res sequentur. Vel sic. Oraculum hoc dirigitur ad Hebræorū coetū, sed nō regreditur à via sua nefaria: præcipit deus populo Israelitico ne in flagitiorum via procedat, sed regrediat, & resipiscat, & poenitentiam agat, sed non regredietur, nec ab obstinatione sua desistet, quimpotius impia eius contumacia longius propagabitur.

Et vir in iniquitate vitæ suæ nō confortabitur. Nulli ex sceleratis Iudæis proderit malitia sua, vt eum possit à Babylonijs eripere: nemo ob iniquitatem suam gaudio efferetur.

Canite tuba, præparentur omnes: & non est qui vadat ad prælium. Iocus est cum amaritudine: & irrissio cū insultatione. Iubet Iudeos cōgregari ad dimicationē, & vanos eorum conatus irridet. Eodem modo

do Esaias: Cōgregamini populi, & vincimini. Appellatur à rhetoribus figura hæc sarcasmus.

Esai. 3.

Foris. Idest, extra ciuitatem, intrinsecus, idest in vrbe.

Omnes trepidi. Pauci illi, qui confugerint ad montes, erunt ibi instar trepidantium columbarū, quæ metu aucupum à cōuallibus ad excelsa loca cōuolauerē. Potest verti: Omnes gemētes, vt sit sensus: Erunt veluti columbæ gemitum habentes pro cantu.

Omnes manus dissoluentur. Tremēt, flaccescent, nullo modo pugnare valentes. Et omnia genua erunt nimio sudore in aquas resoluta ob incredibile metum. Sunt qui hebraismū hunc ita explanandum asserant: Tanto timore afficiētur Iudæi, vt manus eis tremore concutiantur, & vesicæ vrinam continere non valeant, quo efficietur, vt crura madescāt. Dissoluerē manus est cadere animo, & præ timore & socordia nihil efficere: vt libro secundo Paralipomenon: Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. Et apud Sophoniam: Nolite timere Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis. Et apud Esaiā: Cōfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Ac si dicat: Estote animo forti & cōstante. Dixerat paulò antea apostolus, vt ad propositū curreret certamē, quod athletarū est & pugilū, qui validis manibus ad luctandū, & fortibus pedibus indigēt ad currēdū, nunc eandē seruans metaphorā, remissas animi manus, & solutos pedes, hoc est opera & affectus iubet erigere, & in cœlū leuare, vt propositum æternæ gloriæ præmium consequatur.

2. Paral. 15.

Sophon. 3.

Esai. 35.

Hebr. 12.

Et in omnibus capitibus erit caluitium. Hoc erat tunc mœroris signum, vt videre licet apud Esaiam. 3. & Ieremiam. 48. &

Esai. 3.

Ierem. 48.

Michæam. 1.

Mich. 1.

Ar-

Argentum eorum. Volentes fugere abijcient à se aurum & argētum, vt possint se expeditius in fugam conferre. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, vt ait Salomō, iustitia autē liberabit à morte. Et Ecclesiasticus: Nō proderunt tibi diuitiæ in die vltionis & vindictæ.

*Prover. 11.
Eccle. 5.*

Animam suam nō saturabūt. Hoc est, voluntatē suam nequaquā adimplebunt.

Quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Hoc est, quia ceciderunt ob iniquitatē suam. Ac si diceret: Talibus ob flagitia sua calamitatibus prementur, & castigabuntur.

Et ornāmētum monilium suorum in superbiā posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorū fuerunt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immunditiam: & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam: & contaminabūt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabūt arcanum meū, & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud. Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gētibus, & possidebunt domus eorum. Et quiescere faciā superbiā potentiū, & possidebūt sanctuaria eorum. Angustia superueniēte requirerent pacē, & non erit. Cōturbatio super conturbationē veniet, & auditus super auditū: & quærent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & principes induentur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secun-

dum viam eorum faciam eis, & secundum iudicium eorum iudicabo eos: Et scient, quia ego dominus.

Et ornāmētum monilium suorum. Sensus est: Ideo Hebræi aurum suum amittēt, quia eo intemperanter abusi sunt, nam ex eo superuacanea monilia, & inania ornāmēta ex collo pendentia ad iactationem & ostentationem confecerunt: & quod capitalius est, & detestabilius, ex auro, inquit deus, quod ego illis dederam, vt sibi consulerent, illudque pauperibus largirentur, & ita mihi honorificē seruiret, fabricati sunt idola, quæ me derelicto coluerunt. Dederat dominus diuitias Hebræis, vt ist eorum honestum ornāmētū redūdarent, illi autem in superbiā, gloriamque inanem, & quod peius est in commentitorum deorū simulachra eas turpiter cōuerterunt. Ea, quibus animas lucrari poterāt, in dæmonum statuas consumpserunt: quo pristinam suā dignitatē turpi dedecore macularūt. Hoc faciūt nunc hæretici, qui eloquentiā, & sanctarū scripturarū lectionem, quæ hominibus data sunt, vt in eorū cederent ornāmētū & vtilitatē, sumunt ad materiā superbiæ, & iactantiæ, & perfidiæ, & aliorū maleficiorum, atque ex illis conflant varia idolorum monstra, & dæmonum simulachra. Deprauant literas diuinas, & ex illis hæresum pestilentium, peruersorumque dogmatum portentosas imagines fabricantur. Itaque ijsdem rebus numen sanctissimū offendūt, quibus illud poterāt laudibus efferre, & Christianā religionem puritatis plenissimā illustrare. Tales fuerūt Lutherus, Buccerus, Munsterus, Zuinglius, Calvinus, & ceteri huiusmodi Epicurei, nouique milites Veneris, qui virginitatem, & pudicitiam, & continentiam irrident, ieiunia & abstinentiam pro nihilo putant, & id, quod etiā infideles in religione nostrā Christiana miris laudibus extollebat, & admira-

ban-

bantur, ipsi volunt penitus conuellere, & se ab ecclesia sancta catholica separātes castitatem, quā publicē solēni voto deo sanctē promiserant, impudicē repudiāunt, & sub titulo matrimonij se turpi voluptati, & perpetuo meretricio & sacrilegio tradiderūt. Quemadmodum ignis lignorū strue accēditur, sic libidinis flāma gulæ vitio cōcitur. Et non erubescūt miseri, sed, vt verbis vtar Esaiæ, Peccatū suum sicut Sodoma prædicauerūt, nec absconderūt. Ex amissione abstinentiæ adducti sunt in continentię amissionē. His autē virtutibus spretis & repudiatis, fuit etiā spreta & repudiata fides, &, vt ait in epistola ad Romanos apostolus, tradidit illos deus in reprobū sensum. Nam cæci & amētes sunt potestati libidinum traditi, vt qui honestatis pulchritudinē diligere noluerūt, in fordidibus, & vitiorū luto volutentur, & in perfidia, & hæresum cōtumacia permanent. Quemadmodū ex nimia stomachi pletione & ciborū redundantia oritur obstructio illa, quam medici oppilationē vocāt, ex qua producitur continuus capitis dolor, & phrenesis ad insaniam producens, sic ex deprauata vitæ cupiditate, & morū corruptela, & gula & voracitate oritur effrenata libido, ex qua producitur phrenetica illa hæreticorum insania, & in rebus fidei intellectus deprauatio. Qui conscientiam cōtemnunt, ad fidei contemptum sæpenumero perducuntur. Id intelligens diuus Paulus ita in epistola prima ad Timotheū ait: Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Sunt etiam multi, qui etsi non reliquerint fidem, relinquunt tamen charitatem. Hi sunt diuites illi, qui opes suas vanē consumunt, ex quibus vanitatis suæ gloriæque inanis idola conficiunt, quæ intueantur & colant: quibus deus hoc loco perniciem minatur. Hi ornāmētum monilium suorū & opes suas posuerunt

simile.

Esai. 1.

Rom. 1.

simile.

1. Tim. 1.

in superbiā ex illis idola conflantes, atque vanitates suas colētes, pauonibus vaniores, qui caudæ pennas gemmantes in rotam expandētes vario illo colorum fulgore, & oculorum pulchritudine gloriātur. Qui aurū colit, in eoque summā constituit felicitatem, idoli cultor appellatur. Vnde Ecclesiasticus: Lignum offensiois est aurum sacrificatium, vā illis, qui sectantur illud. Vbi vides eos idolo sacrificare, qui auaritia & auri cupiditate ducuntur. Id intelligens apostolus aiebat: Mortificate auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus. Et hanc sententiam in alia epistola iterum refert. Auarus, inquit Augustinus, antequam lucretur pecuniā, seipsum perdit, priusquam aliquid capiat, capitur. Et Chrysostomus, Auaritia, inquit, est crudelis tyrannus. Diuitiæ sunt idola, quibus illud accommodari potest, quod dixit deus per Ieremiam: Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Volentes antiqui philosophi carminibus auaritiam describere, finxerunt Tantalum apud inferos in medio aquarum siti cruciari, significantes esse auaritiam barathrum quoddam, vbi cupidi amore diuitiarum flagrant, eas ardentem appetunt, quibus abundant, & quò magis illis affluunt, eò vehementiore cupiditate torquentur. Etsi avarus sit auro onustus, & diuitiarum plenior naue illa, quæ veniebat ad Salomonem ex Ophir, nunquam tamen satiabitur. Quò amplius thesaurus diuitis augeatur, eò magis populi opes extenuantur, & exhauriuntur. Imperator Traianus thesaurum diuitum cum liene comparabat, authore Sexto Aurelio in vita Iuliani. Vt enim crescente liene reliqui artus tabescūt, sic crescente fisco tyranni, debilitantur diuitiæ subditorum, cum eas illis diripiat, vt se locupletē faciat. Et quemadmodū crescente liene, decrescunt alia mēbra, sic crescēte auaritia deficiunt penitus virtutes, arescit

Eccle. 31.

Colos. 3.

Ephes. 5.

Ierem. 16.

3. Reg. 9.

2. Par. 8.

simile.

beni-

benignitas, liberalitas, charitas, veritas, iustitia, & cætera huiusmodi excellentes qualitates. Nec solum auari, sed etiã prodigi ob diuitiarũ abũdantiã incidũt sæpenuero in flagitia, quibus sibi ipsis perneciẽ machinãtur. Dat deus diuitias hominibus, dat illis ingeniũ, industriã, scientiã, & multa alia nomine talentorum significata, vt illi seruiãt, vt sanctissimo numini bonorũ omnium largitori ministeriũ summa cũ veneratione exhibeant, & vt verbis vtat euãgelicis, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: ipsi autẽ ea appetitui tradũt deprauato, vt ipse ad libitũ ea turpiter cõsumat. Cõsidera euãgelij verba: Tradidit illis bona sua. Diuitiã, quas habes, dei sunt, & bona alia similiter. Quid habes, quod nõ acceperis? Domini est terra, & plentudo eius, orbis terrarũ, & vniuersi, qui habitant in eo. Tu seruus es, dispensator, & villicus, que habes, dei sunt, bona sua sunt, quã tradidit tibi, vt illi seruires, & æternam gloriã lucrareris. Tu autẽ dei bona ab eo tradita tibi, in obsequiũ carnis, dæmonis, & mundi, cõtra ipsius domini voluntatẽ erogas & consumis. O proditiõnẽ nefariam, õ ingratitudinem deplorandã? Quot sunt, qui diuitijs, & bonis, ac dotibus naturalibus, & talẽs a deo acceptis exitiũ sibi nesciẽtes moliũtur? Ideo dicebat Ecclesiasticus: Multos perdidit aurũ & argentũ. Et Chrysostramus: Nouerca virtutũ prosperitas beatulis suis applaudit, vt noceat, & infelici successu sic in via felices obsequitur, vt in fine perneciẽ operetur. Fluuij quãuis dulcissimi, cum tamen mare ingrediuntur, sunt amarissimi: dum cursum cõficiunt, poterũt suauitate præstare, at in fine amarescũt. Sic mudi opes & prosperitates & si in vite cursu aliquos possessores suos oblectent, in fine tamen dũ mare mortis attingũt, quod omnia flumina tandem ingrediũtur, tristes, amarã, & intolerabiles videntur. Sciunt enim diuites, opes & secundas res suas fuisse sæ-

pe illis flagitiorũ causam. Beatus Augustinus sermone quodam, Diuitiarũ, inquit, morbus superbia est. Et de verbis domini: Aurũ est materia laborũ, periculum possidentiũ, eneruatio virtutũ. Et Chrysostramus homilia septima de pœnitentiã, Opes, inquit, sunt schola malitię. Doctor ille cœlestis Christus deus noster ita ait: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Et iterũ: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et rursus: Nõ potestis deo seruire & Mamone. Et rursus: Nolite portare sacculũ, nec perã. Verũ opes, vt ait in Lucã diuus Ambrosius, vt impedimento sunt improbis, ita adiumenta virtutũ sunt bonis. Nam viri iusti possidẽt diuitias, & nõ possidẽtur ab illis: diuitiẽ illis seruiunt, nõ illi diuitijs. Et, vt ait diuus Gregorius, omnia possumus relinquere etiã retinendo. Vt aurũ probatur lapide, ita homo auro: & vt ait apud Laertium Chilo Lacedæmonius, aurũ nostri dat apertũ documentũ. Ait Plutarchus in Apophthegmatũ opere dixisse eundẽ Chilonẽ, id quod Lydius lapis est auro, esse aurum homini: lapis index affricu prodit quale sit aurum, ipsum autem aurum prodit qualis sit homo: iuxta illud: Magistratus virũ ostẽdit. Nullus Lydius est ita probans gradus virtutũ aut vitiorũ, ac aurũ, & diuitiarũ abundantia. Hebræi propensi ad Aegyptiorũ superstitiones statim ex Aegypto egressi, ex auro & monilibus vitulũ cõflarunt in deserto, quẽ p deo venerati sunt, & in terra promissionis sepe in fabricandis idolis aurũ consumpserunt. Vnde orta est illa dei per Oseam aduersus illos querela. Argentũ multiplicauit & aurum, quã fecerũt Baal. Ac si diceret: Dedi Hebræis magnam auri & argenti copiã, quam in cõflatione idoli Baal perfidẽ cõsumpserunt. Et iterũ apud eundem prophetam: Aurum suum & argentũ suum fecerunt idola sibi. At viri pietate & religione præstantes in fabricandis tẽplis diuino cultui

Serm. 24.

Mat. 5.

Mat. 6.

Luc. 10.

Simila.

Exo. 32.

ose. 2.

ose. 8.

cultui dedicatis, in pauperibus alendis, in captiuis redimendis, & in alijs huiusmodi operibus pijs & sanctis. diuitias suas expendunt. Nobiles Israelitarum à Babylonica captiuitate redeuntes opes suas ad tẽplũ domini ædificandũ obtulerunt. Et Tobias alebat esurientes, & nudis vestimenta præbebat. Et Magi Orientales apertis thesauris suis obtulerunt dño aurũ, thus, & myrrhã. Amedeus Sabaudius nepos ex parte patris Amedei ducis Sabaudix, & ex parte matris Iani Cypri regis ex Anna filia nepos à quibusdã oratoribus, qui cum eo sermones conferebant, interrogatus haberet ne canes venaticos; ostendit eis mendicorũ multitudinem simul discubentium; vt refert libro tertio geographiẽ Raphael Volaterranus. Atque hifunt, inquit, canes mei, quos alo cotidie, quibus cœlestem gloriã me spero venaturũ. Magnifica verò vox, & Christiano principẽ digna. Eleemosyna, inquit Augustinus, emundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad dominum. Et, vt ait Hieronymus, pars sacrilegij est rem pauperũ non dare pauperibus. Id, quod inter pauperes distribuis, non amittis, nam, vt ait in prouerbij Salomõ, fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Nos qui paupertatem & monasticã religionem professi sumus, eũ sequamur, qui ait: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autẽ virginis non habet, vbi caput suum reclinet. Qui virtute præditi sunt, soli sunt diuites. Eas igitur opes quæramus, quas nec casus possit eripere, nec inuidia labefactare, nec vetustas vlla cõsumere. Mudi opes pro nihilo putemus, & ita veras opes comparabimus. Nam, vt ait Chrysostramus, Si vis esse diues, cõtẽmne diuitias. Et Seneca, Breuissima, inquit, ad diuitias per cõtẽptum diuitiarum via est. Quid potest esse dimissius, quid abiectius, quã amare diuitias? Contra verò quid magnificentius, quid illustrius,

1. Esd. 2.

Tob. 1. & 2.

Mat. 2.

Eg. 1. & 2.

Prouer. 19.

Mat. 8.

quã eas cõtẽmne, si non habeas, si habeas inter pauperes distribuere, easq; propter Christum ad beneficentiam & liberalitatem conferre? Hæc sunt magna & immortalia, digna profecto, quę vigeant memoria omnium seculorũ, quã ipsa posteritas semper inueniat. Si Hebræi diuitias suas sanctẽ & prudenter distribuissent, non essent ob illas grauiter puniti. At fuerunt à Babylonijs obsessi, & ad extremum capti, cœsi, & in seruitutem acerbissimã adducti, quia, vt hic ait deus per suum diuinum vatẽ, ornamentum moniliũ suorũ in superbiã posuerunt, & imagines abominationum & idolorum fecerunt ex auro. Idola appellat imagines abominationum, est enim in diuinis literis vfitatũ idolũ abominationẽ appellari, vt 4. Regum: Melchom abominationi filiorũ Ammon. Erat enim Melchom idolũ Ammonitarũ. Et secundo Paralipomenon: Abstulit Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorũ Israel. Hoc est omnes statuas idolorum. Vnde illud apud euãgelistas: Cum videritis abominationem desolationis, quã dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, vbi per abominationẽ intelligunt nonnulli statuã Adriani in dei tẽplo collocatam: quam infideles adorabant.

Et violabũt arcanum meũ. Babylonijs Hierosolymã expugnãtes violabũt locũ tẽpli absconditũ & secretũ, hoc est sancta sanctorũ, quod nullus laicus ingreditur.

Et intrabunt in illud emissarij. Hoc est sagittarij sanctũ sanctorũ ingrediẽtur, & cõtaminabunt. Vel emissarij, hoc est exploratores, qui ante exercitum mittuntur ad explorandum, vel ad lacessendũ ad præliũ. Emissarij etiã dicuntur calumniatores ab amicis subornati. Asconius Pedianus ait eos esse, qui emittuntur, vt res furto opportunas explorẽt. Vnde Paganinas pro emissarijs vertit diruentes. Itaque sunt homines conscientia scelerũ profligati, abique pudore, latrocinia exer-

1. Cor. 13.

4. Reg. 23.

2. Para. 34.

Mar. 13.

Mat. 24.

2. Para. 34.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Thren. 1.

exercentes. Hi templum dei violarunt. Deplorauit hoc Ieremias dicens in prima lamentatione: Vidit Ierusalem gentes ingressas sanctuariū suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiā tuā. Id dolorem augebat acerbissimum prophetæ sancto, videre templū sanctū cōtaminari, & in eo ab infidelibus deo vero iniurias inferri, & contumelias intolerandas conflari. Nihil enim vir pius magis expetebat, nihil erat illi magis in optatis, quàm esse omnibus persuasum de bonitate, & potentia, & iustitia dei. Sed ingrauescente rerum aduersarum mole debilitabatur diuinus vates, & videns iniurias in deū iactas ab ijs, qui eius numen irridebant, percipiebat luctus, remq; indignissimam lamentabatur.

Fac conclusionem. Hoc est, annūtia sum mam calamitatum imminentium. Conclude, & in quadam summa, in epitome quadam prædic Iudæis omnia mala, quæ perpeffuri sunt. Poteris per conclusionem catenam intelligere, vt sit sensus: Fac catenam quandam, quam ostēdes Iudæis, vt hoc signo intelligant se esse in vincula coniiciendos. Accipitur conclusio pro catena seu carcere, & conclusus pro coniecto in vincula: vt apud Esaiam: Vt educeres de conclusione vincitum. Et primo Machabæorum: Conclufi sunt ab eo in turribus.

Esa. 42.

1. Mach. 5.

1. Petr. 3.

Et prima epistola Petri: Hi, qui in carcere conclusi. Et alijs in locis. Hanc interpretationem sequuntur Pagninus & Brixianus, qui verterunt: Fac catenam.

Iudicio sanguinum. Idest, iudicio mortis. Aequum est, vt Iudæi, qui sanctorum vatum sanguinem fuderunt, sanguinem suum fundant, & crudeliter occidantur. Est enim literis mandatum fuisse Iudæam plenam sanguine prophetarum, præsertim regnante Manasse.

4. Reg. 21.

4. Reg. 25.

Mat. 23.

Superbiam potentium. Hoc est, Sedechię, & magnatum Hierosolymæ.

Et possidebunt sanctuaria eorum. Idest, & Chaldæi possidebunt templum Hierosolymæ. Vtitur plurali, quia templum erat in tres partes diuisum; atrium, templum, & sancta sanctorum.

Auditus super auditum. Crebri rumores spargentur de aduentu Chaldæorum. Omnia erunt plena rumoribus, clamoribus, & calamitatibus.

Querent visionem de propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus. In summo periculo constituti cōfugient ad diuinos vates, quos sæpe contempserunt, vt ab eis quærant vaticinia: sed omnia inuenient aduersus se. Lege caput 39.

Ierem. 39.

Ieremiæ, vbi hoc aperte videbis. Confugiebant etiam Iudæi ad sacerdotes & seniores, at sacerdotes erant immemores legis, & seniores consilio destituti. Itaq; nullam miseri Iudæi inueniebant consolationē. Opprimebantur, & dolori nequaquam resistere valebant. Nesciebant quò se verterent, vbi conquirerent, quem implorarent: neminē habebant, cuius in sermone & consilio curas suas, doloresq; deponerent: nam nec in prophetis, nec in sacerdotibus, nec in senibus oblectationem aliquā inueniebant. Ea illos solatia deficiebāt, quæ cæteris, quorū sibi exempla proponebant, nō defuerūt. Vide quàm periculosū sit, quàm malū, quàm calamitosum deum relinquere, & in hominibus duntaxat fiduciam locare. Si hi vero corde confugerent ad deum, si ad illum extollerent animū, & intenderent mentis aciem, si spē suam haberent in eius clemētia defixā, ille eos nō destitueret, nec fineret in tot calamitatibus absq; patientia versari. Illud est hoc loco aduertendū, pro in signi malo, & certo vastitatis argumēto poni hīc ab Ezechiele esse sacerdotes legis oblitos, & senes absq; consilio. At hodie multi sūt sacerdotes nō solum legis oblitī, sed penit⁹ ignorātes: & multi senes iuuenilibus leuitatibus dediti, et perditorū adolescētium vijs implicati.

Orem

Ierem. 18.

Ierem. 49.

Esa. 29.

Amos. 2.

Psal. 141.

Orem indignam auditu, sed dignā ploratu. Peribit, inquit, lex a sacerdote, & cōsiliū a senioribus; Hebraismus est, quo vtitur etiam Ieremias capite 18. dicens: Non peribit lex a sacerdote, nec consiliū a sapiente, nec sermo a propheta. Et capite 49. Perijt cōsiliū a filijs, inutilis facta est sapientia eorum. Esaias capite 29. Peribit sapientia a sapientibus. Amos 2. Peribit fuga a veloce. Et psalmographus: Perijt fuga a me, & nō est, qui requirat animā meā. Ac si diceret: Præclusum est mihi refugium, non habeo quò confugiam, nec est, qui studeat eripere vitam meam. Itaque perire aliquid ab homine, idiomate linguæ Hebrææ est; esse hominem re illa destitutum. Tunc perire dicitur lex a sacerdote, cum sacerdos caret legis sciētia, & cōsiliū a senioribus, cum qui sunt ætate progressi, & maturitate senectus prouecti, qui alios consilio instruere deberēt, sunt ab omni prudētia & cōsilio alienati. Apex senectutis est cōsiliū: & quem admodum vani, & amētes senes, cōsilio destituti, cōtemnūtur, ita magnifūt, & admiratione quadā afficiuntur, qui anteire cæteros consilio & sapientia putantur.

Rex lugere. Intelligit Sedechiam.

Secundā viam eorū. Idest, iuxta id, quod eorum scelera merentur. Hunc hebraismū explanauimus in principio capitis.

Mat. 7.

Iaco. 2.

Secundum iudicium eorum iudicabo eos. Ita Christus apud Matthæū: Quo iudicaueritis, iudicabimini. Et Iacobus apostolus: Iudiciū sine misericordia ei, qui nō fecerit misericordiam. Nō quòd ibi nulla sit dei misericordia, sed quòd in tali iudicio euidentius reluceat iustitia, quàm misericordia.

Annotations ex hebræo in caput VII.

Venit contritio super te. Pro contritione est in hebræo תשובה; tsephirah;

à verbo תשובה, quod significat surgere, & gyrate. Hinc tsephirah coronam significat, quòd in altum surgat, & caput cingat, & circū voluat. Esa. 28. Erit dōmīnūs exercituum corona gloriæ, & sertū exultationis. Pro sertū est in hebraico hæc nostra dictio tsephirah, sertū autem idem est, quòd corona. Eam ob causam poterat hīc Ezechielis locus ita verti: Venit corona super te. Hoc est, Nabuchodonosor Babyloniorū rex, corona regia redimitus: venit, contra te regnum Chaldææ. Huic expositioni fauet paraphrasis chaldaica ita habēs: Reuelatū est aduersus te regnū. In diuinis literis potestas appellatur regnum, sceptrum, virga, baculus, & clavis. Potest accipi corona pro obsidione: significat enim corona hominum circumstantium conuentum, vt apud Ciceronem pro Milone: Non enim corona vester confessus cinctus est, vt solebat. Erit igitur sensus: Tota eris o Hierosolyma obsessa in orbem, & veluti corona quadā circumdata: cinget te vndiq; Babylonicus exercitus. Pagninus habet: Venit sententia tibi: & ita nonnulli ex Hebræorum cōmentarijs vertendum dicunt: vt sit sensus: Venit super te sententia dei, & non tardabit. Eris breui oppugnata, & iusto dei iudicio euersa. Septuaginta pro contritione habent πλοκκ, pro quo Latinus interpres vertit complicationem, & rectē quidem, vt sit sensus: Veniet tibi omnium malorum nexus & complicatio. Sed quoniam vocabulum hoc græcum auulsiōnem etiam significat, poterat ex græco etiam conuerti: Venit super te auulsiō: Ac si diceret: Eris deleta, & radicitus auulsa. Textus cui diuus Hieronymus adiecit commentaria habet: Venit contractio super te. Et in nonnullis codicibus correctis editionis cōmunis pro contritione est ad marginem contractio. Est autem contractio quidā doloris affectus, vt apud Marcū

Esa. 28.

34. vers.

Tul-

Tullium Tusculana quarta: Eodem in vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. At versio communis Complutensis habet cum comuni antiqua contritionem, & rectissime absq; dubio: est enim hoc loco contritio afflictio magna, & intoleranda calamitatis angustia. Si diligenter perpendas, videbis omnes has versiones à me recitatas eū nostra comuni coincidere: ea enim est alijs præstantior, & tutior. Quare illa est semper tenenda, & colenda, & merito amplexanda.

Et non gloria montium. In hebraico est **והיה תהלה** velo hed harim. Difficultas est in dictione hed, quæ celeusma significat, hoc est, clamorem nauarum, & calcantium vvas, aut aliorū, cum vno aliquid iubente omnes vniiformiter respondent. Et tunc erit sensus: Prope est dies euersionis Hierosolymæ, vbi erit summus clamor, non vt celeusma montium: non erit similis clamori calcantium vvas in montibus Hierosolymæ vinearum plenis, sed multo maior & horribilior. Vel sic: In montibus non erit celeusma, non erit cantus lætitiæ, sed tristis & queribundus, qui terram & aerem implebit, & omnia occupabit.

Jerem. 48. Eodem modo Ieremias Moabitarum excidium prædicens aiebat: Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab: & vinū de torcularibus fustuli: nequaquam calcator vve solitum celeusma cantabit. De clamore Esëbon vsque. Eleale & Iasa dederunt vocem suā. Et quoniā cantus ille celeusma vocatus lætitiā & gloriā designabat, capitur etiam pro gloria. Vnde noster interpretis vertit: Et non gloriæ montium. Et ita habet etiam translatio Theodotionis, quem sequitur R. Ionah doctus inter Hebræos. Quorum verborū sensum in explanatione ostēdimus. Pagninus habet: Et non echo montium. vt sit sensus: Instat verus clamor, non autem

fictus, qualis est, qui editur repercussu concaui loci, quando clamante aliquo inter montes reparabilis assonat vocis reciprocatio. Id volens Brixianus apertius significare, vertit: **Et non voces montium.**

Violabunt arcana meum. Septuaginta habent: visitationem meam: hoc est sancta sanctorum, vbi deus suos visitabat, ibi eos exaudiens, illisque respondens. Pagninus transfert: Violabunt adytum meum. In hebraico est **ויפגשו** tsephuni, à verbo tsaphar, quod significat abscondere. Vt fit sensus: Violabunt locū meū absconditum. In psalmo, vbi nos habemus: Cogitauerūt aduersus factos tuos, est in hebraico; aduersus absconditos tuos. est enim ibi dictio tsephuneca, ab hoc verbo tsaphar. Et recte profecto septuaginta interpretes sanctos verterūt. Sancti enim dicuntur: viri iusti, quos deus abscondit, & custodit, vt sub eius alis delitescant, & protegantur. Vnde alio in psalmo aiebat regius psaltes: Abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et illud eiusdem diuini vatis: Oculi eius in pauperem respiciunt: potest etiam transferri: Oculi eius in paupere absconduntur. Est enim idem verbum in hebræo. Oculi dei accipiuntur pro gratia & diuino fauore. Et tunc est sensus: Fauet deus humili seipsum abijcienti, & pro nihilo putanti: at hoc fauoris genus absconditū est hominibus exteriora tantum intuentibus. Imò aliquando viri pij à deo negligi & derelinqui existimantur, cum eos deus maxima benevolentia prosequatur. Sed homines stulti, veræque pietatis expertes eos solū putant protegi à deo, quos vident nominis celebritatem consequi, atque opibus, mundi que honoribus abundare.

Angustia veniente. Aquila habet: Calamitas adest. Septuaginta: Propitiatio venit. Molestias & æumnas vocat propitia-

pitiationem. Miseretur deus eorū, quos premit calamitatibus, illisque se ostendit propitium. Contrā verò aduersus eos se maximè ostendit iratum, quibus non irascitur. Ideo per hunc eundē prophetam volens ostendere esse se aduersus Hierosolymam magnopere iratū, ait: Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius. Aspice afflictionis vtilitatem. Vt equi ferocitate exultantes solent freni duritia domari, ita effrenatæ cupiditates, & indomitæ appetitiones freno calamitatis cohibentur, & tanquā in gyrum rationis contrahuntur.

Inf. 16.

Similitudo.

Argumentum capituli viij.



Escribit quemadmodū sibi apparuerit dei similitudo, eūq; in spiritu adduxerit Hierosolymam, vbi Iudæorū

flagitia conspexit, qui numine sanctissimo contempto & relicto, vana gentium idola colebant, atq; in scelere & ignominia versabantur.

Caput octauum.

A



AT factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis. Ego sedebā in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me. Et cecidit super me ibi manus domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis, & à lumbis eius & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri. Et emissa similitudo manus

Danie. 15.

apprehendit me in cincinno capituli mei: & eleuauit me spiritus inter cœlum & terram. Et adduxit me in Ierusalem, in visione dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, vbi erat statutū idolum zeli ad prouocandā æmulationem. Et ecce ibi gloria dei Israel, secundum visionem, quam videram in campo.

EXPLANATIO.

ET factum est. Dixerat superioribus capitibus propheta euertendam esse Hierosolymam ob eius scelera: nūc explicat particularem quandā huius euersionis causam, quæ erat idolorum cultus. Ostendens autem quo tempore ea viderit, quæ huic capiti mandauit, ait fuisse anno sexto, nimirum à transmigratione Ioachim regis Iuda, mense sexto, qui erat Augustus, vt primo capite explicuimus: & die quinta mensis. Ex quo perspicuum est, fuisse hanc visionem anno integro cum duobus mensibus post eam, quæ fuit primo capiti mandata: nam illa fuit anno quinto transmigrationis, mense quarto, quinta die mensis, vt ibi licet videre: hæc autem anno sexto, mense sexto, die quinta mensis.

Sedebam in domo mea. Sedere accipitur aliquando pro principatum tenere, vt in Exodo: A primogenito Pharaonis, qui sedet in folio eius, vsque ad primogenitū ancillæ, quæ est ad molam. Hoc est, à primogenito regis, qui inter alios erat præcipuus, & maiorem dignitatē & potentiam obtinebat. Aliquando id est quod versari, & familiariter vti, vt in psalmo: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus introibo: odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et ita intelligi potest id, quod dicitur primo psalmo

Supra Exod. 11.

Psalm. 15.

Psalm. 15.

K Et

Et in cathedra pestilentie non sedit. Ac si diceret: Et hominum pestilentium consuetudinem declinavit. At hoc loco Ezechielis sedere idem est, quod manere & immorari, quemadmodum in Deuteronomio: Sedistis in Cades Barne multo tempore.

Dent. 1.

Et senes Iuda sedebant coram me. Venerant enim, ut cum eo conferrent sermones, cumque de statu Hierosolymæ interrogarent. Vel fortasse ut illi pararent insidias. Ezechiel fugiebat hominum frequentiam & consuetudinem, sequi in solitudinem recipiebat: at nefarii homines cum ibi quærebant, ut illi, qui eis veritatem nuntiabat, perniciem molirentur.

Et cecidit super me ibi manus domini. Manus domini accipitur pro diuina consolatione, & dei auxilio, ut apud hunc eundem prophetam capite tertio: Manus domini erat mecum confortans me: & apud Esaiam: In manu forti erudiuit me. Aliquando pro opere, ut in psalmo: **Quid docet manus meas ad prælium.** Et in Ecclesiaste: Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Manus complicare est illas ad opera non extendere, sed turpi otio se tradere, carnes autem suas comedere est carnis operibus oblectari, & carnis prudentiam sequi, quam diuus Paulus mortem appellat, quod aduersus deum, qui vita est, feratur: nam subdit statim: Sapientia carnis inimica est deo, vel, ut potest etiam verti ex græco: inimicitia est aduersum deum. Qui non vult operam dare virtuti, manus hoc est opera claudit, & contrahit, & carnibus suis pascitur & oblectatur. Vbi vides manum capi pro opere. Ita capite primo Haggæi prophetæ: **Factum est verbum domini in manu Haggæi prophetæ.** Hoc est locutus est dominus Haggæo, qui talia gessit opera, ut illum deus alloqueretur. Aliquando pro officio, ut in prouerbij: **Mors & vita in manibus linguæ.** Aliquando pro

Sup. 3.

Esa. 8.

Psal. 143.

Eccle. 4.

Roma. 8.

Hagg. 1.

Prouer. 18.

potestate, ut apud Iosue: Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percussione, ut apud Esaiam: **Conuertam manum meam ad te.** Et in psalmo: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat eos, qui te oderunt. Et Iob: Manus domini tetigit me. Aliquando pro spiritu prophetiæ, ut apud hunc eundem Ezechielem: **Fuit super me manus domini.** Et hoc in loco: Et cecidit super me ibi manus domini. Hoc est sui diuino lumine illustratus, & raptus, & splendore interiore spiritus prophetici repletus. Eam ob causam Pagninus pro manu domini vertit spiritum prophetiæ. Qua de re ea poteris videre, quæ in prima annotatione primi capituli literis mandauimus, hunc hebraismum explicantes.

Et vidi. Nimirum visione imaginaria & intellectuali.

Et ecce similitudo quasi aspectus ignis. Hoc est, apparuit mihi ignea quædam hominis similitudo, quæ splendebat instar ignis ardentis à parte inferiore: sed à lumbis ad partem superiorem fulgebat instar electri. Hæc hominis similitudo significabat deum fore hominem. Inferior pars significabat humanitatem, superior diuinitatem per electrum significatam à seipso habens splendorem. Sunt in Christo duæ naturæ, diuina & humana: & quia vnio verbi incarnati facta est in persona, non autem in natura, credimus & confitemur filium dei vnigenitum non esse in duas personas diuisum, sed vnum & eundem esse dominum nostrum Iesum Christum, in quo duas naturas cognoscimus, vnam autem personam, vnam hypostasim, vnum suppositum. Id, quod ait diuus Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & diuus Gregorius Nazanzenus humanam naturam esse deificatam, ita intelligitur, ut ait diuus Ioannes Damascenus, ut natura diuina dicatur incarnata, quia est vnita carni personali-

Iosu. 9.

Esa. 1.

Psal. 20.

Iob. 19.

Inf. 37.

Iob. 20.

Psal. 16.

Psal. 65.

similitudo.

ter, non quod sit in naturam carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata non per conuersionem, sed per vnionem ad verbum saluis suis proprietatibus naturalibus, ut intelligatur caro dei ficata, quod facta sit dei verbi caro, non quod facta sit deus. Cum igitur in Christo sint duæ naturæ nempe diuina & humana, secundum humanam passus, & mortuus est, non autem secundum diuinam: deus enim quatenus deus immortalis est, & impassibilis. Eam ob causam erat hæc similitudo in parte inferiore igne succensa, hoc est, in humanitate tormentis affecta. Quemadmodum superiore parte diuinitas intelligitur, sic inferiore humanitas significatur. Ignis autem dolor est & cruciatus, ut apud Iob: **Deuorauit eum ignis,** qui non succenditur: seu, ut potest verti ex hebræo: **Deuorabit eum ignis nullis follibus excitatus.** Ac si dicat: Ignis à quo comburetur, non erit fornacis fabri ferrarij, qui follibus ventilatur, sed fornacis molestiarum & dolorum, opprimetur enim calamitatibus incredibilibus. Et in psalmo: **Ignem me examinasti,** & non est inuenta in me iniquitas. Erat tunc Dauid ab impio Saule acerbissimè vexatus, & maximis calamitatibus pressus. Et ut aurum igne exploratur, ita ille igne doloris probatus fuit ærurnarum facibus incensus. Et rursum: **Transiimus per ignem & aquam,** & induxisti nos in refrigerium. Et si Christus in inferiore parte, hoc est quatenus homo, esset vulneratus, & acerbissimis cruciatibus affectus, non tamen in superiore, hoc est, quatenus deus, quia sic nec mori vnquam potuit, nec pati. Carbunculus gemma est igniti carbonis similitudinem referens, eximio splendore refulgens, quæ, ut Plinius asserit, ignem non sentit. Si gemmam hanc anulo plumbeo inclusam & vnitam in ignem conijcias, videbis plumbum liquefieri, & consumi, eam autem integram manere: ignis enim in plum-

bum agit, in carbunculum autem agere non potest. Ita Christus deus noster in igne tormentorum constitutus passus & mortuus est ut homo, non ut deus: ignis afflictionum & cruciatuum egit in plumbum humanitatis, gemma vero diuinitatis integra permanit. Eam ob causam rectè dicimus fuisse Christum mortuum in infirmitate nostra, semper autem viuentem in virtute sua. Ut culpas nostras suo sanguine expiaret, exinanuit semetipsum, ut verbis vtar diui Pauli, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. At diuinitatis splendor eclypsim non patitur, fuit enim semper Christus æqualis patri secundum diuinitatem. Aduerte. Non ait hic propheta fuisse Christum igne combustum, sed igne inflammatum. Ille enim dicitur igne calamitatum comburi, qui patientiam amittit: at qui iniurias & cruciatus patienter tulerit, qui rerum aduersarum molem, & acerbas ærurnarum angustias æquo animo sustinuerit, qui fuerit animi magnitudine munitus, rerumque humanarum tolerantia sepius, ardere dicitur, non autem comburi. Id significabat rubus ille, in quo deus erat, qui ardebat, sed non comburebatur: vir enim iustus, ab omni contagio impietatis seuocatus, cuius anima est dei sedes atque domicilium, rubus est, in quo deus est, quoniam flammis rerum aduersarum expositus, & infinitis calamitatibus pressus, ardet quidem, sed non consumitur incendio, cum nullæ eum possint calamitates de gradu dignitatis eiicere, nec à virtute abducere, nec ab incepto honestatis cursu retardare. Diuinus ille Paulus in medio flammarum constitutus aiebat: **Maledicimur, & benedicimus, persecutiones patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus.** Et alibi: **Quis nos poterit**

Philip. 2.

Exu. 3.

1. Corint. 4.

Rom. 8.

separare à Charitate christi? tribulatio: an angustia? an fames? &c. Ac si dicat: Nihil horum. Nullus est ignis, qui nos possit incēdio comburere. Hæc est ratio cur dominus apparuit igne incensus, sed nō combustus. Fortasse eam ob causam apparuit deus in figura ignis, vt suam agilitatem & puritatem ostenderet: voluit enim suam celeritatem, hoc est vim omnia penetrantem, & cuncta cœlo, terraq; perlustrātem significare.

Vt visio electi. Hoc fuit primo capite explicatum, & in explanatione, & in annotatione.

Electi similitudo manus apprehendit me in cingulo capitis mei. Hoc est, ignea illa hominis similitudo porrexit similitudinem quandam manus, qua me apprehendit per intortos & calamistratos crines, & eleuatus ab spiritu per aerem asumptus sum in templum Hierosolymæ, non corpore, sed spiritu: fuit enim visio hæc imaginaria. Nomine manus opera significantur, vt paulo antè ostēdimus. Aduerte. Spiritus diuinus eum eleuauit, quem manus apprehendebat: imò manus eum etiam eleuabat. Bona opera sunt, quæ nos apprehendunt, & rapiunt in cœlum, viamq; muniunt ad gloriam immortalem consequendam. Eos deus effert in sublime, qui virtute præditi sunt, qui in honestatis opera incumbentes, animos suos à corporis contagio abducentes, & cogitationes à populi temeritate seuocantes se totos ad Christi imitationem contulerunt. Da operam, vt virtus te apprehendat, & trahat ad veram dignitatem: manus enim, hoc est, bona opera in gratia facta, decorata sanguine Christi, ex quibus Christiana nobilitas redundat, & efflorescit, te ad cœlestem patriam, ad mentium beatarum sedes eleuabunt. Sequere Christum, adhære illi, eum amplectere, & amore prosequere singulari, & eris etiam viuus à terra eleuatus, & in cœlo mente & cogitatione con-

stitutus. Et dices cum apostolo: *Conuersatio nostra in cœlis est.* Itaque in terra existens, non eris terræ habitator, sed cœli, cuius omnia tibi contemplanti præclara & mirabilia videbuntur. Et tunc si ad terram oculos retuleris quibusdam redimitam & circumdatam cingulis, parua tibi videbitur, & instar puncti respectu cœli: & intelliges planè esse humana omnia contemnenda, cœlestia autem semper spectanda. Et mentis acie contemplaberis sedes illas æternas admirabili splendore fulgentes, vbi sancti requiescunt, ad quas illi ascendant, qui sunt operibus præclaris insignes, in humilitate fundati, charitate conspicui, diuinarum rerum contemplatione præstantes, qui effigiem quandam diuinæ bonitatis in suis moribus & factis adumbrant, & præstantibus ingenij in vita humana diuina studia sectantur. Hos suscipit virtutum nubes, & eleuat in cœlum. Cùm Christus deus noster ascendit in cœlum, eleuatus est, & vt ait diuus Lucas in Actis apostolorum, nubes suscepit eum ab oculis discipulorum. Vbiq; creatura suo creatori præstat obsequium: astra eum indicant nascentem, obnubunt patientem, recipiunt nubes ad cœlum abeuntem. Ascendit Christus nō alieno adminiculo, sed propria virtute, nam, vt ait in homilia quadam diuus Gregorius, redemptor noster non curru, non angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia, super omnia virtute sua ferebatur. Et quāuis virtute sua eleuatus est, nubes tamen eum suscepit, quam aiunt fuisse lucidam, ab eximio splendore diuinæ maiestatis quasi procedentem. Nos faciamus splendentes nubes, quæ nos erigant in cœlum, quæ exeant à nobis, à corde procedentes. Sint nubes bonorū operum, precatationum, ieiuniorū, elemosynarum, & omnium denique virtutum. Hæ nubes sunt manus, quæ nos apprehendent, & in cœlum asportabunt.

In

In visione dei. Hoc est, non corpore sed spiritu in visione, quā mihi deus reuelauit: hæc enim deo illustrante mentis oculis aspexi. Fortasse visionem hanc dei esse dicit, vt eam magnam esse ostēdat: solet enim diuina scriptura, quæ magna sunt, dei appellare.

Iuxta ostium interius. Nimirū templi Salomonis. Habebat enim templum illud tria atria, primum erat immundorum, habens tria ostia, vnum ad orientem, alterum ad meridiem, tertium ad aquilonem. Secundum atrium erat mundorū, habens similiter alia tria ostia. Tertium erat sacerdotum habens vnum tantum ingressum, nimirum ad orientem. Loquitur nunc Ezechiel de templo Salomonis, non autem de templo illo, de quo agit capite quadragesimo vsque ad finē libri. In primo atrio prope ianuam aquilonarem erat altare quoddam, vbi erat statua Baal, de qua hic loquitur propheta, dicens, esse ibi statutum idolum zeli. Appellatur autē idolum zeli, quia Iudei ob eius cultum iram dei contra se prouocabant. Eam ob causam subditur statim: Ad prouocandam æmulationem, hoc est indignationē dei aduersus eos. Est enim deus zelotes: ita enim ait in Exodo: Ego sum dominus deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios &c. Et iterum: Dominus zelotes nomen eius, deus emulor. Et in Deuteronomio: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Vbi Tharghum habet: Et irasci fecerunt me propter idola sua. Pro vanitatibus interpretatur idola. Ita in Psalmo: In sculptilibus suis ad æmulationē eum prouocauerunt: Seruissē autem Hebræos Baal gentium idolo, illudq; pro deo coluisse, asserit diuina scriptura multis in locis.

Et ecce ibi gloria dei Israel. Subaudi apparuit mihi. Gloria dei patris est Christus, qui in templo apparuit, ibi docuit, & miracula fecit.

Secundum visionem, quam videram in carthago. De qua capite primo & tertio disse-ruimus.

Et dixit ad me: Fili hominis leua oculos tuos ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis. Et ecce ab aquilone porta altaris idolum zeli in ipso introitu: Et dixit ad me: Fili hominis putas ne, vides tu quid isti faciunt: abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? Et adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi. Et ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me: fili hominis fode parietem: & cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Sapha stabat in medio eorum stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulae de thure conurgebat. Et dixit ad me: Certè vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: non videt dominus nos dereliquit dominus terram. *Et dixit ad me: Ostendit deus Ezechiel*

Iudzorum abominationes.

Porta altaris. In atrio immundorum extruxerant Iudæi altare Baal in porta septentrionali, quæ eam ob causam porta altaris dicebatur.

Idolum æli. Hoc est, Baal. In diuinis literis idolum appellatur fornicatio, mendacium, vanitas, abominatio, Baal. Est igitur Baal nomen vniuersale idolorum, etiam si aliquando accipiatur pro idolo quodam singulari. Narrat diuus Hieronymus in commentarijs in Oseam, Ninum filium Beli in Asia regnasse, & Niniem urbem Assyriæ condidisse, fuisseque tantam nominis celebritatem consecutum, ut patrem suum Belum referret in deum. Ad id demeritæ perductus est, ut vellet filius dei appellari. Hanc ciuitatē Niniem appellat Ptolemæus Ninum in Assyriæ descriptione, de qua urbe loquitur Plinius libro. 6. & Strabo in principio libro. 26. Et quoniam hic Belus ab stultis gentibus pro deo colabatur, & ab Hebræis appellabatur Bel, seu Bal, ideo quodcumque idolum nomen hoc sortitum est. Hæc fuerat antea Berosi sententia, qui hunc Ninum dixit regnum Babylonicum propagasse, & templum Belo patri erexisse, vnde dimanauit idololatriæ principium. Nec solum Ninus statuam patri suo Belo erexit, sed etiam eius vxor Semiramis vastas statuas & magnitudine mirandas erexit, ut refert libro quarto Diodorus Siculus.

Ut procul recedam à sanctuario meo. Per subtractionem gratiæ & fauoris: nam per essentiam, præsentiam, & potētiam vbique est deus. Ita Christus deus noster apud Ioannem apostolis loquens, ait, Surgite, eamus hinc. Ac si diceret: Recedamus ab ingrata Hierosolyma, à terrena ciuitate, ab urbe sanguinum, ad construendam ecclesiā, ad ædificandam ciuitatē spiritualem, & congregationem fidelium. Exeamus à templo hoc materiali Hierosolymæ ad verum

dei templum construendum, in quo colatur deus in spiritu & veritate. Egressus est igitur Christus ex Iudzorum templo, exiuit lux mundi, & cæco populo tenebras reliquit, & noctem perpetuā. Et fuit impletum id, quod ipse dixerat Iudæis: Relinquetur vobis domus vestra deserta.

Fili hominis fode parietem. Intus erāt animalia depicta, quæ illa parte introcun-
tibus erant propter parietem, qui se oculis offerebat, abscondita. Præcipit igitur deus prophetæ, ut perforet parietem, quo possit imagines idolorum in-
tueri. Per parietem quæ intra domum fiebant occultantem, intelligitur hypocrisis prauas cordis intentiones abscondens. Perfoditur autem paries, cum hypocrita lacepsitur iniurijs, & calamitatibus vrgetur, & malleo molestiarum percutitur: nam statim ostium aperitur, & apparent maledicta, ira, excandescētia, impatientia, intemperantia, & aliæ huiusmodi abominationes. Quemadmodū paries totus foris dealbatus non cognoscitur, sitne ex lapidibus, an ex luto constructus, nisi malleo concutiatur, sic homo bonis exterioribus, & pulchris ceremonijs foris ornatus, non facile iudicatur, sit necne tolerantia, charitate, ceterisque virtutibus munitus, nisi fuerit malleo contumeliarum, ærumnarum, & tentationum contusus. Vnde diuus Paulus cuidam, qui scelera nefaria volebat virtutis tegumento cooperire, dixit: Percutiet te deus paries dealbate. Monetæ, quibus emitur cælum, longè diuersæ sunt ab ijs, quibus emitur terra. Intentio sancta est aurum illarum, insignia autem sunt exteriora opera, veluti orare deum, eleemosynas facere, frequentare templa, & cætera huiusmodi. Hypocritæ cudunt monetas, sed adulterinas, sculpunt insignia scutorum aureorum in orichalco deaurato, effigiant insignia bonorum operum in orichalco deprauati propositi, & intentionis

Matth. 23.

simile.

Act. 23.

simile.

tionis corruptæ. Nullus est hypocrita, qui non sit monetarius falsus: paries est dealbatus, tegens multa flagitia calcē virtutum: perfora parietem, & apparebit reptilium similitudo. Diuus Gregorius libro. 26. Moralium explicans hūc locum, ait ita: Parietem fodere, est asperis correptionibus duritiam cordis aperire. Et tunc apparet ostium, quia cum cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quædam ianua ostēditur, ex qua omnia, in eo qui corripitur, cogitationū interiora videantur. Hęc ille.

Apparuit ostium vnum. Hoc est, ex foramine factum est ostium quoddam.

Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium. Hæc abominatio ideo erat priorē detestabilior; quia erat in loco interiorē & sacratiorē templi: nam statua Baal erat in atrio primo, hæc autem idola in secundo, nimirum in atrio mundorum, vbi erant senes imaginibus reptilium in pariete depictis sacrificantes. Ad id amentia & cæcitas deuenerant Hebræi, ut omnia gentium idola colerent, & ut ait Esaïas, talpas & vespertiones adorarent. Quid erant cæci homines nisi cæca animalia culturi? Per Amos prophetam ait illis in hunc modum deus: Portastis tabernaculum Moloch, & imaginem idolorum vestrorum, sydus dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis vobis, adorare eas.

Et in libro Sapientiæ ostendit deus magnam hominum in idolorum cultura cæcitatē. Vnde in epistola ad Romanos ait apostolus: Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. At si in cordis nostri domicilium fuerimus ingressi, easdem abominationes mentis oculis aspiciemus. Penetremus conscientias nostras, & in cubilibus earum imagines idolorum propè infinitas intuebitur. Ea enim, quæ deo contempto colimus, in quibus felicitati

tem constituimus, idola sunt, quibus sacrificamus. Quidam vanitatem colunt, quidam aurum, quidam voluptatem, quidam omnia hæc, & alia innumera. Qui viris bonis detrahunt, eorumque famam lacerare contendunt, inuenient canes latrantes, & mordentes. Qui se corporis illecebris dederunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, atque dei, hominumque iura violarunt, inuenient sues iacentes in volutabro. Qui leuitate & iactatione ducuntur, & populi rumusculos aucupantur, inuenient pauones oblectantes seipfos penarum in orbem constitutarum pulchritudine, & chamæleontes seipfos aere pascentes. Qui crudelitate gloriantur, inuenient leones: qui pecuniæ sunt cupidi, & auaritiæ serui, inuenient rubetas, & talpas in terra defossas, non audentes se terra satiari: loquaces inuenient ranas, inuidi vipersas, raptores lupos: & ita de cæteris. Vide hominū miserias & ærumnas. Qui deberent non solum se ab omni flagitio abducere, sed etiam omnem animi cogitationem integram castamque seruare, se vitijs coinquinant, & contaminant, & turbulentis ac concitatis animi per motionibus agitantur, & violento quodam cæstro impetu vitiorum rapiuntur, & nunquam satiantur. Vt mare quanuis in se incurretium fluminum multitudinem excipiat, nunquam tamen redundat, sic flagitiosi homines nunquam vitijs satiantur, sed quorundam scelerum stimulis ad alia detestabiliora excitantur: ita ut abyssus abyssum inuocet, quoniam vanis falsorum bonorum simulachris delusi, vera & solida bona contemnunt, & pro nihilo ducunt sceleribus autem & maleficijs se pascunt, licet se illis præ desiderio satiari non possint. Hi si penetralia cordis sui intrauerint, omnem similitudinem reptilium intuebuntur.

Et septuaginta viri. Hi fuerant constituti

K 4 ri, ad

Esa. 2.

Amos. 5.

Sap. 13. & 14. & 15.

Roma. 1.

similitudo.

psal. 41.

Exod. 34.

ti, ad legem dei docendum: & ipsi aduersus eam gentium idola colebant. Si hoc faciebant senes, quid facerent iuvenes? si in id impietatis incidebant, qui incumbabant in studium diuinarum literarum, quid existimas illos facturos fuisse, qui legem ignorabant? Moyse ex confortio sermonis dei fuit in facie mirabiliter illustratus, & nunc etiam lumine admirabili illustratur, qui dei verba, eiusque legem studio intelligendi, beneque operandi legunt, & in eius meditatione dies atque noctes consumunt: ut animo percipiant dei voluntatem, ad illam obseruandam, & quas poenas flagitiosi luant, quæ præmia viri iusti consequantur. Sed hoc debet esse in monte cum Moyse, in virtutum altitudine, non in perfidia, vitiorumque vallis profunditate. Hi senes dei legem legebant, sed quia erant in ima terra, in scelerum valle constituti, nullam inde utilitatem reportabant.

Et lexonias. Hic eos excitabat ad simu lachrorum cultum, eratque princeps impiorum. Ideo appellatur filius Saphan: Saphan enim iudicium sonat & damnationem. Non solum peccabat, sed alijs ad peccandum persuadebat. Currus erat dæmonis, quo multi vehabantur in infernum. Vide cæcorum hominum impietatem: in templo dei non deum, sed dæmones colebant. O cæcitate deplorandam!

Et unusquisque habebat thuribulum in manu sua. Nimirum ad sacrificandum picturis, quas colebant.

Dicitur enim: non videt dominus nos. Ad id amentia & cæcitate perducti sunt Iudæi illi; ut diuinam negarent prouidentiam. Audierant quidem, deum cælum & terram, & reliqua omnia, quæ amplissimo cæli complexu coercentur, creauisse, omnia aspicere & gubernare, & non solum hominum actus, sed etiam eorum cogitationes intelligere: & tamen tantis se vitijs contaminaue-

rant, in tam tetra flagitia inciderant, tam obscuris scelerum tenebris intellectum operuerant, ut quæ de deo à diuinis vatibus, alijsque viris virtute insignibus, sapientia conspicuis, & sanctimonia præstantibus audierant, & in scriptura diuina legerant, non curarent, quimpotius ea penitus ex animo deleterent. Versabantur in erroribus intolerabilibus, & ut est in libro Sapientia *Sapient. 2.* literis mandatum, excæcavit eos malitia eorum. Et, ut verbis utar diui Pauli: Obscuratum est insipiens cor eorum. *Roma. 1.* Inde euenit, ut vitæ ratio & ordo peruerteretur, essentque illi omnia plena confusione. Id quidem est, quod ait regius vates: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulant: *psal. 82.* mouebuntur omnia fundamenta terræ. Gentes absque fide, lumine naturali illustratæ asseruerunt deum omnia videre. Ideo hieroglyphi volentes significare deum, pingebant sceptrum rectum, & erectum, cum oculo supra omnia circumspectante: inuenientes, ut ait diuus Cyrillus libro aduersus Iulianum nono, deum esse iustum & rectum, & omnia videntem, illiusque nutu & potestate mundum gubernari. Per baculum rectum intelligebant regiam dignitatem, & rectam iustitiam, nulloque modo posse diuinam naturam labefactari: per oculum verò diuinam prouidentiam. Imò deus appellatur græcè theos, à verbo theome, quod est videre & spectare, quasi omnia perspicuus: quo fit, ut, thea significet visionem. Homines à veri dei cultu alienati hoc sciebant, Iudæi verò diuinæ legis lacte nutriti illud ignorabant. Aspice Iudæorum cæcitate. Colebant idola vana & insensibilia, & existimabant hos falsos & commentitios deos omnia videre, deum autem verum, mundi conditorem non videre. Quæ poterat maior insania excogitari? Hæc fuit falsa & impia stultorum

Iob. 22.

Psalm. 41.

rum illorum opinio, quos in hunc modum Iob inducit loquentes: Deus nostra non considerat, & circa cardines cæli perambulat. Hi aiebant apud psalmographum: Quomodo scit deus, & si est scientia in excelsis? Homines nefarii, & errorum tenebris circumfusi, videntes viros iustos, & pietate Christiana præcellentes varijs agitari casibus, aliquando, & in acerbis calamitatum angustijs versari, & magnis cruciatibus interdum torqueri, contra verò homines impuros, omniumque scelerum maculis coinquinatos opibus circumfluere, dignitatibus extolli, rebus denique secundis abundare, negant etiam nunc prouidentiam diuinam: non intelligentes miseri homines esse aliam vitam, ubi iusti diuinis bonis cumulantur, impij autem torquentur, esseque sempiternas poenas illas, quæ eorum scelera sequuntur.

Dereliquit dominus terram. Hoc est, non curat mortalia.

F Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus domini, quæ respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. Adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interioris. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad

me: Certè vidisti fili hominis. Nunquid leue est hoc domui Iuda, ut faceret abominationes istas, quas fecerunt hic, quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? Ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non parceret oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Maiores dicuntur præcedentibus, quia erant in porta atrij sacerdotum, quæ appellabatur porta domus domini: & quò interiorius fiebant, eò maiores vocabantur. Vel ideo maiores dicuntur, quia in præcedente abominatione homines stabant, hic autem mulieres sedebant: per sessionem autem consuetudo intelligitur. Illud autem est absque dubio perspicuum in malis peiorem esse habitum, quàm actum. Magnū malum etiā in paruis est consuetudo. Cùm Plato, ut narrat in eius vita Laertius, quendam increparer, ille autem parua ea esse assereret, quæ admittebat, dixit Plato: Non est res parua consuetudo. Ut enim qui *simile.* febre laborat, lenta illa quidem, sed ethica & assidua, si fortè ob aliquam intemperantiam incidit in febrem quandam acutam & perurgentem, facile eam expellit, & quacunque medicina curatur, manente tamen semper ethica febre: sic actus quidam vitiosus citò curatur, consuetudo autem peccandi difficilimè. Poteris per sessionem hanc turpe otium intelligere, fontem libidinis, & fomētum multorum malorum. Huic expositioni fauet id, quod sequitur.

Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Adonis, ut aiunt, fuit filius Cinyræ Cypriorum regis, quem ob eximiam pulchritudinem Venus

fuit incredibili amore profecuta. Et cum eum haberet in delicijs, fuit ille ab apro percussus, & interfectus: quam ob causam illa se dedit lachrymis & lamentis. Hanc fabulam tangit Theocritus, & Ouidius, & multi alij. Tanta autem fuit Hebrææ gentis stultitia, vt mulieres huius Adonidis Amasij Veneris statuam in templo constitutam colerent, eiusque interitum in Veneris honorem lachrymis prosequerentur. Macrobius existimauit Adonidem esse Solem: at ferè omnes eum Veneris amicum esse fatentur. R. Salomon ait idolum hoc fuisse concuum: & quia artificio quodam videbatur plorare, ideò à mulieribus plorantibus colebatur. R. Moyfes Aegyptius ait fuisse quendam maximū idolorum cultorem, qui cum esset interfectus, triste sui desiderium reliquit. Et quoniam gentes à fide alienatæ existimabant idola eadem eius deplorassee, ideo eum plorantes venerabantur. Sed quoniam Ezechiel ait non eum homines, sed mulieres sedentes deplorassee, credibilius est loqui de Adonide Veneris Amasio.

106l. 2. *Inter vestibulum & altare.* De quo ait Ioel: Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes.

Deutero. II. *Dorsa habentes contra templum domini.* Ideo hæc abominatio erat alijs pestilentior, quia erat in loco templi interiore: & quia qui eam perpetrabant, deum penitus contemnebant. In Deuteronomio prohibuerat deus, ne Hebræi in dei cultu gentes imitarentur, quæ deos suos colentes se conuertebant ad Orientem. At hi Iudæi terga vertebant ad altare, & ad solis ortum respicientes idola colebant. Id plorabat Esaias, dicens: Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienari sunt retrorsum. Quatuor idololatriæ genera numerat hoc loco diuinus vates: primum fuit statua Baal in introitu primi atrij templi: secundum, cultus picturarum

in pariete in atrio secundo: tertium, scelus mulierum colentium Adonidem in atrio tertio: quartum, vultuū conuersio ad orientem aduersus dei altare in ipso templo, in loco sacratiore & interiore. Prima abominatio est in desiderio flagitij adhuc re ipsa non commissi, ideo erat idolum in introitu, quoniam turpis cogitatio initium est sceleris: secunda est perpetratio delicti, tertia est peccandi consuetudo, quarta est defensio scelerum cum dei contemptu & obstinatione. Hæc vltima est abominatio maxima, & vltimus ferè gradus excidij. Tria genera flagitiorum condonabit tibi deus, si ad illum pœnitens confugeris: at quartum quoniam ad deum non confugies, nequaquam, quoniam est impœnitentia, delicti complacencia, & obstinatio: quandiu enim tibi in scelere placueris, deumque neglexeris, qui fieri potest, vt remissionem consequaris? Eam ob causam ait deus per Amos prophetam: Super tribus sceleribus Damasci: & super quatuor non conuertam eum. Ac si dicat: Prima tria scelerata tibi remittam, quartum autem minime. Augustinus ait: Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Potest hic locus Amos prophetæ ita exponi, vt per tria & quatuor flagitia septem intelligat, & per septem infinita: numerus enim septenarius apud Hebræos rerum multitudinem significat. vt sit sensus: Si semel aut bis in flagitia incidisset, pepercisssem illi: at quia peccandi nullum facit finem, luet mihi pœnas omnium delictorum. Si fueris ad dominum conuersus, & confugeris ad sacramentalem confessionem, sanctumque hoc pœnitentiæ sacramentum fueris amplexatus, consequeris absque dubio remissionem: si autem peccandi finem nullum feceris, nunquam gratiam consequeris: & decedens in finali impœnitentia, eris in æternos cruciatus præcipitatus.

Ad ortum solis. Solem, cum oriretur, colebant,

colebant, verum autem iustitiæ solem pro nihilo putabant. Pharisei ideo contemnebant solem iustitiæ, & splendorem gloriæ, quia nominis splendorem, & falsam mundi gloriæ & celebritatem cupiebant. Ambiebant opes, honores, magistratus, & vanitates, veram autem amplitudinem, quæ in virtute, diuini que numinis imitatione consistit, aspernabantur. Ideo illis dicebat Christus apud Ioannem: Quomodo vos potestis credere, qui gloriæ ab inuicem accipitis, & gloriæ, quæ à solo deo est, non queritis? Vbi vides huiusmodi gloriæ mundi, potentiæ & opum auiditatem afferre secum perniciem. Non solum non satiat, & sitim extinguit, sed nocet, & secum detrimentum ducit, & mortem. Vt enim quæ non sunt apte nostræ naturæ, nullamque cum ea habent proportionem, veluti ignis & sulphur, & cætera huiusmodi manducata non modò vtilitatem non afferunt, sed lædunt, & necant, sic falsæ mundi diuitiæ nimis optatæ, honorum pompa, & vana ostentatio, & reliqua illa, ad quæ multi decepti aspirant nimia flagrantibus cupiditate, non solum animam non alunt ad æternitatem, nec eius impia desideria mitigant & sedant, sed etiam excidium illi sempiternum machinantur. Cibis illi conueniens virtus est: cuius est proprium, deum summe diligere, illum optare, illi adhærere, nihil extimescere, vt ob timorem relinquatur virtus, omnia humana propter Christum contemnere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Possunt quidem diuitiæ & honores possideri absque peccato, sed sitiens earum rerum cupiditas, & ambitio, quam diuus Paulus radicem omnium malorum vocat, absque peccato possideri non potest.

Applicant ramos ad naves suas. In idolorum venerationem & obseruatiam applicabant ramos statuis, & postea eos

osculabatur, & olfaciendos ad naves adiungebant. Vel sic: Non solum peccant, sed peccatis oblectatur: idololatriæ foetore se ipsos reficiunt. Qui peccant, & peccasse gaudent, dicuntur herbam foetidam ad naves applicare.

Non parceret oculus meus. Hæc explanata fuerunt capitibus præcedentibus.

Annotations ex hebræo in caput viij.

*V*bi erat statutum idolum zeli ad promouendum emulationem. In hebraico est: Vbi erat sedes idoli *הַמַּקְדָּשׁ הַזֶּה* hacinah hamacneh. hoc est, zeli zelare facientis. Pro quo paraphrasis chaldaica habet: Vbi erat idolum zeli irasci facientis, hoc est deum ad iracundiam prouocantis. Verbum est *נָכַר* cana, quod significat zelare, æmulari, inuidere, irasci. Vnde in psalmo: Noli æmulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Vel, vt potest verti ex hebræo: Ne succenseas ob improbos, nec inuideas impiorum prosperitati. Sequitur enim: Quoniam tanquã fœnum velociter arefcunt. Ac si dicat: Ne grauius mouearis ob secundas impiorum res, eorumque successus ad voluntatem fluentes, quoniam nullam habent firmitudinem, nullam perpetuitatem: qui potius fluxe sunt eorū prosperitates, & instar flosculorum euanescent. Et alio in psalmo: Quia zelau super iniquos pacem peccatorum videns. Vel, vt potest etiam ex hebraico transferri: Quia vtebat me ira & æmulatio propter stultos, cum impiorum prosperitatē viderem. Ac si dicat: Fuit animus meus vehementer commotus, cum aspicerem insanos opibus & dignitatibus florere, & adeo conturbatus, vt parum absuerit, quin de recta sententia abducerer, & impiorum

Ioan. 5.

similitudo.

Amos. 2.

psal. 36.

psal. 72.

2. Timo. 6.

5117

Ephes. 4.

rum infelicitati inviderem. Vbi aduerte, pro iniquis esse in hebraico stultos: omnis enim improbus est ignoras. Vnde apostolus optata mala & impia in epistola ad Ephesios desideria erroris appellat. Sed quid mirum, cum infideli hoc etiam intellexerint: Aristoteles enim peruerti iudicium iniquitate ait, omnemque iniquum stultum esse: & Cicero in oratione in Pisonem ita inquit: Sicut quæque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate & mente deturbat. Cæterum hunc Ezechielis locum septuaginta in hunc modum vertunt: Vbi erat statua possidentis. Voluerunt innuere hoc idolum esse Baal, idem enim est Baal, quod possidens siue habes, authore diuo Hieronymo in libro de nominibus hebraicis. Sed attende: eum colebant, eius statuam adorabant, qui eos possidebat: sunt enim impij mancipia diaboli, cum ei seruiant, & obtemperet. Vnde diuus Paulus in epistola ad Romanos, An nescitis, inquit, quoniam cui exhibetis vos seruos, ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis? Et diuus Petrus in epistola sua secunda. A quo quis superatus est, huius seruus est. Et Christus deus noster apud Ioannem: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Diuus Augustinus ita ait: Bonus homo si fertur alicui domino temporali, liber est: malus homo si regnet, seruus est, non vnus hominis, sed quod peius est, tot dominorum, quot vitiorum. Brachmanes, vt narrat historia transmarina, & refert Sanctus Antoninus quarta parte theologali, verba hæc ad Alexandrum magnum scripserunt: Tu hostes exteriores expolias, vt interiores nutrias: tu homines tuæ seruituti subijcis, & intus tuis appetitibus seruis. Magna profectus, sed laudabilis & philosophica audacia. Seruus præditus virtute, corpore tantum captiuus est, rex autem vitij deditus, captiuus est anima. Ex quo colliges multo maiorem esse principis serui

Rom. 6.

2. Pet. 2.

Ioan. 8.

tutem, quam serui: quanto enim anima præstantior est corpore, tanto eius seruitus est detestabilior, & deterior. Loquens Seneca de viris iustis, qui erant in vincula coniecti, Errant, inquit, qui existimant seruitutem in totum hominem descendere, pars melior excepta est: corpora dicimus obnoxia, mens sui iuris est. Contra verò domini impij verè sunt serui, qui peccato eos possidenti seruiunt.

Vnusquisque in abscondito cubiculi sui. Potest verti ex hebræo: Vnusquisque in depictis cubiculis suis. Pagninus vertit: Vnusquisque in cubiculis picturæ suæ, Quod in idè recidit. In hebræo est: In abscondito *מַסְכֵּי* mascitho, à verbo *סָכַח* sacah, quod significat depingere. Vnde Esaia *Esa. 2.* illud capite secundo: Super omne quod visu pulchrum est, potest etiam verti: Super imagines, seu picturas desiderij. Vel, vt habet Tharghum: Super aulas pulchritudinis, hoc est super palatia pulchra, imaginibus depicta. Fortasse imagines desiderij sunt simulachra vanæ, quæ in corde nostro collocata tanquam idola colimus. De quibus dicitur in psalmo: *Psal. 72.* Velut somnium surgentium domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Ac si diceret: Similis est impiorum prosperitas somnio expergiscentis inani & fallaci: Et tu domine in ciuitate tua ostendes esse contemptibiles, & ad nihilum redactas vanas illas imagines, quas ipsi habent in corde fixas, quas colunt, & venerantur, cum nihil aliud sint quam vmbra, & nugæ, & inania simulachra. Cum autem cubile excellentibus ornatum imaginibus & supellectilibus sit clausum & absconditum, rectè noster interpret transtulit: Vnusquisque in abscondito cubiculi sui.

Plangentes Adonidem. In hebraico pro Adonide est *אָדוֹן* tammu. Est autem tammu nomen mensis cuiusdam apud Hebræos. Et quoniam aiebant

fuisse

fuisse Adonidem Veneris amasium occisum hoc mense, illi mensis nomen imposuerunt: & in eodem mense eius festum celebrabant. Sunt qui dicant esse brutum quoddam animal: alij principè quendam idololatrarum: alij aliter. At prima interpretatio est diui Hieronymi, aliorumque catholicorum interpretum. Quare eam arbitror tenendam esse. Mulieres amatorijs leuitatibus deditæ, & libidinifacibus in flammæ, mortem Adonidis dolebant: vt hoc obsequio Venerem sibi haberent propitiam. Fortasse per mulieres non solum foeminas intelligit, sed homines etiam effoeminatos, traditos delicijs, totam felicitatem in voluptatibus corporis constituentes. Huiusmodi homines mulieres iurè appellantur, qui Salmaci dant spolia sine sudore & sanguine. Hi sibi ipsis interitum parant, quoniam animæ languenti nullam volunt adhibere medicinam: nec enim volunt corpus domare, nec efrenatos appetitus coercere, sed voluptatibus defluentes ad excidium ducuntur. Quemadmodum cum pars vna non est remedij capax, remedium illud ad alteram applicamus, quam ob causam laborantes graui capitis dolore scindimus venam brachij, quia caput non est capax phlebotomiæ, & venæ percussio: sic vmedeamur animæ, oportet opprimere carnem. At Hebræi illi non castigabant corpora, quimpotius se in dies in voluptates ingurgitabant, & Adonidem colebant.

Similitudo.

Argumentum capitis. ix.

Dixerat deus in fine superioris capitis esse se supplicium sumptuum de Hebræis, quoniam in templo suo colebant idola, & diuinam negabant providentiam: eisque ferrum & flamma

minitatus fuerat. Nunc explicat propheta terribilem harum minarum effectum. Describit ciuium Hierosolymæ cades, & vrbs vastitatem: in qua illi solum seruantur, qui sunt thau, hoc est vltima hebraici alphabeti litera cõsignari.

Caput nonum.



T clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt visitationes vrbs: & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem, & vnus cuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Et ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. Et gloria domini Israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentum scriptoris habebat in lumbis suis: & dixit dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.

A

B

Exod. 12.

Apoca. 7.

EXPLANATIO.

Et clamauit in auribus meis voce magna. Hoc est, me audiete: clamauit deus non suppressa

pressavoce, sed magna, ut me veluti dormientem excitaret, magnamque esse visionem hanc ostenderet. Hæc dei verba audiebat Ezechiel auribus interioribus: siebāt nanq; hæc omnia repræsentatione quadam imaginaria intus exhibitæ, exteriorum sensum vsu suspensio.

Appropinquauerunt visitatione vrbis. Id est propinqua sunt calamitates Hierosolymæ. Solet diuina scriptura nomine visitationis cædes, strages, ærumnas, punctiones, & calamitates significare. Ita illud Esaiæ intelligitur: Quid facietis in die visitationis? Ieremias itidē Hierosolymæ euerfionem & vastitatem significare volens, eam appellat ciuitatē visitationis. Et paulò post: In tempore, inquit, visitationis suæ corrūet. Et alio

Esa. 10.
Ieremi. 6.

Ieremi. 23.

Psal. 88.

Genes. 21.

Luc. 1.

Luc. 19.

in loco: Afferam super eos mala, annū visitationis eorum, ait dominus. Ac si diceret: Eos opprimā calamitatibus, & lacerabo dolore. Annū visitationis appellat, tempus dolorum & molestiarū, quibus erat Iudæos oppressurus. Et Dauid ita deum inducit loquentem: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Visitare in literis diuinis aliquando est implere promissum, ut in Genesi. Visitauit dominus Saram, sicut promiserat. Hoc est, stetit promissis, & præstitit, quod fuerat pollicitus. Ita potest illud intelligi Zachariæ. Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Hoc est, quia impleuit promissum, redimens populum suum, quemadmodum fuerat per diuinos suos vates pollicitatus. Eodem modo id, quod Christus dixit, cum videret Hierosolymam, & flet super illam: eod quod nō cognoueris tempus visitationis tuæ. Ac si diceret: In acerbissimas incidet calamitates, quia non cognoscis, hoc esse tēpus, quod tibi promisit deus, in quo erat filium suū miserus, ut te à peccatorum vinculis eripe-

ret, & à dæmonū tyrānide liberaret. Id intelligens virgo dei genitrix canebat: *Luc. 1.* Suscepit Israel puerū suum, recordatus misericordiæ suæ. Hoc est, ut ostēderet memorē se esse promissionis suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in secula. At hoc Ezechielis loco accipitur visitare pro punire, & ad interitū & vastitatem vocare. Poterat hic locus ita verti: Appropinquauerūt visitatores vrbis, & singuli portabant gladiū, quo erant ciues eius occisuri. Erant enim hi viri ad sumendū de Iudæis supplicium destinati. Id intelligentes septuaginta interpretes verterunt: Appropinquauit ultio vrbis. &c.

Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Vnusquisq; tenebat manu gladiū ad interficiendum populū. Vas interfectionis periphraſis est gladij. Est autē periphraſis figura auctore Quintil. in lib. 8. cū quod vno, aut certē paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur: quæ utitur frequēter diuina scriptura. Vas accipit pro quocūq; instrumēto, & supellectile, & mulierū monilibus. Sumitur ali quando pro corpore humano, ut primo Regum: Fuerūt, inquit Dauid, vasa puerorum sancta, hoc est corpora impolluta, nullo mulierum contagio contaminata. In hanc significationem accipitur à diuo Paulo in prima ad Thessalonicenses aente. Sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. Et in secunda ad Corinthios: Habemus thesaurum illum in vasis fictilibus. Sed & Marcus Tullius in prima Tusculana quæstione, Corpus, inquit, quasi vas est, aut aliquod animi receptaculū. Accipitur etiam vas pro sacculo aut pera, siue mantica, ut apud hunc nostrum Ezechielem capite duodecimo: Facti bi vasa transmigrationis. Esaias hostes, quibus deus improbos affligit, & occidit, appellat vasa furoris dei. Diuus Paulus in epistola ad Romanos, homines sceleratos, ad infernum præcitos appellat vasa

Inf. 12.

Esa. 13.

Roma. 9.

Psal. 70.

Psalm. 7.

Matth. 3.

lat vasa iræ, vasa autem misericordiæ homines misericorditer ad gloriā prædestinatos. Psalmographus, Cōfitebor, inquit, tibi in vasis psalmi, hoc est, in musicis instrumentis. Et alibi: Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, hoc est sagittas ad occidendum directas, & mortifera tela. Ita hoc loco Ezechiel vasa interitus appellat arma offensiuæ, nimirū gladios aut secures, quibus hi sex viri erant ad mortem nefarijs Iudæis inferendam instructi atq; parati. Pro vase interitus ait diuus Hieronymus posuisse septuaginta interpretes securim. sed trāslatio græca, quæ ego vtor, non habet securim, sed vasa exterminationis. Fortasse fuit librariorum inaduertētia in commentarijs diui Hieronymi, qui pro alio translatore scripserunt septuaginta. At quicūque illi fuerunt, qui securim interpretati sunt, rectē quidem fecerunt. Securis enim accipitur pro dei ira, & iusta eius ultione: de qua ait Christus apud Matthæum: Iam securis ad radicem arborū posita est: omnis enim arbor, quæ nō facit bonū fructum, excidetur, & in ignē mittetur. Non ait: iam secat, sed iam posita est ad arborem, ut significet, esse in hac vita: tempus huius iræ per poenitentiam effugiendæ. Nec ait esse securim hanc admotam ad arboris ramos, ut maneat post mortem spes vlla pullulandi, sed ad radicem, ut funditus euellatur, & in ignem inextinguibile præcipitur. Hac securi secti & occisi sunt impij illi Hebræi, de quibus hoc loco agit Ezechiel, qui deo vero relicto inania gentium idola, earumq; portentosas superstitiones coluerunt, qui in perfidia sua decedentes, fuerunt vtraq; morte puniti, & præcipes in exitium absq; termino à dæmonibus rapti. Tales sunt, qui fraudes inexpliabilis concipiunt, seque mortiferis labibus contaminant, quibus in lethalibus peccatis à vita migrantibus est: deuium quoddam iter seclusum

à concilio cœlitum, & ad damnatorum barathrum, tenebrasq; profundas directum, vbi in æternum cruciantur.

Et ecce sex viri. Ministri dei erāt ad impios Iudæos interficiendos. Aiunt nonnulli esse dei angelos, & nō esse incōueniens esse eos dei ultores, & impiorū interfectores: nam dei angelus transiens nocte quadā omnes Aegypti primogenitos occidit. Et libro quarto Regū sunt hæc verba literis mādāta: Factū est in illa nocte, venit angelus dñi, & percussit in castris Assyriorū centum octoginta quinque millia. Est etiam hæc historia in libro Esaiæ, & in alijs locis veteris testamenti perpetuis cōsignata monimētis. Fuerunt autem hi viri sex, quia tot futuri erant Chaldeorum principes, qui erant venturi Hierosolymam oppugnatum, quorū nomina explicat Ieremias capite. 39. Et licet ibi plures esse videatur, vnum tamen sic habeto, solum sex esse, sunt enim ibi nomina cum cognominibus. Vel ideo fortasse fuerunt sex, quia sexto die fabricationis mundi creati sunt homines, quorum illi scelera puniebāt. Vel quia flagitiosi homines mūdo sex diebus constituto intemperanter abutebantur. Vel sex mundi ætates per sex dei ministros significantur. At qui signatos eripuit, lineis vestitus, septimus erat, mundi creator, & redemptor, humana carne opertus, qui toto septimo die, toto sabbato requieuit in sepulchro mortuus pro nobis, ut nos à mortis faucibus eriperet, & ad cœlestem requiem die septimo significatam, ad æternum sabbatum perduceret, vbi essemus summa gloria cumulati: quem sabbatum ait diuus Paulus. relinqui populo dei, ad quem debemus aspirare, & ad ingrediendum in illam requiem festinare.

De via porta superioris. Hæc erat porta septentrionalis atrij mundorum, quæ appellabatur superior respectu alterius portæ septentrionalis atrij immūdorū. Templum

Exod. 12.

4. Reg. 19.

Esa. 37.

Tob. 1.

Mach. 7.

Ierem. 39.

1. Reg. 1.

2. Reg. 1.

2. Reg. 1.

1. Reg. 1.

Hebr. 4.

1. Reg. 1.

Templū erat in monte sitū: & hæc tria atria procedebant sursum aduersus templum: cum autem hæc porta esset superior, perspicuum est, secundam esse, aut tertiam, nō erat tertia, quia tertiū atrium vnam duntaxat habebat portam, vt antea ostendimus, quæ erat ad orientem, versus præcipuam templi portam, erat igitur secunda. Tria erant atria in templo Salomonis, primum immundorū, quod erat inferius, alterum mūdorum, quod erat superius, tertium sacerdotū, quod erat supremum. Hoc vltimū vnū duntaxat habebat ingressum, aliorum verò vnū quodque tres, vnum ad orientem, alterum ad meridiem, tertium ad septentrionem. Describit propheta diligenter hanc portam, vt ostendat venturos esse hostes ad euertendam urbem, & templum ab aquilone, hoc est, à Babylonia, quæ erat ad quilonarem partē respectu Hierosolymæ.

Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis. Vestis linea candorem & puritatē significat. Hic est Christus deus noster veste pōtificis indutus: de quo illud psal. **psal. 109.** Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **Heb. 5. & 7.** vt ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus. **Heb. 9.** Er in eadem epistola summum legis sacerdotē multis verbis asserit imaginē Christi gessisse. Septuaginta pro lineis habent poderem: est autem poderis vna ex octo vestibus pontificis, quæ latinè dicitur talaris. Et diuus Ioannes in Apocalypsi ait vidisse filium hominis, hoc est, Christum, vestitum potere. Induit enim filius dei humanitatem nostrā, factus homo, vt hominēs filios dei efficeret. Hęc Christi caro vestis lineæ ob puritatem appellatur, nam et si erat in similitudinē peccati, erat tamen absq; peccato. Misit deus, inquit apostolus filium suum, in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Hoc est, de rota massa, quæ manauit ab Adā, Christus pro corpore

suo construendo aliquid suscepit, ad peccati damnationē. Totam illam massam à primo homine procedentem appellat peccatum, quod peccato sit obnoxia, & quod peccati virus imbiberit. Ideo dixit: in similitudinē carnis peccati, vt verè carnem intelligas, non verè peccatricem, sed similem peccatrici absque peccato, ita puram & sanctam, vt ea indutus, lineis vestitus dicatur. Diuus Cyrillus lib. 5. aduersus Iulianū, Corpus, inquit, Christi non erat peccati corpus, sed similitudo carnis peccati. Scio tamen Origenē multò aliter hunc apostoli locū explanare: nam per peccatum intelligit, ostiam pro peccato, vt sit sensus: Misit cœlestis pater, in mundum filium suum, vt humanitatem nostram assumeret: & de peccato, hoc est, de Christo hostia pro peccato dā nauit peccatum, per holocaustum carnis sue, quā obtulit pro mundi peccato, damnauit illud. Hanc interpretationē sequitur Augustinus libro tertio contra duas epistolas Pelagianorum: & Primasius Vicensis eius discipulus in commētarijs in epistolam ad Romanos, & alij. Et rectissimè quidem: nam in epistola secunda ad Corinthios videtur apostolus eandem sententiā ijs verbis explicare: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in illo. Euertit igitur deus peccatū veteris Adæ Christo facto victima pro peccato in carne, ab Ezechiele ob candorem & sanctitatem lineæ indumento comparata.

Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Qui erat signaturus gementes & dolentes litera thau.

Ingressi sunt, & steterunt iuxta altare arcu. Duo erant altaria, vnum thymiamatis aureum intus, alterum æneum holocaustorum ante templum, in atrio sacerdotum.

Et gloria domini Israel assumpta est de cherub. In templo dei erat arca foderis, & pro-

3. Reg. 8.
Hebr. 9.
Psal. 79.

Mat. 28.

Exo. 12.

Luc. 10.

Apoc. 7.

Ephes. 4.

propitiatorium, & duo cherubim vtrūque lateris propitiatorij tegētes, & expafis alis oraculum celantes, quemadmodum fuerat in tabernaculo. Ex illo propitiatorio loquebatur deus, & responsa dabat. Hinc dicitur in psalmo: Qui sedes super cherubim. Sublata est gloria dei à cherub, & apparuit in limine domus, vnde vocauit eum, qui erat veste linea indutus. Recedens deus à propitiatorio significauit fore, vt ab illo templo recederet: erat enim ecclesiæ catholicæ templum cōstructurus, vbi semper erit. Vnde ipse ait apud Matthæum: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi. Potest hoc etiā intelligi de visione illa, quæ apparuit Ezechieli in campo, vbi erat deus super cherubim.

Et signa thau super frontes virorum. In libro Exodi est literis contestatum, transisse dominum, & omnes primogenitos percussisse, præter eos, qui erant sanguine agni signati. Diuus Lucas ait designasse dominus alios septuaginta duos, eosque binos ante faciem suam concionatum misisse. Diuus Ioānes in Apocalypsi ait dei angelum seruis dei in frontibus signum impressisse, & eos, qui fuerunt vitam æternam adepti, fuisse signo notatos. Ex tribu Iuda erant duodecim mille signati, ex tribu Ruben duodecim mille signati, & ita de cæteris tribubus. Diuus Paulus Ephesios illos, qui erant veram religionē amplexati, & in Christiana dignitate constituti, hortari volens, ne animi præstantiam turpi dedecore macularent, in hunc modum alloquebatur: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Ac si diceret: Ne admittatis scelera, quibus spiritus sanctus instar hominis molestia affecti vos relinquat: reuocate ad memoriam esse vos in illo signatos in die baptismi. Et noster Ezechiel eos tātūm ait fuisse à morte seruatos, qui fuerunt litera thau à vi-

ro lineis induto consignati. Omnia hæc in idem recidunt, & vnam eandemque rem meo quidem iudicio significant. Agnus ille, cuius sanguine Israelitæ signabantur, vt vitam consequerentur, absque macula, & affus igne, cuius ossa non erant confringenda, vt literæ diuinæ in libro Exodi memoriæ prodiderunt, quid nisi Christum adumbrabat? Hoc voluit significare diuus Ioannes, aquila illa cœlestis altissimorum mysteriorum penetratrix, quando narrans non fuisse Christi crura in cruce fracta, subdidit: hoc factū fuisse, vt adimpleretur scriptura dicens: Os non comminuetis ex eo. Hic est agnus ille immaculatus, de quo dixerat Esaias: Quasi agnus coram tondente se obmutescet. Qui ait per Ieremiam: Ego quasi agnus māsuetus, qui portatur ad victimam. De quo aiebat Baptista apud euangelistam. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic fuit igne amoris incensus, & acer bisimorum cruciatuum flammis affus, immolatus pro nobis in ara crucis, vt scelera nostra suo sanguine expiaret, nosque ad veram terram promissionis perduceret. Qui non fuerint eius sanguine insigniti, qui eius mortis non habuerint memoriam animis impressam, eam credentes, in eaque remedium nostrum collocantes, qui eius caractere, quem ipsi nobis imprimunt per baptismi sacramentum, qui character non est sicut in subiecto in animæ essentia, sed in eius potentia, non fuerint signati, vitam æternam nequaquam adipiscentur. De mus igitur operam, vt non solūm indelebili caractere sacramentali, sed etiā signo gratiæ simus consignati, si voluerimus, vt sit deo gratum obsequium nostrum. Huiusmodi erant hi, quos seruator noster misit cōcionaturos, qui ideo erant septuaginta duo, qui erant veluti sol mundum illustraturi: cum autem sol vinginti quatuor horis orbem suum perficiat, illi autem fidem trinitatis prædicaret.

L carēt,

carent, debebāt esse ter vigintiquatuor: numera ter vigintiquatuor, inuenies septuaginta duos. Hos signauit dominus fidei signo, & spei, & charitatis. Et qui in gratia signati migrant ē vita mortali, vitam immortalem consequuntur. Hoc signum habebant in anima impressum oēs illi, quos vidit in gloria diuus Ioannes pulcherrimis ornamentis magnificentissimē munitos. Id absq; dubio est, quod ait hoc loco Ezechiel, illos solum fuisse seruatos ad vitam, qui erant litera thau in frontibus insigniti. Litera hæc thau est vltima hebraici alphabeti, velut o mega alphabeti græci. Et quoniam ω est finis literarū, solēt Græci per hanc literā finem significare. Vnde ait in Apocalypsi deus noster: Ego sum, a & ω, principium & finis. Et quemadmodum apud Græcos hac litera ω significatur finis, quia est finis eorum alphabeti, ita quoque litera thau apud Hebræos, quoniā eorū alphabeti est etiam finis. Accedit ad hoc, quod ipsa litera thau significat finem & consummationem, vt in libro de nominibus hebraicis asserit diuus Hieronymus: omnes enim literę hebraicę suas habent significationes. Cum autē Christus sit finis iuxta locum quem modò citauit ex Apocalypsi, & iuxta id, quod ait diuus Paulus in Epistola ad Romanos: Finis legis Christus est, apertē concluditur eū esse, quo debemus esse cōsignati. Hoc ipsum ait ille in Canticis Canticorū: Pone me vt signaculum super cor tuū. Ac si dicat: fige me in corde tuo tanquam scopum, quō tendant omnia tela tuarum cogitationum, verborū, & operum. Hoc signū est illud Lamasseach, quod Dauid præponit vt titulū multis in psalmis, pro quo septuaginta verterūt, in finem. inuentes fuisse psalmum illum compositū & cantatū in honorem Christi, eiusq; glorię dedicatū, qui Christus finis est, scopus, & signum in corde nostro. Si enim cor nostrū fuerit hoc signo impressum, si fuerit

mus Christi sanguine decorati, si eius mortis memoria ex animo nostro non exciderit, si eius charitatē in animo habuerimus sculptā: si hac imagine, hoc signo, hac litera thau, si deniq; ipso Christo fuerimus insigniti, erimus in æterna beatitudine constituti. Qui fieri potest, vt vitā consequamur, nisi eo, qui est vera vita, simus consignati: Hæc sunt insignia, quibus gloriabatur diuus Paulus, dicens in epistola ad Galatas: Ego stigma domini Iesu in corpore meo porto. Hic, qui nos signat Christus est, ita enim ait apostolus in epistola secūda ad Corinthios. Qui vnxit nos, deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Signat autē nos non solum caractere sacramentali, qui nūquam ex anima deletur, sed etiā gratia sua, quæ deleri potest, & amitti per peccatū: est enim gratia in anima sicut quędam forma habens esse completū in ea, character autem vt quædā virtus instrumentalis à Christi sacerdotio deriuata: vt grauitē & sapienter asserit in tertia parte diuus Thomas, decus Aquini, & ordinis prædicatorum fulgentissima gemma. Signat igitur nos Christus sua gratia, sua charitate, seipso, vt nos eripiat ab æterna morte, & viam nobis munit ad vitā immortalē consequendam. Ipse est signū, quo debemus gloriari, etiam si videamus mortales impietatibus imbutos illi repugnare. Hoc enim prædixit apud Lucā iustus ille Simeō, cum puerum Iesum brachijs tenens, in quo spem omnē suam locauerat, has voces emisit: Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorū in Israel, & in signū, cui cōtradicetur. Signū est, quo debemus signari, sed cui à mundo cōtradicetur: ipse enim amat humilitatē, mundus superbiā, ipse benignitatē, mundus auaritiā, ipse honestatem, mundus incōtinentiā, ipse charitatē, mundus inuidiā, ipse pacē, mundus discordiā, ipse deniq; virtutē, mundus impietatē. Sed peribūt mundi

Esa. 55.

Psal. 17.

simile.

simile.

1. Corint. XI.

mundi amatores, ipse verò, cui illi contradicūt, pmanebit. Ita enim ait Esaias: Erit dominus nominatus in signū æternū, quod nō auferetur. Et signū ipsum cui contradicetur, ait in psalmo cum patre loquens: Eripies me de cōtra dictionibus populi, cōstitues me in caput gentiū. Diuus Cyprianus cōtra Demetrium tractatu primo signū hoc ad passionem & sanguinē Christi pertinere assēueranter affirmat, illumq; duntaxat saluū ac incolumē reseruari, qui fuerit Christi sanguine insignitus. Quod nostrā corroborat expositionē. Hęc est interpretatio viri lineis induti, & signi thau, & securiū in manibus sex virorū, quam existimo esse verā & germanā. Nos autem studeamus, vt semper simus Christo, eiusq; gratia signati, ipsumq; Christū amplectamur, atq; tā firmo proposito teneamus, vt eius amorē nihil à nobis auferat, eiusque memoriā ex animo nostro nulla vnquā deleat obliuio. Poteris per virū lineis siue podere vestitum intelligere sacerdotē, qui instrumente taliter absoluit, & sacramenta gratiā cōferentia ministrat. Qui etsi vita & exemplo candori lini nō respōdeat, nō tamē eius sacrificiū nocet alijs, sed illi: valet enim illius sacrificiū ex opere operato, licet nō ex opere operantis. Mali boni ministrantes se tantūmodò lædunt. Vt enim fax accēsa sibi detrimentū infert, alijs autē in tenebris lumē præfert: alios illustrat, seipsam verò vrit, & vnde alijs exhibet cōmodum, inde sibi præbet dispēdiū, sic sacerdos, qui fuerit vitijs coinquinatus, & lethalibus criminibus astrictus, sibi exitiū machinabitur, sacramenta ministrans, alios autē illustrabit. Et quannīs in sancto missæ sacrificio: si eā in mortifero peccato celebrat, iudiciū sibi māducat & bibit, impetrat tamen à deo, quod pro offerentibus petit, similis procuratori captiuorū, cui eorū contemplatione, pro quibus petit, largē datur eleemosyna, cum tamen ipsi pro se pe-

tenti nihil daretur. Debet tamen sacerdos esse tāta virtute præditus, tāta charitate munitus, vt iudicent alijs, quasi lumen aliquod ceteris extinctis eius sanctitatē elucere. Poteris præterea per literā thau mortē intelligere: cum enim thau finis sit alphabeti, & mors finis sit vitæ, poteris meritò per eam literā interiū significare. Erit igitur sensus, vt moriantur, qui mortē non habēt in memoria impressam, & viuant, qui cogitāt, & memoria sæpenuerò repetunt, se esse morituros. In mortem incident æternam, qui mortis tēporalis obliti ita degunt, ita se labibus pestilentibus contaminant, ac si nunquā essent ē vita excessuri. Id vult ecclesia significare, cum feria quarta cinerum nos signat cinere & puluere, dicens: Memēto homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Hic cinis est thau Ezechielis, hæc est memoria mortis, quæ nunquā nobis debet excidere ex mente. In illius diei euāgelio ait Christus, vt caput vngamus, & ecclesia nobis illud cinere vngit, tanquā pretioso & odorifero vnguento. Sunt, qui per literā thau intelligant crucē, asserentes literā hanc apud Hebræos crucē esse: sed longē fallūtur opinione, nullā enim habet crucis figurā: ita enim scribitur **ת**. Nisi dicant mutatos esse literarū characteres apud Hebræos, & mansisse apud Samaritanos, nam diuus Hieronymus asserit sua etate vsos fuisse Samaritanos cruce quadā loco huius literæ. Sed iam tēpore diui Hieronymi ijdem erāt characteres apud Hebræos, qui nunc sunt. Etsi locus hic omnes has recipiat interpretationes, tamen prima mihi videtur literæ accommodatior, & diuini vatis instituto cōuenientior, & ob diuinarū auctoritatum consonantiam præstantior. Quare eam amplector, existimans nō esse alias cum illa conferendas.

Super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus. Hi signantur thau, & seruantur ad vitā, qui mūdi

scelera aduersus deum admissa deplorant, & ob ea mœrore afficiuntur. Væ illis, qui blasphemias in deum videntes non solum eas prætereunt, sed quod capitalius est, gaudio afficiuntur. Samuel *1. Reg. 15. & 16.* plāxit Saulem, & querula voce, qua suū significabat dolorem, eius in deum in obedientiam lamentabatur. Dauid aliorum scelera lachrymis prosequabatur, dicens: Exitus aquarū deduxerunt oculi mei, quia non custodierūt legem tuā domine. Ieremias perfusus lachrymis, & totus deditus lamentis aiebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiarū populi mei. *Rom. 9.* Diuus Paulus afflictionem suam ob Iudæorum cecitatem, & in deum impietatem & perfidiā ijs verbis in epistola ad Romanos ostendit: Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et in secūda ad Corinthios: Qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati. Et *Luc. 19.* Christus deus noster videns ingratiā ciuitatem, & flagitijs coopertam, quæ erat ob scelera, perfidiāq; euertenda, fleuit super illā. Si Christus lachrymas fudit, si iniurijs affectus, vulneribus traiectus, ad mortem acerbissimam falsis criminibus vocatus, cum clamore valido & lachrymis preces deo patri pro nobis obtulit, vt ait apostolus, cur nos non plorabimus? Cur delicias, voluptates, & falsam mundi gloriā queremus? Pudeat membra, quibus caput suū exhibitur in glorium, sectari gloriā, pudeat ardentem concupiscere fallacem & fugacē corporis pulchritudinem, cum eius deus fuerit affixus cruci vsque adeo vulneratus, vt non esset ei species nec decor, de quo ait Esaias: Vidimus eum, & nō erat ei aspectus, & desiderauimus eū: despectum, & nouissimū virorū. Intueamur caput nostrum spinis circumdatū, & nō optabimus mēbra fieri delicata. Deplo-

remus mundi flagitia admissa aduersus deum nostrū, vt super nos gementes & dolentes super cūctis abominationibus sit litera thau perpetuò sculpta. At nos cōtumelias in deū iactas, & impia aduersus ipsum facinora prætermittimus, si autē ipsi vel solo verbo vulneremur, statim excādescimus, & stomachamur, & in eos, à quibus sumus iniuria lacesiti, impetū facimus. O cæcam nostrā vanitatem, ô vanā cæcitatem, ô superbiā intolerandam! Christus deus noster iniurias suæ humanitati illatas toleranter ferebat, eas autem, quæ diuinitatē directè respiciebāt, nō præteribat. Hinc effectū est, vt primas duas diaboli tentationes à diuo Matthæo relatas æquo animo ferret, & dæmoni placatè responderet, tertiā verò, in qua diabolus cultū & obsequiū diuinitati debitū sibi arrogare, & assumere volebat, nō tulit, qui potius tentatori durè respōdit, dicēs: Vade Sarrana: scriptū est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Lege diuinas literas, replica annalium memoriam, inquire sanctorū petrū historias, & inuenies passim viros pietate illustres, animi magnitudine præcellentes, & diuina charitate præstantes, ob aliorum scelera, quibus deus offendebatur, oculos suos conuertisse in viuarum lachrymarum fontes. Vt hydria aut ampulla liquore plena, si fuerit subito reuoluta, liquorē fundit, sic pium cor lachrymarum plenū, si dolore moueatur ob illatas deo contumelias, statim veluti à summo ad imum reuoluitur, vimq; lachrymarum profundit. Ob iniurias in deum iactas diluuium ex oculis emittunt iusti, suas autem moderatè & placatè tolerandas ducūt. Hæc est vera humilitas, hæc est Christiana philosophia, se demittere & abijcere, deum autē summis laudibus efferre, & magnificentissimis honoribus pro viribus extollere. Vt qui scapham aut cymbā perticis per fluiū ducūt ob flatum prosperi defectū, *Luc. 14.* currūt

currūt per eam à prora ad puppim deorsum, vt ascendant sursum: reuertuntur retro, vt vltra progrediantur, sic nos si voluerimus ascendere sursum, descēdamus deorsum per cordis submissionem & humilitatem: regrediamur retro per fragilitatis nostræ considerationem, vt in sublime progrediamur. Nam, vt ait Christus deus noster, qui se exaltat, humiliabitur, qui se humiliat, exaltabitur. Non ait: Qui corpus, aut vestes humiliat, sed qui se humiliat, qui cor suū, qui se ipsum abijcit & demittit. Debet enim humilitas esse vera, non ficta, more eorum, qui animi fingunt submissionem, vt alios fallant, & mundi gloriam aucupentur: Quemadmodum feræ prædam inuasuræ se inclinant, vt fortiore conatu in eam irruant, & insiliant, sic superbi & flagitiosi homines vafri & callidi se aliquādo demittunt, & supplices gerūt, vt hac virtutis simulatione simplices decipiant, sibi dignitates acquirant, alijs verò excidium machinentur. Id voluit diuinus vates significare, cum de superbo & impio loquēs dixit: Inclinabit se, & caderet, cum dominatus fuerit pauperum. vel, vt potest veri ex hebræo: Inclinabit se, & supplex curuabitur, vt fortius dominetur in pauperes. Nos nō ita, sed veram animi submissionem amplectamur, eumque imitemur, qui ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Detractiones in vitam nostram immittas, ventos in nos excitatos, iniurias innocentiarū nostræ conflatas, quibus improbi contendunt bonorum virorum splendorem maculare, floremque virtutis infringere, dimittamus, & facile illis condonemus, iniurijs verò deo factis conemur resistere, easque lachrymarum crebritate deplorare, vt simus insigniti thau, suspiria educentes, & nos ipsos dolore lacerantes super abominationibus aduersus deum perpetratis: quo mereamur vitam adipisci, vbi nullo dolore sumus affecti, sed bonorum

omnium copia cumulati. Diuus Augustinus libro secundo contra epistolam Parmeniani ita ait: Cum idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quàm dolor & gemitus, vt per illud signum, quod Ezechieli sancto reuelabatur, illæsi euadere ab eorum vastatione mereantur. Quæ verba sunt in sacros canones relata 23. quæst. 4. Non potest esse.

Et illis dixit audiente me: Tran-
site per ciuitatem sequentes eum, & percutite. Nō parcat oculus vester, neq; misereamini. Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite, vsq; ad internecionem. Omnem autem, super quem videritis Thau, ne occidatis: & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt: & percutiebant eos, qui erant in ciuitate. Et cæde completa remansi ego, ruique super faciem meam, & clamans animo: Heu heu heu, domine deus: ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorē tuum super Ierusalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Igitur & meus non parcat oculus, neque miserebor. Viam

eorum super caput eorum red-
dam. Et ecce vir, qui erat indutus
lineis, qui habebat atramenta-
rium in dorso suo, respondit ver-
bum, dicens: Feci, sicut præcepi-
sti mihi.

Et illis dixit. Nimirum sex viris, qui va-
sa interitus manibus tenebant.

Audiente me. Pro quo paulò antè di-
xit: In auribus meis.

A sanctuario meo incipite. Hoc est, ab ijs,
qui in templo meo idola colunt. Vel à
sanctuario, hoc est, à sacerdotibus & le-
uitis. Grauius peccat sacerdos, si in cri-
men aliquod incidit ob exemplum, &
muneris obligationem, quàm laicus
idem scelus admittens. Ideo diabolus
voluit Christum in templum ducere,
quia eum optabat ex pinnaculo præcipi-
tare: maior enim est eorum ruina, qui
in templo dei sunt, hoc est, qui sacerdo-
tio sunt aucti, quàm eorum, qui nō sunt
sacris initiati. Hanc Ezechielis senten-
tiam profert alijs verbis in prima epi-
stola sua beatus Petrus, inquit: Tem-
pus est, vt incipiat iudiciū à domo dei.
Diuus Hieronymus explicans verba il-
la Malachiæ: Et purgabit filios Leui:
ita ait: Tempus enim est, vt iudicium à
domo dei incipiat. Et alibi scribitur: A
sanctis meis incipite. In filijs autem Le-
ui omnē sacerdotalem intelligit digni-
tatem. Hæc ille. Quibus verbis per fi-
lios Leui, & per domum dei, & per san-
ctuarium dei sacerdotes intelligit. Ha-
bentur verba hæc. 5. o. distin. ca. Et pur-
gavit.

Cœperunt ergo à viris senioribus. Ideo exci-
dium orsi sunt à senioribus, quia illi nō
solum grauius deum offendebāt, quòd
ipsi corrupti essent, sed etiā quòd alios
corrumperent, non tantummodò pec-
cato, sed etiā exemplo nocentes. Eam
ob causam deus pœnas ab illis ob exe-
crabilia delicta prius experiuit, quàm

ab alijs.

Et dixit ad eos. Dixit deus tenētibus ma-
nu secures.

*Contaminate domum, & implete atria inter-
fectis.* Idest, polluite templum sangui-
ne idololatrarū, & templi atria implete
corporibus mortuorum. Hæc sunt tria
illa atria, de quibus differuimus capite
superiore.

Egredimini. Nimirum à templo. Vbi
in templo interfecerunt sceleratos ido-
la colentes, præcepit illis deus, vt egre-
derētur è templo, & in eos, qui erant in
ciuitate, irruerent, & impetum facerēt.
Quod ita effectum est.

Remansi ego. Fuit enim Ezechiel signa-
tus thau, quia hominū scelera aspiciens
dolebat, & vehementer angebatur.

Ruique super faciem meam. Præ animi do-
lore, tantæque cædis stupore. Cur ce-
ciderit super faciem suam, non retror-
sum, diximus suprà, verba illa capitis se-
cundi explanantes: Et cecidi super fa-
ciem meam.

*Iniquitas domus Israel & Iuda magna est ni-
mis valde.* Sensus est: Ideo Iudæos graui-
simè punio, inquit deus, quia graui-
sima sunt eorum flagitia: debēt enim pœ-
næ esse delictis proportionatæ. Ita enim
ait deus in Deuteronomio: Pro mensu-
ra peccati, erit & plagarum modus. Et
in libro Sapientiæ: Per quæ quis peccat,
per hæc & torquetur. Et per Esaiam:
Ponam iudicium in pondere, & iusti-
tiam in mensura. Vbi vides falsum esse
Socratis paradoxum omnia peccata as-
ferentis æqualia esse, siquidem esset pec-
care tanquam transilire lineas. At per-
spicuum est, grauius esse patrem opri-
mum vita priuare, quàm seruum pessi-
mum. In seruo enim occidendo minus
peccatur: in patris verò cæde detestabi-
lius & capitalius: nam violatur is, qui
procreauit, is, qui aluit, is, qui erudiuit,
is, qui in dignitate constituit, is, qui ad
honores & diuitias euexit. Eam ob cau-
sam pœna maior vni delicto debetur,
quàm

quàm alteri. Asserebant tamen Stoici
omnia crimina æqualia esse, quia existi-
mabant, nullam esse vim, quæ homi-
nes magis à minoribus improbitatibus
arceret, quàm si putarent, nullum esse in
delictis discrimen.

Et repleta est terra sanguinibus. Sanguines
in diuinis literis scelera significant, iux-
ta illud psalmi: Libera me de sanguini-
bus deus deus salutis meæ. Hoc est, eri-
pe me à peccatis commissis, cui me subie-
ci, & da mihi gratiam, ne illis amplius
subijciar. Vide hominis improbi mise-
riam, qui se vltra subijcit peccato. Nihil
est in mundo nobilius homine ad dei
imaginem & similitudinem creato, ni-
hil vilius peccato, quoniam nō est ens,
sed priuatio entis. Quæ igitur conue-
nientia est, esse rem pretiosissimam rei
omnium abiectissimæ subiectam? Ideo
aiebat Dauid: Libera me de peccatis
deus deus salutis meæ. Poteris per san-
guines cædem intelligere, quam rex
per nefarium scelus Vriæ parauit: vt
sit sensus: Eripe me domine de flagi-
tio, in quòd impiè fateor incidisse, cum
Vriæ interitum machinatus sum: con-
dona mihi huius cædis reatum. Vel
sic: Libera me domine à pœna ob V-
riæ mortem mihi debita. Vnde viri
sanguinum illi vocantur, qui alios vo-
cant ad interitum, de quibus ait psal-
mographus: Ne perdas cū impijs deus
animam meam, & cum viris sangui-
num vitam meam. Homines huma-
no sanguine cruenti plerunque crudeli-
ter occiduntur. Habere manus sangui-
ne plenas dicitur de homicidis, iuxta
illud Esaiæ: Manus vestræ sanguine
plenæ sunt: etiam si possit illud rectif-
simè de Christi sanguine intelligi, què
petierunt Iudæi dicentes: Sanguis eius
super nos, & super filios nostros. Po-
test igitur hic Ezechielis locus ita ex-
planari. Repleta est terra peccatis. Vel,
repleta est Hierosolyma cædibus & ho-
micidijs. Vel sic: Repleta est Iudæa

hominum immanium, interitum in-
nocentibus machinantium. Paraphra-
sis chaldaica per sanguines intelligit
homines dignos morte, quibus deus et
si pro sua singulari lenitate diuturnam
sæpenumerò concedat impunitatem,
aliquando tamen iram suam ostendit
ad iudicia exercenda, atque ad vim se-
ueritatis suæ apertissimè declarandam.
Existimo tamen per sanguines hoc lo-
co homicidia significari, quibus plea-
na erat Hierosolyma. Manasses enim
sanguinem innoxium fudit, & vt ver-
bis vtar diuinæ scripturæ, impleta est
Ierusalem sanguine vsque ad os. Sed
quid cito locum vnum? Lege vetus te-
stamentum, præsertim libros Regum
& Paralipomenon, & inuenies passim
viros pios & iustos fuisse ab impijs &
flagitiosis per summum scelus crudeli-
ter trucidatos. Id illis obijciebat salua-
tor noster dicens apud Matthæum: Ie-
rusalem Ierusalem quæ occidis prophe-
tas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.
Et diuus Stephanus, vt refert in Actis
apostolorum diuus Lucas, in oratione,
quam habuit apud Iudæos, ait: Quem
prophetarum non persecuti sunt pa-
tres vestri? Et occiderunt eos, qui præ-
nuntiabant de aduentu iusti. Et diuus
Paulus in epistola ad Hebræos: Lapi-
dati sunt, secti sunt, tentati sunt, in oc-
cissione gladij mortui sunt. Vt aquila-
rum pœnæ aliarum auium pennas suo ta-
ctu corrumpunt, sic potentes & ma-
gnates Iudæorum crudelitate & impie-
tate sua debiles & innocentes ad exci-
dium vocabant: & potentia sua impiè
abutebantur. Vt magna flumina, cum
extra alueum diffluunt, & propter im-
petuosam aquarum alluuiem & inun-
dationem diffunduntur, vix possunt a-
gros implere, & vndis obruere, quin il-
lis noceant, & messes euertant, sic ma-
gnæ diuitiæ, potentia, & dignitates
cum crescunt impetu apud impios, &
inundant, vix reipublicæ campos ope-
riunt,

riunt, quin eos lædant, debiliū opes eradicent, & innocentium sanguine ofas impleant, & secum quicquid inuenerint, rapiant: vnde procedunt cædes, clades, strages, & multorum calamitates & detrimēta. Sed illi præcipuè, qui talia inferunt alijs, sibi ipsis nocent, & nescientes interitum conflant, quoniã cum alios vulnerant in corpore, suam animam interficiunt. Ipsi ruunt in perniciem voluntariam, & sibi ipsis æternam mortem moluntur, cum alios opprimunt iniurijs, innocentes autem, qui eas propter deum toleranter ferunt, æternam gloriæ coronam adipiscuntur. Quemadmodum si quidam ira cōmotus, & excandescētia perturbatus volens alium occidere, in eum iaceret pretiosas gemmas & margaritas, & ingentis pretij monilia, nullum illi inferret detrimentum, qui pretiosa illa colligebat, sibi que obseruabat: ita tyranni volentes viros pietate & charitate præstantes lapidibus obruere, & ferro ac flamma vita priuare, eos calamitatibus & varijs martyrij generibus premunt, quibus rebus illi gloriantur, & ditescunt, & tolerantia muniti, omnes contumelias, quas equo animo propter deum ferunt, pretiosas & inæstimabiles diuitias esse rectè arbitrantur. Huiusmodi erāt Christi martyres, qui cum raperentur ad supplicium, ita læti progrediebantur, ac si ad excellentissimum variarum epularum conuiuium ducerentur.

Et ciuitas plena est auersione. Hoc est, defensione à deo. Qui idola colunt, à deo deficiunt, seque amore creaturarum à creatoris amore auertunt: & ita se ipsos in anima occidunt. Vnde in prouerbis ait Salomon: Auerfio paruulorum interficiet eos. Paruulos vocat nefarios homines, qui ad eò stulti sunt, vt propter res fluxas & fugaces velint amittere æternas & immortales, & deū, qui vita est, relinquentes, in mortem irruant æternam. Potest tamen locus

ille ita conuerti in Latinum sermonem ex Hebræo: Otium ignauorum illos occidet. est enim turpe otium infuitorum malorum causa.

Dereliquit dominus terram. Hoc est, mortalia non curat. Hoc dicebant infideles Iudæi, qui à deo defecerant.

Viam eorum super caput eorum reddam. Id est, dabunt mihi pœnas suorum scelerum. Omnis eorum iniquitas & impia viuendi ratio in eorum caput redundabit. Iuxta eorum maleficia eos castigabo.

Et ecce vir, qui erat indutus lineis. &c. Hoc est, his gestis dixit Christus deo patri: Mandatum tuum confeci, & opus absolui. Qui occiderant alios, non tale referunt, quia nuntiam erat mœroris. Christus securim manu non tenebat, non enim venit in mundum, vt occideret, sed vt vitam tribueret. Ego veni, inquit ille apud Ioannem, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et rursum: Nō veni, vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. Id, quod hinc ait: Feci, sicut præcepisti mihi, ait etiam his verbis apud Ioannem: Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Fuit enim, vt ait apostolus, obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si Christus non venerat, vt occideret, sed vt occideretur, vt eius sanguine nos vngeret, & signaret, & redimeret, non decebat portare gladium aut securim, sed atramentarium, quo nobis suum scriberet characterem, nosque in libro vitæ describeret. Ideo eo tempore voluit nasci, quo describebatur vniuersus orbis, quia ille veniebat in carne, qui nos in æternitate describeret. Id docuerunt diuinitates, cum Messias aduentum non in rigore & seueritate, sed in misericordia & veritate futurum esse prædixerunt. Dauid diuino spiritu afflatus dei filium vni genitum, in hunc modum alloquitur: Misericordia & veritas præcedent faciem

ciem tuam. Hanc sententiam cōfirmat deus pater, dicens in eodem psalmo: Veritas mea & misericordia mea cū ipso. Esaias item, præparabitur, inquit, in misericordia solium eius. Vnde Zacharias has voces emisit: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Et virgo dei genitrix: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Cæterum hoc Ezechielis loco ostendit deus iustitiam & misericordiam, iustitiam in occisis, misericordiam in reseruatibus, iustitiam in securibus, misericordiam in signo thau.

Annotations ex hebræo in caput nonum.

Appropinquauerunt visitationes vrbis. Pro visitationibus est in hebraico *תִּיבְרָא* pecuddoth, à verbo *pacad*, quod significat visitare, vt in psalmo: Deus virtutum cōuertere, respice de cœlo, & visita vineam istam. Significat etiã punire, vt Numer. 14. Qui visitas peccata patrum in filios. Significat quoque recordari. Et ita vertunt nonnulli illud Zachariæ: Visitauit dominus exercituum gregem suum. Pro quo Tharghum habet: Recordatus est dominus virtutum populi sui. Eodem modo interpretatur locus illum Genesios: Visitauit dominus Saram: Significat præterea scrutari, vt apud Iob: Quis poterit scrutari vias domini? Quasi dicat, nemo. Potest etiam verti: Quis super eum visitabit vias eius? Ac si dicat: Quis maior deo eum corrigere potest? Significat demum præficere. Vnde pacid significat præpositum & præfectum, vt

4. Reg. 25. Qui erat præfectus super belatores viros. Ideo pecuddoth significat vrbium præfecturas, & ipsos præfectos. Eã ob causam hic Ezechielis locus poterat ita trãferri: Appropinquauerunt præfecti ciuitatis. Ita transtulit Pagninus. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Appropinquauerunt constituti super ciuitatem. Hi impios trucidarunt, pios autem superstites reliquerunt. Tales debent esse iudices, & prætores, & cæteri iustitiæ ministri: versatur enim iustitia in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, & denique in remuneratione & animaduersione: quam ob causam legislatores præmia proponunt virtutibus, & supplicia vitij. Hac ratione ductus Solon Atheniensium legislator rempublicam duabus rebus dixit contineri, præmio & pœna. Hæc est legum summa. Archidamus interroganti cuidam qui nam essent Spartanæ ciuitatis præfecti, respondit: leges, ac legitimi magistratus. Ciconia serpentes dilacerat, & animalia venenata ex cauernis extrahit, & interficit, qua in re hieroglyphicum est iustitiæ, quæ in homines sceleribus imbutos animaduertit, & eos, qui virus flagitiorum suorum in alios infundunt, grauius punit. Habet etiam hæc ales proprietatem hanc, vt parentes senectute defectos vicissim alarum, & volandi potestate priuatos humeris suis gesserit: qua in re pietatis symbolum gerit. Vide de ciconia Plinium libro 10. capit. 23. Isidorum libro de natura auium, & li. 12. etymologiarum ca. 7. Crinitum li. 4. ca. 13. Pierium Valerianum in hieroglyphicis. Quibus in locis huius alitis bellum aduersus serpentes & venenata reptilia, & pietatem erga parentes videbis: Eã ob causam solebāt veteres sapientes super regum sceptris imaginem sculperet ciconie, vt refert Suidas, innuentes debere principes et qui respublicas gubernandas susceperunt, iustitiam & misericordiam colere,

improbos punire, & in viros pietate & virtute præditos beneficia conferre. At nunc multi iudices & rectores, & cæteri iustitiæ ministri, vt ea adipiscantur, quæ cupiunt, iustitiam omnem peruertunt. Quid refert esse regem iustitiæ præstantem, si eius famuli iustitiæ administratores sunt avari, & iniusti, & immensæ cupiditatis stimulis concitati? Vt statua Nabuchodonosoris, etsi caput haberet aureum, ruit tamen, & fuit penitus contracta, quia pedes habebat luteos, qui cum fuerunt lapide tacti, totam machinam euerterunt: sicut iustitia cadit sepe numero, quia etsi princeps, qui rectè caput appellatur, sit iustus, & ex auro virtutis veluti conflatus, administratores tamen iustitiæ fictiles sunt, terram & lutum intuentes, & muneribus ac largitionibus mouentur, ob quarum cupiditatem vendunt sententiam, & præcipitant iustitiam: & tacti lapide aliquo pretioso, monili aureo, vasibus auro fulgentibus, cælato auro & argento, magna pecuniarum copia, aut alijs huiusmodi muneribus omnia iura diuina atque humana peruertunt. Et quamuis hoc ita se habeat, credo tamen multos esse iustitiæ ministros rectos, & iustos, viam ad certam rationis normam dirigentes, momenta officiorum perpendentes, iustitiæ virtutum expultricem nulla in re violantes. Sed ego in illos inuehor duntaxat, qui veri iuris, germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenent, vmbra tantum vtuntur, quam vt inam sequerentur: sunt enim nonnulli non solum à iustitia, sed etiam à iustitiæ vmbra alienati. At hi, de quibus loco hoc agit Ezechiel, qui appropinquauerunt vt vrbi præfecti, iustitiam simul cum misericordia rectè exercuerunt.

Et vnusquisque vas interfectionis habet in manusua. Pro vase est in hebraico כלי cele, quæ dictio præter ea, quæ diximus in

explanatione arma etiam significat: vt Genes. 27. Sume arma tua. Et cap. 49. Genes. 27. Vasa iniquitatis bellantia. Ideo poterat verti locus hic: Et vnusquisque tenebat manu arma ad interficiendum: siue interfectionis: pro quo est in hebraico מַחֶטֶת maxchetho, à verbo מחת chath, quod significat interficere, disperdere, delere, & corrumpere. Id, quod ait Oseas, aut potius deus per illum: Ose. 13. Perditio tua Israel, tantummodò in me auxilium tuum: potest verti ex hebræo: Perdidit te ô Israel, & subauditur, vitulus: vt sit sensus: Vitulus, quem coluisti ô Israel, te evertit: ego sum, qui tibi possum ferre opem, & mittere auxilium, non autem idola tua. Hunc locum ita transtulit paraphrastes Chaldaeus: vt dicat dominus: Quando tu ô popule Israelitice perdebas opera tua, dominabantur tibi gentes, quando verò reuertebaris ad legis obseruantiam, ego tibi eram auxilio. Colens idola vincebatur, colens me ipsum reportabas victoriam. Et vbi ait scriptura libro quarto Regum abstulisse Iosiam idola, quæ erant ad dexteram partem montis offensionis, pro offensione est eadem dictio, quæ hoc loco apud Ezechielem. Et pro offensione poterat verti: perditio, seu interfectio, seu destructio. Ita enim appellabatur mons Oliueti ob idololatriam, quæ ibi exercebatur. Nā explicare volens Tharghum, quis esset mons ille perditionis seu offensionis, montem oliuarum transtulit, qui hominibus perniciem moliebatur, eorum animas perdens ob idolorum cultum. Ita etiam appellat Ieremias Babylonem, quæ erat hominum contaminatrix ob idololatriam, & varia vitiorum genera, quibus se homines conquinabant. Nam capite 21. vbi diuinus vates inuehitur in Babylonem, vaticinans de eius excidio & euersione, pro eo quod nos habemus: Ecce ego ad te mons pestifer, est in hebraico

no-

nomē hoc maxchith: quam ob causam potest etiam conuerti: Ecce ego aduersus te mons perditionis, seu interfectionis, seu corruptionis. Quanquam Babylon erat in planicie sita, teste Strabone libro primo, & Herodoto libro etiā primo, tamen vocatur mons perditionis ob scelerū magnitudinem: quā ob causam eam interpretes Latinus montem pestiferum meritò appellauit. Et Esaias eā montem vocauit caliginosum. Et noster Ezechiel gladios seu secures, quibus scelerati fuerunt interfecti, vasa vocat interfectionis. Et paulò post repetens eandem sententiam ait: Et vnusquisque vas interitus in manu eius. vbi pro interitu non maxchith, vt antea, sed mappatso posuit. Est enim à verbo napats, quod significat contere, frangere, disperdere, allidere, vt in psalmo: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Ac si dicat: Beatus ille erit ô ciuitas Babylon, qui filios tuos paruulos, qui infantes tuos crudeliter occiderit. Prædixit psalmographus calamitatem, qua postea fuerunt Babylonij oppressi, cum eos Cyrus evertit, & occidit, & in acerbissimos cruciatus adduxit, eorum filios à sinibus & pectoribus matrum auulsos ad duros lapides comminuens, vt ad eos allisi immaniter interficerentur.

Atramentariū scriptoris ad renes eius. Aquila eodem ferè modo transtulit: ita enim habet: Atramentarium scribæ ad lumbos eius. Symmachus vertit: Tabulas scriptoris habet in renibus suis. Tabulis quondam pro libro utebantur scribæ. Hic est liber, quem habet Christus, in quo sunt scripti viri ad gloriam prædestinati. Est enim ex vsu scripturarū perspicuum, esse apud deū librum quendam vitæ, de quo aiebat Moyses: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti. Et psalmographus, Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Et Christus deus ne

ster: Gaudete, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Et de hoc libro intelligunt nonnulli id, quod Christus ait in psalmo: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Et in Apocalypsi ait diuus Ioannes: Qui non est scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis. Est autem hic liber diuina præscientia. Vt in speculo apparent formæ sensibiles, sic in libro reseruent veritates intelligibiles. Vnde diuina præscientia, in qua reseruent omnes veritates, liber vocatur: in quo legerunt diuini vates, & Christi discipuli, quorum mentes deus diuinæ scientiæ splendore illustrauit, & diuino amore mirabiliter incendit, vt in corporibus humanis vitam cœlestem imitantes futura prædicerent, & in suis moribus & actionibus diuinæ bonitatis effigiem quodam modo adumbrarent. Apparet Christus cum libro, vbi suos scribebat: ideo iuxta Symmachi versionem librum portat, siue tabulas scriptoris, & iuxta nostram editionem atramentarium ad renes. Pro quo septuaginta interpretes habent: Et zona sapphiri super lumbos eius. Est autem saphirus lapis pretiosus coloris aeris, aureis punctis collucens: de quo agit Plinius libro 37. Et hic lapis erat in ornamentis principis sacerdotum, vt in Exodo diuinæ literæ testantur, nimirum in rationali quadrato, in quo erant duodecim lapides cum nominibus filiorum Israel. At zona summi sacerdotis legalis non erat sapphirina, sed erat cinctorium quoddam opere plumarij, siue baltheus, de quo in Exodo multa dicuntur. Hic baltheus erat in similitudinem pellis colubri, qua exiit senectutem, polymita arte distinctus, vt asserit diuus Hieronymus in epistola ad Fabiolam de veste sacerdotali. At baltheus hic, quo erat Christus succinctus, sapphirinus est, & longè pretiosissimus: vt ostenderetur multò esse præ-

Simile.
Deut. 2.

Genes. 27.
Genes. 49.

Ose. 13.

Esa. 13.

Psal. 136.

4. Reg. 3.

Ierem. 51.

Exo. 32.

Psal. 68.

Luc. 10.

Psal. 39.

Apoc. 20.

Simile.

Exo. 28.

Exo. 28.

Exo. 29.

Exo. 39.

præstantius Christi sacerdotium legali illo & Aaronico: nam legis sacerdos offerebat vitulos, Christus autem obtulit seipsum, nobis corpus suum sacratissimum, & sanguinem pretiosissimum sub speciebus panis & vini relinquens, & se in crucis ara pro nobis hostiâ deuouens ac constituens. Fuit enim, ut dicitur in psalmo, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Significat quippe Melchisedech regem iustitię, qui rex erat Salem, quæ pacem sonat. iustitia enim & pax osculatæ sunt. Et erat sine patre & matre: quæ omnia Christo cõueniunt. Ipse enim est rex iustitiæ & pacis, sine matre secundum generationem diuinã æternitatis, de qua dixit Esaias: Generationem eius quis enarrabit? sine patre verò secundum temporalem ex immaculata semper virgine Maria absque virili operatione. Adumbravit præterea Melchisedech Christum deum nostrum, quod panem obtulit & vinum in signum sacramenti eucharistię, quod Christus erat constituturus. Ideo non zona opere plumarij contexta præcinctus apparet sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech, sed zona sapphirina pretiosa. Ea illum vidit indutum & præcinctum diuus Ioannes, dicens in Apocalypsi: Vidi in medio septem candelabrorum similem filio hominis vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Significat autem zona aurea dignitatem non solum sacerdotalem, sed etiam regiam, de qua dixerat regius vates: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. Et alibi: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Aspicias igitur, Christum regem esse & sacerdotem, indutum lineis, & sapphirina zona præcinctum.

Et gloria dei Israel. Pro deo est in hebraico *יהוה* elohi in regimine. Dicitio

est elohim, quæ deum significat, ut Genes. 1. nefis primo: In principio creauit deus cœlum & terram. Elohim est in plurali, & ferè semper in eo numero inuenitur, ut trium personarum in diuinis designet distinctionem. Significat etiam angelos, ut in psalmo: Minuisti eum paulominus ab angelis. Pro quo quidam verterunt: Minuisti eum paulominus à deo. Sed quorsum opus est recedere ab ea translatione, quam sequitur diuus Paulus apostolus in epistola ad Hebræos, ubi hunc locum de Christo interpretatur, qui ratione humanæ naturæ minoratus est ab angelis. quæ translatio est ecclesiæ autoritate confirmata? Imò David Kimhi insignis inter Hebræos cõmentator sequitur versionem septuaginta interpretum, quam diuus Paulus citat, & exponit, & quam ecclesia cõprobat & confirmat: testatur enim hic rabbinus positum esse hoc loco elohim pro angelis. Eodem modo in alio psalmo: In cõspectu angelorum psallam tibi. Præterea significat iudices: vnde id, quod est in libro Exodi: Quod si dixerit seruus: Diligo dominum meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs. Poterat verti: Offeret eum dominus iudicibus, & ita habet Chaldæa paraphrasis: nam pro dijs in hebraico est elohim. Eodem modo id, quod est capite sequente: Dijs non detrahes. transferri potest: Iudices non vulnerabis maledictis. Et rectè quidem in versione nostra pro iudicibus posuit Latinus interpretes deos, quoniam debent iudices iustum deum in terris modo suo representare: nam iustitia legis vtiq; finis est, lex iudicis opus, iudex imago quædam dei est vniuersa gubernantis. Hanc autem imaginem consequitur iudex non Phidie, & Polycleti industria, sed iustitiæ exercitatione, quæ hominum vitæ appositae veluti fabrile leuigatorium quod rectum est, non contingit, quod verò

tumēs,

tumēs, & nodosum, & superuacaneum est, recidit. Cùm igitur elohim significet deum, quid mirum si iudicem dei imaginem quandã representantem significet? Sed cùm in literis diuinis deus multis nominibus vocetur, illud est aduertendum, elohim significare deum iudicem, ut punit, & flagitiosos vlscitur: deriuatur enim à verbo alah, quod maledicere, & execratoriè iurare, & vlscisci significat. Quam ob causam hoc loco Ezechiel inducens deum aduersus Iudæos iratum, præcipientem viris vasa interitus manu tenentibus, ut per mediã Hierosolymam transirēt, omnesq; interficerent, qui non essent litera thau signati, eum vocat elohim. Sed dices: Qui fieri potest, ut elohim deum significet iudicem, & vindicem, cùm in mundi constitutione Moyses eum afferat sub nomine elohim? Ita enim ait: In principio creauit elohim cœlum & terram. Ibi enim creationis meminit scriptura, non vltionis. Huic obiectioni respondendum existimo, ideo Moysen deum hoc nomine appellasse, ut dei timorē & prouidentiam cum creatione conculcaret: ac si diceret: Res, quas videtis, ille produxit, qui non solum rerum, sed etiam punitionum est author: qui potest malè gesta punire. Ille, qui res omnes creauit, in eos grauitè animaduertet, qui illis fuerint intemperanter abusi. Ita nodum hunc soluit in suis commentarijs in Genesim Hieronymus ab Oleastro, qui elapsis diebus obiit suum diem non sine multorum dolore. Fuit eius mors luctuosa suis, acerbæ patriæ, grauis viris doctis, cùm viderint è vita migrare virum sapientia, & eruditione, & Christiana pietate præstantem, & eximium quoddam ordinis prædicatorum ornamentum. Primum dei nomen est El, secundum Eloha & Elohim, tertium Tfabbaoth quartum Helion, quintum Aferihie, sextum Adonai, septimum Ia, octauum Iehouah,

nonum Saddai. Habet etiam deus multa alia nomina, de quibus vide Martinum Cantapetrensem virum hac nostra ætate eruditissimum libri secundi capite secundo suarum hypotyposeon, quem librum edidit Salmanticæ, ubi sacrorum bibliorum tribus in linguis primarius est, ac perpetuus interpret.

Ciuitas repleta est auersione. Pro auersione est in hebraico *הטת* muttheh. à verbo *הטת* natah, quod significat auertere, declinare, & peruertere. Hac ratione adductus Pagninus transtulit: Ciuitas plena est peruerso iudicio.

Argumentum capitis. X.



*R*epetit visionem, quam primo capiti mandauit, animalium, rotarum viuentium, firmamenti super capita cherubim, & throni sapphirini super firmamentum. Et in signum euerisionis Hierosolymæ ait se vidisse virum è medio rotarum & animalium prænas accipientem, quibus erat ciuitas comburenda.

Caput. X.



*E*t vidi, & ecce in firma Amento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatē. Ingressusq; est in cõspectu meo: che-

cherubim autem stabant à dextris domus, cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria dñi de super cherubim ad limen domus, & repleta est domus nube. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini, & sonitus alarum cherubim audiebatur vsq; ad atrium exterius, quasi vox dei omnipotentis loquentis.

EXPLANATIO.

ET *vidi, & ecce in firmamento.* Hæc visio fuit imaginaria: spiritu enim ea vidit, quæ sequuntur: nimirum thronum siue solium, quod videbatur constare lapide sapphirino, quæadmodum in fine capitis asseuerat, & firmamento sub throno, & cætera, quæ in huius capitis discursu licet videre. Et licet primo capite dictum fuerit esse firmamentum instar aspectus terribilis crystalli, hic autem dicatur firmamentum super caput cherubim, quasi lapis sapphirus: facile tamen hic nodus dissoluitur: nam hæc verba: quasi lapis sapphirus, referuntur ad solium, non autem ad firmamentum. Quid autem per firmamentum, & solium, & sapphirum, & animalia & rotas intelligatur, ostendimus copiose, nisi me fallit opinio, primo capite.

Quod erat super caput cherubim. Quæ primo capite appellat animalia, vocat hoc loco cherubim: vt ostendat animalia illa cœlestia esse, & mysteria per illa significata res omnes naturales superare. Sed quare hic, non autem primo capite appellat ea cherubim? Ratio est, quia hic erat propheta diuino splendore plenius illustratus: & quanto propius ad visionem accedebat, tanto illi mirabilior videbatur. Quod enim homines magis illuminantur, eò illis Christi mysteria sublimiora videntur. Vt pretiosa monilia ex purissimo auro confecta, magno

simile.

artificio subtiliter elaborata, quod propius accesseris ad illa, & attentius atque clarius aspexeris, politiora & præstantiora iudicabis, ita tibi ad arcana diuina propius accedenti, eaq; splendidiore animi puritate, & clariore diuinæ gratiæ luce cõtemplanti sublimiora in dies & illustriora videbuntur. Opus est quidem diuina reuelatione, nam absque ea nihil proficies: Id intelligens regius vates canebat: Reuela oculos meos, & conseruabo mirabilia de lege tua. Nam qui pestilentibus animi labibus contaminatus, vitijs constrictus, & sceleribus imbutus voluerit proprio fretus ingenio, solum viribus suis diuina mysteria intueri, & in eorum admirabilem splendorem mentis acie dirigere, & altissima arcana percipere, & penetrare, operam perdet & industriam, & in erroribus intolerandis versabitur. Ideo aiebat Dauid: *Psal. 119.* A mandatis tuis intellexi. Ac si diceret: Postquam dñe mandata tua seruauim, maximarum rerum intelligentiam acquisiui. At qui voluerit proprijs viribus suis se altius erigere, & efferre, seipsum amittet. Vt enim accipiter tunc perditur, cum fretus alis vult volare excelsius, & extolli in sublimius, sic vani homines tunc labuntur, cum volunt solo humano ingenio alta dei mysteria percipere, ac si æternæ illius maiestatis consilia & dispositiones proprijs sensibus, & humanis cogitationibus comprehenderentur. Ideo ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: Noli altum sapere, sed *Rom. 11.* time.

Et quasi species similitudinis solij. Sensus est: Et sapphirus ille referebat similitudinem throni super firmamentum imminens cherubim. Ideo ait: Apparuit super ea: hoc est super firmamentum & cherubim.

Et dixit ad virum. Nimirum ille, qui sedebat in throno sapphirino, per quæ deus pater intelligitur, vt primo capite explicuimus. Alloquitur igitur pater filium suum

*Psal. 118.**Psal. 119.**simile.**Rom. 11.*

suum vnigenitum, per virum indutum lineis significatum, vt ostendimus capite præcedente. Species gloriæ domini, quæ primo capite apparuit Ezechieli in firmamento super capita animalium, fuit superiore capite translata de cherubim ad templi limen: nunc redit ad firmamentum, non multo post inde recessura. Cum autem esset in throno super firmamento, alloquitur virum lineis indutum.

Imple manum tuam prunis ignis. Nam dictum fuit capite primo: Aspectus animalium quasi carbonum ignis ardentium. Et paulo post: Hæc erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

Effunde super ciuitatem. Subaudi, Hierosolymam. Significauit deus esse Hierosolymam incendio flagrantem, & ob eius scelera penitus delendam. Aduerte. Vir ille lineis indutus, & sapphirina zona præcinctus, per quem Christus intelligitur, verus sacerdos, & verus iudex, qui capite præcedente signauit thau electos suos, vt erepti à morte vitam æternam consequerentur, nunc mandatum accipit à patre perdendæ ciuitatis, quoniam qui primo aduentu venit ad vitam tribuendam, in secundo veniet ad iudicandum, & impios ad ignem inextinguibilem damnandum, vbi in æternum crucientur. De primo aduentu ait ipse Christus apud Ioannem: Non misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. *Ioan. 3.* Et iterum: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et apud Mattheum: Discite quid est, misericordiam volo, non sacrificium. Id autem, quod ait idem Christus apud Ioannem: Ego in iudicium veni in mundum: Et: Nunc iudicium est mundi, intelligitur non de iudicio iniquorum, sed iniquitatum: non de damnatione sceleratorum, sed scelerum. De secundo vero aduentu ait Esaias: Ecce dominus in igne ve-

*Ioan. 3.**Ioan. 10.**Mat. 9.**Ioan. 12.**Esa. 66.*

niet, & quasi turbo quadriga eius, redere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Et psalmographus: Parauit in iudicio thronum suum: ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Et rursus: Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Et diuus Paulus ad Timotheum scribens: Testificor coram deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos. *Psal. 9.* *Psal. 8.* *2. Tim. 4.* Et si primo aduentu venit in humilitate, tamen in secundo veniet in maiestate: ipse enim ait apud Mattheum, de die ultimi iudicij loquens: Plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. *Mat. 24.* Et rursus: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ad eum omnes gentes. *Mat. 25.* Et paulo post: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Aspicias igitur, non esse inconueniens eundem virum lineis indutum & vitam tribuere, & ad mortem damnare: si ad duos eius aduentus volueris reuocare rationem. Poteris etiam hæc duo de primo aduentu intelligere: nam Christo adhærentes vitam receperunt, eum autem subsannantes impeerunt in illum: quam ob causam fuerunt in æternas poenas relegati. Id prædixerat his verbis Esaias, loquens de Messia: *Esa. 8.* Erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel. Hoc etiam contestatus est apud Lucam pius ille senex Simeon, cum amplectens puerum Iesum, tenens eum brachijs, ore, & animo, dixit: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum. Loquens diuus Paulus de Iudeis illis, qui Christum recipere noluerunt, alludit ad hunc Esaiæ locum, dicens: *Luc. 2.* *Rom. 9.*



Mat. 11. dicens: Offenderunt enim in lapidem
offensionis. Et dominus Iesus apud Mat
thæum: Beatus qui non fuerit scandali
zatus in me. Dicitur autem Christus pe
tra scādali occasionaliter, vt ita loquar,
quoniam impij ex mera malitia fume
bant ex sanctissimis Christi verbis & fa
ctis spiritualis ruinæ occasione. Vt cla
ros saniosq; oculos habentes à solis splē
dore lumen recipiunt, à quo qui ægrota
tione laborant, offenduntur, sic viri pie
tate præstantes luce illa diuina, quæ ait:
Ioan. 8. Ego sum lux mundi, illuminabatur, qua
impij & flagitiosi in maiorem animi ce
citatem & ægritudinem incurrebant.
Simile. Calx, & gagates lapis authore Plinio
aqua incenduntur, qua omnia refrigerā
tur. Ita Christo deo nostro, aqua illa cœ
lesti, de qua ait per Ezechielem deus
Inf. 36. *pater: Effundam super vos aquam muni
dam, qua pij sitim rerum humanarum
extinguebant, & animarum refrigera
tionem comparabant, impij Iudæi odio
inflammabantur. Ardebant in agnum
innocentem eorum furia, ipsique ira in
censi, atque stimulis inuidiæ concitati
illum ad excidium crudelissimum vo
carunt, eiusque splendorem penitus ex
tinguere voluerunt. At hæc pernicies
in eorum peccata redundauit, nam fuit
eorum ciuitas euerfa, & igne cōsumpta,
& ipsi in perpetua ignominia volutati,
& in inferno in æternum sepulti. Intue
ris igitur posse duo hæc, nimirum vitā
& mortem de gratia & obliuatione in
primo Christi aduentu explanari: vita
significata fuit per signum thau, mors
autem per ignem, de quo agitur hoc lo
co. Poteris nihilominus per hunc ignē
charitatem intelligere: ignis enim, quē
Christus misit in terram, amor est, quo
hominum corda incendere volebat.
Luc. 12. Hic est ignis ille, de quo ipse ait apud
Lucam: Ignem veni mittere in terram,
& quid volo, nisi vt accendatur? Vati
cinatus fuit Ezechiel capite præceden
te de salute electorum, quos Christus

signauit, nūc vaticinatur de eorum cha
ritate, qua eos Christus incendit, vt pos
sent in obsequio diuino permanere, &
varijs mundi, dæmonis, & carnis tenta
tionibus fortiter ac firmiter obsistere.
Vt olla dulci liquore plena, si vi ignis
agitata ferbuerit, muscas abiget, & lon
gius fugabit, sin autem friguerit, muscas
recipiet, quæ in illam statim ingredien
tur, sic cor igne charitatis inflammatum
tentationes superuolantes non admit
tit, qui potius propellit, & longius amo
uet: at si languidum & remissum frige
scit, est omnibus tentationibus patulum
& apertum, & fit muscarum & malarū
cogitationum reconditorium & domi
cilium. Præterea per ignem ira signifi
catur, vt apud Ieremiam: Ignis succen
sus est in furore meo: Christus autem
in corda electorum ignem, hoc est irā
aduersus scelera imittit, & vult, vt con
tra illa pugnemus. Ipse enim ait apud
Matthæum: Non veni pacem mittere,
sed gladium. Quid est hoc? Nōne Chri
stus deus noster docuit pacem? Docuit
quidem. Imò ad hoc venit in mūdum,
vt pacem doceret, vt ait diuus Grego
rius, cuius verba sunt sacris canonibus
mandata, xxij. quæst. j. cap. Nisi bella.
Adeò diligit deus pacem, vt eam ob cau
sam nec ad Cain, nec ad eius munera re
spexerit, quia cum fratre nō pacem, sed
zeli discordiam habebat. Hanc ratione
affert diuus Cyprianus, quæ est in sacros
canones relata distinct. xc. cap. Nec ad
Cain. Christus est pax nostra, vt asserit
in epistola ad Ephesios diuus Paulus:
quem in secunda ad Corinthios deum
pacis appellat. Quī igitur fieri potest,
vt author pacis discordiam doceat? At
altè spectare si voluerimus, videbimus
apertissimè absque discordia hac euan
gelicam pacem esse non posse. Fieri nē
quaquam potest, vt qui pacem habet cū
vitijs, concordiam seruet cum virtuti
bus: distant enim hæc maximè, toto dif
ferunt diametro, & nullo modo cohæ
rent,

*Simile.**Ierem. 15.**Mat. 10.**Ephes. 2.**2. Corin. 13.*

rent. Qui est sceleribus astrictus, mun
doque deditus, oportet, si vult consequi
salutem, & adhærere deo, vt diuidatur
à mundo, & conglutinatum cum flagi
tius concordiam deponens, conciter ad
uersus ea discordiam, mundoque infe
rat bellum, vt sit Christi amore inflam
matus. Eam ob causam spiritus sanctus
in Christi baptismo apparuit in specie
columbæ, & super apostolos in specie
ignis: columba pacem & mansuetudi
nem significat, ignis verò discordiam
& iram. Pax cum deo dicit discordiam
cum mundo. Id intelligens diuus Ioan
nes apostolus ait in prima sua epistola:
Si quis diligit mundum, non est chari
tas patris in eo, quoniam omne, quod
est in mundo, cōcupiscentia carnis est,
& concupiscentia oculorum, & super
bia vitæ. Et diuus Iacobus: Nescitis quia
amicitia huius mundi inimica est deo?
Quicumque ergo voluerit amicus esse
seculi huius, inimicus dei constituitur.
Si hirundinæ, vt ait Solinus, in domo
minante ruinam non nidificant, imò fu
giunt à malè materiatis ædificijs, quan
tò magis homines debent à mundo re
cedere, quem sciunt esse caducum, &
ruinosum, & sibi ipsis pericula molien
tem? Quid dico fugere? imò debent il
li bellum fortiter inferre. Hanc existi
mo esse vnam ex causis, quare ex Chri
sti latere sanguis fluxerit, & aqua. A
qua gratiam designauit, gratia pax est
& amor, & supernaturalis qualitas in
animæ essentia, à deo infusa, faciens
creaturam gratam creatori: sanguis au
tem bellum dicit, & discordiā: nam ve
rus Christi sectator summa ope niti de
cet, vt cū Christo pacē habeat, cum mū
do verò discordiā: cū Christo sit amo
re coniunctus, astrictus, & deuinctus, à
mundo verò diuisus, auulsus, & sepa
ratus. Hanc mūdi discordiam, hoc eius
disidium voluit deus hoc loco nomi
ne ignis significare, quem hic ait Eze
chiel à Christo in ciuitatem immif

Luc. 2.
*Act. 1.**1. Ioan. 2.**Iaco. 4.**Ioan. 19.*

sum, hoc est in electorum corda in
fufum.

Egressusque est in conspectu meo. Hoc est.
me vidente introiuit in medium rota
rum. Hæc fiebant in visione imagina
ria intellectuali per rerū similitudines
menti Ezechielis representatas: quarū
significationes deo intus illuminatē in
telligebat.

Et nubes impleuit atrium interius. Hæc nu
bes designabat dei præsentia, nam ascē
denti Moyfi in montē Sinai dixit deus:
Veniam ad te in caligine nubis: & cum
nebula impleret templum, dixit Salo
mon: Dominus dixit, vt habitaret in
nebula: vt in tertio Regum, & secundo
Paralipomenon literæ diuinæ memo
riæ prodiderūt. In euangelio etiam scri
ptum legimus in Christi transfiguratio
ne, & ascensione nubem apparuisse. For
tasse ideo per nubem dei præsentia desi
gnatur, vt intelligamus nullam mentis
aciem esse tam acutam & perspicacem,
quæ illum possit intueri: nulla enim hu
mana cogitatione potest eius natura cō
prehendi. Quī fieri potest, vt in carne
positi, in exilio hoc cōstituti, diuinam
intueamur essentiam? Id significabāt
nubes, quæ montem Horebum, & Sa
lomonis templum deo aduētate opple
uerunt. Ideo ait diuinus psaltes: Inclina
uit cœlos, & descendit, & caligo sub pe
dibus eius. Et paulò post. Et posuit tene
bras latibulum suum, in circuitu eius ta
bernaculum eius. Dei habitatio est lux
inaccessibilis, vt asserit apostolus: quam
ob causam per lucem tabernaculū eius
significatur iuxta Theodoretū, & Theo
dori Antiocheni sententiam. At huic
tabernaculo circumfudit dominus nu
bem in mundum descensurus, vt osten
deret non posse carnis oculis eius essen
tiam videri.

Et eleuata est gloria domini. Significauit
deus se esse locum illum relicturum per
gratiæ subtractionem: & ex consequen
ti venturum esse excidium illi: nam nisi

M domi-

Pfal. 126. dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Et sonitus alarum cherubim. Subaudi, qui bus volabant.

Quasi vox dei omnipotentis loquentis. Hoc est, quasi vox omnipotentis dei, quando loquebatur in monte Sinai. Vel sic: Erat sonus alarum, quibus volabant animalia, tam ingens, vt audiretur non solum in templo, sed etiam vsque ad atrium exterius, quod erat immundorum, & ita resonabat tanquam sonus magnificus atque admirabilis, qualem esse decet vocem dei omnipotentis, cum eam emittit: de qua praecinit diuinus psalter: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Capite primo dixit etiam Ezechiel: Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum: quasi sonum sublimis dei. Quae verba ibi a nobis fuerunt explanata.

B Cumque praecipisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, quae sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum de medio cherubim ad ignem, qui erat inter cherubim, & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. Et apparuit in cherub similitudo manus hominis subtus pennas eorum. Et vidi: & ecce quatuor rotae iuxta cherubim, rota vna iuxta cherub vnum, & rota vna iuxta cherub alterum. Species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi, & aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotarum. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non re-

uertebantur ambulantes: sed ad locum, ad quem ire declinabat, quae prima erat, sequebantur & caeterae, nec reuertebantur. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennae, & circuli, plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit volubiles audiente me. Quatuor autem facies habebat vnum. Facies vna facies cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilae: & eleuata sunt cherubim.

Cumque praecipisset viro. Repetitio est eius, quod dixerat supra: Ingredere in medium rotarum. Figura est Epimone in sancta scriptura non infrequens.

Et apparuit in cherub manus hominis. Explicat versum superiorem: ac si dicat: Ne mireris extendisse cherub vnam manum ad ignem, illumque accepisse, nam cherubim non tantum habebant alas, sed etiam manus, quibus vnus ipsorum ignem sumpsit, quem porrexit viro albis vestibus induto. Primo capite vocantur animalia, quae hinc appellantur cherubim, vt paulo antea diximus. Quid autem per manus significetur, fuit ibi explicatum.

Et ecce quatuor rotae. Ex hoc loco colligitur plane, rotas animalium primi capitae quatuor esse, non autem duas tantum, vt nonnulli existimarunt. Sed ita erant quatuor, vt videretur vna, quia vna erat earum similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse viderentur. Eam ob causam ait hinc paulo post Ezechiel: Et aspectus earum similitudo vna quatuor. Ac si diceret: Omnes quatuor habebant vnam & eandem similitudinem: erant enim similes, & maxime concordantes. Tales debent esse fideles per

has

simile.

has rotas significati. Quemadmodum in horologio certo rotae temperatae, & debita proportione distinctae circulos suos aequabiliter conficiunt, & mota vna aliae similiter mouentur, & quiescente quiescunt, ita vt cum multae sint numero, sint vna tantum conformatione & consonantia, sic in Christiana republica omnibus debet esse eadem voluntas, & tanta concordia & animorum coniunctio virtute conciliata, vt cum multi sint corpore, sint tamen vnus homo consensu, & vnanimitate. Ad hoc venit Christus, vt verbis vtar Zachariae, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quam ob causam monet nos diuus Paulus in epistola ad Ephesios, vt simus solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et ad Romanos: Non est, inquit, regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax. At nefarii homines discordiam seminant, iuxta id, quod est apud Esaiam: Non est pax impijs, dicit dominus. Eos autem connumerat Salomon in Prouerbij in catalogo inimicorum dei, dicens: Sex sunt, quae odit deus, & septimum detestatur anima eius. Explicans autem hoc septimum, quod est capitalius, inquit: eum, qui seminat inter fratres discordiam. Hi nunquam quiescunt, quimpotius illis turbulenta dissidia statim animi conuellant. Nihil esse existimo homine discordiae amatore dementius, nihil eo furijs odij concitato detestabilius. Ardent eius oculi, toto ex ore crudelitas emicat, portum quietis & securitatis non agnoscit, semper in procelloso mari versatur, fluctibus agitur, scelere atque furore incensus, & in graui periculo constitutus. Quid potest esse discordia turbulenti? quid insuauius? quid execrabilius? Contra vero quid potest esse pace suauius, & ad vitae dulcedinem iucundius? quid ad vtilitatem accommodatius? quid ad veram animi pulchritudinem elegantius? Hanc nobis Christus in testamen-

to reliquit, dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam ob causam hereditatem domini non poterit adipisci, qui noluerit testamentum patris obseruare. Quemadmodum humanus spiritus nunquam vegetat membra, nisi fuerint coagmenta, sic spiritus sanctus non viuificat ecclesiae membra, nisi fuerint pace coniuncta, qui enim non diligit, manet in morte. Diuus Augustinus de verbis domini in hunc modum pacem definit: Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, confortium charitatis. Gregorius in pastoralis, Qui seruare, inquit, pacem non curat, fructum spiritus recusat. Cyprianus lib. 1. epistolarum. Concordia simul iuncta vinciri non potest. Cicero in Philippicis. Nomen pacis dulce est, & res ipsa salutaris. Et Silius Italicus lib. 2. Pax optima rerum, quas homini nouisse datum est, pax vna triumphis, innumeris melior, pax custodire salutem &c. Scilurus Scythia homo prudentia praeditus, & pacis studiosus cum vocaretur ad exitum vitae, porrexit singulis filijs suis iaculorum fasciculum, vt ea confringerent: cum autem singuli recusassent, quod videretur fieri non posse: ipse iacula diuisit, & ita vnunquodque facile confregit: filios admonens, vt amicitiam & concordiam conseruarent: nam si essent pace animique consensu conglutinati & coniuncti, validi & inuicti permanerent, sin autem dissidio & discordia separarentur: essent fragiles & imbecilli, & faciles expugnati, & quilibet eos posset facilimo negotio confringere. Magnificum profecto apophthegma, & merito a Plutarcho inter sententias relatum. Sed quid cito homines, cum habeamus dei doctrinam dicentis, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur? Et alibi: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Et discipulos salutans aiebat: Pax vobis. Haec

M 2 euan-

euāgelicam pacem, hanc Christianam concordiam voluit deus hac rotarum similitudine & concentu significare: Ostendimus enim copiose capite primo esse iustos his rotis concordibus significatos:

Rota una iuxta cherub unum. Videtur perissologia, hoc est sermonis redundantiā: sed non est nisi hebraismus: ac si dicat: Singulæ rotæ erant iuxta singulos cherubim, quot illi erant, tot erant illæ.

Quasi visio lapidis chrysolithi. Primo capite dicitur: Quasi visio maris. In hebraico est vnum & idem vocabulum, quod & mare significat, & lapidem chrysolithum. Quia de re differuimus in explanatione, & fuscè in annotationibus ex hebraeo in primū caput. Chrysolithus est gemma aureo colore refulgens, cōpositum nomē à dictione chryfos, quæ aurum significat, & lithos lapidem, quasi sit lapis aureus. Per lapidem firmitudo intelligitur, per aurum charitas, de qua ait deus in Apocalypsi Ioannis. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Innuit diuina scriptura debere Christianos feruare firmam in charitate constantiam. Ideo fundamenta ciuitatis, quam vidit in Apocalypsi diuus Ioannes, erāt lapidibus pretiosis ornata, quorum fundamentorum septimus erat chrysolithus. Videtur enim gemma hæc scintillas ardentemittere, quibus Christiani in ecclesia Christi debent ardere, & alios ad amorem dei & proximi inflammare. Et quoniam gemma hæc purificat intellectum, meritò charitatem designat, quæ non solum voluntatem accendit, sed intellectum illustrat: vt enim vitium mentem tenebris cooperit, ita charitas eam suo illuminat splendore. Poteris per hanc gemmam aurei coloris intelligere sapientiam, qua solum præditi sunt fideles: nam de infidelibus ait apostolus in epistola ad Romanos: Euanuerunt in cogitationibus

sois, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et Socrates in Phedro Platonis animi sapientiā vocat aurum diuinum. Vt nauclerus absque claritate siue solis siue lunæ non potest capere portum terræ, ita homo lumine gratiæ destitutus non potest capere portum gloriæ, & existimans se anchoram iacere in locum tutum, eam iacit in scopulosum, vbi nulla superest spes salutis.

Quasi sit rota in medio rotæ. Hæc & sequentia fuerunt primo capite explanata.

Et rotas istas vocauit volubiles. Id est, vocauit deus ipsas volubiles rotas, & clamauit ad illas. Eadem dicitio hebraica & rotas significat, & volubiles. Ideo poterat verti locus hic: Et rotas has vocauit, dicens: ô rotæ. Deus vocat rotas, & ipsæ eum sequuntur. Iusti à deo vocati eum audiunt, illi adhærent, eum charitate amplexantur. Id significat, quod paulò post sequitur: nimirum rotas secutas esse cherubim. In scuto aureo monetali est virtute centusis argenteus, & obolus cupreus, & nobilius quàm in se: nam in se centusis est argentum, & obolus est cuprum, in nobiliore autem & pretiosiore moneta nempe scuto aureo sunt aurum. Ita nos sumus in deo nobiliore modo, quàm in nobis ipsis: nam in nobis sumus caro, in deo autē spiritus. Qui adhæret deo, inquit apostolus, vnus spiritus est. Ei autem adhæremus, cum illum summe diligimus. Et præter hoc sumus etiam in deo, vt indicat diuus Paulus in Actis apostolorum, dicens: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Bifariam verò in deo sumus, vno modo quatenus diuina virtute continemur & conseruamur, altero quatenus ab eo cognoscimur, & vt in primo exemplari. Et hoc secundo modo multò nobilius sumus in deo, quàm in nobis: nam vt grauiter & sapien-

pienter ostēdit prima parte diuus Thomas, viuere dei est eius intelligere: in deo autē idem est intellectus, & quod intelligitur, & intelligere: ex quo efficitur, vt quicquid est in deo vt intellectum, sit ipsum dei viuere, vel eius vita, cum autem nos simus in deo vt intellecti, aperte concluditur, esse nos in ipso ipsam vitam diuinam, & ex consequenti esse in illo præstantius & illustrius quàm in nobis, cum in illo vt intellecti simus vita diuina & immortalis, in nobis autem vitam habeamus humanam & mortalem, quæ potius mors est quàm vita, cum dicat diuina scriptura: Nos nati cōtinuò desiuimus esse. Cum autem viuere sit desinere esse, desinere autem esse sit mori, planè ostenditur vitam nostram mortem esse. Ita intelligitur locus ille Genesis: In quocūque die comederis ex eo, morte morieris. Nam cum Adam incidit in crimen, quando eum Eua ad lethales dapes inuitauit, statim mortuus est, & tota eius vita fuit mors quædam dilatata, quoniam statim mansit obnoxius morti, quæ durauit simul cū vita, quæ quoniā mortalis erat, mors potius quàm vita à viris sapientibus appellatur. Diuus Augustinus li. 13. de ciuitate dei ita inquit: Homo in morte & in vita simul est, in vita in qua viuit, donec tota detrahatur, in morte, quia iam moritur, dum vita detrahatur. Deum igitur audiamus, illi obtemperemus, eum quæramus, illius amore inflammati simus, illi adhæreamus, simus cū illo vnus spiritus, vt in illo simus multò melius quàm in nobis, multò illustrius & præstantius.

Facies vna facies cherub. Hoc est, prima facies quæ mihi directius apparuit, quæ se mihi prius obtulit oculis, fuit facies cherub, secunda fuit facies hominis, tertia leonis, quarta aquilæ. Primo capite dixit primam faciem fuisse hominis, quia illa apparuit tunc eius vultui directius. Sed oritur hinc quæstio, cur hæc

facies dicatur hoc loco facies cherub, cum capite primo dicatur facies bouis? Cherub est in numero singulari, cherubim verò plurali more Hebræorum. Huic dubitationi respondet diuus Hieronymus, ideo Ezechielem hoc dixisse, quia facies cherub est penitus similis faciei vituli, seu bonis, imò esse eandem: & eam ob causam nullam esse dissonantiam inter hæc duo loca. At nonnulli aduersus hanc Hieronymi sententiam magnas excitant tragœdias, dicentes hoc esse falsum, quod probare contendunt autoritate Flauij Iosephi asserentis faciem cherub esse faciem auis nunquam ab hominibus visæ, cuius similitudinem deus ostendit Moyfi in Horebo, vbi vidit exemplar omnium, quæ erant in tabernaculo facienda iuxta id, quod est in Exodo scriptum: Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et non vident homines parum consideratè loquentes maioris esse autoritatis Hieronymum quàm Iosephus. Præterea multi Iudæorum hoc loco discrepant à Iosepho, nam R. Salomon ait cherub esse puerum elegantem, cuius sententiam sequitur hic Nicolaus Lyranus. Et explicans caput vicesimum quintū Exodi, ait R. Salomonem & alios doctores dixisse cherubim habuisse similitudinem puerorum vel iuuenum habentium alas: quem in hoc sequitur Paulus Burgensis in additione secunda ad postillam capituli vicesimi libri Exodi: Quibus fauet Pagninus, dicens in Thesauro doctores Hebræorū putasse cherub idem esse quod quasi puer. Sunt igitur de facie cherub tres opiniones, prima diui Hieronymi, altera Iosephi, tertia communis omnium ferè scriptorum: & vnaquæque suas pro se habet rationes: quam ob causam ego nullam earum audeo reprobare. At hoc loco sequens opinionem communem existimo imagines cherubim fuisse instat

puerorum alis & pulchritudine præditorum, quemadmodum eos videmus multis in locis depictos. Respondens autem objectioni arbitror ideo vidisse Ezechielem primo capite faciem bouis siue vituli, quia illic vidit Christum, qui se erat pro nobis in crucis ara oblaturus, ubi se sacrificium deuouit ac constituit: vitulus enim pro peccato mactabatur, & victimam designabat, ut copiosè primo capite explicuimus. At hic Christum mentis oculis vidit post mortem, ideo non vituli faciem intuetur, sed cherub. Nam, ut verbis vtar diui Pauli in epistola ad Romanos, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Diximus enim per illa quatuor animalia, quæ hic dicuntur cherubim, Christum significari. Et meritò apparet facies cherub pueri alati, ut ostendat diuina scriptura deum non senescere, sed esse sempiternum & immortalem. Id intelligentes antiqui philosophi aiebant deum esse spheram absque principio & fine, cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam. Hinc effectum est, ut Apollinem, per quem deum intelligebant, pingerent puerum impuberem, perpetuam illi adolescentiam ascribentes, Aesculapium verò eius filium, per quem res naturales à deo creatas significabant, barbaturum & senectute deficientem: ut significarent deum esse immortalem, entia verò naturalia caduca. Apparuit etiam facies pueri alati, ut significaret Christi innocentiam, qui ut innocens agnus ad occisionem ductus est, & ut verbis vtar Esaiæ, oblatus est, quia ipse voluit. Quam ob causam solet diuina scriptura Christum appellare puerum, ut in psalmo, quem & diuus Ioannes capite secundo sui euāgelij, & diuus Paulus in epistola ad Romanos de Christo loquente interpretantur: in hunc modum saluator noster tormentis vexatus pa-

trem alloquitur. Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Et Esaias inducit patrem ita cum Christo loquentem iuxta septuaginta translationem: Magnum tibi est, ut voceris puer meus, ut suscites tribus Iacob. Et de Christo intelligunt Origenes & Victorinus illud Salomonis in Ecclesiaste: Melior est puer pauper & sapiens rege senes & stulto. Per bouem significatur labor & laborans. Vnde id, quod ait deus in Deuteronomio: Non alligabis os boui trituranti, diuus Paulus de concionatoribus euangelicis in verbo & doctrina laborantibus in epistola prima ad Corinthios & in prima ad Timotheum interpretatur. Id voluit significare Salomon, cum in basibus templi boues sculpsit: in præsulibus enim pondus populi sustinentibus debet resplendere labor. Nec solum literis diuinis, sed etiam humanis est veritas hæc contestata. Vnde Aegyptij volentes laborem significare, caput bouis pingebant, ut ait in suis hieroglyphicis Pierius Valerianus. Ex quo effectum est, ut antiqui Romani bouis caput corollis redimitum facerent, corymbos & ferta inde à cornibus suspendentes: cuiusmodi fascia molem Aeliam, quæ hodie castellum sancti angeli vocatur, ambibat, ut frustra, quæ adhuc Romæ integra permanent, ostendunt. Huiusmodi fascia est nunc in choro cœnobij Bethlehemitici super arcubus molem chori sustentantibus ex parte exteriori, quæ templum respicit, ubi iacent Christianissimi & inuictissimi Lusitanie reges sepulti, qui monasterium hoc construxere magnificentissimum, & in toto terrarum orbe celeberrimum. Capitibus bouum significantur labores, corollis verò, & corymbis fructus ex laboribus dimanantes. Cum igitur per bouem mors & labor significentur, meritò in prima Ezechielis visione facies bouis ostenditur, quando diuinus

vates

vates Christum contemplabatur moriturum, & labores acerbissimos subiturum: nunc autem in secunda, quando eum respiciebat post reditum ad vitam, non facies apparet laborantis bouis, sed cherub volantis, & in cœlum ascendentis. Sed dices: Si quatuor hæc animalia in hoc capite appellantur cherubim, quomodo ait vnum ex illis esse cherub? Vult propheta significare omnia hæc quatuor animalia alata similitudinem quãdam habere cum cherubim, & imaginem quandam eorum præ se ferre, sed vnunquodque eorum quatuor facies habere, nempe faciem cherub, & hominis, & leonis, & aquilæ. Et quia prima facies vnus cuiusque, quæ diuino vati se obijciebat, erat facies cherub, eam ob causam omnia illa animalia appellantur cherubim, quia vnunquodque faciem vnã habebat cherub. Et quauis aliæ facies in aliquo essent similes cherubim, multò magis erat facies illa, quam capite primo faciem bouis appellauit, quæ illi propius accedenti, & clarius contemplanti sublimior apparebat, & cherub faciem repræsentabat. Imò quò magis accedebat, & illustrabatur, eò excellentiora hæc animalia illi videbantur. Et volens significare cœlestia esse & diuina, vocat ea cherubim, ne aliquis ea esse terrena existimaret.

In quarto facies aquilæ. Tam in primo capite quàm in decimo facies aquilæ vltima est, quoniam ea, ut primo capite ostendimus, Christi ascensio significatur: vltimum mysteriorum, quæ per alata animalia significantur. Sed dicet aliquis fortasse: Qui fieri potuit, ut hæc aquila ascenderet, & filios suos, discipulos illos, quos tenerè diligebat, de quibus vnus ex illis ait: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, Hierosolymam relinqueret? Huic objectioni respondet apud Ioannem ipse Christus, dicens discipulis suis:

Vado parare vobis locum. Et paulò post: Expedi vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Aquila quãdiu pulli non sunt omnibus suis plumis cooperti, non eos finit egredi è nido, & altè volare: sed postquam sunt pennis omnibus induti & ornati, ipsa eos projicit è nido, ut se ferat in sublime. Ita Christus deus noster aquila diuina habuit in nido discipulos suos post resurrectionem, donec in die Pentecostes eos spiritus sanctus gratia adimpleuit: tunc enim præcepit illis, ut mundum peragrantes per varias terrarum oras euangelium longè latèque propagarent. Et quemadmodum aquila habens filios in nido inclusos etsi volitet in altum, & aerem penetraret excelsum, non tamen abducit oculos ab illis, & illi etiam clamitantes extentis collis eam intuentur: sic seruator noster ascendens in cœlum respiciebat in discipulos, qui ad illum aspirantes, in eo quoque oculos suos figebant, nec eum ab intuitu separabant. Et licet ab eo corpore diuiderentur, animo tamen eum sequebantur. Sed aquila diuina videns accipitrem contra nidum suum venire, ut disperderet illum, descendit aduersus accipitrem, eumque proiecit in terram, humique profrauit. Hic accipiter erat Saulus, qui, ut verbis vtar scripturæ, spirans minarum & cædis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum aduersus Christianos. Sed proiecit eum dominus Iesus in terram, eumque ecclesiæ suæ, pullis nidi sui, quos ipse euertere volebat, dedit in cibum, qui Paulus appellatus, totam dei ecclesiam doctrina sua reficit & recreat. Vide quomodo dominus nido suo consuebat. Ut Elias ascendens curru igneo, reliquit Elisæo discipulo suo palliũ suum, quo posset Iordanis aquas penetrare, ita Christus curru diuini amoris in cæ-

M 4 lum

Rom. 6.

Esa. 53.

Psal. 68.

Ioan. 2.

Rom. 15.

Ioan. 16.

Similitudo.

Similitudo.

Act. 9.

4. Reg. 2.

Ioan. 13.

Ioan. 14.

lum ascendens, collegio discipulorum suorum reliquit vestem, qua possent mundi aquas, hoc est calamitates & labores superare. Hæc est vestis, de qua ait Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Quæ est hæc vestis nisi charitas? Hæc est, de qua ait diuus Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorum. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Induimini dominum Iesum Christum. De qua denique ait Christus apud Matthæum: Amice quo modo huc intraisti non habens vestem nuptialem? Fuit Christi ascensio in monte Oliueti, vbi ait diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis vltima domini vestigia humo impressa tunc demonstrari. Cumque terra eadem cotidie à credentibus hauriretur, nihil ominis tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipere. Denique cum templum in illo loco, in cuius medio vestigia erant, rotundo schemate, & pulcherrimo opere conderetur, summum tamen fastigium propter dominici corporis meatum nullo modo potuit conteri & concamerari, sed in signum transitus eius à terra in cœlum mansit semper patulum & apertum. Hæc ille. Eo in loco apparuit discipulis suis dominus Iesus, & postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei. Et vt ait in Actis diuus Lucas, videntibus illis eleuatus est; & nubes suscepit eum ab oculis eorum: & ipsi in cœlum intuebantur. O separatio, ô desiderium! O Christe sancte, ô deus, ô pater, ô domine, ô dulcedo & suauitas mea, quis mihi daret illic esse, vt te aspicere potuissim, & vltimo vale saluassim! Suspiro ad te domine, sed grauatus nõ ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Vtinam tecum ascenderem, vtinam mundum relinquerem, vtinam tibi adhererem, vtinam te summè dilegerem, vtinam te solum desiderarem, vtinam essem beatis

flâmis tui sanctissimi amoris incensus, & totus dulcissima memoria, & admirabili quodam desiderio tui penitus absorptus. Trahe me post te, in odore vn Cant. 1. guentorum tuorum curram, vt possim tibi in perpetuum adherere. Tu es aquila diuina, cuius facies fuit Ezechiel ostensa: de qua ipse ait hoc loco: Et quartò facies aquilæ &c.

Ipsum est animal, quod viderã iuxta fluuium Chobar. Cumque ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. Stantibus illis stabant, & cum eleuatis eleuabantur: spiritus enim vitæ erat in eis. Egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super cherubim. Et eleuantia cherubim alas suas exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus rotæ quæ subsequuntur sunt. Et stetit in introitu portæ domus domini orientalis, & gloria dei Israel erat super ea. Ipsum est animal, quod vidi subter deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi, quia cherubim essent: Quatuor per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

Ipsum est animal. Hinc colliges quatuor illa animalia vnũ esse animal, quod Christus significatur, vt primo capite copiose

copiose ostendimus. Nec est inconueniens significari Christum per animal hoc, quod habebat similitudinem quatuor cherubim, & per virum indutum veste sacerdotali, quoniam idem Christus significabatur per propitiatorium, quod erat in sanctis sanctorum: nam ipse est, ait diuus Ioannes, propitiatio pro peccatis nostris. Et significabatur per ostium, nam ipse ait: Ego sum ostiũ. Et significabatur per summum sacerdotem, qui per ostium ingrediebatur ad propitiatorium: vt asserit apostolus in epistola ad Hebræos. Nam cum in prius tabernaculum ingrederentur cotidie sacerdotes, vt sacrificiorum officia cõsummarent, in secundum tamen, hoc est in sanctum sanctorum, vbi erat propitiatio, solus pontifex semel in anno, & non sine sanguine introibat. Quod significabat fore, vt Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, hoc est cœlum, & vera sancta sanctorum, per proprium sanguinem æterna redemptione inuenta ingrederetur. Eodem modo apud diuum Ioannem, vbi Christus loquitur de ouili & pastore, ait se esse ostium ouilis, & illius pastorem. Quare non est inconueniens hic per duas res significari.

Sed & illa iuxta erant. Idest, Sed rotæ ipsæ prope cherubim erant.

Cum eleuatis eleuabantur. Cũ cherubim eleuarentur, eleuabantur etiam rotæ cum illis. Hoc est viri iusti, & charitate excellentes Christum sequuntur, & existentes corpore in terra, habent in cœlo animum affixum. Margaritæ lapilli illi candidi & splendentes, qui nascuntur in mari intra conchas marinas, sunt in hoc admirabiles, quod cum in mari nascantur, & procreentur, nullam tamen habent cum eo similitudinem: mare est ceruleum, margaritæ verò candidæ: mare triste & horribile, illæ lætæ, & aspectu adeò pulchræ, vt oculos mo-

ueant, & ad se alluciant: mare amarum, illæ amabiles absque vlla amaritudine: Quimpotius claritate & splendore cœlum quodammodo repræsentant: cuius rei causa est, quia ex cœlo influentias accipiunt. Huiusmodi sunt viri charitate insignes, & christiana religione præstantes, qui in mundo nati & educati nullam cum eo habent similitudinem, nullam repræsentationem: animo sunt ab eo abstracti, cogitatione diuisi, verbis differentes, operibus discrepantes. Quimpotius cœlum suo modo referunt, vnde illis influit gratia. In Apocalypsi narrat diuus Ioannes vidisse ciuitatem sanctam, descendentem de cœlo, cuius duodecim portæ erant duodecim margaritæ. Ciuitas hæc est ecclesia catholica: duodecim portæ sunt duodecim apostoli, per quos deo adiuuante gentes ad ecclesiam introibant: quos ideo vocat margaritas, quia cum fuissent in mundi mari procreati & nutriti, non ex mundo, sed ex cœlo esse videbantur. Hæc sunt portæ illæ Sionis, de quibus ait regius psaltes: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Chariores enim sũt deo portæ ecclesiæ, quæ fuerit vnquã vniuersa synagoga. Cum autem eos miris laudibus diuus Ioannes extollat, quod essent portæ ecclesiæ militatis, quantò maioribus laudibus efferranda est virgo illa dei mater, quæ est porta ecclesiæ triumphantis? & nõ quælibet, sed felix cœli porta: ita enim in eius hymno canit ecclesia. Multò purior margarita cæteris sanctis, multò pretiosior, multò fulgentior & præstantior. Vnde exclamat diuus Hilarius: O virgo benedicta super omnes fœminas, quæ angelos vincis puritate, sanctos superas pietate! Nos verò virginem hæc sacratissimam quibus laudibus esse remus? quibus studijs prosequemur? qua charitate amplexabimur? Nulla est tanta dicendi vis, tantaque copia, quæ possit eius merita non dicam exornare,

sed ne narrare quidem. Si iusti in hac vita constituti rotæ sunt, quæ Christum sequuntur, quanto magis rota illa admirabilis Maria semper virgo dei genitrix, quæ in terra collocata in cælo verfabatur?

Ioan. II.

Spiritus enim vitæ erat in rotis. Hoc est spiritus Christi de se ipso dicentis: Ego sum resurrectio & vita. Alij vertunt: Voluntas animalis erat in eis. Sed eadē est sententia, nam per animal hoc cœlestis Christus intelligitur.

Et stetit in introitu portæ. Nimirum cherub. Alij vertunt: Steterunt, vt intelligamus cherubim. Et ita habent Septuaginta: Steterunt in vestibibus. Itaque cherubim steterunt in introitu portæ orientalis, quæ erat in atrio, vbi populus orabat ad occidentem: quam ob causam ostium erat ad orientem. Illud est aduertendum hæc animalia modò à diuino nostro vate appellari quatuor, modò vnum, nūc cherubim in plurali, nūc cherub in singulari: quæ de re capite primo differuimus, cum per hoc animal Christum significari ostendimus.

Quod vidi subter deum. Primo capite dixerat, super throno similitudinem esse quasi aspectus hominis, vbi per illū hominem nos diximus intelligi deum patrem: quod hoc loco apertissimè ostenditur: illum enim, quem illic Ezechiel vocauerat hominem, hinc deum vocat. Diuina scriptura seipsam interpretatur, locus vnus alterum explanat.

Et intellexi, quia cherubim essent. Primum videbantur illi animalia, sed propius intuens intellexit esse cherubim. Fortasse in hac visione prius vidit vultum illum, quem capite primo appellat faciē bouis, & hinc intellexit esse cherub, & existimauit alios vultus esse animalium: ideo dixit: Facies vna facies cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ. Sed cum postea attentius & propius vidisset alios vultus, esset-

que maiori splendore illustratus, intellexit omnia illa esse quatuor cherubim, sed ita quatuor, vt vnus cherub dici posset, & ita vnus, vt quatuor essent. Et eam ob causam ait: Et intellexi, quia cherubim essent.

Quatuor per quatuor vultus vni. In codicibus correctis est: Quatuor vultus vni. In alijs verba hæc, per quatuor, scripta sunt, sed notata obelo.

Et similitudo vultuum. Hoc est, licet apparentia vultuum videretur mutata, vultus tamen erant iidem, quos videram iuxta fluuium Chobar. Quorum visionem primo capite narrauit.

Annotations ex hebræo in caput decimum.

ET dixit ad virum, qui indutus erat lineis. Pro lineis est in hebraico **בד** baddim. Nomen est **בד**, quod significat linum. Septuaginta verterunt: Et dixit ad virum, qui erat indutus stola. Et paulò post: Qui indutus erat stola sancta. Stola sanctam vocant vestem sacerdotalem, de qua scriptum legimus libro primo Machabæorum: Stola sancta induit se Ionathas. Et Ecclesiasticus loquens de Aarone, eiusque vestibus sacerdotalibus, ait: Induit eum dominus stolam gloriæ. Volunt significare septuaginta, hunc virum esse Christum summum sacerdotē. Significat etiam dictio hæc baddim fortitudines: ideo poterat verti locus hic: Qui indutus erat fortitudine, vel fortitudinibus. Significat etiam ramos, & filios, quòd sint veluti rami arboris. Vnde id, quod ait Oseas: Coepit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius. poterat verti: Coepit gladius in vrbibus eius, & interficiet filios eius, vel

1. Mach. 10.
Eccle. 45.

ose. 11.

eius, vel fortes eius. Est enim ibi idem nomen baddim, quod vestes lineas, fortitudines, fortes, filios, & electos significat.

Quæ sunt subtus cherubim. In margine codicum correctorum pro cherubim est cherub in singulari, & ita est in hebræo. Nihilominus tamen septuaginta habet cherubim in plurali. Sed eadem est sententia, cum idem significetur per cherub ac per cherubim, vt in explanatione ostensum fuit.

Quasi visio lapidis chrysolithi. Aquila habet eodem modo. Symmachus: Quasi visio lapidis hyacinthi. Hyacinthus cum aere mutatur, nam in sereno est perspicuus, in nubilo subobscurus. Tales esse debent doctores & concionatores, omnibus auditorum moribus, ætatibus, & qualitatibus se attemperantes. Diuus Paulus, qui in epistola prima ad Corinthios aiebat: Sapientiam loquimur inter præfectos, eidem Corinthijs imperfectis aiebat: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Et iterum: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Quemadmodum non omnibus ægrotantibus vna atque eadem medicina adhibetur, sed variæ pro morborum varietate, sic non omnibus auditoribus vna atque eadem conuenit doctrina: sed eorum varietati est oratio accommodanda. Vt diligens & peritus medicus priusquam adhibeat ægro medicamen, non solum morbum eius, cui vult mederi, debet inquirere & cognoscere, sed mores, consuetudinem, & corporis naturam, & qualitates, sic sapiens & ingeniosus concinator, disertus & cordatus præsul daturi sunt operam, vt ægrotantes, mores, & ingenia subditorum animo percipiant, vt possint medicamina vnicuique apta opportunè adhibere. Sed de Symmachi

simile.

1. Corint. 2.

1. Corint. 3.

1. Corint. 9.

simile.

simile.

versione hæctenus. Septuaginta locum hunc ita transtulerunt: *ὡς ὄρασις λίθου ἀνθρακος.* Hoc est, quasi visio lapidis carbunculi. Carbunculus est gemma fulgentissima inter ardentes gemmas obtinens principatum, sic dictus, quòd vt ignitus carbo resplendeat, cuius nec nocte vincitur fulgor: lucet enim in tenebris, adeò vt flammam vibret ad oculos. Per hunc lapidem significatur gloria virtutum: quam ob causam Ecclesiasticus eum cum auro copulatum in auri ait cedere ornamentum: auro enim sapientia significatur, quæ virtutum splendore fit illustrior & præstantior. Et quemadmodum carbunculus in tenebris splendorem non amittit, ita vir virtute præditus in calamitatum nocte, inter medios calumniatores patientiam ostendit & tolerantiam, & veluti cæteris luminibus extinctis ipse micat radijs, cum nihil magis conducatur ad eximiam virtutis gloriam excelsius extollendam, quam calamitas ipsa, qua viri sapientia insignes, virtute admirabiles, & vera nobilitate præcellentes iniuste aliquando opprimuntur. Meritò igitur species rotarum erat quasi visio carbunculi, splendidissimæ gemmæ, quoniam his rotis, vt diximus, fideles significantur, qui debent virtutum claritate micare, cum infideles in cæcarum tenebrarum obscuritate & caligine versentur. Quam ob causam ait Paulus apostolus: Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. De hyacintho & carbunculo vide Plinium lib. 37. naturalis historię.

Eccle. 32.

simile.

Ephes. 5.

Et intuitus eorum, & impetus singulorum. Potest verti ex hebræo: Et aspectus eorum, & ipsi singuli. Hoc est, non solum eorum aspectus, sed eorum substantia. Pagninus habet: Aspectus earum, & ipsæmet, vt totum hoc ad facies referatur.

Ar.

Argumentum capituli. XI.



Absoluit visionem, quam incepit capite octavo, eorum, qui Hierosolyma remanserant euerfionem predicens. Aduersus eos praesertim vaticinatur, qui ciuitatem gubernantes, eam impie seducebant. Nam deo vero relicto, sui q̄ propheta Ieremia vaticinio contempto, clauum vr̄bis tenere, & gubernacula reipublicae tractare in maximo cursu, & sauisima procella posse arbitrabantur. Praedicat futuram captiuorum reductionem per Cyrū regem Persarum & Babyloniorum, adumbrans redemptionis humanae mysterium per Christum deum nostrum. Eos denique ait liberandos, qui sunt virtute praediti, & in vera dignitate constituti, eos vero euertendos, qui corporis voluptatibus dicuntur, & sceleribus oblectantur.

Caput. XI.



T eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quae respicit ad solis ortum. Et ecce in introitu portae viginti quinque viri. Et vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaia, principes populi. Dixit-

que ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes: Nonne dudum aedificatae sunt domus? Haec est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis: vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me: Loquere. Haec dicit dominus. Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis.

EXPLANATIO.

ET eleuauit me spiritus. Nimirum angelicus. Ac si dicat: Fui eleuatus a quodam angelo. Vel per spiritum intelligit spiritum sanctum: vel suum proprium spiritum, vt sit sensus: Ego non corpore, sed spiritu fui raptus, & cum essem corpore in Chaldaea, fui spiritu leuatus Hierosolymam. Ex quo colliges fuisse hanc eleuationem spiritualem, & imaginariam, non autem corporalem. Sed aduerte. Qui spiritu reguntur, eleuantur ad aspicienda mysteria diuina, qui vero ducuntur carne, deprimuntur, & in semetipsis sepeliuntur: viui enim mortui sunt. Ideo ait apostolus: Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Septuaginta habent: Assumpsit me spiritus. Qui enim propter deum a mundo eijcitur, ab ipso deo assumitur.

Ad

Ad portam domus domini orientalem. Hoc est, ad portam atrij interioris templi Salomonis, quae respicit ad orientem. Spiritus nos ad ostium ducit orientale, hoc est, ad Christum, qui ait apud Ioannem: Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur. Est autem ostium orientale, quia de illo ait deus pater apud Zachariam prophetam: Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem. Vnde alius Zacharias apud Lucam dixit: Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Non tamen inficior, posse verti ex hebraeo locum illum prophetae: Ecce ego breui adducturus sum seruum meum, nomine germen. Idem enim vocabulum hebraicum & orientem significat, & germen: & est perspicuum, multis diuinarum literarum locis appellari Christum germen. Esaias eum capite quarto germen domini vocat, & Ieremias trigesimo tertio germen iustitiae. Quibus locis Chaldaeus paraphrastes vertit Messiam. Nihilominus tamen rectissime vertit interpretes noster, quemadmodum capite sexto Zachariae: Ecce vir, Oriens nomen eius, & subter eum orientur, & aedificabit templum domino. Vbi septuaginta quemadmodum etiam capite tertio Orientem interpretantur. Eleuatus igitur Ezechiel ad portam orientalem, vbi diuini solis radijs illustratus est, ea mysteria mentis oculis aspexit, quae huius capituli literis mandauit.

Iezoniam. Alij codices habent: Iezoniam. Hic non est ille, de quo locutus fuerat capite octavo: nam ille erat filius Saphan, hic autem Azur, nisi forte pater eius binomius fuerit, dictus Saphan, & Azur, quemadmodum multi alij, quorum multis in locis meminit diuina scriptura.

Et Pheltiam. Hi duo erant praecipui, qui publice populum a vera fide auertere conabantur. Eam ob causam hic

eorum nomina ponuntur: publice peccatores publice nominantur: quod de occultis non fit.

Hi viri cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista. Pro iniquitate poterat verti ex hebraeo vanitas. Idem vocabulum & prauitatem significat, & vanitatem. Hi igitur hortabantur populum ad sumptuosa aedificia extruenda, ac si nunquam esset ex vrbe migraturus: & consilijs suis vanis & perniciosus homines seducebant, & ad scelera perpetranda excitabant. Cor hominis est veluti prunarium, siue thuribulum prunis refertum, paratum ad recipiendum quicquid conieceris in illud. Et quem admodum si in prunarium coniicias aromaticos pastillos, tota domus suaui replebitur odore & suffimento, si autem immiseris sulphur, tota horribili odore contaminabitur, sic si in cor alicuius salutaria consilia immiseris, si hominem vtilibus instruxeris consilijs, illic lique fontem aperueris veritatis, efficies, vt ex eius corde odoris suauissimi fragrantia producat: si autem illum deprauatis consilijs contaminaueris, si impietates, odia, scelera, & caeteras huiusmodi pestes in eius consilium adhibueris, eris causa profecto intolerandi foetoris, egredietur ex illius corde foetidus fumus, qui non solum ipsius cor, sed totam domum, totam rempublicam corrumpat. Aspicias, bona consilia esse odoratorios pastillos, mala autem sulphurea & foetida suffimenta. Vide consiliorum differentiam, & attende, a quo illa suscipias. Hi duo homines, de quibus hoc loco agit Ezechiel, magnates erant, & docti, & in lectione legis domini versati, & nihilominus copiam alijs pestiferorum consiliorum faciebant. Vt ex myropolio, ex pharmacopolae officina, vbi salutaria medicamenta, & pretiosa unguenta venduntur, exit aliquando toxicum, & mortiferum venenum, sic ex hominibus

sciuntur.

Ioan. 10.

Zach. 3.

Luc. 1.

Isa. 4.

Ierem. 33.

Zach. 6.

Rom. 8.

Eccle. 6.
Eccle. 8.
Eccle. 37.

scientia excultis pestiferum interdum egreditur consilium. Ideo ait Ecclesiasticus: Consiliarius tibi fit vnus de mille. Et iterū: Cum extraneis consiliū nō habeas: Hoc est ab hominibus à virtute alienis non capias consiliū. Et rursum: A malo consiliario serua animā tuā. Ille terectē consilio instruet, qui animam tuā fuerit amore profecutus, eiusque salutem optauerit. Vnde Gregorius libro primo Registri: Nullus fidelior tibi ad consiliū potest esse, quā qui non tua, sed te diligit. Opus est cōsilio, sed intue re consiliariū. Consiliorum gubernaculū, inquit Cyprianus, est lex diuina. Domus, quæ huiusmodi consilijs regitur, omnibus est instructior, & apparatus rebus, quā ea, quæ temerē, & nullo consilio administratur.

4. Reg. VI.

Nonne dudum ædificatæ sunt domus? Vaticinatus fuerat Ieremias euertēdos esse eos, qui Hierosolymæ remanserant, nolētes in Chaldæam migrare cum Iechonia & Ezechiele. Et ita euenit, nam pro Iechonia fuit in regia dignitate constitutus Sedechias, qui anno vndecimo sui regni fuit captus à Babylonijs, & fuit eius dignitas ablata, & tota Hierosolyma funditus euersa. At hoc non credentes Iudæi, qui Hierosolymæ remanserant, insana ædificia substruebant, impio Iezoniæ, & Pheltiæ consilio adhærentes, qui Ieremiæ vaticinationē subfannantes aiebant: Nonne dudum post Ieremiæ oracula ædificatæ sunt domus? Ac si dicerent: Nullam debemus prophetiæ Ieremiæ fidem adhibere de ciuitate hac delenda, nam postquā ille hoc asseruit, non solum ciuitas non fuit euersa, sed etiam aucta, quoniam perspicuum est nos ædificia construxisse.

Hæc est lebes, nos autem carnes. Hæc ciuitas est lebes, seu olla, nos autem inclusæ carnes in illa. Et quemadmodum carnes conseruantur in olla vsque ad earū perfectam decoctionem, sic Hierosolyma nos cōseruabit vsque ad extremam

senectutem. Hoc dicebant illi, qui dei prophetis fidem nullam adhibebāt. Fortasse alludebant ad verba Ieremiæ primo capiti suæ prophetiæ mandata, vbi ille Hierosolymæ afflictionem sub metaphora ollæ incensæ à Babylonia prouenientis prædixerat: in qua olla Iudæi igne calamitatum afflictī continerētur. Cum igitur Ieremias Babylonē vocaret incensam ollam, quæ Iudæos affligeret, & concoqueret, aiebant illi non ita esse, sed Hierosolymam esse ollam, in qua illi erant semper conseruandi. Ita potest intelligi locus ille David: Moab olla spei meæ. Hoc est, spes mea conseruabitur in Moab. Nam ex Moab fuit Ruth, ex qua processit Christus secundum carnem, vt non solum ex veteri testamento, sed etiam ex euangelio constat.

Ierem. 1.

Psal. 59.

Ruth. 4.

Mat. 1.

Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me. Ex hoc loco cum multis alijs colligit Chrysostomus sanctissimæ trinitatis mysterium tomo tertio, sermone de trinitate. Si deus dixit, ergo per suum verbum: hoc illi dixit, cum in eum irruit domini spiritus. Per deum intelligit patrem, per verbum, filium, per spiritum domini spiritum sanctum.

Cogitationes cordis vestri ego noui. Vnde primo Regum ait deus: Non iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ parent, dominus autē intuetur cor. Hinc Iob, Scio, inquit, domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. In tertio Regum alloquitur ijs verbis Salomon deum: Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum.

1. Reg. 16.

Iob. 42.

3. Reg. 8.

Quæ verba sunt etiā secundo Paralipomenō literis cōsignata. Vnde diuus Augustinus de definitionibus ecclesiasticorum dogmatū, Internas, inquit, animi cogitationes diabolū non videre certum sumus. Sed motu eas corporis ab illo, & affectionū indicijs colligi, experimento didicimus. Secreta autē cordis solus deus nouit, cui dicitur: Tu solus nosti

corda

similitudo.

Mat. 15.
Prouer. 6.

similitudo.

similitudo.

corda filiorum hominum. Hæc ille. Quemadmodum arundinem manu tenentes, escaque hamatili in obscuro & turbulento pelago piscantes, etsi piscem non videāt in escam irruisse, intelligūt tamē esse illum hamo absque dubio captum, quod corticula lineæ piscatoriæ bolis appellata, submergatur: sic demones piscatores subtilissimi etsi cogitationes nostras in profundo cordis nostri gurgite non aspiciant, signis tamen exterioribus eas sæpe numero cognoscūt: motu bolidis, & actione corporis, & verborum modo eas explorant & intelligunt. Exire autem è corde cogitationes malas asserit apud Matthæum Christus deus noster. Et Salomon in Prouerbis inter mala deo odibilia numerat cor machinans cogitationes pessimas. Vnde colligitur non omnes nostras malas cogitationes forinsecus aduenire, de monis instinctu excitatas, sed emergere aliquando ex motu arbitrij humani. At cum eas diabolus cognoscit, statim accendere illas ad vitia conatur: intimis visceribus stimulos cōturbat, & cōmouet, ortum inflāmat ardorē, & faces admouet tentationū. Vt faber ferrarius prunas non efficit in officina, sed follibus ignis exuscitatoribus eas accendit, sic diabolus cogitationes malas in animo cōceptas follibus tentationū sufflat, & inflāmat, & incendiū conflare nitens vitijs pabulū subministrat. Cor nostrū est ferraria officina, cogitationes malæ sunt prunæ, diabolus sufflator. Dolendū quidem est, & acerbè ferendum, nutriri in anima cogitatus, pestilentes qui instar filiorū viperæ eam miserè occidāt, aut certè polluant & contaminent. Anima nostra est viridis smaragdus, gemma translucida, exigui pretij in regione mortaliū, sed in seipsa pretiosa, & immortalis: quam margaritarius ille celestis deus noster summa sapiētia sua perpoliuit, & anulo plumbeo corporis nostri copulauit. Et quemadmodū peritus

margaritarius premitur dolore, aspiciēs pretiosos lapillos sua industria elaboratos, quos ipse magno ingenio & artificio excoluit, & perpoliuit, in manibus puerorum, & hominum agrestium, qui cum eos nec cognoscant, nec magnificiant, illos contamināt, sic deus cum videt animas nostras, quas ipse ad imaginem suam creauit, in potestate vanorū & immundorum cogitatum eas coinquinantium & contemnentium, ægre fert, & veluti id grauitè sentiens, exclamat: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et hoc loco: Cogitationes cordis vestri ego noui. Et paulò post illis ferrum minatur dicens: Gladium me tuistis, & gladium inducam super vos. Heli audiens scelera, quæ eius filij admitterebant, leniter eos reprehendit, cum æquum esset, vt eos durè castigaret. Quā ob causam illum ita allocutus est deus: Magis honorasti filios tuos, quā me. Propterea ecce dies veniūt, & præcidā brachiū tuum, & brachiū domus patris tui. Et paulò post narrat diuina scriptura, filios eius in prelio corruisse, ipsumque Heli cecidisse de sella retrorsum, & fractis ceruicibus animam efflasse. Filij nostri nostræ cogitationes sunt, quas debemus grauitè punire, si modum transeūtes, imperium rationis repudiauerint, deumque offenderint: alicquin à deo grauitè puniemur.

Mat. 9.

Mat. 2.

1. Reg. 2.

1. Reg. 4.

Plurimos occidistis. Nimirū iniuste, præsertim sub rege Manassè, qui se flagitiorum ministrū constituit, & in vrbe peruertenda dolos pestilentes concepit, & iura diuina & humana per summum scelus violauit.

Propterea hæc dicit dominus deus Israel: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuistis, & gladium inducam super vos,

vos, dicit dominus deus. Et eijciā vos de medio eius: daboq; vos in manum hostiū, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis, quia ego dominus. Quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. Et factū est, cum prophetarem, Pheltias filius Banaia mortuus est. Et cecidi in faciē meā, clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, domine deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel? Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalē: longè recedite à domino: nobis data est terra in possessionem, propterea hæc dicit dominus deus: Quia longè feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris, ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt. Propterea loquere: hæc dicit dominus deus.

Interfecti vestri. Id est, ij, quos immaniter interfecistis.

Hi sunt carnes, & hæc est lebes. Dicitis, vos esse intra ollam securos & conferuatos instar carniū, sed longè fallimini opinione: eritis enim summis calamitatibus oppressi. Contra verò innocētes, quos crudeliter occidistis, hi sunt carnes feruatæ, quoniam in gratia è vita mi grauerunt: & Hierosolyma est lebes, vbi sepulti sunt. De huiusmodi decedē

tibus ait psalmographus: Pretiosa in cōspectu domini mors sanctorum eius. Et diuus Ioānes in Apocalypsi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Vel sic. Hi, quos dolore lacerastis, & tandem se uè occidistis, sunt carnes confractæ, hos cōcidistis tanquam carnes, quas solent secare, cum eas volūt in lebetem conijcere, vt coquantur. Eodem modo loquitur Michæas, cum inuehitur in tyrannos, dicens: Ossa eorum confregērunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Sunt igitur viri innocentes carnes à vobis laceratæ, & Hierosolyma est olla calamitatum, vbi eos compressistis. Prima tamen expositio mihi magis placet, propter id, quod sequitur: Educam vos de medio eius. Est enim sensus: Non est Hierosolyma olla, in qua vsque ad extremam senectutem conseruemini: nā ego vos abstraham ab illa, & tradā Babylonijs, qui vos in vincula conijciant, & in Chaldæam captiuos abducant, vbi immensis calamitatibus occidamini, & trucidemini.

Gladium metuistis. Timuistis, ne à Babylonijs occideremini, ideo cōfugistis ad Aegyptum: sed nihil vobis proderit, occidemini nanque gladio Babyloniorum.

Faciam in vobis iudicia. Id est, sumam de vobis pœnas, debitas illas quidem, & iustas.

In finibus Israel iudicabo vos. Hoc est, in Reblatha, quæ est in terra Emath. Ibi Nabuchodonosor occidit filios Sedechiæ regis Iudæorum coram eo, ei autē oculos eruit, eumque in vincula coniecit, vt licet videre apud Ieremiam capite nono, & quarto libro Regum capite vltimo.

Hæc non erit vobis in lebetem. Id est, non remanebitis Hierosolymæ vsque ad senectutem, vt existimatis, sed in alienā terram captiui ducemini.

Quia in præceptis meis non ambulastis. Hoc est,

est, quia præcepta mea non custodistis. Hebraismus est, in sacris literis frequēs, vt in psalmo: Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege domini. Tertio Regū: Ambulemus in decretis eius. Quarto Regum: Ambulauit in via regum Israel. Hoc est, seruauit rationem viuendi regum Israel. Ambulare in consilio sceleratorum, est eorum consiliū sequi: vt psalmo primo: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Ambulare coram domino, est ita vitam degere, vt facta omnia ad deum dirigantur, illiq; sint grata. vt Genes. 17. Dixit dominus ad Abraham: Ego dominus omnipotēs: ambula coram me. Hoc est, da operam vt inculpatè viuas, & ad me tamquam ad scopum dirigas, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris. Ambulare aliquando idem est, quod viuere. Vnde apostolus in epistola ad Romanos: In nouitate vitæ ambulemus. Et iterum: Non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritū. Et ad Ephesios: Vt filij lucis ambulate. Nec est mirum ambulare idem esse, quod vitam degere, quoniam tota hæc vita via est, & deambulatio quædā ad alteram vitam. Si in præceptis dei ambulauerimus, finita via in patriam in grediemur æternam, si in operibus carnis, in pœnas semper duraturas.

Iuxta iudicia gentium. Id est, iuxta mores & constitutiones gentiliū.

Et factum est, cum prophetare, Pheltias, &c. Ezechiel erat corpore in Chaldæa, & raptus spiritu vidit ea, quæ fiebant Hierosolymæ, & quemadmodum hic Pheltias diuino iudicio fuit vita priuatus. Quæ omnia Iudæis in Chaldæa cōmorantibus narravit, vt in fine capituli fatetur. Et fuit exploratum & perspectum, eadem die, & hora, qua Ezechiel dixit, excessisse è vita Pheltiam, collatis dictis prophetæ cum dictis nūtiarum, qui à Iudæa in Chaldæam veniebant.

Et cecidi in faciē meam. Nimirum affectu cōpatientis, & vt supplex deum ora

rem, ne clades multiplicaretur.

Consummationem tu facis reliquiarum Israel? Hoc est, Nunquid domine omnes, qui supersunt ex Iudæis, tua vltione consumes? Suspiciabatur fortasse Ezechiel, reliquias Israelis, quæ videbantur superesse, esse ad interitum vocandas, & penitus delendas. Nam cum Pheltias sonet salutem domini, existimauit forsitan videns eum mortuum, fore vt etiam liberati à domino tunc morerentur.

Fratres tui. Hucusque vaticinatus fuit de excidio eorum, qui remanserāt Hierosolymæ: nunc eorum consolationem prædicat, qui Ieremiæ obtemperantes se Babylonijs tradiderant, & in Chaldæam migrauerant. Solet deus læta tristibus miscere, vt apud Esaiam capite primo: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Desolabitur sicut in vastitate hostili: & derelinquetur filia Sion vt vmbra culi in vinea, & sicut turgurium in cucumerario. Et paulò post: Lauamini, mundi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comederis. Eodem modo Amos capite quinto: Leuo super vos planctum domus Israel. Cecidit, & non adijciet vt refurgat virgo Israel. Et paulò post: Hæc dicit dominus deus: Quærite me, & viuetis.

Fratres tui. In nonnullis codicibus non sunt verba hæc nisi semel: at in correctis bis posita sunt. Palilogia est, figura satis frequens in diuinis literis, cum repetitur idem verbum, vt tertio Regum: Altare altare hæc dicit dominus deus. Et Christus deus noster apud Matthæum: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas. Hanc figuram vocant nonnulli epizeuxim.

Quibus dixerunt habitatores Ierusalem. Existimantes se esse felices, & possessuros esse quietē Hierosolymam.

Longè recedite à domino. Quasi indigni

eius ciuitate. Reputabant eos esse à deo deiectos, & derelictos, qui se tradiderat Babylonij.

Ero eis in sanctificationem modicam. Hoc est, dabo eis diuinos vates, qui eos possint mœrore aliqua ex parte leuare, & ab idolorum cultu auertere. Et qui ob peccata abducti sunt à patria, ob poenitentiam redibunt ad illam. Vel sic: Ero eis in sanctificationem, sanctos reddam illos, sed non omnes: non enim ero eis in sanctificationem magnam, vt omnes sancti sint, sed in sanctificationem paruum, vt pauci salui fiant. Illos saluos faciam, quorū spem videro in me sitam, qui veram gloriam concupierint, eam autem contempserint, quæ incerta est, & caduca, posita non in virtute, sed in populi temeritate. Esse autem Christū quibusdam in sanctificationem, alijs autem in ruinam, asserit Esaias, dicens: Erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel. *Qua de re capite superiore disseruimus: verb illa explanantes: Effunde super ciuitatē*

Esa. 8.

Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis: daboq; vobis humum Israel, & ingredientur illuc. Et auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum.

D Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantq; ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam

Ierem. 23. f. Inf. 36. f.

in capite suo ponam, dicit dominus deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria dei Israel erat super ea. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem vrbs: & spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem in visione, in spiritu dei. Et sublata est à me visio, quam videram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba domini, quæ ostenderat mihi.

Congregabo vos de populis. Suadet deus Iudæis, qui in Chaldaica captiuitate detinebantur, vt quanuis in varijs calamitatibus versentur, in eo tamen spem omnem suam fixam habeant atq; locatam. Promittit enim illis se esse eos ad patriam reducturum. Quod factum fuisse tempore Cyri Persarum regis literæ diuinæ in libro Esdræ testificantur. Nec solum hoc loco, sed multis alijs Ezechiel, & alij diuini vates de hoc rebitu Babylonicæ captiuitatis post annos septuaginta vaticinati sunt. Sed quis non videt per hanc liberationem intelligi redemptionem humanam per Christū verum saluatorem? Ipse genus hominum in vincula dæmonis coniectum, in mundi captiuitate retentum, in carnis operibus tanquam in carcere, vinculis scelerum compeditum, sanguine suo liberavit, & ad spiritus libertatem, ad verum decus, ad summam amplitudinem illustrissimis virtutum ornamentis decoratam perduxit. Seruitus Babylonica erat infidelitas, carcer peccati, & confusionis mundi captiuitas, vnde nos Christus abstraxit, & ad veram religionem, ad ecclesiam catholicā, ad veram Hierosolymam perduxit. Ipse est enim rex ille

1. Esd. 1. 10

2.

ille cœlestis, qui iuxta diuinorum vatum oracula erat homines dispersos in vnā ecclesiam congregaturus. Audi Esaiā dicentem: Congregabit filios Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor partibus terræ. Ieremias de hac congregatione vaticinans inducit Christū ita loquentem: Congregabo eos de vniuersis terris, & reducam ad locum istum, vt habitent confidenter. Vnde Oseas, Congregabuntur, inquit, filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibi caput vnum. Et psalmographus: Aedificans Ierusalem dominus, dispersiones Israel congregabit. Et idem Christus apud Ezechielem: Assumam de medio nationum filios Israel, ad quas abierunt, & congregabo eos vndiq; , & erūt mihi populus. Et hoc loco: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboq; vobis humum Israel. In omnibus his locis, & multis alijs promiserat deus se esse congregaturum homines ex omnibus mundi regionibus in vnā ecclesiam. Erant dispersi mortales, & per tenebras inextricabiles vagabantur. At non tulit deus eos diutius errare, sed venit in mundum, induit humanam formam, & à cœli summitate descendens terras illustrauit, & hominū oculos aperuit, qui veluti Agar & Israel errabant in solitudine, & aquæ veræ doctrinæ penuria laborabant, & ostendit illis fontem vitæ, vt errantibus illis ac vagis viam consequendæ immortalitatis aperiret, eosq; siti pereuntes reficeret, & cœlo exules, verisque bonis prorsus expulsos, ac varijs sectis diuisos in vnā ecclesiam catholicā cōgregaret. Hęc ecclesia in diuinis literis appellatur Ierusalem: est enim ecclesia visio pacis, idnanque sonat Ierusalem. Hęc est mons Sion, specula illa, ex qua deum fide contemplamur. Hęc est domus Iacob, dæmonis supplantatrix, vitiorumque mundi, & carnis expultrix, quæ aduersus hostes animæ lucta contendit, vt veram

Esa. 11.

Ieremi. 32.

ose. 1.

Psalm. 146.

Inf. 36.

Genes. 21.

animæ pacem conseruet. Hęc est templum Salomonis, vbi habitat dominus, viuus lapidibus, hoc est fidelibus charitate præstantibus extructū, qui cum prius essent toto terrarum orbe dispersi, varia idola & monstra colentes, fuerunt sub vno Christo congregati in vnā ecclesia, vna religione Christiana, vna fide, vno baptismo coniuncti. Christi saluatoris nostri prædicatio & cognitio sic omnium gentium oras peragravit, vt repudiatis superstitionibus, & dijs falsis ac commentitijs, homines etiā agrestes & inculti eum huius vniuersitatis effectorem & moderatorem intelligerent, & pro eius fide & honore se morti deuouere non dubitarent. In ecclesia hac regnat Christus, cuius regnum erit sempiternum. De hoc Christi regno in ecclesia cecinit diuinus psaltes: Regnū tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Et Esaias: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnū eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret à modo, & vsque in sempiternum. Daniel: Regnum eius regnū sempiternum: & potestas eius in generatione & generationem. Michæas: Regnabit super eos in mōte Sion, ex hoc nūc, & vsque in æternum. Id explicuit deus dicens per Gabrielem angelum Mariæ semper virgini: Dabit illi dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Domus Iacob est ecclesia, quæ semper durabit, de qua ait Christus: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam: in qua ipse Christus regnabit in æternū. Vnde colligitur, non conuenire Salomoni ea dei patris promissio, quæ est libro secundo Regum literis madata: Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum

Psalm. 144.

Esa. 9.

Dani. 3.

Mich. 3.

Luc. 1.

Matth. 16.

2. Reg. 6.

num regni eius in sempiternum. Cum thronus Salomonis defecerit, eiusque regnum esse desierit, qui fieri potest, ut regnum, quod à deo, qui est ipsa veritas, asseritur sempiternum, illi possit conuenire? Est igitur hæc dei promissio ad verum Salomonem, ad Christum regem, pacis amantissimum, cuius Salomon umbram gerebat, referenda. Salomon ex mortuis lapidibus templum instruxit, Christus ex viuis animis ecclesiam ædificauit. Dauid sanguinis fusor templum ædificare non potuit, sed Salomon, hoc est pacificus, idem enim sonat nomen Salomonis, quoniam rex pacificus erat venturus, qui non alieno fuso sanguine, sed proprio erigeret ecclesiam, pacis adeo amans, ut ne quicquam periret, ipse per sanguinem suum nos eriperet à morte, mortem toleranter ferens, ut nos immortalitate donaret: & ut verbis utar diui Pauli ad Colossenses, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Quam ob causam ab Esaia fuit merito princeps pacis vocatus: qui ut pacem doceret, ecclesiam constituit, in qua regnat in æternum. Vnica est ecclesia, militans & triumphans, militans finietur quatenus militas, sed eius ciues in gratia decedentes, erunt in triumphum translati, quæ nullum vnquam habebit finem, cuius rex Christus est, cuius habitatio semper est duratura, cuius ciues cantica Sionis perpetuo concinentes, ipsum regem in æternum laudabunt. Id intelligens diuinus psaltes præcinebat: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed quoniam ad hanc triumphantem ecclesiam ascendere nemo potest, nisi sit ecclesie militantis membrum, instruit deus ecclesiam hanc catholicam, quæ est apud diuinos vates regnum Dauid, vera Hierosolyma, mons Sion, domus Iacob, populus Israelis. Quicumque enim veram Christi dei nostri fidem

habet, Israelita est, siue gentium, siue ab Hebræis. Ideo voluit per se, & per apostolos suo sanctissimum nomen suum per cunctas nationes fama celebrare, & castissimam, plenissimamque pietatis religionem longè lateque propagare, ut asperrimam diaboli tyrannidem funditus euerteret, & ecclesiam hanc constitueret, in qua fideles congregaret. Hoc quippe est, quod hic ait per Ezechielem: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel, hoc est Hierosolymam, qua ecclesia significatur.

Et auferent omnes offensiones. Id est, omnia scelera.

Cunctasque abominationes. Hoc est, omnia idolorum simulachra.

Et dabo eis cor vnum. Idem ait deus infra apud hunc prophetam capite. 36. & apud Ieremiam trigessimosecundo. Id impletum fuisse in ecclesia primitiua asserit diuus Lucas, dicens in Actis apostolorum: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et non solum tunc, sed nunc etiam in rebus de fide, & semper, fidelium cor fuit, & est vnum: vna est enim fides omnium, vnus ecclesie in credendo consensus. Sed hæc dei verba non tantum de fidei consensu, sed de animorum congregatione & coniunctione intelligenda videntur. fuit enim summa inter Christianos pax & concordia: de qua dixerat regius vates: Orietur in diebus eius iustitia & abun-

dantia pacis. Et rursus: Factus est in pace locus eius. Huius Christianæ pietatis meminit Aggæus, qui cum diceret: Veniet desideratus cunctis gentibus, adiecit ex Christi persona: Implebo domum istam gloria, & in loco isto dabo pacem. Nec hoc silentio præteritit Esaia Christum in hunc modum faciens loquentem: Creauit fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui prope. Vnde Malachias: Pactum vitæ & pa-

Inf. 36.

Ierem. 32.

Act. 4.

Psal. 71.

Psal. 75.

Ag. 2.

Esa. 57.

Mal. 2.

cis

cis fuit cum eo, & lex veritatis in ore eius. Sed pax hæc spiritualis est, quæ nos inter nos coniungit, & deo connectit & conciliat. Denique est pax dei, quæ exuperat omnem sensum, qua carer homines flagitiosi. Ait enim Esaia: Non est pax impijs, dicit dominus. Etsi enim impij sint aliquando pace coniuncti, ea tamen pax mundi est, & vitiorum interdum propagatrix. Eam ob causam ait Christus: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Mundi pax quærit propriam vtilitatem, & corporis oblectationem, pax verò Christi consistit in vera animorum concordia inter se, & inter se & deum, cuius gloriam quærit. Hanc pacem, hanc recõciliationem inter deum & hominem adduxit Christus Iesus, quam ob causam ait apostolus in epistola ad Colossenses esse nos per ipsum reconciliatos: eumque in epistola ad Romanos propitiatorè appellat, dicens: Præposuit eum deus propitiatorè per fidem in sanguine ipsius. Et diuus Ioannes in prima sua epistola: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et iterum: Misit deus filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Hoc fuerat in legis veteris tabernaculo adûbratum, vbi erat arca foederis, super qua erat propitiatorium ex auro purissimo, quod duo cherubim tegebant alas expansas habentes, seque mutuò contemplantes. Super propitiatorium erat oraculum, ex quo dominus responsa dabat, seque propitium ostendebat. Arca illa ecclesie Christi gerebat imaginem, quæ erat tecta propitiatorio, quo Christus figurabatur, ecclesiam protegens & gubernans. Duo cherubim se mutuò respicientes sunt duo testamenta inter se admirabili concentu coherentia, nullaque in re discrepantia. Id quod indicat nomenclatura, cherubim enim idem est quod plenitudo scientiæ. Respiciunt enim hi cherubim ad propitiatorium,

quia vtrunque testamentum Christum intuetur, de illo loquitur, eum ostendit, ita ut vetus sit veluti vaticinium noui, nouum verò expositio veteris. Desuper erat oraculum, vnde deus loquebatur, ostendens misericordiam suam, quoniam dominus noster Iesus Christus, propitiator noster deum patrem nobis reddidit propitium & beneuolum, nosque illi reconciliauit, & in concordiam cum illo reduxit, qui ab illo ob impia scelera nostra eramus diuisi, & penitus alienati. Hanc pacem conquirere debemus, & amplecti, eaque summè oblectari. Si hominum pax à gentium philosophis veluti numen quoddam celebrabatur, qui fieri potest, ut Christianæ philosophiæ cultores dei pacem sine scelere nefario contemnant? In monte Palatino fuit quondam Romæ templum Concordiæ dicatum, ut ait Blondus libro secundo de Roma instaurata, quod templum ait Suetonius fuisse à Tiberio imperatore constructum: tamen alij contendunt fuisse à Liuia Germanici matris ædificatum. Et prope montem Palatinum, vbi quondam via, quæ sacra dicebatur, erat, fuit à Vespasiano imperatore instauratum templum pacis, cuius ruinae hodie apparent, facile ostendentes magnificentissimum ædificij apparatus. Nullum enim fuit tunc in tota vrbe ædificium sumptuosius, nullum admirabili pretiosarum rerum amplitudine præstantius. De eo ait ita diuus Hieronymus in Ioelis prophetæ commentarijs. Vespasianus & Titus Romæ templo pacis ædificato vasa templi Hierosolymitani, & vniuersa donaria in delubro illius constituerunt: quæ græca & Romana narrat historia. Si igitur infideles pacem colebant, quomodo magis nos eam colere debemus, qui legem pacis, qui pacis præceptoris euangelium seruare gloriamur? Cum Neptunus & Minerva de dignitate contenderent, & Neptunus, ut antiqui scriptores literis

mandarunt, allegaret se esse aquæ, rei vtilissimæ inuētoem, Minerua autem pro se adduceret, se oliuam fructiferam plātam inuenisse: Cecidit causa Neptunus, fuitque pro Minerua sententia lata, quia oliua arbore fructuosa significabatur pax, qua nihil esse dicebant iucundius, nihil vtilius, nihil ad securitatem & tranquillitatem consequendam accommodatius. Voluerunt homines illi, qui tunc sapientes dicebantur, hac fictione significare esse pacem vtilissimam, eāque ob causam audissimè quærendam & conseruandam. Proclus Platonicus vnum vni esse dicebat: significans dandam esse operam, vt omnes vnum essemus deo, qui erat vnus. Hæc sunt eius verba in libro de anima & angelo. Per intellectum nostrum diuinum attingimus intellectum: sic & primum vnum, à quo omnibus inest vnio per vnum, per quod sanè nostrum vnum diuino maximè iungimur. Et paulò post: Diuini per vnitatem efficimur, quando omnem multitudinem fugientes, in ipsam vnitatem nostram confugimus, vnumque efficimur, & conformiter agimus. Titus Liuius libro. 10. Deca. 3. Melior est, inquit, tutior pax, quàm sperata victoria. Et Sallustius in Iugurtha: Concordia parux res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Si gentiles tot laudibus efferunt pacem, quid nos agere debemus, quibus deus noster illam dedit? Ipse est enim, qui hoc loco ait apud Ezechielem: Et dabo eis cor vnum.

Et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Hoc petebat regius vates, cum diceret: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Hæc spiritus nouitas seu renouatio est animi puritas, & vis illa, per quam nihil nisi rectum & sanctum desideratur. Acquiritur autem instauratio hæc lachrymis & pœnitentia. Quemadmodum aquila, vt aiunt, renouatur aquis, ita anima lachrymarum abundantia.

simile.

Vt oliuæ vbi sunt perticis concussæ, & *simile.* virgultis omnibus confractis amittunt pulchram amœnitatem, nisi pullulauerint, & nouis furculis atque ramulis germinauerint, & denuò fronderint, in fructuosæ manent, sin autem syluescunt, & germina emittunt, spem tribuunt vberimos fructus producendi, sic homines post peccatum, nisi instaurentur spoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, steriles iudicantur: sin autem spiritu nouo germinauerint, & per pœnitentiam floruerint, fuerintque in Christo renouati, pulcherrimos virtutum fructus ferent, & vberimarum baccharum copia exornabuntur. Aspice oliuam illam post peccatum adulterij & homicidij per pœnitentiam virescentem, lætissimorumque fructuum pulchritudine abundantem, quomodo dicebat in psalmo: Ego sicut oliua fructifera in domo dei. Et Ecclesiasticus virum iustum comparat cum oliua pullulante. Hanc pullulationem & instauracionem promisit hoc loco deus, dicens se esse fidelibus suis spiritum nouum tributurum.

Auferam cor lapideum. Id est, abducam ab illis cor durum, & dabo illis cor tenerum, vt veluti blanda cera impressionem meæ doctrinæ facillè recipiant. Cordi lapideo ex diametro opponitur cor carneum, hoc est piū, docile, & quod diuino amore mollescat. Id voluit diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios significare, dicens: Epistola nostravos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Appellat apostolus Corinthios epistolam suam, quod eos scriptos haberet indelebiter in corde, & epistolam Christi, quod illi Christum haberet in cordibus suis scriptum. Et ideo

ait

*Exo. 31.
Exod. 34.
Deut. 20.*

Luc. 8.

Exod. 7.

*Iob. 4.
Ioel. 2.*

simile.

Exod. 15.

Eccle. 3.

Iob. 23.

Exod. 17.

Num. 20.

psalm. 77.

ait hanc Christi epistolam esse à seipso scriptam non atramento, sed spiritu dei viui, vt significaret inter seipsum & Moysem differentiam: Moyse enim tabulas lapideas adornauit, vt in illis lex vetus scriberetur, Paulus autem Corinthiorum animos parauit non instrumēto corporeo, sed spiritu dei viui, quem ipso deo largiente in illis sculpsit: nō in tabulis lapideis duris, vt quōdam lex, sed in cordibus mollibus, & ad recipiendam euangelicam doctrinam ab eo paratis. Sed heu, quot sunt hodie, qui cor habēt lapideum rupibus multo durius! Horū cor est petra illa, de qua ait Christus: Aliud semen cecidit super petram, & natum aruit, quia nō habebat humorem. Vide petram illam, de qua ait diuina scriptura: Induratum est cor Pharaonis. Talis est homo impius & obstinatus, de quo ait Iob: Cor eius indurabitur quasi lapis. Et deus per Ioelē prophetam: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ac si dicat: Corda vestra volo, sed non indurata: volo corda mollia & cōtrita. Diuus Bernardus in libro de Consideratione ita ait: Cor durum est, quod contritione non scinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Vt lapis tendit ad centrū, ita corde induratus descendit ad infernum. Ita dicitur de obstinatis Aegyptijs: Descenderunt in profundum quasi lapis. Corpora descenderunt in profundum maris, animæ in profundum infernorum. Ideo ait Ecclesiasticus: Cor durum malè habebit in nouissimo. At de seipso ait Iob: Deus molliuit cor meum. Et diuina scriptura in libro Exodi, & Numerorum narrat fuisse a Moyse petram percussam virga, & fluxisse aquarum abundantiam. Ad quod alludit his verbis psalmographus: Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Vtinam deus virga cru-

cis, & memoria passionis suæ percutiat cor meum lapideū, cōterat duram cordis mei petram, vt fundantur lachrymarum flumina, & conuertat petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Diuus Augustinus libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinū cap. 14. ita ait: Liberum hominis arbitrium pulsatur, vbi dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset deus etiam duritiam cordis auferre, non diceret per prophetam: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneū. Quod de nouo testamento fuisse prædictum satis apostolus ostēdit, vbi ait: Epistola nostra vos estis scripta non atramento: sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictam putemus, vt carnaliter viuant, qui debent spiritualiter viuere: sed quia lapis sine sensu est, cui comparatū est cor durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Hæc ille.

Quorum autem cor post offendicula. Hoc est, eos grauer puniam, qui peccatis, quibus deus grauer offenditur, pascuntur, & idolorum cultum relinquere nolūt. Ponere eorum viam in capite suo, est in eos iuxta scelera sua animaduertere. Sensus est: Eos, qui Ieremiæ prophetæ, meæque voluntati obediētes se Babylonijs tradiderunt, & fuerunt in Chaldæam trassati, consolabor, & in pristinam dignitatem restituiam, eos autem, qui Hierosolymæ manserunt, qui falsis voluptatibus ducuntur, & in sceleribus versantur, acerbissimis opprimam calamitatibus. Illi mihi pœnas suis flagitijs debitas persoluent.

Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis. Significauit subtractionem protectionis diuinæ. Id etiam significauit Christus dicens apud Ioannem: Surgite, eamus hinc. Et apud Lucam. Relinquetur vobis domus vestra deserta. Narrat Iosephus fuisse in templo vocem angelorum

psal. 109.

psal. 94.

2. Corin. 3.

1. Esai.

*Ioan. 14.
Luc. 13.*

Iorum auditam dicentium: Abeamus ab his sedibus. O ingrata ciuitas, quæ illum, qui in te contulit innumera beneficia, ad crudelissimum interitum vocasti! O ciuitas infelix, quam deus merito reliquit per gratiæ, suæque protectionis subtractionem! O impij & nefarij Iudæi, qui Messiam vestrum, quæ expectabant antiqui patres, cuius aduentum optabant patriarchæ, de quo vaticinati sunt prophætæ, asserentes esse illum humanam fornam induturû, eiusque misericordia esse mundi maculas abluendas, acerbissimis cruciatibus affectum, scelere & inuidia incitati interfecistis! Qui erunt homines tam barbari, tam agrestes, tam inculti, qui vestram impiam crudelitatem & perfidiam non detestentur, qui Christi dei nostri immensam pietatem, summam misericordiã nõ immortalitatis memoria prosequantur? Dereliquit vos, quia vos eum dereliquistis. Ideo ascēdit gloria domini de medio ciuitatis.

Stetitque super montem. Chaldæus paraphrastes ait montem hunc esse Oliueti. Distat ab vrbe vno miliario, vt habetur Actorum apostolicorum primo. Ex hoc monte ascendit Christus ad patrem, vt ex eodem capite colligitur. Eam ob causam existimo voluisse hoc loco Ezechielem ascensum Christi in cœlum significare.

Et spiritus leuauit me. Erat realiter in Chaldæa, sed spiritu fuit ductus Hierosolymam, vbi ea mentis oculis aspexit, quæ huic capiti mandauit. His autem gestis videbatur sibi imaginaria visione à Iudæa in Chaldæam reuerti ad Iudæos, quos hic trãsmigrationem vocat.

Omnia verba. Id est, res omnes. Narrauit Iudæis omnia, quæ viderat spiritu, & eorum significationem. Accipi autem verbum pro re quacunque præter hunc locum ostendit Esaias capit. 39. vbi volens significare ostendisse Ezechiam regem nuntijs Babylonæ om-

nia, quæ habebat, ait: Non fuit verbum, quod non ostenderet ei. Ezechias in domo sua. Et in hanc significationem sumitur Deuteronomij capite. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore dei. *Quæ* locum citauit Christus apud Matthæum & Lucam, significans quacunque re, qua deus voluerit, posse hominem sustentari. Id, quod dicitur in psalmo: Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio, potest verti ex hebræo. Iucundus vir, qui confert in alios beneficia, & dat mutuo, & distribuit res suas recto iudicio. Pro sermonibus suis poteris transferre verba sua, & per verba sua substantiam, opes, & omnes alias res suas intelligere: vt sit sensus eum esse iucundum & beatum virum, qui propensus est ad homines iuuandos, qui de re sua familiari inopia laborantibus impartitur, sed iudicium adhibet in bonorum suorum distributione, omniaque rectè atq; prudenter ministrat.

Annotations ex hebræo in caput XI.

Nonne dudum ædificatæ sunt domus? Septuaginta interpretes habent: Nõne nouiter ædificatæ sunt domus? Eadem est sententia, quam in explanatione exposuimus. Pagninus vertit: Non in propinquo est contritio, ædificemus domos. Brixianus eodem ferè modo: Non est propinqua vastatio, ædificemus domos. In hebraico non est contritio, nec vastatio. Ideo alij transferunt: Non est propè, ædificemus ædes. Quod in idem recidit. Horum versionum hic est sensus: Id, quod dixit Ieremias, esse citò urbem hanc vastandam, nõ est verum: nam non est propè eius euersio & vastatio: ideo non timeamus, qui potentius construamus ædificia. In hebraico est

Dent. 8.

Matth. 4.

Luc. 4.

Psalm. III.

Act. I.

Esai. 39.

est ita. *לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בְּתוּמֵי* Lobe-carob benoth bat tim. Quæ verba possunt ita verti: Non citò: ædificemus filios. Ac si diceret impij homines: Nihil nos moueat vanum Ieremiæ vaticiniû de vrbis euersione, sed voluptatibus ducamur, & filios generemus. Dictio benoth est à verbo banah, quod significat ædificare, & filios suscipere. Capite 16. Genesis, vbi vulgata editio habet: Si forte saltem ex ea suscipiam filios, est in hebraico: Si fortasse saltem ex ea ædificer. Inde deriuatur ben, quæ dictio filium significat, quod sit veluti ædificium parentum. Vnde benoni idem est quod filius doloris mei, & beniamin filius dextræ, hoc est, filius dilectus: solebant enim antiqui nomine dextræ ea significare, quæ magnoperè diligebant. Ideo Iacob filium suum secundum, quem habuit ex Rachele, quam incredibili complectebatur amore, vocauit Benjamin, hoc est filium charissimum, quod illum genuisset in senectute, quam ob causam eum admirabili amore prosequabatur. Cum eum pareret Rachel summis oppressa doloribus, eum filium doloris sui appellauit interruptis ac morientibus vocibus, quibus prolatis, efflauit animam, & obitus sui triste viro suo charissimo desiderium reliquit. Pater autem pueri nomine mutato, ne cum illud audiret, memoriam illius lachrymabilis mortis renouaret, & graui tam tristis recordationis dolore, etiam ipsa, quæ iam consenuisse viderentur, recru descerent, imposuit ei nomen Benjamin, vt amorem filij & matris se esse semper conseruaturum declararet. Significat præterea dictio hec ben multa alia adiunctis substantiuis. Genes. 15. Filius domus meæ, id est vernaculus meus. Iob. 4. 1. Filius arcus, id est sagitta. Thren. 3. Misit in renes meos filias pharetræ suæ. Hoc est sagittis me vulnerauit. Esa. 2. 1. Filius areæ meæ, id est frumentû. Primo Regum. 20. Filius mor-

Genes. 16.

Genes. 35.

Genes. 15.

Iob. 4. 1.

Thren. 3.

Esa. 2. 1.

1. Reg. 20.

tis; id est dignus morte. Illud psalmi. 101. vbi nos iuxta translationem septuaginta habemus: Vt solueret filios interemptorum, potest verti ex hebræo: Vt è vinculis eripiat filios mortis, hoc est homines morti addictos. Primo Regum. 9. Filius vnius anni erat Saul, id est innocens instar infantuli. Quibus verbis vult significare Saulis virtutem, & morum integritatem, priusquam fuisset in regia dignitate constitutus. At cum ad principatum euectus est, scelera impia perpetravit. Vbi vides quam periculosa sit magna potentia, & opum abundantia. Exemplum sit etiam tibi David, qui subditus inimico pepercit, & vitam tribuit, rex autem amicum per summum scelus interfecit.

Et cogitationes cordis vestri ego noui. Septuaginta habent: Cogitationes spiritus vestri ego scio. In hebraico pro cogitationibus cordis vestri est: Vemaaloth ruacem. Hoc est, & ascensiones spiritus vestri, Verbû *רוח* alah ascendere significat, vt Genes. 19. Vidit ascendentem fauillam de terra. Ideo vertit Pagninus: Quæ ascendunt in spiritu vestro noui. Et quoniã cogitationes cordis ascēdunt, merito vertit interpres noster cogitationes. De huiusmodi ascensionibus in corde humano ait regius vates: Ascensiones in corde suo disposuit. Et Christus deus noster apud Lucã: Quid turbati estis, & cogitationes ascēdunt in corda vestra? Eodem respicit, quod ait in prima epistola ad Corinthios diuus Paulus: Nec in cor hominis ascendit. Hoc idiomate vtitur Esaias capite. 65. Ieremias. 13. Ezechiel. 38. Ascendere autem super labium linguæ apud Hebræos est in fabulam traduci, quando in aliquem coniunguntur opprobria. Hebraismus est, quo vtitur Ezechiel capite. 36. Significat etiam verbum hoc alah euanescere. In hanc significationem potest accipi id, quod est apud Zachariam: Et confertur manus eius super manum proximi

Psalm. 101.

1. Reg. 9.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

2. Reg. 11.

Genes. 19.

Psalm. 83.

Luc. 24.

1. Corin. 2.

Esa. 65.

Ierem. 13.

Inf. 38.

Inf. 36.

2. d. b. a.

Zacharia.

mi sui, vt sit sensus: Si quis tempore illo petierit opē ab amico suo ad oppugnandam Hierosolymam, frustra id faciet: nihil vires humanæ aduersus diuinum consilium valebunt: nam si apprehenderit quispiam manū proximi sui, euanescent manus eius in manu opē illi promittētis. Eam ob causam poterat etiam locus hic Ezechielis ita transferri. Ea, quæ euanescent in cordibus vestris, sunt mihi satis perspecta. Impij enim, vt ait diuus Paulus in epistola ad Romanos, euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

Roma. I.

Ero eis in sanctificationem modicam. In hebraico est. *Ero eis. עַם שְׂמֵחָה* Lemiddax meat. Idest, in sanctificationē paruulam. Pagninus transtulit: In sanctuarium paruū. In Thesauro verò ait nomen hoc meat significare paucitatem. Ideo potest verri: *Ero eis in sanctuarium paucitatis, siue paucorum.* vt sit sensus. Eos paucos in Chaldæa audiā perinde atque in templo celebri Hierosolymæ: ero illis paucis loco templi, vbi populi celebritatem audire solebā. Nihilominus tamen communis translatio rectissima est, cuius sensum in explanatione ostēdimus: & ita verterūt septuaginta dicentes: *eis & ἵερομα μικρόν.*

Consummationem tu facis reliquiarum Israel. Pagninus eodem modo vertit, sed cum interrogatione. Et ita manet altera sententia: aliud est enim rem asserere, aliud interrogare. Aliquando enim eadē oratio quæ affirmat, si interrogatiuè profertur, & admiratiuè, negat. Verba illa Michææ: Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in principibus Iuda, longē diuersum sensum videntur prima facie habere apud Matthæum illa in hūc modum citantem: Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. Apud Michæam asserunt Bethlehem paruulam esse in principibus Iuda, apud Matthæum asseueranter ostendunt non esse paruulam. At si hæc ver-

Mich. 5.

Matth. 2.

ba legeris apud Michæam interrogatiuè, & admiratiuè, quemadmodum profectò legi debent, videbis nullam esse inter prophetam & euangelistam dissonantiam. Ita enim ait Michæas: Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in principibus Iuda? Quasi dicat, non. Et asserēs negationis causam, ait: Ex te enim egredietur, &c. Et id quidem est, quod ait Matthæus: Nequaquam minima es. Nec in eo discrepant, quòd Michæas ait, Ephrata, Matthæus verò, terra Iuda, nam vtroque modo appellabatur Bathlehem. Præterea Ephrata significat fructiferam, Iuda verò confessio-nem: at ex confessione producit vberimus fructus. Nihil est fructuosius confessione, siue eam accipias pro laudatione diuina, siue pro peccatorum confessione. Confiteri de peccatis, est nuntiare virtutes. Quid est sacramentalis culparum confessio, nisi sanctitatis preconium? Aspicias igitur nullam esse inter hos duos locos discrepantiam, quim potius vnum esse alterius expositionem.

Argumentum capituli. xij.



*Parabola vasa-
migratorum prae-
dicit diu-
nus vates modum capti-
uitatis regis Sedechia, eo-
rumque, qui illum sequebantur, quos scie-
bat esse dei immemores, & sui oblitos,
contra verò in scelere vigilantes, & in re-
bus nefarijs diligentes. Studebat hortari
Iudæos varijs argumentis, vt prophe-
tarum oraculis fidem adhiberent, seq̃
repudiatis idolis ad verum deum con-
uerterent, in quo spem omnem suam col-
locarent.*

Caput

Caput. XII.

A **F**actus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis in medio domus exasperatis tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident, & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigratorum, & transmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes feras vasa tua, quasi vasa transmigratorum per diem in conspectu eorum. Tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis, in caligine effereris. Faciē tuam velabis, & non videbis terram, quia portentum dedit domui Israel. Feci ergo, sicut præceperat mihi dominus. Vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem, & vespere perfodi mihi parietē manu, & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorum.

EXPLANATIO.

In medio domus exasperans tu habitas. Hoc est, in medio Hebræorum contumacium, deum ad iracundiam prouocantium. Quā ob causam ita in eos inuehitur Baruch propheta: In ira dei ad iracundiam prouocastis dominū: traditi estis aduersa-

Et factus est sermo domini ad me. Parabola est rerum dissimilium similitudo, quam Cicero collationem vocat, quòd illa res inter se conferantur & comparentur. Est autem duplex, altera verborum, quando quibusdam dictis alia intelliguntur: altera factorum, quando per quēdam facta alia significantur, quæ admodum in præsentī. Vtraque est in diuina scriptura frequentissima. Non solum Iudæi Hierosolymæ habitatores, sed etiam plerique eorum, qui erāt in Babylonica captiuitate detenti, irridebant Ieremiæ consilium & vaticinationem. Instruxerat Ieremias suo consilio Iudæos, vt se traderent Babylonijs, & vaticinabatur in maiores ærumnas incursum esse eos, qui Hierosolymæ manebāt, quàm qui in Chaldæam transmigrabāt. Cum autem transmigrati se captiuos aspicerent, eos autem, qui in patria remanserant, liberos, inuehebantur in Ieremiam, asserentes falsum esse eius vaticinium, eiusque dignitatē maledictis violentes. Sed postea experti sunt vera esse omnia, quæ Ieremias prædixerat. Eā ob causam voluit deus, vt Ezechiel ostēderet Iudæis fore, vt rex Sedechias, & omnes, qui cum eo erant, magnis cruciatibus afficerentur, & in Chaldæam ignominiosè ducerentur captiui, qui crudelem cædem euaderent: nam rex erat oculis priuandus à Nabuchodonosore, & eius filij coram eo trucidandi, & omnes simul incredibilibus calamitatibus opprimendi. Ex quo efficiebatur, vt vero infallibilique Ieremiæ oraculo fides adhiberetur. Et ita omnia euenerunt, quemadmodum Ezechiel vaticinatus fuit, quæ in hac prophetica parabola continentur.

In medio domus exasperans tu habitas. Hoc est, in medio Hebræorum contumacium, deum ad iracundiam prouocantium. Quā ob causam ita in eos inuehitur Baruch propheta: In ira dei ad iracundiam prouocastis dominū: traditi estis aduersa-

Bar. 4.

aduersarijs, exacerbastis enim eum, qui fecit vos, deum æternum. Aduerte. Nō ait, cum exasperantibus habitas, sed in medio domus exasperantis: vt ostendat diuina scriptura, tantam esse Ezechielis virtutem, vt cæteris luminibus extinctis, ipse refulgeat, & in medio inquina torum purus ipse permaneat. Inter nefarios honestatem seruare fortis animi magniq; ducendum est: eorum autem contumelias ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, virtutis est insignis, admirabilisque constantiæ. Vt speculum quanuis mundum & splendidum sit, contaminato tamen flatu circumstantium inficitur, sic vir quanuis honestate præditus, virtutumque splendore conspicuus, impiorum tamen consuetudine & familiaritate contaminatur. Vnde ait Ecclesiasticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Si contigerit, vt planeta alioquin beneuolus & salutaris alijs astris maleuolis & malè influētibus fuerit coniunctus, malam mittet influentiam: ita vir pius si impios nimia familiaritate comprehenderit, impius efficietur. Vnusquisque deniq; eorum mores, quibus familiariter vititur, plerumque imitatur: nisi eā habuerit animi firmitudinem, & virtutis cōstantiam, qua erat munitus Ezechiel: fueritq; ea veluti muro fortissimo vndique septus. Ezechiel enim cum esset Hebræorum concionator, & præsul, quem illis deus, vt supra vidimus, speculatorem constituerat, meritò in eorum medio habitabat, etiam si sæpenumero se, vt antea diximus, in solitudinem reciperet. Cum quidam gymnosophista nomine Calanus viseret quondam Magnum Alexandrum, attulit secum, vt narrat Ioannes Monachus, corium bouis durum admodum, & siccum, quod in terram proiecit: cum autem super vnam eius extremitatem pedes poneret, erigebatur co-

*similitudo.**Eccl. 31.**similitudo.**sup. 3.*

rium ex altera: & in omnibus extremis partibus similiter eueniebat: cum autem se in medio illius collocaret, & pedes figeret, constitit corium, & ex omni parte quieuit. Voluit hac re insignis philosophus persuadere Alexandro, vt mediam eligeret, si vellent regnum suū in tranquillitate seruare. Columna in medio domus sustinet eius pondus, sin autem in alteram partem declinat, ruit totum edificium. Cor hominis est in medio corporis, sol in medio astrorum errantium, centrum in medio sphaeræ, virtus in medio extremorum. Ideo Aristoteles libro quarto Politicorum, Quanto magis, inquit, aliquid accedit ad medium, tantò melius est. Horatius ita ait: Est modus in rebus, sunt certi denique fines, quos vltra citraque nequit consistere rectum. Et Ouidius secundo Metamorphoseos: Medio tutissimus ibis. Sed quid cito authores humanos, cum habeamus sacros? Diuus Bernardus libro secundo de consideratione, Mediū, inquit, tene, si non vis perdere modum. Et diuus Ioannes Chryostomus homilia duodecima in Acta apostolorum: Mediocritate seclusa vbique malum est. Arbor vitæ fuit in medio paradisi. Christus in medio discipulorum. Stetit enim, vt ait diuus Ioannes, in medio, & dixit, pax vobis. Nascitur in medio animalium, inuenitur in medio doctorū, stat in medio discipulorum, moritur in medio latronum. Medius vestrum stetit, dicebat diuus Ioannes, quæ vos nescitis. Quare Christum in medio inuenies docentem nos, vt mediū teneamus. Quemadmodum motis elementis sola terra quiescit, quia est in medio mundi cōstituta, sic alijs perturbatione concitatis, nullaq; firmitudine cōsistētibus tu firmus & cōstās permanebis, si mediū tenueris, ab eoq; non declinaueris. Ex extremis procedit peccatū, ex peccato instabilitas. Audi Ieremiā dicentem: Peccauit Ierusalē, propterea instabilis

*Genes. 2**Ioan. 20.**Luc. 2.**Ioan. 20.**Ioan. 19.**Ioan. 1.**simile.**Thren. 2.*

bilis

bilis facta est. De hac instabilitate dicebat Esaias: Quasi pilam mittet te deus in terram latam & spatiosam. Et David: *Esa. 22.* Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Vis nō moueri, non fluctuari, non duci varietate, non agitari inconstantia? Amplectere medium, & nullatenus ab eo abstraharis: & ita ratio coercebit temeritatem, & eliges potius à vita, quam à virtute dimoueri: dabisq; operam, vt ipsa virtus te trahat ad veram dignitatem. Id efficiebat diuinus noster vates, qui vt medium doceret eligendum, non in domo Hebræorum, sed in medio domus dicitur esse constitutus. Et quanuis virtus sit habitus electiuus in mediocritate consistens, vt ait Aristoteles secundo Ethicorum, eiusq; bonum consistat in adæquatione ad mensurā rationis, & ita in medio, hoc tamen non intelligitur de virtutibus theologis, sed de moralibus, & intellectualibus etiam, nam virtus intellectualis suam habet mensuram, & per conformitatem ad ipsam accipitur in ipsa mediū. At cum in omnibus, in quibus consistit virtus in medio, contingat peccare per excessum, sicut per defectū, circa deum autem, qui est obiectum virtutis theologice, non contingat peccare per excessum, iuxta id, quod ait Ecclesiasticus: Benedicentes deum exaltate illum, quantum potestis, maior enim est omni laude: perspicuum est, virtutem theologiam in medio non consistere. Fieri non potest, vt homo tantum deum diligat, quantum ipse diligi meretur, & tantum credat, & speret in ipsum, quantum debet. Ex quo aperte concluditur non posse hic excessum esse, sed tantò melius est harum virtutum bonū, quanto magis accedit ad summum. Ideo aiebat diuus Bernardus, amandi dei modū esse amare eum sine modo. Quædā glossa de poenitentia distin. 2. cap. Charitas est aqua, in verbo, sunt itaq; gradus. asserit in charitate non habere locum id

Eccl. 43.

quod dicitur de mediocritate virtutū, quia ei vnum solum vitium opponitur, scilicet odium, supra distinct. 1. Omnis, qui non diligit. Esse autem medium spectandū ostēdunt multa iura, Cap. Cum tu. extra de testi. &. xlv. dist. Disciplina. & cap. Sunt nanq; Et. ff. de Pæ. respiciendum. cum multis alijs. Qua de re ea poteris videre, quæ supra annotauimus, verba illa primi capituli explanantes: Cum essem in medio captiuorum: Et illa: In terra Chaldæorum iuxta fluuium Chobar.

Qui oculos habent ad videndum, & non vident. Et si oculos habent corporis, mentis tamen oculis se ipsi priuarunt. Tales sunt omnes impij homines, & sceleribus contaminati, qui in rebus fluxis, vanis, & terris immerfi, intellectum nō erigunt ad diuina cōsideranda. Et licet hoc omni scelerato conueniat, multò magis ei, qui est in insigni dignitate constitutus: in quem Zacharias propheta in hūc modum inuehitur: O pastor, & idolū. Idolū eum vocat, qui oculos habens non videt, & aures habens non audit. Nam, vt ait idem propheta eodē capite: Oculus dexter eius tenebescens obscuratur. Oculi capitur aliquando pro intentione, vt apud Salomonem in Ecclesiaste: *Zachar. 11.* Sapientis oculi in capite eius: intentio enim sapientum est in Christo capite nostro: intentio autem stultorum in terra, qui iuxta psalmographi sententiā, Oculi suos statuerunt declinare in terra. Vnde apud Matthæum ait Christus: Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuū lucidum erit. Et ita intelligitur id, quod est apud Zachariam: Hæc est amphora egrediens: & dixit: hæc est oculus eorum. Amphora est mensura, & sumitur pro intentione impiorum, qui omnia non iuxta dei iudicium, sed iuxta eorum cupiditatem & appetitum metuntur: ideo subdit statim: sedere impietatem in amphora illa, vt impiam nefariorum hominum intentionem significet.

*sup. 1.**3. 31.**Zachar. 11.**Eccl. 11.**Psalm. 16.**Matth. 6.**Zachar. 6.*

gnificet. Et volens apertè ostēdere amphoram illam esse impiorum intentionem, asserit esse oculum eorum. Eam ob causam potest hic locus Ezechielis de intentione explanari, vt sit sensus: Flagitiosi Iudæi deprauatam habent intentionem: ideo habentes oculos carnis dicuntur cæci, quia qui intentionem habent corruptam, in tenebris versantur. Nam iuxta dei nostri sententiam apud

Math. 6.

Esa. 6.

Ephes. 4.

Zeni. 11.

Et aures ad audiendum, & non audiunt. Habentes aures corporis sunt auribus cordis ob sua scelera priuati. De ijs auribus

spiritualibus aiebat Christus: Qui habet *Luc. 8.* aures audiēdi, audiat. Audire enim hoc loco est intelligere. Vnde capite quadragesimosecundo Genesis, vbi nos habemus: Nesciebant enim, quod intelligeret Ioseph, est in hebraico: Ignorabāt enim, quod audiret eos Ioseph. Itaq; videre & audire hīc apud Ezechielem est per sensus in animū inducere, & sibi persuadere. Hoc autem dicit ob verbi dei contēptum, nec enim Ieremiæ, nec ipsi Ezechieli credebant captiui, quimpotius in eos inuehebantur, & inter se non cohærere asserebant. Iosephus libro decimo capite decimo ita inquit: Ezechiel apud Babylonem eo tempore quo Ieremias apud Hierosolymam vastationē templi prædicebat: idq; vaticiniū Hierosolymam transmisit. Sed his oraculis nō credebat Sedechias, quia etsi hi duo vates in omnibus conuenirent, quod ciuitas caperetur, & Sedechias captiuus adduceretur, in hoc tamē discrepare videbantur, quod Ieremias assereret Sedechiam intraturū esse Babylonem, Ezechiel autem asseuerabat eum non esse Babylonem visurū. Quare cum hīc repugnātia dicere eos videret Sedechias, ne illa quidem vera putabat, in quibus consentiebant. Hęc ille. At postea experimento didicit iniustus rex verum esse vtrumq; vaticiniū, nam iuxta Ieremie oraculum ingressus captiuus Babylonē, & iuxta Ezechielis prophetiam non eā vidit, quia fuit in Reblatha oculis priuatus a Nabuchodonosore, & intrans ciuitatem eam non vidit. *4. Reg. 24.*

Quia domus exasperans est. Idest, quia populus est rebellis, & deū prouocans ad irā. Notat Iudæorum pertinaciam, & obstinationem.

Fac tibi vasa transmigrationis. Hoc est, instrumēta apta viatoribus, qualia sunt baculus, pera, mātica viatoria, sacculi à collo ad vētrē lūbosq; pēdētes. Et fume oīa ijs necessaria, q̄ aliō sunt trāsmigraturi. Postea explicat huius parabolę sensum.

si

Siforte aspiciant. Subaudi, quæ facis, vt credant, & pœnitentiam agant. Quoniam Iudæi verba prophetæ non curabant, præcipit ei deus, vt sacculos viatorios accipiat, & transmigret de loco ad locum, & parietem fodiat, vt admirati Iudæi hac rerum nouitate, eum interrogent, quid hæc significant: & instruantur factis, qui verbis instrui volebant. Videbatur extra propositum se ad viam præparare illum, qui erat in captiuitate detentus, & parietem domus aperire, vt per illum transfret, cum ostium haberet apertum. Sed faciebat hoc diuinus vates, vt homines hac admirabili nouitate excitaret ad quærendum, quid hoc esset. Cum volumus homines mouere, vt aduertant, nosque diligenter attendant, aliquid agimus insuetum & portentosum, quo alij in nos oculos conijciant, & nouitatis causam inquirent. Et ita id, quod fieri extra propositum videbatur, est optimè propositum: vt eo homines aliās oblitī, ad dei propositum intelligendum animam intendant. Eodem ferè modo Christus deus noster Hierosolymam proficiscens cum admirabili hominum applausu & lætitia, canentibus alijs, & viam ramis sternentibus, in medio triumphī cœpit plorare, & vim lachrymarum profundere, vt Iudæos ad causam tanti mœroris in festo tanti gaudij inquirendam excitaret. Quò ploratus causam intelligentes, se à peccatis ad virtutes conferrent, & eas opes acquirerent, ex quibus intelligerent, posse illustrem laudem efflorescere, veramq; dignitatem redundare. Offerebant deo vestes exteriores, & non corda interiora, ramos arborum, non autem truncum & radicem, tradebant ei verba, non autem voluntatem. Ideo tam citò fuerunt de sententia dei cœti: nam qui eum tūc filium Dauidis vocabant, postea eum malefactorem appellarunt, & qui eum tunc miris laudibus extollebant, nō multò post eum in-

Math. 21.
Luc. 19.

Ioan. 18.

tolerandis opprobrijs affecerunt: & lignis ramorum, quibus illi sternebant viam, cum postea percutebant & vulnerabant. Intuere hominum scelera, & mūdi varietatem & commutationem.

Per diem. Idest, interdiu, vt planè & perspicuè videaris ab illis.

Sicut egreditur migrans. Hoc est, mœstus, & affectus dolore, instar eorum, qui in exilium ducuntur.

Per fode tibi parietē. Subaudi, domus tue.

In humeris portabis. Nimirum sacculos, & farcinulas. Alij codices habent: Porta beris: vt sit sensus: Tui te famuli in humeris suis asportabunt instar hominis defessi, magnoq; dolore vexati.

In caligine effereris. Idest, nocte. Interdiu te ad iter præparabis, sed migrabis aduentante nocte. Vel in caligine, hoc est, oculis clausis, & velato capite: sequitur enim: Faciem tuam velabis.

Portentum dedi te domui Israel. Hoc est signum admirabile & stupendum captiuitatis & erumnarum Sedechiæ, & eius sequacium. Hac ratione volo significare, quid illis accideret.

Feci ergo. Vide prophetæ obediētiam etiam in re, quæ portentosa & extra propositum videbatur.

Et factus est sermo domini manē ad me, dicens, Fili hominis nunc quid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: Quid tu facis? Dic ad eos: Hęc dicit dominus deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. Dic: Ego portentum vestrum. Quomodo feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem ibunt, & dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur: in caligine egredietur. Parietē perfodient,

D fodiēt, vt educant eum: facies eius operietur, vt non videat oculo terram. Et extendam rete meum super eū, & capietur in sarena mea, & adducam eum in Babylonem, in terram Chaldæorum, & ipsam non videbit: ibiq; morietur, & omnes, qui circa eū sunt. Præsidia eius, & agmina eius dispergam in omnem ventum. Et gladium euagina bo post eos. Et scient, quia ego dominus, quando disperfero illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et relinquā ex eis viros paucos a gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur. Et scient, quia ego dominus.

Et factus est sermo domini mane. Idest, & postridie locutus est mihi dominus.

Nunquid non dixerunt ad te. Ad hoc illud faciebat, vt alios ad interrogandum, quid illud innueret, excitaret.

Dic ad eos: Hæc dicit dominus. Idest, explica illis parabolam, doce eos, quid ego velim illis hoc vaticinio significare.

Super duces omnis istud. Vaticinium triste, nūtians futuram calamitatem, appellatur onus. Sic Esaias: Onus Babylonis, onus Moab. Vbi septuaginta modo orafin, hoc est, visionem contra Babylonem, modo rhima, hoc est, verbum contra Moab. Hesychius ait tunc prophetiā appellari onus, cū dominus graue quippiam comminatur, plenum ponderis & laboris, quæadmodum hoc loco aduersus regem Sedechiam, & Iudæos eum sequētes. Est igitur sensus: Hæc prophetia grauem calamitatem denūtians, est aduersus Sedechiam ducem atq; regem Hierosolymæ, & contra populum Israe liticum ibi commorantem.

Esai. 13.
Esai. 15.

Ego portentum vestrum. Ita illis dices: Ego sum figura & typus ærumnarum, quibus Iudæi miserè opprimētur. Iuxta id, quod feci, eueniet illis. Et ita factum fuit. Nam Ezechiel ostendit se mitti in exitum sumens vasa transmigrations, & proficiscens mœstus, & dolore laceratus: significans Sedechiam, eiusque sequentes migraturos esse ex Iudæa in Chaldæam: & in acerbum exiliū & duram captiuitatem ducendos. Aperuit parietem, per quem fugeret, ostendens id Sedechiæ euenturum: qui cū esset misera Babyloniorum obsidione vndique septus, & incredibilibus calamitatibus exagitatus, fugit noctu ex ciuitate, non valens hostium viribus resistere, & per fodit parietē sui viridarij & hortus, vt exiret loco abscondito, & via subterranea, ne a Babylonijs videretur: vt est apud Ieremiam capite. 39. & quarto libro Regum capite vltimo. Et tamen captus est ab illis, & varijs iniurijs affectus. Nam in campo solitudinis Ierichontinæ fuit ab exercitu Chaldæorum comprehensus, & ductus ad Regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath, vbi Babylonius eius filios coram eo occidit, eumque oculis priuauit, & compe dibus vinxit, atq; captiuū in Chaldæam adduxit: & omnes Hebræos partim ferro trucidauit, partim in vincula cōiecit. Et fuit aula regis igne combusta, & tota vrbs direptioni commissa incendio flagrauit.

In humeris portabitur. Quia mœstus & debilitatus non poterit se sustinere. Id vaticinatus fuit Ezechiel, quando se humeris famulorum fecit asportari. Ideo id, quod paulò antè scriptum est in nonnullis codicibus: In humeris portaberis, rectius videtur, quàm id, quod alij codices habent: In humeris portabis.

In caligine egredietur. Idest, noctu: id quod Ezechiel significauit egrediens noctu.

Facies eius operietur, vt non videat oculo terram.

Ierem. 39.
4. Reg. 25.

ram. In signum scilicet ignominia. Vel designatur excæcatio Sedechiæ.

Extendam rete meum super eum. Rete & fagenam appellat exercitum Chaldæorum. Concedente enim domino fuit Hierosolyma a Babylonijs expugnata, & penitus deleta. Iudæos illos tanquam pisces in profundo flagitiorum pelago voluit deus capere sarena quadam, & in terram Babylonie mittere, & pro sarena vsus est exercitu Chaldæorum.

Et ipsam non videbit. Indicat apertè Sedechiæ excæcationem. Ductus est Sedechias Babylonē, in qua erat, & ipsam non intuebatur. Babylonia regio est Asiæ maioris, sic dicta a Babylone vrbe amplissima, olim totius Chaldææ capite, & metropoli, a qua etiam magna Mesopotamia, Assyriæque pars fuit Babylonia appellata, vt libro sexto asserit Plinius. Fuisse urbem hanc Babylonem a Semiramide conditam ostēdit Strabo, Iustinus, Solinus, & multi alij. Berosus verò ait Belum secūdam Assyriorum regem fundamēta Babylonis iecisse, postea Semiramidem auxisse eam, & ex oppido urbem fecisse. Primum huius vrbs nomen fuit Babel, hoc est confusio, a confusione linguarum, quæ in eo accidit loco, vt in libro Geneleos diuinae literæ testantur. Huius confusionis meminit Sibylla ijs verbis: Cū omnes mortales vna lingua vterentur, quidam ex ijs altissimā turrim ædificarūt, cælum per eam cupiētes scandere: deus verò turbines mittens euertit turrim, & propriam ac diuersam vnicuiq; tribuit linguam. Vnde contigit urbem quoq; appellari Babylonem. Hæc refert Iosephus cap. 9. primi antiquitatum. Itaque vrbs appellatur Babylō, regio verò Babylonia. Ad hanc ciuitatem fuit ductus miser Sedechias Iudæorum rex, quam incolens nō videbat. Eodem modo populus Iudaicus in Babylonica captiuitate constitutus, suam perfidiam, causam calamitatis suæ, non videt, & legem ve-

Genes. 11.

terem manu tenens non intelligit, quoniam velamen, quo operiebatur Moyses, vt eius faciem non aspicerent Hebræi, manet hodie illis in lectione veteris testamenti, & vt ait diuus Paulus, velamē positum est super cor Iudæorum. Cū autem conuersi fuerint ad Christum verum deum, verum hominem, verum Messiam, auferetur velamen. Nunc cæci sunt, & in Babylonica suæ infidelitatis captiuitate detenti, a qua nolunt miseri homines liberari, nec eum recipere, qui eos liberatum venit. Legem Moysi secum portant, existimantes eam esse vitā illis tributuram, & nō vidēt insipientes homines, inde sibi ipsis mortem conflare, vnde vitam consequi arbitrantur. Eadem enim lex æternum illis minatur excidium, qui Christū recipere noluerint. Quemadmodum Veritas literas Dauidis secum portans, quibus rex duci exercitus præcipiebat, vt ipsi Vtiæ cædem moliretur, existimās magnum aliquid literis asserre, in illis mortem sibi portauit: sic perfidi Iudæi secum literas dei portant, quibus ipsi dānantur, & ad mortem sempiternam ducuntur. Lex, & prophetæ, & omnis denique sancta scriptura, qua Iudæi gloriantur, ostendunt venisse Messiam, esseque Christum saluatorem nostrum, quem ipsi Iudæi ob eorum inuidiam, & superbiam, & auaritiam, & alia nefaria scelera occiderunt. Id quod fuerat antea a diuinis vatibus prædictum: qui illis, qui Christum recipere nolunt, æternum interitum minantur. Illud est præterea aduertendum, & magnoperè dolendum, multos esse hodie non solum ex Iudæis, sed etiam ex Christianis, qui in medio Babylonis collocati, eam non vident. Babylon mūdus est, qui, vt verbis vtar diui Ioānis, totus est positus in maligno. Quid est superbia, auaritia, gula, incontinentia, quid denique mundus & congeries malorum, nisi Babylon, & detestanda cōfusio? Quot hodie

Exo. 34.

2. Corint. 3.

2. Reg. 11.

1. Ioan. 5.

similitudo. in mundo versantur, qui illū non agnoscunt? Quot mundi confusione circumfusi, ipsam confusione minimè intuentur? Mundus est veluti calculorum ludus, vbi sunt varia latruncolorum genera. Et quemadmodum hoc in ludo euenit saepe, vt ipsi ludentes veluti oculis capti ob nimiam confusione non videant, quomodo latrunculos mouere debeant, vt pro eis stet ludus, cum illi, qui extra ludum sedent, ipsum foris considerantes, id rectè perspiciant: sic qui inextricabilibus mundi negotijs implicantur, & sceleribus imbuuntur, cæcutiunt mentis acie tenebris cooperta, cum illi, qui animum à mundo separarunt, seque in solitariam quietem receperunt, mundi dolos, labores, calamitates, vanitates, & confusiones acutè intueantur. Vt aliquid videamus, oportet esse aliquod interuallum inter oculos & obiectum, sic vt intueamur mundum, necesse est, esse aliquam distantiam inter nos & illum. Cum autem homines nefarij, flagitijs imbuti sint mundus ipse, qui fieri potest, vt mundum perspiciant, si inter eos & illum nullum est interuallum? Quemadmodum oculus palpebras suas perspicere non valet, quia nullum est inter eum & illas medium interiectum, ita flagitiosi mundum non vident, quia nulla distantia ab illo separantur. Eam ob causam in medio Babylonis eam intueri non valent, quia ab illa fugere nullatenus volunt: sed obcæcati à Nabuchodonosore, à diabolo, à principe huius mundi, in tenebris versantur. De ijs ait regius vates: *Psal. 57.* Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Hic ignis est amor sui inordinatus & corruptus, qui obfundit tenebras, quibus cooperit intellectum, si se homo ei totum tradit. Hic autem sol est ille, de quo est libro Sapientiae mandatum. Sol intelligentiae non est ortus eis. Est igitur illius psalmi sensus: Homines se ipsos nimio amore prosequentes in ma-

gnis erroribus versantur: nō enim sunt sole sapientiae illustrati, qui igne amoris proprii incenduntur. Comparatur *similia.* amor cum igne, quia vt ignis est primum quatuor elementorum: sic amor est prima quatuor passionum. & quem admodum vehemens ignis in sinu celari non potest, vt verbis vtar Salomonis, *Prover. 6.* sic nec vehemens amor potest abscondi. Hic est ignis, qui oues & pueros Iob incendio consumpsit, hoc est, qui innocentes cogitationes comburit, & pios affectus concremat, & deuorat. Si iusto Iob materialis ignis opes reuera absumpsit, quid mirum si peccatori ignis proprii amoris animi diuitias comburat? Hic proprius amor, hæc blanda philautia est Dalila illa, quæ Samsonē, hoc est *Iob. 1.* quælibet parum cordatum hominē tradit Philistæis, id est appetitibus & desiderijs, qui eum penitus oculis mentis priuent. Et quoniā ex hoc deprauato amore sui procedit nimia erga varia mundi negotia sollicitudo, ait diuina scriptura fuisse Sedechiā obcæcatū in Reblatha, quæ sonat multitudinē. Qui enim Hierosolymam, qui pacis visionē, qui spiritus vnitatē dereliquerat, seque in Reblatha, in multitudinē, in mundi negotia, in varia flagitia contulerat, quid aliud quàm mentis & corporis cæcitatem sperabat? Proclus philosophus in libro de anima & angelo has voces literis madauit: Plato & Pythagoras iubent fugere multitudinē, vt veritatē simplicissimā cōsequamur, nō solū multitudinē exterioris populi, sed etiā interioris, quæ magis distrahit atque fallit. Hæc ille: quibus ostendit veterū philosophorū sententia debere nos nō solū hominum frequentiam, sed etiam inutiliū cogitationū multitudinē vitare, si volumus summū bonū adipisci. Sed si relicta Hierosolyma nos in Reblatha contulerimus, erimus à Nabuchodonosore captiui, & obcæcati, & in vincula cōiecti, & ingressi Babylonē eam nequaquam intuebimur.

De-

I. Reg. 1. Dæmō nomine Nabuchodonosoris intellectus, est etiam per regē Ammonitarū, qui vocabatur Naas, rectè significatus. Voluit enim dextros oculos eruere viris Galaaditis. Hoc est dæmonis officium homines obcæcare, id quod efficit omni ei, qui se illi cōmittit. O Miserrum illū, qui se cæcum intelligens non deponit cæcitatem, miseriorem qui non intelligit, & tã tetriflagitijs corruptus est, vt ipsam cæcitatem colat, & reputet acutissimū visum. Nescis, inquit in Apocalypsi diuus Ioānes, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Dic igitur cum psalmista. Dereliquit me virtus mea, & lumē oculorum meorum, & ipsum nō est mecū. Tu qui Hierosolymā colis, qui mentis acie diligenter perpolita oculos tollis ad cœlū, diuināque mysteria cōtemplaris, caue ne descēdas in Reblatha, vbi oculis captus Babylonijs tradaris. Nam si contempta vnitate fueris in varias turpesque cogitationes distractus, obtemperabit volūtas effrenato appetitui, corruet constantia, erit splendor honestatis extinctus, & denique in medio Babylonis constitutus eam haud quaquam intueberis.

Iere. 43. *Dispergam in omnem ventū.* Id est, in omnes quatuor mūdi plagas. Nam fugerūt multi ad diuersas partes, regemque Sedechiam reliquerunt: multi quorū se contulere in Aegyptū, vbi fuere à Babylonijs interfecti, qui Aegyptum expugnarūt. Ideo ait deus: Et gladiū euaginabo post eos. Noluerunt Iudæi Ieremiæ confilio acquiescere, illis suadenti, ne cōfugerent ad Aegyptios, vt ipse narrat capite quadragesimotertio.

Vt enarrent omnia scelera eorum. Vt videres homines eorū flagitia, prædicent iustitiam diuinam in eorum punitione.

Et scient, quia ego dominus. Hoc est, meā iustitiam & potentiam experimēto cognoscent.

E Et factū est verbum domini ad me dicens: Fili hominis panē tuū

in cōturbatione comedere, sed & aquam tuā in festinatione & more bibere. Et dices ad populū terræ: Hæc dicit dñs deus ad eos, qui habitant in Ierusalē in terra Israel. Panē suū in solitudine comedent, & aquam suā in desolatione bibēt: vt desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatē omniū, qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nūc habitabantur, desolatae erunt: terraque deserta: & sciētis quia ego dñs. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod est proverbium istud in terra Israel dicentiū. In longū differētur dies, & peribit omnis visio? Ideo dic ad eos: Hæc dicit dñs deus: Quiescere faciam proverbium istud, nec vulgo dicetur vltra in Israel. Et loquere ad eos, quod appropinquauerint dies, & sermo omnis visiois. Nō enim erit vltra omnis visio cassa, nec diuinationo ambigua in medio filiorum Israel: quia ego dñs loquar, & quodcunq; locutus fuero verbū, fiet. Nō prolongabitur ampliùs, sed in diebus vestris domus exasperās loquar verbū, & faciā illud, dicit dñs deus. Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicentiū: Visio quā hic videt, in dies multos, & in tēpora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos: Hæc dicit dñs deus. Nō prolongabitur vltra omnis sermo meus. Verbū, quod locutus fuerit, complebitur: dicit dominus deus.

Panem tuum in cōturbatione comede. Ponit aliam parabolam, qua significat famis & sitis calamitatem, qua erant Iudæi Hierosolymæ habitantes opprimendi. Nā in graui obsidione constituti ob inopiam victus incredibili fame & siti laborarunt: & ob perpetuam fatigationē & laborem in defensione ciuitatis nec tempus; nec facultas illis dabatur comedendi. Hoc significauit Ezechiel comedens in conturbatione & tremore, & bibens festinanter. Docebat eos deus schematibus, imaginibus, & portentis, vt nō solūm auditu, sed etiam visu futuram suam recognoscerent calamitatem. Nō solūm diuinorum vatum dicta, sed etiā facta oracula erant. Id volens deus significare ait per Oseam prophetam. In manibus prophetarū assimilatus sum. Hoc est in eorum operibus nomine manū significatis. Adam dormiens fuit Christi imago in cruce dormientis, ex cuius latere fuit Eua, hoc est ecclesia formata. Dauid Goliath baculo & quinque lapidibus vincens adumbravit Christum, qui baculo crucis & quinque vulneribus suis de dæmone triumphauit. Et Ionas tertio die egrediens de ventre ceti Christi reditum ad vitam futurum ostendit. Eam ob causam paulō antè vocatus fuit Ezechiel portentum. Et apud Zachariam inducitur dei angelus ita loquens magno sacerdoti: Audi tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt: vel, vt potest transferri ex hebræo: quia viri portentorum sunt: id est viri, qui signis & factis suis ventura prænuntiant.

Vt desoletur terra à multitudine sua. Per multitudinē intelligit diuitias & opes: vel hominum frequentiam.

Et ciuitates, quæ nunc habitantur. Nimirū ab Hebræis in terra Iudææ.

Fili hominis, quod est prouerbiū istud? Prædictarum calamitatum acceleratio prædicitur. Impij Iudæi asserbant, nunquā, aut post tempora ferē infinita imple-

das esse Ieremiæ & Ezechielis vaticinationes. Et eas irridentes aiebant: In longum differētur dies: & peribit omnis visio. Ac si dicerent: In mūdi fine eueniēt, quæ à diuinis vatibus prædicuntur, aut omnino peribit eorū prophetia, quam ipsi visionem appellant. Traducebant in prouerbiū, & veluti in fabulam diuina oracula. Sed multò aliter ac putabant omnia illis euenere.

In longum differentur dies. Hæc longitudo non refertur ad tempus, sed ad numerū, non vt longi sint dies, sed multi. Ita in psalmo: Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Quiescere faciam prouerbiū istud. Id est, breui eos calamitatibus opprimam, eorumque ciuitatem euertam. Et tunc intelligent falsum esse eorum prouerbiū, veras autem esse diuinorum vatum prophetias.

Non enim erit ultra eius visio cassa. Non erit prophetia vana: non frustrabitur effectū suo.

Non prolongabitur ultra. Ostendit oraculum hoc citò effectum suum habiturū, iamque imminere Hierosolymæ vastitatem.

Annotations ex hebræo in caput XII.

Fac tibi vasa transmigrationis. In hebraico est: Fac tibi *גולה* cele golah. Prima dictio significat vas, instrumentum, & supellectilia. Primo Regum capite 17. vbi nos habemus: Misit Dauid manum suam in peram, est in hebraico hoc nostrū vocabulum. Quam ob causam quidam vertunt: Misit Dauid manum suam ad vas. Primo Paralipomeno. 16. vbi nostra translatio habet: Et omnia musicorum organa, habet litera hebræa: Et omnia cantorum instrumenta.

Ose. 12.
Genes. 2.
1. Reg. 17.
Ion. 2.
Zach. 3.

psal. 92.

1. Reg. 17.

1. Paral. 16.

Esa. 18. Illud Esaiæ. In vasis papyri super aquas: poterat verti: In nauigijs ex papyro. Afferit Plinius libro 13. solitos fuisse antiquos cōstruere nauiculas ex papyro. Est autem papyrus arbuscula, in Aegypti palustribus nascens, in cuius folijs olim scribere solebant: vnde chartas nostras papyrum vocamus. In **Genes. 31.** Genesi, vbi editio vulgata habet: Scrutatus es omnem suppellectilem meam: est hoc idem vocabulum: vnde quidam vertunt: Contrectasti omnia vasa mea. Dictio altera est golah, quæ & transmigrationem significat, & captiuitatem: verbum enim galah migrare significat, & captiuum duci. Eam ob causam septuaginta transtulerunt: Fac tibi vasa *αἰχμαλωσίας*, hoc est captiuitatis: vt sit sensus: Sume quæcunque vtensilia captiuus accommodata.

In humeris portabis. Septuaginta habet: Super humerum portaberis. Et ita habet communis editio Complutensis: In humeris portaberis. Codices Latini variant, quidam habent actiuè, quidam passiuè. Vtrunque potest esse: sed sensui prophætæ magis conuenire videtur, portaberis, in signum, quòd Sedechias captiuus in humeris portaretur.

Panem suum in solitudine comedent. Codices latini correctiores habent, in solitudine. Dictio hebraica solitudinem significat & trepidationem.

Neque diuinitio ambigua. Pro ambigua est in hebræo *חלח* chalac, à verbo *חלח*, quod significat blandiri. Id, quod nos habemus capite 29. Prouerbiorum: Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius: poterat ita ad verbum transferri ex hebræo: Homo qui blanditur proximo suo, extendit rete gressibus eius. Quasi dicat: Officium adulatoris est, dare operam, vt blanditijs suis homines capiat, & vinctos teneat. Vnde ait Chrysostomus: Quemadmodū oratoris finis est dictione persuadere,

Prov. 29.

& medici medicina sanare, ita adulatoris finis est suauiloquio decipere. Et Seneca, Malum, inquit, hominem blandiloquentem agnosce tuum laqueum esse. Ab hoc verbo chalac est id, quod impij dicebant diuinis vatibus apud Esaiam: Loquimini nobis placentia. Ac si dicerent: Delinite nos illecebris, & verbis blandis, audituque gratis: Nolumus veritatem audire, quæ nobis aspera videtur. Significat etiam verbū hoc diuidere & separare, quoniam qui blanditur homini, eumque decipit adulationibus, à seipso separat & diuidit, vt seipsum nec videat nec cognoscat. Ipse à seipso separatus & alienatus qui fieri potest, vt seipsum cognoscat. Eam ob causam Plato in Phædro adulatorem appellat feram humano generi pestilentem, similemque esse asserit impuro dæmoni animos incautos funestis epulis fouēti, & fordibus noxijs coinquantanti. Et in Menexeno eum cum præstigiatore comparat & venefico: Est quidem adulator omni latrone deterior & capitalior, quoniam non solūm pecuniam, sed rationis iudicium furripit & aufert. Eam ob causam prohibebat deus in lege vetere offerri mel in sacrificijs, quia per illud dulcis adulatio significatur. Qui enim blandimētis & adulationum dulcedine perfunduntur, mysteriorum dei dulcedinem non sentiunt. Quæ ob rem pascha comedebatur cum amaritudine, quòd sit austera distinctio veritatis. Duo sunt genera persecutorum, inquit Augustinus, vituperantium & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persecutoris: Diuus Hieronymus, Nihil est, inquit, quod tam facile corrumpat mentes hominum, quam adulatio. Et rursum: Nos ad patriam festinantes more ferorū syrenarum cantus surda aure transire debemus. Et rectè quidem, nulla est enim musica auribus dulcior & suauior quam adulatio, sed nulla perniciosior & pesti-

psal. 92.
Esa. 30.
obambulantem
Leuit. 24.
sumus

Psal. 104. lērior. Id intelligens Dauid aiebat: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Explicans diuus Gregorius verba hæc, ait: Tunc oleum peccatoris caput alicuius impinguat, cum demulcet mentem fauor adularis. *simile.* Quemadmodum oleum flammam ignis accendit, sic adulatio erroribus fundamentum administrat. Ne credas adulatori, quoniam sub amici suauissimi persona est acerrimus inimicus. *similitudo.* Ut speculum quicquid obijcitur, imitatur, & intuentium imagines representat, sed vice versa, nam dextrum representat finistrum, finistrum verò dextrum, & respicientem oriētem versus refert ad occidentem; sic adulator voce, & gestu, te imitatur, si rides, cachinnatur, si ploras, lachrymas fundit, si detrahis de aliquo, eundem ille vulnerat maledictis, si te laudas, mirificis te ipsum laudibus effert. Versatili ingenio suo huc atque illuc seipsum torquet & flectit. Cum tristibus agit seuerè, cum remissis iucundè, cum senibus grauius, cum iuuentute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosus turpiter. Habet denique permulta magnæ non expressa signa amicitie, sed adumbrata. Sed omnia versat & deludit, & transuersum agit, & retrorsum conuertit. Si orientem intueris, te representat, sed ad occisum intuentem. Te presentem laudat, absentem irridet. Huic tali accommodari potest tritum illud vetustate prouerbiū natum ex apologo Amiani: Ex eodem ore calidum & frigidum efflatur. Refert libro secundo Plinius fontem esse in Dodona, qui faces extinctas accendat, accensas extinguat, sic adulator bilinguis modò laudibus extollit, modò iniurijs deprimit. Id intelligebat diuinus ille vates Esaias, cum deum ita loquentem inducebat: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te seducunt. Et iterum: Vt qui dicitis

Esa. 3.
Esa. 5.

bonum malum, & malum bonum. Et psalmographus: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et alibi: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Vel, vt vertit paraphrastes Chaldaus: Iactatur impius super concupiscentia animæ suæ, & qui benedicit hominem raptorem, reijcit deum. Et Salomon in Prouerbijs: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. Nam quem coram prædicat, retrò vituperat. Vnde ait diuus Paulus: Nec aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. Hæc adulationem & fallaciam reprehendit his verbis in epistola sua diuus Iacobus apostolus: Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarā aquam? Hæc apostolus Christi in adulationis vituperationem, quæ audientes seducit, eisque iudicium eripit. Ex quo effectum est, vt verbum hebraicum chalac blandiri seu adulari significet, & diuidere, atque dubitare, est enim adulator diuisor, & dubius atque ambiguus, quoniam seipsum cum tempore mutat, ille autem qui adulationibus delinitur & capitur, à seipso est diuisus & alienatus. Id, quod est apud Oseam: Diuisum est cor eorum, poterat verti: Delinitum est cor eorum: est enim ibi verbum hoc chalac. Ex hac verbi equiuocatione fluxit interpretum varietas in hoc Ezechielis loco; nam communis translator vertit: Nec diuinationo ambigua: Pagninus autem: Nec diuinationo blandientis. Alij: Nec diuinationo blanda. Poterat verti: Nec vaticiniū adulatoriū. Septuaginta habent: καὶ μὴ τὸ νόμισμα τὰ πρὸς χάρις. Hoc est, & diuinans quæ ad gratiā, vt sit sensus: Non erit vltra prophetia aliqua falsa, nec erit propheta, qui ea, quæ ad hominum gratiam aucupandam faciunt, vaticinetur.

Argu-

Argumentum capituli. XIII.



INe hitur in eos, qui verbis dulcibus seducebant populum, tantum quæ sibi assumebāt & arrogabant, vt se esse diuinos vates falsò & impudenter assererēt, cum nullam à deo haberent visionem, nullam reuelationem, nullum vaticinium. Qui potius verorum prophetarum oraculis nullam esse adhibendam fidem affirmabant. Arbitrabantur nihil esse præstantius, quàm posse dicendo tenere hominum cætus, etiam contra diuina præcepta, mentes allicere, voluntates impellere quò vellent, vnde autem vellent deducere. Promittebant se operaturos esse supplicibus, luctu leuatuos afflictos, & in pace perpetua esse homines in ciuitate retenturos. At omnia hæc vana erant, & fallacia, & credentibus ea interitum machinantia: nam totam harum cogitationum spem acerbißima calamitates sefellerunt.

Caput. XIII.



AT factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo. Audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus: Vt prophetis insipientibus,

Infr. 14. c.

qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto prophetae tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait dominus, cum dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mēdaccm locuti estis? Et dicitis: Ait dominus: cum ego non sim locutus. Propterea hæc dicit dominus deus.

EXPLANATIO.

Vaticinare ad prophetas Israel. Idest, argue & obiurga vaticinatiōe tua falsos prophetas, qui blandientes Israelitis læta illis, & grata nuntiant, cum à deo spiritum non habeant vaticinandi. Prophetas falsos appellat prophetas, non quòd prophete sint, sed quòd vulgo prophetae vocarentur: quemadmodum in varijs diuinarū literarum locis prophetae Baal. Et diuus Paulus in epistola ad Titum, Epimenidem Cretensem poetam vocat prophetam, dicens: Dixit quidam ex illis proprius ipforum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestia, vères pigri. Non desunt tamē, qui prouerbiū hoc referant ad Callimachum Cyreneū. At verè & propriè prophetae illi sunt, de quibus ait apostolorum princeps in secunda epistola sua: Non voluntate humana allata est aliqua propheta, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.

Et dices prophetantibus de corde suo. Explicat de quibus prophetis loquebatur, nimirū de illis, qui nec diuina reuelatiōe, nec inspiratione, sed propria cogitatione

ne & voluntate ea vaticinantur, quæ de fiderant, suaque somnia pro veris oraculis obtrudunt. De quibus ait Deus per Jeremiam: Nolite audire verba prophetarum, qui decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini.

Qui sequuntur spiritum suum. Nō dei. De rotis, per aquas fideles significantur, dixerat primo capite in hūc modum Ezechiel: Cū ambularent animalia, ambulabant pariter rotæ iuxta ea. Quocunque ibat spiritus, rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum: spiritus enim vitæ erat in rotis. Hæ rotæ spiritum vitæ, voluntatemque Christi sequebantur: ideo eleuabantur à terra, & ferebantur in sublime: hi autem, in quos inuehitur noster vates, non dei spiritum sequebantur, sed proprium & fallacem: quam ob causam terræ adhærebant. Felices illi, quorum Christus dux est, qui sequuntur spiritum eius, qui ait: Ego sum resurrectio & vita. Spiritus tuus domine, inquit regius vates, deducet me in terram rectam. Et rursum: Deduc me domine in semitam rectam. Cupiebat deum habere ductorem, vt omnes suas viuendi rationes ad normam diuinæ legis ipse deus dirigeret, eumque ab omni scelere integrum, purumque conseruaret, quo posset ad cælestem patriam tandem peruenire. Id adumbrabat columna dei, quæ populum ducebat, vt Aegyptum relinquens, posset ad veram promissionis terram penetrare. Quis enim fieri potest, vt absque deo duce cælum ingrediamur? Eam ob causam alloquens Moyses deum aiebat: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Et Esaias iustos in hunc modum alloquitur: Præcedet vos dominus, & congregabit vos. Nos igitur non spiritum nostrum, sed Christum sequamur aientem: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Et nihil vident. Idest, nihil illis reue-

lat deus, quod populo annuntient. Dicit prophetiam visionem diximus capite primo. Vel nihil vident, hoc est, tenebris flagitiorum circumfunduntur. Quis fieri potest, vt spiritualiter videant, qui lucem diuinam amiserunt, de se dicentem: Ego sum lux mundi?

Quasi vulpes in deserto. Appellat eos fallaces, omnia mendacijs ac fraudibus peruertentes. Vt vulpes insidiantur aui-
similia.
bus domesticis, sic illi familiares suos decipere conabantur. Quidam verunt: Quasi vulpes in macerijs. Latent enim vulpes in vinearum macerijs, vt insperato prodeunt eas vastent. Eodem modo hypocritæ malitiam suam sub virtutis tegumento operiunt, vt cum vires & tempus habuerint, incautis alijs inferant detrimentum. Viperam
similitudo.
quavis pestilens, dum tamen frigore torpet, tutè tractatur, non quod desit venenum, sed quod illud non possit exercere. Sic hypocritis perniciosus ad impia facinora sua executioni mandanda tempus deest aliquando & potestas, nō voluntas, quæ in dies crescit. Ideo danda opera est, vt statim in principio capiantur, ne eorum flagitia in immensum augeantur. Id quippe est, quod ait sponsus in Canticis: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Viro
Cant. 2.
sapienti vita sua vinea sua est, plena vitibus virtutum, & botris bonarum actionum: vinea impij tota spinis syluescit. Pessima vulpes hypocrita est, & blādis adulator. Dabit autem vir iustus operam vt illos deo capiat monitis salutaribus, precibus feruentibus, beneficijs prestantibus, ne spirituales vineæ, cultæ, & fructiferæ deuaſtentur. Vt pellis vulpis in
similitudo.
pretio est, caro autem nihil valet, sic exteriora hypocritæ magni æstimantur, interiora autem nihili penduntur. Volens Carbo prudens homo Syllam crudelem & fallacem vocare, aiebat, vt refert Plutarchus, eum leonem esse & vulpem. Et Lyſander addendam esse dice-

bat

bat vulpinam pellem, si leonina non factis esset, hoc est addendam esse calliditatem & fraudem, quando vires deessent. Itaque omnes veteres per vulpem intellegebant hominem vaftrum, & versipilem, & dolos sub virtutum tegumento conflantem, & vt vno verbo comprehendam, hypocritam. Vnde fluxit vetus prouerbiū: Vulpes annosa haud capitur laqueo. Explicans diuus Cyrillus locum illum euangelij: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Quæ verba deus dixit cuidam dicenti velle eum sequi, intelligit per vulpem hypocritam, per auem iactantiam. Ac si diceret Christus: Cū vulpes & volatilia in corde tuo habeant mansionem, quis fieri potest, vt in te Christus requiescat? non cum sequitur hypocrita, nec arrogans. Hypocrita est pomum foris pulchrum, intus verò corruptum, & totum labefactatum. Arrogans est populus arbor procera, quæ fertur in sublime, sed nulum fructum producit. Cū Herodes vellet per summū scelus Christum occidere, & flagitium hoc virtutis specie occultaret, dixit Christus illis, qui hoc ad illum referebant: Ite, & dicite vulpi illi &c. Et discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. De ijs ait apostolus in epistola secunda ad Timotheum: Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Et in secunda ad Corinthios: Satanæ transfiguratur se in angelum lucis: non ergo est mirum, si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera eorum. Iob, Spes, inquit, hypocritæ peribit: non ei placebit vercordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Et rursum: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Et psalmogra-

phus. Molliti sunt sermones eius super oleum, ipsi autem sunt iacula. Eam ob causam sunt magnoperè euitandi. Vnde aiebat Christus: Attendite à fermento phariseorum, in quo est hypocrisis. Pythagoras non ob aliam causam aiebat, non esse ea gustanda, quibus nigra erat cauda, nisi vt nos doceret esse hypocritarum insidias declinandas. Et si enim candorem & animi puritatem prima facie habere videantur, cauda tamen & finis terra est, & propositum deprauatum. Dulces sunt verbis, sed ita dediti vitijs, vt cum eorum vira mirabiliter pugnet oratio. Infelices homines, furijs deprauatæ conscientiæ cruciati: induunt personam sanctorum, intus autem alunt alta mente dolos, quibus ipsi torquentur. At magna voluptas est æqualem ac parem verbis & cœremonijs vitam agere, atque ita viuere, vt omnis oratio moribus cōsonet, & exteriora cum interioribus cohæreant. Qui ita vitam degunt, cum ouibus possunt comparari, non autem cum vulpibus, quæ admodum hypocritæ, de quibus hic ait noster Ezechiel. Quasi vulpes in desertis.

Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel. Non increpastis populum: noluitis eius sceleribus resistere, quibus deus offendebatur: nec opposuistis vos tanquam murum deo irato, ne populum vastaret. Loquitur cum falsis prophetis munus verorum prophetarum non exercentibus. Est autem officium viri iusti, qui à deo habet spiritum vaticinandi, eos, qui in errore versantur, arguere, & pro illis preces fundere ad dominum, præsertim si est eorum præsul, & in dignitate constitutus. Esaiæ dicebat deus: Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et diuus Paulus Timotheo: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quod autem

se debeat opponere pro muro ire diuine, vt in se potius recipiat ictus, & ignea machinarū iacula, indicat Moyſes, qui deo iram suam aduersus rebellem populum ostendēti aiebat: *Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.* Et paulò post: *Aut dimitte eis hanc noxā, aut si non facis, dele me de libro tuo,* quem scripsisti. Et diuus Paulus: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Cū Iudēi ob impia scelera sua incendio flagrarent in deserto, & ingratitude suæ pœnas luerent, cucurrit Aaron ad mediam populi multitudinem, qui igne à deo misso consumebatur, & obtulit thymiana, stansque inter mortuos & viuos preces ardentes pro populo ad dominum fudebat. Et ita plaga cessauit. Posuit enim se pro muro, & iram domini detinuit, eūque lachrymis profusis placauit. Ad hanc historiā alludit his verbis liber Sapientiae: *Properans homo sine querela deprecatus est pro populis, præferēs seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans restitit iræ, intersterit, & amputauit impetū, & diuisit illam, quæ ad viuos viam ducebat.* Feruentes preces dominū mouēt & quasi ligāt. Vnde ille dicebat Moyſi pro populo oranti: *Dimitte me, vt irascatur furor meus cōtra eos.* Et Ieremię: *Ne obsistas mihi.* Hoc intelligēs Esaias tristes illas & queribundas voces emittebat: *Non est domine, qui inuocet nomen tuū, qui cōfurgat, & teneat te.* Possunt etiam hæc Ezechielis verba referri non ad falsos prophetas, sed ad vrbis præfectos & gubernatores, qui falsa prophetantes nō puniebant. Estque metaphora sumpta à re bellica: cū enim hostes partem muri euertūt, oportet, vt ciuitatis custodes se ponāt in muri rupturis, sintque loco muri obses. Et tunc est sensus: Pseudo prophetæ irruerunt in murum, impetum fecerūt in vrbem, eius ambitum diruerunt, docentes falsa:

vos autem, qui ad omnes eorum impetus authoritatem vestram veluti munitissimum murum opponere deberetis, tacuistis, illis resistere nolentes. Diuus Gregorius in Pastoralis, secunda parte, ca. 4. ita ait: *Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huiusmodi potestatibus contraire: & in die domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere.* Pastore enim recta timuisse dicere quid est aliud, quàm tacendo terga præbuisse? Qui nimirū si pro grege se obijcit, murū pro domo Israel hostibus opponit. Hæc ille, quæ sunt in sacros canones relata 43. dist. cap. 1.

Vt staretis in prælio. Precibus dimicantes, & dei iræ obsistentes. Vel nō pugnistis contra pseudopphetas.

In die domini. Dies domini appellatur tempus illud, quo ille inimicos suos grauius punit, ostendens iustitiā suam. Eā ob causam dies vltimi iudicij dies Christi à diuo Paulo in epistola ad Philipenses appellatur: quoniā impij in pœnas æternas relegabuntur. Vocatur etiā in diuinis literis vastitas, grando, turbo cōfringens, ventilabrū, aqua diluuij, flagellum inūdans, & alijs eiusmodi nominibus.

Vident vana. Mutat personas more prophético: nunc alloquebatur eos, modò loquitur de illis.

Ait dominus. Hic erat modus loquēdi diuinorum vatū, quem falsi prophetæ sibi assumebant, & arrogabant.

Et perseverauerūt confirmare sermonē. Hoc est, permanent in fraudibus suis, persuadentes populo vera esse quæ dicunt.

Quia locuti estis vana, & vidistis mēdaciū, ideo ecce ego ad vos, ait dñs deus: & erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuināt mēdaciū. In cōsilio populi mei nō erūt, & in scriptura domus Israel

Israel non scribētur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis, quia ego dominus deus: Eò quod deciperint populum meum dicentes: *pax, & non est pax.* Et ipse ædificabat parietem, illi autem linebant eum luto absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit. Erit enim humber inūdans, & dabo lapides pergrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem: siquidē **C**ecce cecidit paries. Nunquid nō dicetur vobis: vbi est litura, quam liniistis? Propterea hæc dixit dominus deus. Et erumpere faciā spiritū tempestatū in indignatione mea, & humber inūdans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in cōsummationem. Et destruam parietem, quem liniistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamētum eius, & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis, quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meā in pariete, & in his, qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: *Non est paries, & non sunt, qui liniunt eum.* Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionē pacis, & nō est pax: ait dominus deus.

Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium. Hoc est, quia vos o pseudopphetæ seduxistis populum, & vaticinati estis mendacium.

Ideo ecce ego ad vos. Qui dixistis: Dominus loquitur nobis, modò me audietis

vobis loquentē, sed longē diuerso modo. Id enim, quod vobis dico est, esse vos mihi daturus pœnas flagitiorū vestrorum. Vel sic. Ecce ego ad vos, subauditur: venio, vt in vos animaduertam. Apoloſopis figura est, quā Latini reticentiam vocant: cū intra nos suppressimus ea, quæ dicturi videntur. Paraphrasis Chaldaea habet: *Miffurus sum iram meam aduersum vos.*

Erit manus mea super prophetas, qui vident vana. Hoc est, grauius castigabo falsos prophetas. Ponere manū super aliquē hebraismus est, quo punitio significatur: vt in psalmo: *Eleuauit manum suā super eos.* Et apud Sophoniam: *Extendet manum suam super aquilonem, & perdet Assur.* Qua de re alibi disserat. Ideo Pagninus vertit: *Erit percussio mea super prophetas.*

In concilio populi mei non erunt. Idest, debentur de cœtu populi Israelitici. Erunt interfecti, & laet morte sua pœnas fraudum suarum. Vel, non erunt in cœtu beatorum: erit illis iter seclusum à concilio sanctorum.

In scriptura domus Israel non scribentur. Quando Iudæi rediere à Babylonica captiuitate, fuereque in pristinam illā dignitatem restituti, quam animo reuertentam, longo interuallo intermissam reuocarunt, scripserunt nomina sua in catalogo quodam, & familias & progénies, vt posset vnusquisque maiorem suorum hæreditatem recuperare, vt est in libro Esdræ literis mandatum. Molerunt etiam omnia illa scribere, vt essent ventura posteritati monumentis illis consignata. Et quoniā sciebat Ezechiel falsos illos prophetas esse à Babylonijs interficiendos, & non esse in patriam redituros, deo ait non esse scribendos in libro Hebræorum. Vnde non erunt in libro iustorum: de quo aiebat Moyſes: *Aut dimitte eis hanc noxā, aut si nō facis, dele me de libro tuo, quæ scripsisti.* Hæc est liber vultus, de quo ait regius vates: *Deleā-*

Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. Et diuus Paulus in epistola ad Philippenfes: Cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ. Et Christus deus noster discipulis suis: Gaude te, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Qui Christum sequuntur, scripti sunt in cœlo, qui abstrahuntur ab illo, in terra. Vnde ait Ieremias conferens cum deo sermones suos: Recedentes à te domine in terra scribentur.

Nec in terram Israel ingredientur. Nimirum, post reditum à Chaldæa. Poteris per terram hanc intelligere cœlestem patriam, veram promissionis terram.

De qua ait regius vates. Credo videre bona domini in terra uiuentium. Et diuus Paulus: Festinamus ingredi in illam requiem. Et Christus apud Mattheum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hæc est cœlestis regio, mentium beatarum domicilium, quam illi incolunt, qui in gratia migrarunt ex hoc mundo, qui tum verè viuunt, cum è corporum uinculis euolant, nostra enim quæ dicitur vita, mors potius est. Hanc patriam appetebant antiqui patres, ad has cœlestes mansiones, & æternas illas sedes ardentè aspirabant viri iusti, de quibus ait diuus Paulus in epistola ad Hebræos: A lōgè eas aspicientes & saluantes, & confitentes peregrinos se esse & hospites super terrā. Qui hoc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem illius meminissent, de qua exierant, habebant utique tempus reuertendi: nunc autem meliorem apperant, id est cœlestem. Hæc diuinus Paulus: quibus significat, veteres illos patriarchas fide & charitate prestantes spem habuisse post huius uitæ calamitates & labores migrandi aliquando in oras illas beatissimas, ubi dulcissima concordia, placidissima tranquillitas, & iucundissima voluptas viget, ubi non est illud fatigandi.

Con-

mum non guttam & stillam, sed admirabilem suauitatis abundantiam, & fluuios æternorum gaudiorum dulcissimos sanctis eorum fruētibus ex uberrimo suæ bonitatis fonte perfundit. Hoc perspicuens animo diuinus atque regius psalter cōcinebat: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torréte voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Dicentes: pax pax, & non est pax. Dicebāt. populo falsi prophetæ: Erit uobis pax: quia non venturi sunt Babylonij oppugnatum vos. Et licet veniant, nihil illis proderit. At multò aliter euēnit. Ideo ait propheta: Et non est pax: Eodem modo apud Ieremiam. Pax pax. Et non erat pax.

Et ipse edificabat parietem. Populus ipse deceptus promissionibus pseudoprophetarum edificabat muros & domos, ac si nulla ei ætas esset finem allatura. Et debant Iudæi muro urbis, loci natura, & hominum ingenio munitæ, dei autem oracula contemnebant. Pseudo autem prophetæ linebant eum luto absque paleis, hoc est, vanis & blandis uerbis populo, plaudebant, eum in errore suo confirmantes. Hunc locum explicans diuus Gregorius in Moralibus, ait. Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi peruersè agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Hæc ille. Quæ sunt in sacros canones relata 4. 6. distinctio capite. Sunt nonnulli. Significari autem per parietem peccatum indicat id, quod ait Esaias: Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & deum uestrum. Ac si dicat. Congeries scelerum uestrorum est durus paries uos separans à deo uestro: Hic est paries, ad quem Ezechias faciem suam cōuertit, ut in lachrymarum profundis?

Con-

Considerans enim peccata sua lachrymas continere non potuit. Hic est paries, qui super filios Iob simul cecidisse, eosque oppressisse legitur. Hic est paries, quem Ezechiel perforare iubetur, quem debemus mentis oculis intueri, & cogitatione penetrare, ut cognoscetes flagitia nostra, deum ad iram prouocantia, ea lachrymis & lamentis deleamus. Hunc parietem ædificabant Hebræi non acquiescentes consilio Ieremiæ, sed scelerata sceleribus accumulantes. Cum autem pseudopropheta homines adulatōres, & diuitiarum cupidi eos toto ore laudarent, merito dicuntur hoc loco à propheta parietem luto lenire. Lutum est deprauatum propositum totum terrenum, nequaquam cœlum aspiciens. Est igitur sensus: Populus incidebat in graua flagitia, & eius falsi prophetæ ei blandiebantur, comprobantes eius impia facinora, eiusque perfidiam laudibus mirificis extollentes. Qui ex luto construunt parietem, solent prius ligna disponere, & plicare, & postea lutum adhibere. Hæc lignorum ordinata congeries appellatur paries hoc loco. Et est sensus: Populus figebat & disponebat ligna, falsi autem prophetæ adhibebant lutum. Populus peccabat, illi autem peccata confirmabant, asserentes veram esse doctrinam suam, firmam & stabilem. Volens autem Ezechiel ostendere eam esse vanam, fragilem & fluxam, ait eos ædificare luto absque paleis: ruit enim statim paries lignorum & luti absque palearum mistura. Aspicias hinc flagitiorum ædificia terrena esse & lutea, atque nulle perpetuitatis: cuiusmodi illa erant, quæ Hebræi in Aegypto sub Pharaone construebant. Poteris per linire parietem luto, intelligere, illam iam effectum, luto complanare & incrustare. Sed eadem manet sententia. Theophylatus in Lucam capite 3. Qui, inquit, ad gratiam loquuntur, & arguunt peccata populi tantum in superficie, liniunt

peccata populi ueluti parietem quendam.

Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura. Id est, qui in ædificando non miscent luto paleas. Sensus est: Dic falsis prophetis, non esse eorum ædificium permanentium: nam breui uenient Babylonij, qui eos calamitatibus incredibilibus lacerabunt, crudeliter occident, & totam Hierosolymam funditus euerterent.

Erit enim imber. Calamitatem, qua erant opprimendi Iudæi ab exercitu Chaldæorum, comparat cum imbre, & grandine, & vento procello omnia conuellente.

Siquidem ecce cecidit paries. Quandoquidem casurus est paries, & murus est à Babylonijs euertendus, quem uos perpetuum fore affirmatis, nonne irridebimini? Tunc apparebit falsitas inanis uestræ uaticinationis. Tunc dicetur uobis: Vbi est pax, & securitas, quæ uobis promittebatis falsi adulatōres?

Et consumetur in medio eius. Subauditur populus.

In pariete, & in ijs, qui liniunt eum absque temperamento. Hoc est, euertam ædificium, & ædificantes: diruam urbem, & habitatores. Delebo populum, & magnates: perdam falsam doctrinam & falsos magistros. Ostendam esse pseudo prophetas totos ex adulationibus & mendacijs conflatos.

Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo, & uaticinare super eas: & dic: Hæc dicit dominus deus: Væ ijs, qui consunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et cum caperet animas populi mei, uiuificabant animas eorum, & violabant me ad populū meū propter

pugillū hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo, credenti mendacijs. Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachijs vestris, & dimittam animas, quas vos capitis animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra: nec erunt vltra in manibus vestris ad prædandum. Et scietis, quia ego dominus. Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristauī, & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret, propterea vana non videbitis: & diuinationes non diuinabitis amplius: & eruam populum meum de manu vestra. Et scietis, quia ego dominus.

Pone faciem tuā contra filias populi tui. Hoc est, vaticinare contra falsas prophetifas, quæ somnia sua, & meras nugas vaticinantur. Tanta fuit tunc temporis audacia, vt nō solum viri, sed etiā nefariæ scēminę se à deo spiritum prophetadi habere affirmarent. Vel fortasse viros ipsos effœminatos mulieres vocat. Ponere faciem contra aliquem apud diuinos vates est aduersus eum venturas calamitates prædicere. Accipitur enim facies pro oculo, oculus pro visione, visio pro prophetia, vt hoc loco, & capite 20. *Pone faciem tuam contra viam austri.* Et 21. *Pone faciem tuam ad Ie-*

*Infra. 20.
21.*

rusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel. Capitur etiam facies pro terrore, ira, & vltione absque prophetia, vt in psalmo: *Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Loquitur more humano, nam homines irati solent vultu toruo & truculento inimicos suos aspiciere. Et rursum: *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.* Et apud nostrum Ezechielem, deus, *Ponam, inquit, faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & prouerbum, & disperdam eum de medio populi mei.* Accipitur quoque facies pro fauore, vt in psalmo: *Vsquequo auertis faciem tuam à me.* Et iterum: *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* In hunc sensum interpretantur nonnulli locum illum psalmographi: *Signatum est super nos lumē vultus tui domine, dedisti letitiam in corde meo.* Lumē vultus vocat faciem lucidam & lætam. Et est sensus: *Fauore tuo domine nos profecutus es, respiciens nos vultu hilari instar amantis, dilectum suum suauiter intuentis.* Hinc effectum est, vt respicere, & oculos figere in aliquē, significet eum prosequi beneuolentia & fauore. Ita intelligitur *Geneseos illud: Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius.* Et *Leuitici illud: Respiciam vos, & crescere vos faciam.* Hoc intelligens regius vates canebat: *Respice in me, & miserere mei.* Et alibi: *Oculi domini in pauperem respiciunt.* Ac si diceret: *Eum deus amore completitur, erga eum benignitatem suam ostendit, qui animi submissione seipsum abijcit & contemnit, nihil de se altum cogitans, nihil magnificū.* Ita verba illa dei apud Esaiam intelliguntur: *Ad quē respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritu.* Vbi septuaginta pro pauperulo rapinon, hoc est humilem transtulerunt. *Nec solum in literis diuinis, sed*

Psal. 33.

Psal. 67.

Infra. 14.

Psal. 12.

Psal. 79.

Psal. 4.

Genes. 4.

Leuit. 26.

Psal. 89.

Psal. 10.

Esai. 66.

sed etiam in humanis oculi significant fauorem, & beneficentię signum. Vnde Latinus poeta de suo Ioue loquens, ait: *Cōstitit, & Libyę defixit lumina regnis.* Et licet respicere, figere lumina, ponere faciem, & alię huiusmodi locutiones multas habebāt significationes, hoc tamen loco ponere faciem est crumnas venturas vaticinari.

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. Hoc est, *Væ illis, qui componūt & coniūgunt mollia ceruicalia plumis delicatis referta, eaque non solum in lectis subiūciunt capitibus dormientium, nec solum in sellis & scamnis, vt mollior sit sessio, sed etiā ea sub cubitis manuum ponunt, vt brachia mollius, ac blandius quiescāt.* Translatio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, habet: *Væ illis, quæ consuunt puluillos: vt referatur ad falsas prophetifas.* Sed parum refert, dicatur ne de viris, an de fœminis, dummodò intelligatur esse aduersus adulantes. Illi consuunt puluillos sub omni cubito manus, & ponunt ceruicalia sub capite aliorum, qui eos adulationibus, illecebris, ficto amore, & sermonibus blandis seducunt, vt illis quicquid velint, persuadeant. Hunc locum ijs verbis enarrat in Moralibus diuus Gregorius: *Quisquis malè agentibus adulatur, puluillum sub cubito, vel ceruical sub capite iacentis ponit, vt qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat.*

Sub capite vniuersæ ætatis. Volebant enim omnes decipere, cuiuscunque essent ætatis, siue adolescentes, siue iuvenes, siue senes.

Ad capiendas animas. Idest, ad decipiendos homines dolis & fallacijs.

Viuificabant animas eorum. Idest, promittebant illis vitam, & perpetuam quietem. Vel sic. Cum animas aliorum seducebant, tum animas suas viuere existimabant. Eorum vita erat aliorum vitam consumere. Huiusmodi sunt mo-

dò multi, qui vitam sibi acerbam ducunt, nisi alijs perniciem machinentur. Vt ignis faculæ cereæ tandiu viuūt, quā diu ceram consumit, consumpta verò cera ille confestim extinguitur, sic tota maleficiorum pestilentiumque hominum vita, tota eorum voluptas in aliorum morte & calamitate consistit. Hæc est eorum letitia aliorum mœror, hæc eorum salus aliorum perniciēs. De illis ait in Prouerbijs Salomon: *Lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Sed *væ illis, quoniam interitus, quem alijs moliuntur, in eorum caput redundabit.* Qui ruina lætatur aliterius, inquit Salomon, non erit impunitus.

Et violabant me. Hoc est, *Perseuebant populo, me illis voluptatibus oblectari.*

Propter pugillum hordei. Hoc est, ideo, adulatores hominibus blandiuntur, vt ab illis aliquid accipiant. Qui falsis laudibus ducuntur, adulatores suos muneribus fouent, illi verò eos spoliant & diripiunt. Quemadmodum ligna ignem nutriunt, ignis autem ea incendio deuorat, sic adulati sustentant adulatorem, adulator autem eos absumit.

Quando viri illi prisca, qui eruditione habebātur insignes fictis fabulis memoriæ prodiderunt, fuisse Actæonem à canibus suis, quos alebat, deuoratum, significare voluerunt, vt ait Phaurionus philosophus, eum, qui laudum suarum illecebris, & adulationum blanditijs delinitur, ab illis deuorari & consumi, quos ipse sæpenuerò educauit. Et non sentiunt miseri adulatores æternas esse pœnas, quæ eorum scelera sequuntur. Sed intueri ob quam paruum rem amittunt cœlestem gloriam, ob pugillum hordei, & fragmentum panis. Quid est enim quicquid lucrari possunt, nisi paruum quippiam, fluxū, & caducum, quod breui consumitur, eripitur, & euanescit? Vera virtus est illa, quæ

simile.

Prou. 2.

Prou. 17.

simile.

Psal. 104.

Psal. 104.

quæ nec consumi potest, nec direptioni exponi, nec vi tempestatum euelli, nec temporum commutatione labefactari: qua qui præditi sunt, soli verè diuites à sapientibus appellantur. Hanc contemnunt insipientes homines, & æternam illam beatitudinem, quam ea poterant adipisci, pro nihilo ducunt. Commutant & relinquunt cœlum pro terra, animam pro corpore, spiritum pro carne, deum pro mundo, virtutem pro vitio. Nihil est illis magis in optatis, quàm consequi mundi diuitias & dignitates, & voluptatibus perfundi: eas inquirunt, illarum se ministros præbent, atque dei hominūque iura violant & peruertunt. Et existimantes se esse magnum aliquid consecutos, perdūt se ipsos, & omnia pariter amittūt. Construit architectus magnificum quoddam templum sumptuosum, industria elaboratum, magnoque artificio substructum. Et volens ultimā illi manum imponere, fastigium consummare, & superbam fornix clauem concludere, ruit totum ædificium, & eueritur tota machina, & artifex incredibili dolore obstupescit. Talis est mundi læticia, quam longo tempore quesisti: cum enim existimas, te esse rebus secundis & ad voluntatem fluentibus abundantem, nihilque tibi deesse ad perfectam prosperitatē præter ultimam clauem, ruit & labefactatur omnis illa læticia, & cadit atque eueritur totum ædificium falsæ mundi voluptatis. Et, ut ait Salomon in Prouerbijs, Extrema gaudij læticia occupat. Quam ob rem clamat in Ecclesiaste idem sapiens: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ maior vanitas esse potest, quàm pro pugillo hordei, pro re caduca velle amittere æternam felicitatem? Mundi opes & diuitias appellat Ezechiel pugillū hordei, & buccellam panis. Vide quàm paruis rebus ea cōparet diuinus vates, quæ homines summa arbitratur, ad quæ auiditate inflammati rapiuntur. Sed dicūt

simile.

Prouer. 14.

Eccle. 1.

adulatores se non ob diuitias acquirendas, nec ob fauorem aucupandum blanditijs vti, sed vt amicitiam foueant & conferuent. Videte errorem intolerandum. Nulla in amicitijs pestis maior est, quàm adulatio, delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Ego in ea sententia sum, vt in amicitia comitas adsit, sed assentatio procul amoueatur, est enim adiutrix vitiorum, expultrix virtutum, illis absque dubio perniciofa, qui ea vtuntur, & qui eam recipiunt, eaque delectantur. Eam ob causam dicebat quidam sapiens, melius esse in coruos, quàm in assentatores incidere, quoniā corui mortuos, adulatores verò viuos exedūt. Corui tantum mortuos impetunt, adulatores etiam viuos insidiatur. Quare falsum est, quod aiunt, se assentationibus vti ad amicitiae confirmationem, cum id efficiant, ad gratiam eorum aucupandam, quibus blandiuntur, vt ab illis aliquid acquirant.

Vt interficerent animas, quæ non moriuntur. Id est, volebant occidere suis adulationibus & falsa doctrina aliorum animas, quæ suapte natura immortales sunt: proprijs autem animis suis mortuis per peccatum vitam tribuere: tunc enim viuere existimabāt, cum alios decipiebant. Apertè asserit esse animas immortales ex natura, sed mori per peccatum. Anima enim absque gratia gratum faciente dicitur mortua. Anima dat vitam corpori, gratia autem animæ, est enim gratia veluti anima animæ. In libro de spiritu & anima ait diuus Augustinus: Vita animæ deus est, mors animæ peccatum: anima nanque, quæ peccauerit, ipsa morietur: quæ autem iudicium fecerit & iustitiam, viuet, & non morietur. Ita immortalis est anima, vt mori possit, ita mortalis, vt mori non possit: immortalis per naturam, mortalis per peccatum. Hæc ille. Animæ immortalitatem asseruerunt non solum fideles, sed etiam philosophi à fide alienari.

Nam

Nam Pythagoras, vt ait diuus Augustinus libro tertio contra Academicos cōmotus Pherecidæ Syri philosophi rationibus immortalem esse animam credidit. Quod postea Socrates apertissime docuit, & Plato multis argumentis confirmauit: quorum nonnulla sunt à Cicerone nostro literis Latinis illustrata, & in librum sextum de republica, in Senectutem, in primam quæstionem Tusculanam grauitè & eleganter relata. Sed minimè mirandum est asseruisse Platonem animæ immortalitatem, cum fuerit vsque ad eum in lege Moyfi verus satus, vt dicat Eusebius libro nono de preparatione euāgelica bona eius dogmata fuisse à lege vetere desumpta. Quod approbat Aristobolus in primo ad Philometora. Et diuus Ambrosius libro de bono mortis accepisse ait Platonem hortos suos à Canticis Salomonis. Et si Plato secutus fuerit in physicis Heraclitum, in moralibus Socratem, in mathematicis, Theodorum Cyreneum, in metaphysicis Pythagoram, tamè illud est perspicuum, in diuinis nonnulla ex dei lege deprompsisse. Quid autem senserit de animæ immortalitate Aristoteles, non est omnino perspicuum: nam Gregorius Nissenus, Plutarchus, & Alexander Aphrodisæus contendunt sensisse Aristotelem, animam esse mortalem: contra vero diuus Thomas, Theophrastus, Aristotelis discipulus, Hammonius, Philoponus, Simplicius, Sophonius, Theodorus Metoclitus, & alij propè infiniti, qui ex Aristotelis fontibus hortulos suos irrigarunt, asseueratè affirmant, credidisse Aristotelem animi immortalitatem. Quæ opinio cum cōmunior est, tum etiam credibilior. Demosthenes, cum fugeret Antipatrum, vt refert Bessarion pro defensione Platonis, respondit Archiæ pollicenti sibi vitam verbis blandissimis, si rediret: Absit, vt viuere turpiter malim, quàm honestè mori, postquam Xenocratem & Pla-

tonem audiui de animi immortalitate differentes. Mercurius ille Trismegistus, hoc est ter maximus, ita enim eum vocarūt, quod dicerent eum esse maximū regem, maximū sacerdotem, maximū philosophum, in primo dialogo Pymædri ex vniuersis terrenis animantibus solum hominem ait duplicis esse naturæ, mortalis propter corpus, immortalis propter animam. Et paulò post de animo iusti viri differens, ait, eum harmoniæ motione exutum ad cœlum ascendere, vbi vnā cum cœtu mentium beatarum laudat deum, quo omnes illic fruuntur. In eadē sententia erant prisca Romani, qui in funere imperatoris tabernaculū extruebāt, à quo aquilam cum igne quodam mittebant ætherem petiturā, quæ ab illis animam defuncti ad cœlos vehere credebatur, vt æternitatem beatitudinis consequeretur. Tradit hoc Herodianus, & refert Blondus libro secundo Romæ triumphantis. Et si veteres illi viam immortalitatis ignorabant ob fideli defectum, res tamen ipsa eos non fugiebat. Nam nisi multorum præceptis, multisque literis sibi ab ineunte ætate persuasissent esse aliam vitam, vbi iustorum animæ in æternum quiescentes summis gaudijs redundarent, pro qua obtinenda, erant omnia pericula pro nihilo putanda, nunquam se pro salute patriæ in tot ac tantas dimicationes, atque in nefariorum hominū tam terribiles impetus obiecissent. Est enim memoriæ proditum, non solum Romanos duces, sed vniuersos etiam exercitus ad non dubiam mortem cucurrisse. Nec est credendum eos hæc pro fama solum fecisse, motos vana tantummodò nominis celebritate, quæ de nullo vnquam perennis fuit, sed pro fama simul, & animæ immortalitate, quæ nec obruitur hominū interitu, nec obliuione posteritatis extinguit. Hinc fluxit opinio Elysiorum camporum, quos canit Vergilius lib. 6. Aeneidos, quos Homerus in extrema ponit Hispania,

P vbi

vbi Zephyri spirat: & alij in insulis Fortunatis. Plato in Phaedone in cœlo stellato regionē esse describit admirabili pulchritudine decoratā, eximijq; gaudijs effluētē, quam ait esse mētiū beatarum domicilium, quæ ex hac vita sanctē migrarunt. Alij in cauo lunaris globi, vt Seruius refert, vbi purus est æther, nullis tempestatibus agitur: quam ob causam Vergilius aeris cæpos appellat. Proclus in libro de anima & angelo apertē inquit iustorum animas à corpore separatas in cœlo quiescere, improborum autem in tartaro. Valerius Maximus capite de miraculis, & de somnijs multa dicit, quibus approbat animæ immortalitatem. Didymus ille, qui inter Brachmanes obtinuit principatū, in epistola quadam ad Alexandrum magnū ita ait: Non sumus huius mundi incolæ, sed aduenē: nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat cōsistere, sed trāsire, properamus enim ad larem patriam. Seneca philosophus insignis in epistola quarta & quinta, & in libro de morte immatura, & multis alijs in locis: Macrobius in Somnium Scipionis, Galenus libro de spermate, Apuleius in libro de deo Socratis, & omnes deniq; philosophi sapientia exculsi, & insigni laude celebrati animæ immortalitatis se assertores, vindices, & patronos exhibuerunt. Et fuit hæc assertio omnium prudentiū hominum assensu & auctoritate cōfirmata. Nam cum in omni natione, religione, & ætate constet inter omnes homines doctos pariter & indoctos deum esse iustissimum, apertē concluditur, eam nullum bonum relinquere irremuneratum, nullum malum impunitum. Atqui hoc non est in hac vita, est igitur in alia. Videmus nanque in hoc mundo magnos viros pietate conspicuos, virtutibus exaggeratos, sapientia admirabiles, iniurijs acerbissimis affici, incredibilibusque calamitatibus lacerari, contra verō homines pestilen-

tes, ab omni honestate relictos, fummis infinitæ cupiditatis stimulis cōcitatos, rebus prosperis & ad voluntatem flentibus abundare. Oportet igitur esse animam immortalem, vt in alia vita sit plena remuneratio & punitio. Præterea cum non inueniatur corruptio, nisi vbi contrarietas inuenitur, in anima autem intellectuali nulla sit contrarietas, cum etiam contrariorum eadem sit scientia, necessariō colligitur, animā intellectualem esse incorruptibilem, & ex consequente immortalem. Si anima in corpore colligata non ad corporis exiguitatem contrahitur, sed sæpe corpore in lecto iacente ipsa viribus suis excubat, corporisq; transgreditur conditionem, cœlestia spectat, & immortalia cōtemplatur, qui fieri potest, vt eadem à corpore absoluta non habeat excellentiorem immortalitatis cognitionē? Si antea corpori colligata ab ipso veluti se iuncta extra illud vitam debebat, quātō magis cum fuerit à corporis vinculis separata? Nihil omnino mortale potest immortalia intelligere, cum autem anima intelligat immortalia, apertē concluditur eam nō esse mortalem. Vt corpus mortale suis sensibus corruptibilia intuetur, ita anima immortalis æterna cogitat & contemplatur. Eam ob causam Socratici philosophi duas esse vias asseruerunt animarum à corpore exitium. Nam qui se humanis vitijs contaminant, & se totos flagitijs dedunt, ijs deuium quoddam iter est seclusum à concilio beatorum. Qui autem se integros impollutosque seruant, quibus est minima cum corporibus contagio, his ad cœlum, ad sanctorum domicilium facile patet aditus. Qui enim rectē & honestē curriculum viuendi à natura datum conficiunt, gloriam sempiternam consequuntur. Hæc habui nunc, quæ dicerem de animæ immortalitate ex philosophis deprompta aduersus eos, qui diuinas literas contemnunt, &

sola

sola humana philosophia ducuntur. In sacra scriptura sunt innumera testimonia, quorum tria tantum citabo. Prophetia Daniel ijs verbis hanc asseruit veritatem: Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper. Christus deus noster, veritas illa sempiterna ita ait apud Matthæum: Nolite timere eos, qui occidit corpus, animam autem non possunt occidere. Quibus verbis asserit corpus nostrum mortale esse, animam verō immortalem. Et rursum de impijs & iustis ait: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Sanctorum doctorum auctoritates adducere superuacaneum esse existimo, & laborem infinitum: pleni enim sunt eorum libri, plenæ sunt eorum voces hac veritate: plena est præsens consensus, & plena antiquorum veritas. Multi sunt & propè infiniti Christiani doctores, qui veritatem hanc testantur, quos idcirco non nomino, ne mea oratio, si minus de aliquo dixerō, ingrata, si satis de omnibus, infinita esse videatur, cum nullus sit, qui vnquam de hac veritate dubitauerit. Eam asseuerat hoc loco Ezechiel, dicens: Vt interficerent animas, quæ non moriuntur.

Ecce ego ad puluillos vestros. Subaudi, missurus sum iram meam. Apoptosis est. Ac si dicat: Ego perdam omnia instrumenta, quibus seducitis populum: vos & adulationes ac fraudes vestras delebo.

Quibus vos capitis animas volantes. Comparat falsas prophetissas retibus aues capientibus, ipsas autem animas illis credentes passeribus volantibus, qui retibus capiuntur. Vel animas volantes, nimirum à corporibus, vt sit sensus: Perdam assentationes & dolos, quibus capitis animas, quæ cum corpore non moriuntur, sed à corpore separatæ volant ad locum suorum meritorum. Vel sic. Quibus blanditijs capitis animas liberat, quæ poterant volare, ne à vobis ca-

perentur. Quemadmodum aues vt aucupum retia fugiant, in altum volant, sic homines vt tentationum vincula declinent, debent ad deum confugere, & in sublime se efferre. Et quemadmodum volatilia, quæ descendunt ad grana aucupum capienda, capiuntur, sic qui demonis, mundi, & carnis suggestionibus acquiescunt, in eorum vincula incidunt, vbi miserè occiduntur. Quemadmodum triplex est vita, nempe naturæ, gratiæ, & gloriæ, sic triplex est mors, nimirum nature, culpe, & gehennæ. Volemus igitur animo ad deum, ne in hostium laqueos conijciamur, & vt verbis vtat diuini Bernardi, studeamus furari aliquando nosmetipsos, & à pessimis cogitationibus surripere vel ad horam.

Et dirumpam eos. Subaudi puluillos.

Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter. Hoc est, quoniam multa prædixistis, quibus cor iusti affecistis dolore, asserentes dolos vestros esse diuina vaticinia, cum ego noluerim premere mœrere viros iustos: & quoniam impios letitia extulistis, cum illis prospera & læta vaticinarentur, ex quo effectum est, vt illi non relinquerent flagitia sua: propterea ego vos perdam, & acerbis calamitatibus afficiam. Et ita populum meū à manu vestra liberabo. Cum autē mihi dederitis pœnas scelerum vestrorum, erit mea iustitia vobis perspecta, & me esse deum cognoscetis. Intuere quàm graui pœna sint digni, qui iustos mœrere vident, nefarios autem afficiunt voluptate. Quid est enim crudelius, quid scelerius, quid detestabilius quam dare operam, vt viri pij, & virtutibus exaggerati luctus percipiant, & in erumnis versentur, flagitiosi autem, ex omnium scelerum colluione nati, letitia gestiant, & gaudio perfundantur? Illud est aduertendum, iniquos plerunque prosperitate fieri deteriores, & in vitiositate cōfirmari, diuitias enim & potētiam comitatur superbia, superbia exit in tyrannidē, dum scæ-

num migrat in cornua. Ideo ait hoc loco deus: Confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret. Nam confirmati in sceleribus suis præcipitantur, & in sempiternum exitium rapiuntur.

Propterea vana non videbitis. Hoc est, nõ prædicetis posthac vanitates.

Annotations ex hebræo in caput XIII.

Non ascendistis ex aduerso. In hebraico est: Nõ ascendistis נִיַּרְבָּא ba peratsoth, à verbo נִיַּרְבָּא parats, siue pharats, quod significat diuidere, & euertere. vt. 2. Regum. 5. Diuisit dominus inimicos meos coram me. Quod poterat etiam verti. Dissipauit seu euertit deus inimicos meos coram me. Cùm Thamar geminos filios in vtero haberet, & in partu prius appareret manus eius, qui vocatus est Zara, & tamen Phares prius natus esset, dixit illi obstetrix: Quare diuisa est propter te maceria? Ac si diceret: Cur diuisisti tibi secundas? Cur rupisti membranam, qua operiebaris, vt prodires ante fratrem tuum? Membrana illa, qua infantulus in vtero matris coopertus est, quam Latinus interpres maceriam appellauit, hebraicè dicitur pheres, hoc est diuisio seu ruptura, & rupta illa prodire soleat infans. Tharghum ita hunc locum vertit: Quàm magna fortitudo fuit tibi, vt præualeres? Ideo infans ille vocatus est Phares, hoc est diuidens, ab hoc verbo pharats. Vnde pharisæi hoc est diuisi, quia erant ab alijs hominibus separati. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis: Non ascendistis ex diuiso. Sed quoniam qui diuisi sunt & discordes, aduersi sunt, ideo merito Latinus interpres transtulit: Nõ ascendistis ex aduerso. Pagninus ver-

2. Reg. 5.

Genes. 38.

tit: Non ascendistis in fracturas. Brixianus: Non ascendistis per interruptiones. Poterat verti: Non ascendistis per diuisiones. Et omnes hæ tres versiones in eadem recidunt sententiam. Vt dicat deus: Falsi prophetæ veluti vulpes ruperunt maceriam, vt vineam meam de vastarent, vos autem vr̄bis gubernatores non posuistis vos in rupturis & diuisionibus parietis, ne vulpes in vineam introirent: sed omnia vastare permisistis. Septuaginta habent: οὐκ ἔστησαν ἐπὶ σερλώματι. Hoc est, non steterunt in firmamento. Ac si diceret: Non fuerunt constantes in virtute, non habuerunt stabilitatem, nec firmitatem. Huiusmodi sunt, qui non ædificauerunt domum suam super petram, de qua ait apostolus: Petra autem erat Christus: sed super arenam, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & cecidit domus illa. At de viro iusto & constante ait dominus apud Matthæum: Assimilatur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram. Hic poterit canere cum Dauid: Statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. Proprium autem constantiæ est, ferre sapienter casus aduersos, retinere in rebus secundis temperantiam, & in asperis dignitatem, mortem propter Christum contemnere, esse ad omnes dolores paratum, nullam ob causam à virtute dimoueri, nihil quod homini accidere possit intollerandum putare. Qui hac constantia munitus migrauerit è vita, gloriam immortalem cõsequetur: nam vt ait apud Matthæum Christus deus noster. Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit.

Illi autem linebant eum luto absque paleis. In hebraico est: Ipsi autem linebant eum luto תָּפַח taphel. Dicitio hæc significat insulsum, vt apud Iob. 6. Nunquid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? Quasi dicat: Si homo comedere non potest rem insulsum, & insipidam

1. Corin. 10.

Matth. 7.

Psal. 39.

Matth. 10.

Thren. 2.

insipidam, quæ fieri potest, vt comedam dolorem, quo premo? In Threnis ait ita Ieremias: Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta. Vbi in hebraico pro stulta est dicitio hæc raphel. Ideo poterat verti locus ille: Vates tui vaticinati sunt tibi falsa & insulsa. Poterat igitur locus hic Ezechielis: ita verti: Illi autem linebant eum luto insulso, hoc est absque firmitudine: pro quo paraphrasis Chaldaica habet: luto sine palea, & versio cõmunis, luto absque paleis. Septuaginta interpretes explicant quid per lutum absque paleis intelligeretur, transtulerunt: Et isti liniunt eum stultitia. Cæterum versio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, non habet linebant, sed linebant. & rectè meo quidem iudicio, nam verbum hoc significat cõplanare & linere. Linire significat vngere, mulcere, & tenaite fricare: linere verò incrustare & complanare, quod est eorum proprium, qui luto parietes cooperiunt.

Quibus vos capitis animas volantes. Pro volantibus est in hebraico לִפְרוּחֵי לֶפְחוֹרֹת lephorchoth: quod verti potest: ad violandum. Verbum est parach, quod significat volare, & fluere, & germinare. vt in Numeris: Inuenit germinasse virgã Aarõ. Et apud Oseam: Florebit sicut liliū. Paraphrastes Chaldaeus vertit: Quibus vos venamini animas, vt pereant. Tunc enim animæ pereunt, cùm se per vanas & turpes cogitationes dispergunt, & latè diffundunt, illis assentiētes, & per aerem vanitatis volantes.

Numer. 17. Ose. 14.

Argumentum capitis. XIIII.



Demittit aliquando deus, vt suorum verborum contemptores à pseudoprophetis decipiantur. Impij

obstinati lucunt suorum scelerum iustas pœnas, tamen si iusti pro illis fundant ad dominum preces. Consolatur Ezechiel eos, qui in Babylonica captiuitate detinentur.

Caput. XIII.



AT venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Nunquid interrogatus respõdebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Homo homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, interrogans per eum me: ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit dominus deus: Conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Quia homo homo de domo Israel, & de profelytis quicumque advena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me,

A

B

& posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, ut interroget per eum me, ego dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum: & faciam eum in exemplum, & in proverbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis, quia ego dominus.

EXPLANATIO.

Et venerunt ad me. Quemadmodum pseudopropheta Hierosolymae existens deciperent eos, qui ibi remanserant a transmigratione Babylonica, fuit superiore capite explicatum. Nunc eorum dolus & perfidia ostenditur, qui erant in Chaldaea, eorum praesertim, qui caeteros aetate anteibant. Narrat enim Ezechiel venisse ad eum nonnullos ex senibus eum interrogatum multa, graua fortasse, & digna tanto viro: sed quoniam ea iniquo animo interrogabant, & prophetae dignitatem deformare cupiebant, volentes eum capere in sermone, erant enim idolorum cultores, & scelerum maculis notati, ideo eos deus grauius per prophetam reprehendit, ostendens non esse illos dignos responsione.

Qui idolorum superstitioni adherabant, dolis & fraudibus constabant, & flagitijs delectabantur, nullam habebant veram sapientiam: erant vera doctrina destituti, quia illi eam repellabant: & nec scire volebant, nec diuini vatis responsionem merebantur.

Viri seniorum Israel. Duabus rebus eorum scelera exaggerat, & quod essent senes, & quod essent Israelitae. Pari gradu scelerius est & indignius peccatum senis, quam iuuenis: quoniam senex rerum

experientia & sapientia praestat, & debet alios non solum consilio instruere, sed etiam vita & exemplo. Incidens autem in flagitia non solum obest, quod corrumpitur, sed quod corrumpit, plusque aliquando exemplo quam peccato nocet. Ideo ait Ecclesiasticus: Tres species odiuit anima mea, & aggrauor, valde animae illorum: pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & luxuriosum. Quare est eius crimen grauius, & nonnunquam periculosius, quemadmodum apparet in avaritia & cupiditate. Ut incendium periculosius est in veteribus edificijs, quam in nouis, sic flagitium plus nocet in senectute, quam aetate efflorescente. Primum igitur, quod eorum peccatum aggrauabat, erat aetas, secundum, genus: erant namque filij Israelis, quos deus lege sua instruxerat, & ad terram promissionis adduxerat, & in summa amplitudine & dignitate collocauerat. Hoc intelliges Ionas propheta, interrogatus a nautis, quod scelus admisisset: Hebraeus, inquit, ego sum, & dominum deum caeli ego timeo. Non solum peccatum, sed peccati circumstantiam confitetur. Eam ob causam ait hoc loco Ezechiel. Venerunt ad me viri seniorum Israel. Sed non ait, omnes seniores Israel, ne existimemus omnes eos in errore, & deorum comentitiorum superstitione versari, sed indefinitum, ut nonnullos intelligamus impios fuisse, non omnes.

Et sederunt coram me. Prius quam aliquid quaerent a diuino vate, sederunt, & sedentes causam aduentus sui silentio praeterire videbantur. At deus, qui eorum calliditatem, malitiam, & iniquas cogitationes intelligebat, eorum propositum Ezechieli reuelauit.

Posuerunt immunditias suas in cordibus suis. Hoc est, immundis cogitationibus, deprauatis propositis, & turpibus sceleribus corda sua macularunt. In animo suo firmiter statuerunt esse se idola culturos.

Scandalum

Scandalum iniquitatis suae statuerunt contra faciem suam. Id est, iniquitatem suam, qua praebent alijs occasionem peccandi, decreuerunt habere semper ante oculos tanquam rem sibi charam & dilectam. Solent enim homines ea, quae amore prosequuntur, ante oculos ponere, ut ex illis capiatur voluptatem. Quo fit, ut aspicere accipiat aliquando pro oblectari, ut in psalmo: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Hoc est, si ego in animo meo delector iniquitate, non exaudiet deus preces meas. Ita intelligitur Genesios illud: Dixit deus: Fiat lux: & facta est lux: & vidit deus lucem. Et paulo post: Vidit deus cuncta, quae fecerat, & erant valde bona. Hebraismus est, quo frequenter vitur diuina scriptura: ubi videre idem est, quod delectari. Vnde non videre, seu faciem auertere, est iratum se ostendere: ut apud Iob: Quare faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Caeterum pro scandalo habent septuaginta tormentum. Et ita est sensus: Ante oculos intellectus habent ruinam & tormentum, & arumarum angustias, in quas inciderant ob impia facinora sua, & nihilominus decreuerunt a flagitijs suis non recedere. Parati sunt ad omnia supplicia potius ferenda, quam studeant pietati. Volunt potius in calamitatibus versari, quam vero deo obedire. O impiam pertinaciam! deplorandum flagitium! Potest accipi scandalum iniquitatis pro idolo, ut fit sensus: Coram oculis suis collocant idolum suum, ut illud summe venerentur. Id quod est flagitiorum causa, scandalum iniquitatis appellatur.

Nunquid interrogatus respondebo eis? Haec interrogatio vim habet negandi: ac si diceret deus: Etsi me interrogent, tamen non respondebo eis: sed cognoscent esse me suarum malarum cogitationum perspectorem. Interrogant enim non voluntate sciendi, nec animo se a sceleribus separandi, sed curiositate quadam inuili

& vana commoti, & ut me tentent, & videant, possint ne oracula meorum vatum obiurgare. Quemadmodum peritus mercator non ostendit merces suas, quos intelligit non esse eas empturos, qui ad officinam veniunt, vel ut nimis curiosi, vel ut exploratores & proditores, non animo emendi, eos autem vocat, quos intelligit velle emere, ita deus non ostendit alta mysteria sua ijs, quos scit vane ea & curiose inquirere, vel animo deprauato inuestigare, ut ea proterant & conculcent: eos vero vocat ad eorum intelligentiam, eos instruit & docet, quos scit esse sibi, alijsque profuturos. Hoc videbis plerumque. Vnde Christus deus noster apud Matthaeum, Nolite, inquit, sanctum dare canibus, nec proieciatis margaritas vestras ante porcos. Eam ob causam ligatus coram impio Herode desiderante miraculum aliquod ab eo, de quo multa audierat, curiosis oculis aspicere, tacuit omnino, nolens illi ostium officinae suorum mysteriorum & miraculorum referare. Et Iudaeis dicentibus: Volumus a te signum videre, respondit: Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae: & coram discipulis suis & alijs viris pijs miracula magna edebat, ea ipsa non petentibus. Petebant Iudaei signa, & postea visis multis aiebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Sed aduerte. Non dicunt: Magister volumus conuerti miraculis tuis, sed volumus ea videre. Exploratores erant, & curiosi indagatores, volentes Christum capere vel in verbis, vel in factis: ideo aiunt: Volumus a te signum videre. Sed insipientes homines prius deberet petere a Christo oculos, quibus viderent. Qui enim fieri poterat, ut viderent, qui visu carebant? Ce

psal. 65.

Job. 13.

Genes. 1.

Ecl. 25.

simile.

Ion. 1.

simile.

Matth. 7.

Luc. 23.

Matth. 12.

Ioan. 11.

Mat. 15.

Sap. 2.

simile.

pellis illa sicca, quā serpens exiit ad aetatem renouandam, effigiem habet oculorum, & membranam tenuissimam, qua oculi anguis prætēguntur, oculos tamen verè nō habet, sic impij Iudæi oculos habere videbantur, cum tamen ceci essent, & pelles inanes, & in hominum figura homines non essent. Christi miracula specula erant diuina: cum autem Iudæi illi cæci esēt, quomodo illa absq; visu videre volebant? Et, vt dicitur in prouerbio ab Stobæo ex Epicarmo recitato: Quid cæco cum speculo? Si speculū non videbant, quomodo se poterant in speculo videre? Ait euangelista, eos ad dominum accessisse, vt eius mysteria perspicerent. Et dicebant: Hic vnde sit nescimus. Sed quoniam pedibus ad eum ibant, animo autem ab illo longè recedebant, quoniam fictè, vanè, curiosè, fraudulenter accesserunt, fuerunt à deo grauiter obiurgati: & id quod petebant, non impetrarunt. In libro Sapientia sunt hæc verba monumentis consignata: Sentire de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, querite illum, quoniam inuenitur ab ijs, qui non tentant illum, apparet autem his, qui fidem habent in illum. Et Esaias, Quē, inquit, docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablatos à laete, auulsos ab yberibus. Ac si dicat: Eos instruet deus altissima doctrina sua, illis arcana cœlestia referabit, qui spirituales fuerint, tibiq; solidi capaces. De illis qui solūm attingunt rudimenta & inenabula virtutis, ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Facti estis, quibus late opus sit, non solido cibo. Nos verò Christum rectè queramus, dum inueniri potest, & vt ait diuus Paulus, Accedamus ad eum cum vero corde, in plenitudine fidei. Ingressi sunt multi templum verbum dei à concionatore audituri: omnes illi præbent aures, sed nō omnes vilitatem capiunt, quia non omnes recto animo illuc accellerunt. Vt

ex multis aurificis officinam introeuntibus hic emit catenam auream, ille anulum pretiosum, quidam accipit monile elaboratum industria, & emblemate pictum, alius vas elegans & pulchrum: sed quidam nigrum tantum carbonem sumit ex pauimento, quem manu tractat, & atterit, & nihil aliud vult ex officina, quam carbonem illū, quo inquinatur, sic cum multi eant ad concionē, & vnusquisq; documentum aliquod animæ suę vtile, & conscientia aptum accipiat, nō deest tamen, qui terrum aliquid querit, attendens diligenter vtrum concionator aliquid stultè, vel minus sapienter dicat, aut verbis aliquibus barbaris vtatur, vt illud irrideat, contemnat, & damnet. Et non cōsiderat miser homo, cum vult atterere concionatorem, se ipsam contaminare. Est quidem concio euangelica officina aurarij ditissima, excellentibus monilibus plenissima, diuinarum literarum, sacrorumq; doctorum sententijs vberissima. Sed oportet sancto proposito accedere ad illam, animoq; pio, sciēdi & proficiēdi percipido. Qui ita ad dominū accedunt, ea discunt, quę ad animæ pertinent salutem. Eos deus docet, & instruit, & reficit, & amore rerū diuinarum mirabiliter inflammat. Cōtrā verò eos dimittit, qui ab eo animo fugientes, eum corpore querere videntur, pleni dolo, imbuti sceleribus, contaminati flagitijs, & malitia obstinati. Tales erāt hi, de quibus hoc loco agit Ezechiel, qui cum eum videret, vt per eum interrogarent dominum, suamq; malitiam specie pietatis occultassent, nō meruerunt responsionem. Quam ob causam ait deus Ezechiel: Nunquid interrogatus respondebo eis? quia sic dicit: nequaquam.

Homo homo de domo Israel. Id est quilibet homo Israelita. Exaggerat eorum crimina, quoniam in ea incluserunt, cum essent nō solūm homines, sed homines ex genere Israelis, ex populo dei, vt erat

erat fides & ratio, ipsi autem nec haberent fidem nec rationem.

Qui posuerit immunditias. Explicat vt supra.

Ego dominus respondebo ei in multitudinem inmunditiarum suarum. Hoc est, respondebo ei, prout eius scelera merentur. Ac si dicat: Ei non respondebo: quoniam flagitia sua non sunt digna responsione mea. Vel sic: Respondebo ei, sed ita obscure, ac si non respondissem. Vel sic: Respondebo ei non ad interrogationem suam, sed suam increpans malitiam. Vel sic, & elarius meo quidem iudicio: Ego ei respondebo, etiam si veniat plenus multitudinem idololatriarum suarū. Huic expositioni fauet paraphrastes Chaldæus ita hunc locum vertens: Respondebo illi, licet veniat ad me refertus idolorum cultu.

Vt capiatur domus Israel in corde suo. Hoc est, vt decipiatur in cogitationibus suis. Sed particula, vt, non accipitur causaliter, sed consecutiue: deus enim non est causa mali culpæ. Est quidem author mali poenæ iuxta id, quod est apud prophetam Amos: Si erit malum in ciuitate, quod dñs non fecerit? Et apud Esaiam: Faciens pacē, & creans malum. Et apud Michæam: Descendit malum à domino in portam Ierusalē. Autor autē peccati nequaquam. Ipse enim est, de quo ait Esaias: Iniquitatem non fecit, nec dolus fuit in ore eius, quam sententiam repetit diuus Petrus prima sua epistola canonica. Et, vt ait liber Sapientia, deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Sed cum Iudæi illi obstinati in erroribus & flagitijs versarentur, & deus illis aut non responderet, aut obscurum responsum daret, hinc efficiebatur, eos in erroribus suis permanere. Potest hoc in explanari. Ita domui Israel respondebo, vt eam capiam in cogitationibus suis, vt videat aperte me eius dolos intelligere. Ostendā nefarijs Hebræis nihil eos loqui, aut agere, aut cum animo suo cogitare, quod ego non in-

telligam. Et hoc modo particula, vt, accipitur causaliter.

Conuertimini, & recedite ab idolis vestris. Aspice dei clementiam & misericordiam. Eos, quos suę legis contemptores videbat, qui eo relicto deos falsos & cōmentitios colebant, vocat, & hortatur, vt conuertantur. Intueris hic quam verum sit, quod de eo dixerat regius vates: Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.

Auertite facies vestras. Hoc est, non solum scelera nō admittatis, sed ne ea quidem videre velitis.

Et de profelytis. Profelytus idē est quod aduentitius & peregrinus. Proprie autem in literis diuinis accipitur pro eo, qui ex ethnicis ad Iudaismū veniebat.

Ego dominus respondebo ei per me. Respondebo ei operibus, vt eius flagitia merentur. Responsio erit eius punitio, vel respondebo ei propter me, vt reuellem ei secretum suarum malarum cogitationum.

Et ponam faciem meam super hominem illum. Hoc est, eum castigabo: Dabit mihi poenas suorum scelerum. Metaphora est sumpta à pugnantibus, cum enim quidam corū cadit, & alter eum opprimit & percutit, qui superior est dicitur ponere faciem suam super victū. Quid significet facies in literis diuinis, explicuimus copiose capite præcedente.

Faciam eum in exemplum & in prouerbiū. Hoc est, tam ærumnosus erit, tot calamitatibus opprimetur, vt traducatur in maledictionē, ita vt cum aliquis inimico suo dira precatus fuerit, dicat: Deus tibi det ærumnas illius.

Et scietis, quia ego dominus. Calamitas veniet hominem ad cognitionē dei: ita em ait Esaias: Vexatio dat intellectum auditui. Ideo nos castigat dominus, vt eu cognoscamus, à vitijs abducamur, & à propria voluntate nostra separemur. Ob

sidente Ioab Israelitarū duce urbē Abiam dabit exercitus operam, vt muros

fortiter concuteret: quod ciues obfesi
 ægrè ferebant: & vehementer solliciti
 in cõmunibus periculis summis dolori-
 bus angebantur. Et clamanti nomine ci-
 uitatis cuidam prudenti mulieri, de op-
 pugnatione illa conquestæ respondit
 Ioab, se urbem ideo oppugnare, quia in-
 tus receperat Sebam filium Bochri ma-
 gnum proditorem. Sed si cum ex vrbe
 proijceret, dabat fidem, esse eam statim
 relicturum, & obsidionem soluturum.
 Ciuitas hæc vnusquisq; nostrum est, vbi
 debet ratio dominari, & sensus obedire.
 Sed si in hac republica habitat philau-
 tia, proprius amor nostri, traditor ille,
 cœlestis regis inimicus, obsidet nos
 deus, & opprimit doloribus, ferit & con-
 cutit muros nostri corporis varijs mole-
 stijs, egrotationibus & cruciatibus, & ca-
 lamitatum machinis nos fortiter oppu-
 gnat. Omnia hæc efficit, vt amorè pro-
 prium deiciamus, nos ad dei odium &
 execrabilia vitia excitãtem. Vult deus,
 vt simus ab omni impuritatis contagio
 abstracti, & beata diuini sui amoris flã-
 ma incesi. Non igitur nos affligit, vt per-
 dat, sed vt nos à nobis ipsis eripiat, & ad
 seipsum conuertat. Duo amores cõdide-
 re duas ciuitates, vt ait dius Augustinus,
 amor dei Hierosolymã, id est visionem
 pacis, amor proprius Babylonẽ, hoc est
 confusionẽ mundi. Desiderat deus esse
 nos Hierosolymã, non Babylonẽ. Ideo
 nos affligit, vt à nobis amorẽ nostrũ in-
 ordinatũ in odium dei tẽdentẽ euellat,
 suumq; inserat & cõfirmet. Ait Strabo,
 & nonnulli alij authores, esse genus quod-
 dam lapidis linei, quod in lanæ mollitiẽ
 contusum netur in vsum intimarum ve-
 stiũ: pãnus huius lapidis seu lini si fortẽ
 inquinatur, mittitur in ignẽ, & manens
 illesus incendio mũdatur. Sic qui ob in-
 ordinatũ sui amorẽ virijs polluantur,
 igne calamitatu perpurgantur: non eos
 lædit aduersarũ rerum flãma, qui impo-
 rtius detergit. Ita enim dicitur in libro
 Numerorũ: Omne quod potest trãfire

simile.

3c. 23

3c. 23

Num. 31.

per flãmas, igne purgabitur. Eodẽ mo-
 do multi zrũnarum igne detergantur.
 Et manentes iusti ideo aliquando affli-
 guntur, ne iterum in vitia labantur. Vt *simile.*
 enim myrrha corpora incorrupta con-
 seruat, & præseruat à putredine, vt ait
 Plinius libro duodecimo, ita calamitas
 equo animo tolerata, multũ prodest ad
 animas præseruandas à scelerum corru-
 ptione, & incontaminatẽ custodiẽdas.
 Confugiunt enim afflicti ad deũ singu-
 lare refugium suũ, diuinam implorãtes
 clementiam, & ad iucundã diuini numi
 nis cogitationem recurrũt. Quamquam
 exules ærumnosos, abiectos, expulsos
 ab hominũ cœtu, & vastas atq; incultas
 solitudines peragrantes se videant, non
 deponunt tamen ex mente memoriam
 dei. Versatur illis ante oculos diuina bo-
 nitas & pietas: & eorũ calamitas in sua-
 uissima cœlestium rerũ memoria con-
 quiescit. Premuntur, sed non opprimũ-
 tur: in luctu & mœrore triũphant gau-
 dio: laborant paupertate, & possident o-
 mnia: cotidie refecantur, sed redundant
 & reflorescunt: affliguntur, sed recrean-
 tur. Quo fit, vt erga clementissimũ nu-
 men admirabilis illis exardescat amo-
 ris & obseruantie magnitudo. Intelli-
 gũt enim ideo se in ærumnis versari, vt
 ad diuinum consolatore tanquam ad
 arcem tutissimam confugiant, & à pec-
 catis auertantur. Id intelligens Tobias *Tob. 3.*
 aiebat: Cum iratus fueris domine, mise-
 ricordiam facies, & in tẽpore tribulatio-
 nis peccata dimittis ijs, qui inuocant te.
 Iob, Deus, inquit, vulnerat, & medetur, *Iob. 5.*
 percutit, & manus eius sanabunt. Re-
 gius vates: Tu es refugium meum in tri-
 bulatione, quæ circumdedit me. Et ite-
 rum: Iuxta est dominus his, qui tribu-
 lato sunt corde, & humiles spiritu sal-
 uabit. Per Oseam ait deus: In tribula-
 tione sua manẽ consurgent ad me. Ipse
 autem solet afflicti diuinam cõsola-
 tionem implorãtib; opitulãri. Ideo
 ait apud Ioãnem: Tristitia vestra con-
 uertetur

Iob. 16.

2. Corin. x.

Act. 14.

Apoc. 7.

conuertetur in gaudium. Et diuus Pau-
 lus in epistola secunda ad Corinthios:
 Sicut foci passionum estis, sic eritis &
 consolationis. Et in Actis apostolorum:
 Per multas tribulationes oportet nos in-
 trare in regnum dei. Et diuus Ioannes
 in Apocalypsi de sanctis in cœlo deo
 fruẽtib;: Hi sunt, qui venerunt de tri-
 bulatione magna. Vnde diuus Augusti-
 nus in Ioannem ait: Quod te dominus
 permisit pati flagellum corrigentis est,
 non pœna damnantis. Et diuus Hiero-
 nymus in epistola ad Heliodorũ: Quis
 non tribulari velit, quis se non maledi-
 ci desideret, vt mereatur laudari Chri-
 sti voce, & cœlesti copiosaque merce-
 de munerari: Hi, & ceteri viri sapien-
 tia & charitate præstantes in medijs ca-
 lamitatibus se homines esse recordabã-
 tur ea lege natos, vt omnibus telis ærũ-
 narum esset obnoxia vita, nec esse recu-
 sandum quò minus ea, qua nati fuissent
 conditione vitam degerent. euentisq;
 aliorũ memoria repetẽdis nihil sibi no-
 ui accidisse cognoscebant. Leuat enim
 dolorem communis quasi legis, & hu-
 manæ cõditionis recordatio. Sed quod
 præclarus est, cum se aspiciebant pro-
 pter Christum iniurijs affici, & calami-
 tatibus vrgeri, tum se beatos esse arbitra-
 bantur. Et non solum viri sanctitate ex-
 cellentes, sed multi qui se flagitijs dedi-
 derant, fuerunt afflictione curati, tan-
 quam cœlesti quadam medicina. O di-
 uinam bonitatem, o summam clemen-
 tiam, o infinitam dei nostri misericor-
 diam! Quis non admirabitur benignita-
 tem tuam deus sancte, qui ideo nos affli-
 gis, vt reficias, ideo nos premis, vt con-
 soleris, ideo permittis, vt in varias cala-
 mitates incidamus, vt nostram miseriam
 cognoscamus, & iustitiam ac misericor-
 diam tuam cõtemplemur. Ita enim hoc
 loco ais per Ezechielem: Ego vos tot
 ærumnis exagitabo, vt in prouerbiũ
 calamitosorum traducamini, ita enim
 postulat iustitia mea, & merentur flagi-

tia vestra. Sed hoc faciam, non vt vo-
 euertam, nolo enim mortem peccato-
 ris, sed vt me cognoscatis, quo ad me
 ipsum cõuertamini. Non igitur nos per-
 dere vis, sed ad gloriam tuã perducere.

Et propheta cum errauerit, &
 locutus fuerit verbum, ego domi-
 nus decepi prophetam illum. Et
 extendam manum meam super il-
 lum, & delebo eum de medio po-
 puli mei Israel, & portabunt iniqui-
 tatem suam. Iuxta iniquitatem in-
 terrogantis, sic iniquitas prophete
 erit, vt nõ erret vltra domus Israel
 à me, nec polluat in vniuersis
 præuaricationibus suis, sed sit mihi
 in populum, & ego sim eis in deũ,
 ait dominus exercituum. Et factus
 est sermo domini ad me, dicens: Fi-
 li hominis, terra cum peccauerit
 mihi, vt præuaricaretur præuaricans,
 extendam manum meam super eã,
 & conteram virgam panis eius, &
 immittam in eam famem, & inter-
 ficiam de ea hominem & iumen-
 tum. Et si fuerint tres viri isti in me-
 dio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi
 iustitia sua liberabunt animas suas,
 ait dominus exercituum. Quod et-
 si bestias pessimas induxero super
 terram, vt vastem eam, & fuerit in-
 uia, eò quòd non sit pertransiens
 propter bestias, tres viri isti si fue-
 rint in ea, viuo ego dicit dominus
 deus, quia nec filios nec filias libe-
 rabunt, sed ipsi soli liberabũtur: ter-
 ra autem desolabitur.

Et propheta cum errauerit. Intelligitur
 de falso propheta. Nolente rege Acab
 audire *3. Reg. 22.*

audire Micheam verum prophetam, sed acquiescente consilio & exhortationi pseudo prophetarum dixit Michas, se vidisse dominum sedentem in solio, & spiritum quendam erroris se obtulisse ad decipiendum regem, & dixisse: Ero spiritus mendax in ore prophetarum regis. Qui praevaluit, falsos vates seducens. Permisit deus, ut rex Acab deciperetur per suos vates, quoniam impius erat, & nefarius, & verorum prophetarum oracula contemnebat. Ex quo effectum est, ut rex ipse in praelio occideretur, & sanguinem eius canes lingerent. Magna dei ira ostenditur, cum ipse permittit, ut aut rex, aut populus non veram doctrinam, sed falsam amplectatur. In Proverbijs ait de deo ita Salomon: Ipse deludet illudores, & mansuetis dabit gratiam. Hoc est permittit, ut diuini verbi illudores illudantur.

Q *Ego dominus decepi prophetam illum.* Nonnulli moti hoc loco ab illis perperam intellectu asseruerunt deum nonnunquam homines decipere, etsi non per se, ministerio tamen vel humano vel angelico. Ego vero firmiter assero deum non esse deceptorem, quimpotius eos deceptos esse, longeque opinione falli, qui existimant deum fallere, aut falli. Quod autem asserunt de Iacob, quem dicunt ex diuina reuelatione patrem suum Isaac mendacio sefellisse, cum illi diceret, se esse primogenitum suum Esau, ut ab eo acciperet benedictionem, nihil pro illis facit. Nam etsi Iacob mendacium diceret, non tamen inde sequeretur, deum esse mendacem. At nos dicimus Iacob non fuisse mentitum, quimpotius eius dicta & facta Gentilium fidem aduibrasse, & futuram veritatis imaginem habuisse. Nam diuus Paulus in epistola ad Romanos volens ostendere exemplo Ismaelis & Isaac, Iacob & Esau, fuisse praefiguratam abiectionem populi Iudaici, qui maior erat, Gentilici vero, qui minor erat assumptionem,

ait duo esse genera filiorum Abraham. Non enim omnes, inquit ille, qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt Israelitae, nec qui semen sunt Abraham, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen. Id est, non qui filij carnis, hi filij dei sunt, sed qui filij sunt promissionis, aestimantur in semine. Et paulo post: Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. &c. Ac si diceret: Cum concepisset ex Isaac, haberetque in utero Esau & Iacob, dictum est ei: quia maior seruiet minori. Quibus verbis apostolus semen Abraham appellat populum Gentium, eumque filium ait esse Isaac, & fratrem minorem respectu Esau, qui erat ipsi minori seruiturus. Quemadmodum igitur absque mendacio Gentium populus vera Christi fide munitus, & Iudaeorum hereditatem consecutus dicere potest: Ego sum semen Abraham: ita & Iacob quoniam sciebat se ius habere ad sibi debitam primogenituram, in quam fuerat ex diuina voluntate substitutus, dicente deo: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, verè absque dubio dixit: Ego sum primogenitus tuus Esau. Quid? Nonne Christus dixit, Ioannem Baptistam Eliam esse? Quis negat Non quod esset Elias natura, sed officio. Quare igitur Iacob quem deus elegerat, qui ex diuino proposito erat primogenituram, patrique benedictionem consecuturus, non potuit eodem modo se esse primogenitum absque mendacio affirmare? Sed quoniam sunt, qui doctorum autoritate potius quam rationibus moueantur, citabo nonnullos, qui Iacob aiunt non fuisse mentitum. Hi sunt Augustinus quaestione. 74. super Genesim. Chrysostomus homilia sexta in epistolam ad Colossenses. Ambrosius libro secundo de Iacob & vita beata. Glossa graeca in caput. 27. Genesim. Eriby Lyranus. Innocentius de diuor. c. Gaudemus. Magister sententiarum. Gratianus vigesima secunda quaest.

quaest. 2. c. Quæritur. Diuus Thomas secunda secundæ. quaestio. 110. artic. 3. Alexander de Alis. 2. parte, quaest. 139. Gabriel. 3. distinctio. 38. quaestio. unica. cum alijs asserentibus Iacob non decipisse patrem suum, quimpotius verum dixisse. Nec obstat id, quod aduersarij adducunt ex Iob dicente: Qui immutat cor principum, & decipit eos, & errare eos facit quasi ebrios. Et illud Esaiæ: Quare errare nos fecisti domine de vijs tuis. Et illud apostoli in epistola ad Romanos: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Et hoc loco per Ezechielem: Ego dominus decepi prophetam illum. Nam omnia hæc loca intelliguntur concedendo & permittendo, non autem efficiendo & operando. Non enim deus aliquem decipit, sed iusto iudicio permittit, ut decipiatur. In epistola sua ait diuus Iacobus: Deus intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. vbi de ea tentatione loquitur, quæ est ad peccatum sollicitatio. Et tamen Christo docente deum oramus, ne nos inducat in tentationem. Hinc verba illa dei patris literis à Zacharia consignata: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Quæ Christus apud euangelistas de seipso percutiendo interpretatur. Non percussit pater filium suum, sed percuti permisit. Clemens Alexandrinus libro Strom. 1. explanans Matthæi illud: Ideo in parabolis loquor, &c. Non, dominus, inquit, præbet ignorationem, hoc enim sentire est nefarium, sed ipsam, quæ inerat, prophetice arguit. Sic etiam homines tradit deus in reprobum sensum, & passionem ignominie, nimirum permissiue. Dimisit eos, inquit psalmographus, secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis. Ita intelliguntur verba illa scripturæ: Indurauit deus cor Pharaonis. Et, Quem vult deus, indurat. Hoc est iusto iudicio permittit, ut induretur, auxilium alioquin non de-

bitum subtrahendo. Ita patres veteres, ita doctores antiqui, ita viri sapientia & sanctimonia præstantes, ita omnis interpretum chorus, ita omnes recentiores, ita tota eorum theologorum schola, qui quaestiones tractarunt, ita denique omnes catholici huiusmodi locutiones indurationis, cæcitatibus, erroris, flagitiorum, quæ dei actionem sonare videntur, interpretantur: solum permissionem cognoscetes, deum autem semper iustum & misericordem esse affirmantes. Est ille quidem prima causa, quod Gentium philosophi etiam fatentur, & generali naturali que concursu cum omnibus causis agentibus operatur: at causam esse moralem erroris aut sceleris nullo modo admittimus. Quis fieri potest, ut à sole sempiterno oriatur cæcitas? à fonte sapientie dimanet error? à centro bonitatis deducatur lineæ flagitij? ab arbore vitæ fructus mortis producat? Quare id, quod hoc loco ait deus, se prophetam decipere, intelligitur permissiue, exigentibus illud populi peccatis. Tunc deus dicitur aliquem decipere, cum illi non dat scientiam, & veritatis cognitionem, quia nec ille eam meretur, nec ad eam adipiscendam animum disponit. Quemadmodum aer solis splendore illustratur, sed occidente sole manet tenebris coopertus, sic animus diuina sapientie claritate splendet, sed cum est à vera illa luce destitutus, caligine circumfunditur, & in cæcarum tenebrarum obscuritate versatur. Tales erant falsi prophetae, de quibus hoc loco loquitur deus, qui diuini solis absentia, in umbra terræ collocati, nefarijs sceleribus imbuti, non solum erant errorum caligine cooperti, sed alios etiam eadem caligine cooperiebant. Cyrillus in Ioann. cap. 7. ita ait: Longè à veritate aberrat, qui non erubescit deum seductorem appellare, qui merito audiens: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum: qui putatis tenebras,

nebras lucem, & lucem tenebras. Seducebantur igitur falsi prophetæ, quia scelerati erant, & seducebatur flagitiosus populus, quia veros dei prophetas contumaciter, falsos verò & impios amplectebatur.

Extendam manum meam super eum. Hoc est, illum puniam. Hebraismus est, de quo alibi differuimus.

Portabunt iniquitatem suam. Tam fictè interrogans, quam falsò respondens. huc iustas suorum flagitiorum pœnas.

Et non erret ultra domus Israël a me. Subaudi recedendo, & falsis vaticiniis adherendo.

Terra cum peccauerit. Punit deus differentiam inter punitionem terræ gentiliū, & terræ Iudæorum. Nam si vna ex quatuor calamitatibus hic explicatis inferatur alicui civitati Gētium, eam penitus evertet, & ad vastitatem reducet absque vlla instauratione, vt euenit Sodomæ & Gomorrhæ. Sed etsi omnes hæ calamitates premant Hierosolymam, eamq; evertant, aliqui tamen referuabuntur ad futuram ciuitatis instaurationem: Hoc fuit Ezechiehis vaticinium, & ita euenit: nam euerfa Hierosolyma à Babylonijs fuerunt nonnulli ex Iudæis referuati, qui postea è

Genes. 19.

Babylonica captiuitate redierunt cum Zorobabele nepote Iechoniæ, & Esdra & Nehemia, sub quibus fuit templum erectum, & vrbs moenia in pristinam dignitatem restituta. Voluit hac vaticinatione Ezechieh reficere & consolari Hebræos in captiuitatem Babylonicam coniectos, eosque ex parte aliqua luctu leuare. Est autem metonymia figura, nam accipitur terra pro terræ habitatoribus, & continens pro eo, quod continetur: vt apud Esaiam: Audite cœli, auribus percipe terra. Et iterum: Vlulate naues Tharsis. Et apud Lucam: Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas.

Esai. 1.

Esai. 23.

Luc. 13.

Et conteram iugam panis eius. Hebraismus est, Hoc est, auferam ab ea panem: castigabo eam fame. Sic apud Esaiam: Auferet à Ierusalem omne robur panis. Et apud nostrum Ezechielem: Conteram baculum panis in Ierusalem. Virga panis, robur panis, baculus panis, id est sunt. Appellatur ita panis, quia eo vires sustentantur.

Interficiam de ea hominem & iumentum. Id est, nullum terrenum animans viuū euadet, siue sit rationis particeps, siue expers. Poteris per hominem eum intelligere, qui vitur ratione, per iumentum autem hominem immanem, sceleratum, insanum, qui in hominis figura vitam bruti imitatur. Ita enim ait diuinitus vates: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quando deus præcepit, ne iumentum ascenderet in montem Sinai, quid voluit significare, nisi diuinam scripturam esse montem excelsum, quò si quis accederet gerens in hominis figura vitam belluæ, nolens superbiam, cæterasque funestas animi labeles relinquere, mortem sibi esse paraturum, vnde poterat vitam sibi comparare? Diuus Ioannes Baptista impios homines progeniem viperarum vocabat. Chaldæorum sententia fuit in hominis nefarij corde bestias habitare: appetitus enim effrænati, qui longius euagantur, & à ratione minimè retinentur, bestia vocatur. Hinc effluxit illud eorum apophthegma: Vas impij inhabitant bestia terræ. Vnde Aegyptij veteres per ceruum serpentes ex cauernis eruentem iudicem intelligebant impios homines castigantem. Id voluit Pythagoras significare, cum dixit sceleratos homines migrare in bruta, hoc est effici beluas ob impios mores. Hinc orta est fabula Circes homines in varia animalia transformatis. Vnde Theocritus, Illi, inquit, quos virtus & sapietia aspexerint, non poterunt circeis poculis labefactari.

Esai. 2.

Sup. 4.

Psal. 48.

Exod. 19.

Matth. 3.

Quando

Quando AEschylus dixit, non esse leonem in republica alédum, quid per leonē nisi homines immanes & superbos, & raptores intellexit? Et quoniam sæpe in republica huiusmodi homines, & alij belluinis moribus imbuti alūt, dixit Plato in republica sua, nos habere domi diuersa genera brutorum. Aristoteles in Politicis hominem à lege & iustitia separatam esse ait pessimum omnium animalium. Diuus Ioannes Chrysostrmus in Mathæum de homine improbo loquens, ait: Quælibet bestia vnum habet & proprium malum: homo autē omnia. Quare iumentum hoc loco Ezechielis meritò appellatur, imò iumentum immanissimum.

Noe, Daniel, & Iob. Hos præcipuè nominat, quoniam fuerunt charitate feruentissimi, & pro alijs ardentissimas ad dominum preces fuderunt. Chrysostrmus homilia. 4. 3. in Genesim ita ait: Vide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit: quoniam & illi suis temporibus etiã alijs salutis causa fuerunt.

Nec filios suos, nec filias liberabunt. Si in sceleribus permanere decreuerint.

Quod si & bestias pessimas. Quatuor plagis punit deus terrā peccatricem, fame, serpentibus, gladio, peste.

Eò quòd non sit pertransiens propter bestias. Quòd nemo per eam transeat ob metum ferarum.

Vel si gladium induxero super terram illam, & dixerò gladio: trās si per terram, & interfecero de ea hominem & iumentum, & tres viri isti fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus deus, non liberabunt filios nec filias, sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiam immiserò super terram illam, & effudero indignationem meam

F

super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum, & Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus deus, quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: quoniam hæc dicit dominus deus. Quòd etsi quatuor iudicia mea pessima, gladiū, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immiserò in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentiū filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinventiones eorum: & consolabimini super malo, quòd induxi in Ierusalem in omnibus, quæ importauì super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum, & adinventiones eorum, & cognoscetis, quòd non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait dominus deus.

Vel si gladium induxero super terram illam. Subaudi, quæ in me grauitèr peccauerit. Sensus est. Si adduxero hostes, qui gladijs suis interficiant huius terræ habitatores me suis maleficijs ad iram prouocantes, & ibi fuerint Noe, Daniel, & Iob, viri charitate insignes, & sanctimonia clari, non poterunt alijs subuenire, etiam si filij sint sui. Seipso tantum liberabunt, alijs autem, si a peccatis desistere noluerint, opem nullam feret, nec salutem impetrabunt.

Ipsi soli liberabuntur. Propter iustitiam suam.

In sanguine. Id est in vita, quæ est in sanguine, vt constat ex Leuitici capitulo. 17. vt fit sensus. Si ostenderò iram meam

G

.i. mlb) r

Leui. 17.

meam auferens eorum vitam. Vel sic: Si effudero furorem meum super habitatores illius terræ corrumpendo eorū sanguinem aere pestilente: nam corrupto sanguine, totum corpus corrūpitur.

Quatuor iudicia mea pestifera. Idest quatuor effectus vltionis mee. Flagella, quibus homines castigat, appellat deus pestifera respectu pœnæ. Ideo calamitates & supplicia mala pœnæ appellantur.

Tamen relinquatur in ea saluatio. Vastantibus quatuor plagis Hierosolymam relinquam in ea nonnullos homines ob misericordiam meam, qui è Iudæa abducant filios suos in Babyloniam, quo venient captiui, vt vos qui hîc estis, eorum scelera & calamitates videntes intelligatis, me esse iustum, & gaudeatis quòd obtemperaueritis consilio Ieremix, vosq; Babylonij tradideritis, ne manentes Hierosolymæ in similibus ærumnis versaremini. Et tunc cognoscetis, me nō frustra, nec immeritò, sed iusto iudicio afflixisse Hierosolymam.

Egredientur ad vos. Hoc est adducentur Babylonem.

Et videbitis viam eorum. Idest, & cognoscetis eorum flagitia ex effectu calamitatum, quibus ego illos laceraui. Via flagitiosorum hominum est vitiosus viuē di modus. Illa enim vita est hominibus nefarijs & sceleribus imbutis via non solum ad ærumnas temporales, sed etiam ad obscuras inferorum tenebras, & exitium æternum. Hæc est turpis illa ratio vitæ, de qua aiebat diuinus psaltes: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum nō stetit. Ille dicitur non stare in via flagitiosorum, qui etsi incidat in aliquod peccatum, statim tamen surgit, & ad rectum vitæ cursum redit. Nihil est hîc homini felicius, nihil bonis omnibus affluentius, quàm non ingredi viam improborum, sed proximum est, in ea diu non consistere, sed summoperè studere, vt ad viā iustorum, à qua fuerat digressus, quā

celerimè reuertatur. Vnde ait diuus Hieronymus: Nomen iusti non amittit, qui per pœnitentiam citò resurgit. Quemadmodum in ludo pilæ, non solum dicitur bona pila, & aptus globulus lusorius, cum expedite volat, & fertur altius per aerem, sed etiā si attingat pauimentum cadens in terram, dummodo statim ob terræ reuerberationem saliat, ferens se in sublime, & reciproctur: sic non solum dicitur iustus, qui nūquam cecidit in terram peccati, sed ille etiam, qui etsi aliquando cadat, confestim tamen resurgit. Per actum criminis mortiferi amittit gratiam & iustitiam, nomen tamen iusti non amittit, si celerrimè ad gratiam redit. Cæterum multi sunt, qui etsi resurgant, non tamè statim. Cecidit Dauid, & ob crimina aduersus dominum admissa in terram ruit: & non resurgebat, donec Nathan vir singulari virtute præditus eum grauius reprehederet, asserens deum tam turpia scelera nequaquam impunita esse relicturum. Et deplorans Dauid maculas suorum scelerum, easq; lachrymarum fluuiio delens, aiebat: Adhæsit pavimento anima mea. Ac si diceret: Cecidit pila mea, adhæsit terræ, non pullulabat per pœnitentiam, non se per contritionē in altum ferebat. Nec est magnoperè mirandum: nam omne graue naturaliter tendit deorsum: nos autem terreni sumus. Vnde Iob aiebat: Memèto domine, quòd sicut lutum feceris me. Sed dices: Ego cadam, sed statim resurgam. Ne decipiari: vnum sic habetò, multos hac fiducia grauia crimina admisisse, à quibus non surrexerunt, vt ipsi existimabant. Pilæ saltus minuuntur, & paulatim decrescunt, donec pila omnino quiescit in terra. Sic si peccaueris multoties, & toties per pœnitentiam surrexeris, amittes sensim feruorem virtutis, & postea tepidius resurges, donec assuetus vitio omnino non resurgas, sed in terra iacens, scelere delectatus, non solum eris à charitate,

à charitate, & iustitia, & Christiana pietate, & pura religione destitutus, sed quod detestabilis est, & omnis improbitatis caput, eos, qui hæc colunt irridebis, & alio pestifero exemplo & deprauatis moribus, & pestiferi doctrina corrumpes. Huiusmodi fuerunt Hebræi illi, qui Hierosolymæ manserunt, præsertim magnates, qui & deprauati erant, & alios deprauabant. Hunc eorum detestabilem vitæ cursum appellat hoc loco Ezechiel viam illorum, & adinventiones eorum: scelera enim, quibus se contaminabant, non res erant diuinæ, sed inuentiones humanæ. Vnde ait deus per psalmographum: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Magnum est profectò supplicium, pati deum, vt eo relicto cupiditatibus nostris pareamus, nostrisque inuentis, quibus nobis ipsis perniciem molimur, obtemperemus. Contra verò magna dei misericordia est, cum punit scelera nostra. Quod intuēs regius vates canebat. Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinventiones eorum. Frequens est in literis diuinis hominum peccata adinventiones humanas appellari, vt apud Esaiam: Ad inuentiones eorum contra dominum. Et apud Oseam. Propter nequitiam adinventionum suarum. Et alijs in locis.

Et consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem. Quoniā videbitis felices vos fuisse respectu eorum. Vel lætabimini, non eorum ærumnis insultantes, sed videntes gloriam dei illustrari: illustratur enim impiorum punitione, quoniam multi dum vident improbos dare pœnas suorum scelerum, dei iustitiam celebrant, & à maleficijs deterrentur. Vnde ait psalmista: Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et cognoscetis, quòd non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea. Erit vobis mea iustitia perspecta & explorata: & cognoscetis

tes me ipsum ad me conuertemini: videbitis effectum meæ iustitiæ, & potentia. Quemadmodum amara potio non dicitur inutilis, & spe frustrata, si sequitur sanitas, etiam si sumentis acerbitatē attulerit, sic nec aspera calamitas, quæ deus nos exercet, appellatur inanis, & frustra recepta, cum sequitur inde animarum sanitas, vt cum diuina iustitia ostenditur, multi corriguntur, multi etiam ob patientiam & toleratiam illustrantur. Nihil enim magis conducit ad eximiam virtutis gloriam nobilitandam, quàm calamitas ipsa æquo animo propter Christum tolerata.

Annotations ex hebræo in caput XIII.

Posuerunt immunditias suas in cordibus suis. Pro immunditijs suis est in hebraico: **גללהם** gillulehem, à galal, quod significat reuoluere, & reuelare. vt psalmo 36. Reuela domino viam tuam. Vel, vt ex hebraico trāstulit diuus Hieronymus. Volue super dominum viam tuam. Hoc est, committe domino, & commenda illi institutum vitæ tuæ, & omnes tuas deliberationes & actiones: atque projice super ipsum omnem tuā curam, sollicitudinem, & ponderis subleuationem. Vel vt transtulit Felix: Circūuolue secus dominum viam tuā. Idest, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris, non recedat à domino, & quocumque ambulaueris, semper permanecum deo, ne discedas ab ipso, adhære illi, & ita securus permanebis. Quando enim circa eum circūuolueris viam tuam, in tuto eris. Quemadmodum pulchri securi sunt ab accipitre, quando circūuoluunt circa matrem viam suam, ab ea autem longius discedentes facile capiuntur, sic qui à deo non discedunt, sed

psal. 80.

psal. 98.

esa. 3.

ose. 9.

psal. 57.

2. Reg. 11.

2. Reg. 11.

psalm. 111.

Iob. 10.

psalm. 1.

simile.

psal. 36.

simile.

Q sed

sed circa ipsum ambulant, ab eo custodiuntur, ne à dæmone rapiantur, sin autem deum relinquunt, & ab eo se longius separant, incidunt in voracem illum accipitrem tartareum, qui circuit quærens quem deuoret. Eandem sententiam habent verba illa Salomonis in **1. Pet. 5.** Prouerb. 16. **Prouerb. 16.** Reuela domino opera tua. Est enim ibi idem verbum galal. Vnde galil significat reuolutionem, circulū, rotam, & globulum, quod super terram voluatur. Et eodem modo galal. vt in **Psal. 82.** psalmo: Deus meus pone illos vt rotā, idest, permittit vt instabiles sint, & agitati instar rotæ. Eodem tropo vtitur Eccl. 33. **Eccl. 33.** Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Permittit enim deus aliquando impios homines in circuitu instar globulorū ambulare, nullamque in deliberatione suarum impietatum habere firmitudinem, ne pios homines perdant. Ita intelligitur id, quod ait regius vates: In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Ac si dicat: Instabiles sunt immanes & scelerati homines, non habent in suis deprauatis consilijs constantiam, quibus de euertendis viris iustis cogitant: nam tu domine, quæ tua est altitudo, & potentia, & iustitia, & bonitas, seruas homines, qui cum se filios Adam cognoscant, fragilesque esse & caducos, totos sese tuæ tutelæ committunt. Hebraei tamen aiunt ita posse versum hūc ex hebraico transferri: In circuitu impij ambulant, cum ex altati fuerint vilissimi filiorum hominum. Et ita habet translatio diui Hieronymi ex hebraico. Et tūc potest esse sensus: Impij insaniunt more eorum, qui in orbem lōgo temporis intervallo voluuntur, eamque ob causam afficiuntur insania, quia vident pios homines à deo efferri in sublime, & honore ac fama extolli, quos ipsi vt vilissimos filiorum hominum contempserunt.

Paraphrastes Chaldæus habet: Circum circa impius obambulat sicut sanguisuga, quæ fugit sanguinem filiorum hominum. Et tunc ambulare in circuitu est circumire & obsidere, vt sit sensus: Impij circumueniunt, & vndique cingunt pios homines, cum ipsi principatum & tyrānidem obtinuerint, qui inter filios hominum sunt perditissimi. Significat etiam hoc nomen galal excrementum & sordes, vt apud Sophoniā: **Sophon. 1.** Et corpora eorum sicut sordes. Vnde effectū est, vt idola appellarentur sordes & immunditiæ. Qua ratione ductus vertit ita Pagninus hunc Ezechielis locum: Ascendere fecerunt idola sua super cor suum. Et Brixianus. Posuerunt idola sua. Symmachus & Theodotio idola etiam verterunt. Nec est mirum, nam multis in locis diuinarum literarum immunditię pro idolis accipiuntur. Ita libro quarto Regum: Manassēs peccare fecit Iudam in immunditijs suis. Ac si diceret: Manassēs fuit in causa, vt tribus Iuda coleret idola. Libro primo Machabæorum capite 13. scriptum legimus Hebræorum ducem Simonem expugnasse ciuitatem Gazam, & idola confregisse, eaque ex vrbe eiecisse. Et subdit statim scriptura: Et eiecta ab ea omni immunditia collocavit in ea viros, qui legem facerent. Aspicias igitur hoc loco Ezechielis immunditias accipi posse pro idolis. Sed quoniam iniquæ cogitationes peccatorum, quibus se homines delectant, in quibus felicitatem constituunt, sunt quædam idola & simulachra in altaribus cordium constituta, ideo septuaginta interpretes pro immunditijs, pro quibus alij idola posuerunt, verterunt: τὰ δὲ δαιμονία τὰ αὐτῶν, hoc est cogitationes suas, siue imaginatio- nes suas.

Conuertimini, & recedite ab idolis vestris.
Septuaginta habent: Conuertimini, & recedite ab inuentionibus vestris. Idola vocat Iudæorum inuentiones, quoniam

niam cotidie noua idola inueniebant, quæ adorarent. Pagninus vertit: Conuertimini, & cōverti facite alios ab idolis vestris.

Et ponam faciem meam super hominem illum. Panim apud Hebræos significat faciem: & quia ira apparet in facie, iram etiam significat. Eam ob causam R. Dauid in libro Radicum hunc locum ita vertit: Et dabo iram meam super hominem illum. Vnde illud Exodi: Non habebis deos alienos coram me, potest verti ex hebræo: Non habebis deos alienos in iram meam. In hebraico est: Nō habebis deos alienos על פני אל panai, hoc est in faciem meam, vel in iram meam. Et tunc est sensus: Noli me idolis prouocare & concitare ad irā. Quen admodum in Deuteronomio: Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Et paulò pōst: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Idolū appellatur in diuinis literis abominatio, immunditia, sordes, vanitas, fornicatio, adulterium, lignum frōdosum, mendacium, truncus ligni, & alijs nominibus, quæ frequenter in sacra scriptura reperiuntur.

Sed sit mihi in populum, & ego sim illis in deū. Pro deo est in hebraico אלהים elo-him, quæ dictio deum significat, vt in libro Genesis. Videntes filij dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Pro filijs dei, est in hebraico filij elohim. Vnde orta fuit difficilis quæstio, qui sint hi filij dei, qui pulchras mulieres ardente amore fuerint profecuti: qui ita deum offenderunt, vt diceret: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Lactantius Firmianus libro secundo de falsa religione capit. 15. existimat fuisse angelos, deceptus opinione aliquorum hominum parum in literis diuinis versato

rum. Hæc opinionē confirmat Iulianus apostata in libro, quem aduersus Christianos edidit, quam Cyrillus sapienter refutat libro nono contra eundem Iulianum. Reddens autem huius loci intelligentiam ait, tempore Noe homines qui ex sanguine Enos suā ducebant progeniem, dilexisse mulieres pulchritudine ornatas, quæ erant ex genere Cain, quas duxerunt, vt totos sese dederent voluptatibus, quarum se ministros præbuerunt, & quibus se contaminarunt: & ea ob scelera & multa alia deum vitiorum vltorem immisisse diluuiū. Theodoretus hunc enarrans locum ait: Filios dei quidam angelos malè intellexerunt, nec enim caro sunt, nec terminus vitæ eorum definitus est. Attentè ergo scriptura diuina legi debet: quæ ait, ex Adā Seth, ex Seth Enos natū esse: deinde addit iuxta interpretationē Aquilæ: Tunc cœptū est vocari in nomine dñi: Idest Enos primus ob insignem pietatē dei appellatione dignus est habitus. Vnde ex illo nati, filij dei dicti sunt. Filij etiam Seth dij dicti sunt, quod virtutem colerent, ea ratione, qua principes & iudices dij in psalmis & Moyse dicuntur. Qui quidem generi Cain à deo maledicti nulla ratione se immiscuerunt per multos annos. Longo tamen pōst tempore pulchritudine mulierum ex stirpe Cain delectati sunt, & musicis instrumentis, quæ à Iubal è generatione Cain orto inuenta sunt, atque ita illis se immiscuerunt. Hæc Theodoretus. Intelligi autē per filios dei homines, & non angelos, indicat id, quod statim sequitur. Et dixit dominus deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternū, quia caro est. Prius vocauit eos scriptura filios dei, postea homines & carnem. Spiritu dei facti fuerāt filij dei: sed cum se turpibus inquinassent voluptatibus, & humanis vitijs tradidissent, homines vocantur nomine naturæ, non gratiæ. Intelligi hoc autē de filijs Seth

asserit diuus Augustinus lib. 15. de ciuitate dei. Chrysoftomus in explanatione sexti capituli Geneseos. Gennadius, Lyrannus, & alij. Aquila pro filijs dei, vertit filios deorum, per deos viros iustos intelligens, qui erant ex genere Seth procreati. Cum enim in genere Cain vigerent homicidia, stupra, veneficia, & cetera huiusmodi scelera, in genere tamen Seth vigeat pietas, honestas, religio, & summa dei veneratio. Quare filij Cain filij hominum, filij vero Seth filij dei vocabantur, & filij iustorum. Symmachus transtulit: Videntes filij potentum filias hominum. Vt hoc de magnatibus tantum intelligatur. Sed hæc non videtur germana expositio: nam hæc causa particularis est diluuij, quo ad nobiles solum & potentes: at litera ait: omnem carnem viam suam corrupisse: nisi dicamus inuissæ diuinam scripturam, non esse mirum, esse populum deprauatum, omniumque hominum coetus sceleribus imbutos, cum principes & magnates essent impijs facinoribus implicati, nefarijsque flagitijs irriti. Corruptis enim principibus, facile reliqui corrumuntur, in quos principum impuritas deriuatur. Huic explanationi astipulatur paraphrasis Chaldaica, quæ filios principum habet. Sunt igitur huius loci duæ præcipuæ explanationes, vna vt per filios dei viros iustos intelligamus, filios Seth, altera vt per eosdem principes & potentes explanemus. Has duas sententias tangit Pagninus in Thesaurio in verbo banah: & in verbo alah ait elohim significare deum, iudicem, & angelum. Vnde locus hic Ezechielis poterat ita verti: Sed sit mihi in populum, & ego sim illi vt princeps, siue vt iudex. Vt sit sensus: Quemadmodum populus obtemperat suo principi, sic domus Israel pareat mihi, & ego eam gubernabo, & tanquam iustus & clemens princeps eam protegam, & ad veram amplitudinem per-

ducam. Nam si hoc facit rex terræ, qui iustitiam colit & pietatem, quanto magis cœlestis princeps, rex regum, & dominus dominantium? De hoc nomine elohim, quid significet, & quam variè accipiatur, disseruimus supra copiosè, nisi me fallit opinio, in annotatione quada in caput nonum.

Argumentum capituli. XV.



In toto hoc opere visionum Ezechielis prædicatur varijs similitudinibus euerasio Hierosolymæ. Et in hoc capite comparatur hæc ciuitas viti arida & inutili, quæ nihil prodest, nisi ad comburendum, ad significandum vrbis incendium & excidium. Si Hebræi considerauissent, quæ esset hominum dignitas & amplitudo, eorum præsertim, quos deus signis & miraculis à magnis ac imminentibus periculis eripuit, intelligerent, quàm turpe esset relinquere deum, disfluere voluptatibus, molli ter atque iniuste viuere, quamq; honestum, deum summè diligere, continenter ac sobriè vitam degere, omnium officiorum momenta grauius perpendere. Sed quoniam hoc nec intellexerunt, nec intelligere voluerunt, tradiderunt se vitijs, conceperunt fraudes terribilissimas, & infinitis denique flagitijs se contaminarunt. Quam ob causam comparantur vitibus aridis, infructuosis, igne comburendis: quia futurum erat, vt essent à Babylonijs victi, & interfecti, & incendio

dio

dio traditi: & qui viui manerent, essent afflicti, in vincula coniecti, & ad ignominiam traducti.

Caput. XV.



T factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna sylvarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt depedeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam, vt tranque partes eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Nunquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus, quanto magis cum illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit dominus deus: Quomodo lignum vitis inter ligna sylvarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem, & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur, & ignis consumet eos. Et scietis, quia ego dominus, cum posuero faciem meam in eos, & dederò terram inuiam & desolatam, eò quod præuaricatores extiterint, dicit dominus deus.

EXPLANATIO.

ET factus est sermo domini ad me. Hoc est, locutus est mihi dominus.

Quid fiet de ligno vitis? Quali dicat nihil. Non prodest vitis sterilis, infœcunda, & excisa. Hæc interrogatio vim habet negationis. Appellatam fuisse domum Israelis vineam domini, est omnibus incumbentibus in studium diuinarum literarum satis perspectum & cognitum.

Esaïas ait: Vineam domini exercituum: *Esa. 5.* domus Israel est. Deus apud Ieremiam *Ierem. 24.* cum Hebræorum populo loquens Ego, inquit, plantaui te vineam electam. Et psalmographus cum illo: Vineam de *Psal. 79.* Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantaui eam. Gentes vero erant veluti syluæ steriles, & nemora arborum agræ stium nullum religionis fructum producentium. Sed Iudæa, quæ vinea dei electa appellabatur, quæ salutes vias producere deberet, tulit labruscas, & cõuersa est in vites infructuosas, quæ cum non ferrent fructum, fuerunt in ignem coniectæ, quoniam nulla ex illis proueniebat vtilitas. Aliæ plantæ etsi steriles sint, profunt tamen ad trabes, ad naues, ad hastas, ad vasa, & ad plurima ædificiorum genera: at vitis infructifera, ad nihil prodest, nisi ad ignem. Quemadmodum inter omnes plântas nulla est incundior vite frondosa & fructuosa, nulla gratior, nulla vtilior: ita si exarescat, nulla est tristior, nulla deformior, nulla inutilior. Gentes idolorum cultrices etsi steriles erant in rebus fidei & religionis, & arbores infructiferae, erant tamen multarum vtilitatum vsibus accommodatæ: at Iudæi infructuosi, qui deo vero relicto vanis gentium superstitionibus adhæserunt, & in republica violanda scelera inexprabilia perpetrarunt, ad nullum penitus vsum proderant, nisi ad ignem. Ideo fuerunt euerfi à Chaldæis, & postea à Romanis, & in vtraque vastatione incendio flagrarunt. Hanc eorum vastationem per Chaldæos, hoc horribile vrbis incendium

Q3 dium

dium vaticinatur hoc loco Ezechiel sub figura vitis, quæ erat ab igne deuoranda.

Ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna sylvarum. Hoc est, ex omnibus plantis infructuosis. Esse arborem inter ligna sylvarum more linguæ hebrææ est esse sterilem, & agrestem, nullaque lætissimorum fructuum utilitate exornatam.

Nunquid tollitur de ea lignum, vt fiat opus? Quasi dicat, non: Sensus est. Ex omnibus lignis infœcundis nullum est inutilius vite infœcunda: nam ex ea non potest fieri opus aliquod. Non tollitur ex ea lignum aut materia, nec ad statuas, nec ad ædificia, nec ad vasa. Ne paxillus quidem fiet ex ea. Paxillus est clauus ligneus infixus parieti, in quo aliquid suspendatur.

Vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius &c. Vitis arida in ignem coniecta statim tota consumitur, nam & extremitates & medium, & tota denique illa in fauillam redigitur. Hoc totum est Iudææ accommodandum, quæ duas extremitates habebat, & medium vnum: vna extremitas erat ad Samariam, altera ex illa parte, vbi erant sita oppida Iudæorum, medium erat Hierosolyma. Significat propheta & Hierosolymam, & totam denique Iudæam esse deuastandam, & igne comburendam.

Ponam faciem meam in eos. Hoc est iratus eos puniam. De hoc hebraismo disseruimus capite superiore in explanatione, & in annotationibus. Vult deus significare euulsurum se esse populum Iudaicum tanquam arborem sterilem, eamque in ignem missurum. Excidentur arbores inutiles ne terram frustra occupent, vt de ficu infructuosa apud Eucam. Ostendit similitudo hæc animæ detrimentum, quæ est excisa à deo: nam cum nullum edat virtutis fructum secatur, & in ignem æternum proicitur

varijs cruciatibus torquenda. Intuere, quid secum deirimenti afferat peccatum: offendit deum & homines, & secum affert æterna tormenta. Sed tam turpe est, vt etsi deum lateret & homines, tamen propter eius deformitatem esset vitandum. Debet enim nobis esse persuasum, si creatorem & creaturas celare possemus, nihil tamen auarè, nihil perniciosè, nihil impudicè, nihil iniuste esse faciendum. Cum autem peccatum per se sit tetrum & turpe, & præter hoc offendat deum & homines, & pariat mortem sempiternam, quis non videt vitandum esse, & fugiendum, & penitus derestandum?

De igne egredientur, & ignis consumet eos. Idest, ex vna calamitate incident in aliam: nullus erit dolor, quo non premantur: nulla ex parte luctu leuabuntur, nec tam miserum erit quicquam, quin in eorum calamitosam vitam cadere videatur. Exhibent nonnulli ex ciuitate obsessa, dabunt se fugæ, vt vrbs tormenta euadant, sed incident in hostes, qui eos capient, & incredibilibus cruciatibus afficient. Hoc dicit propter Sedechiam regem, eiusque sectatores, qui fugientes ab vrbe, fuerunt capti à Babylonijs, & immanissimis cruciatibus lacerati. Et propter Iohannam filium Careæ, & alios, qui post vrbs euerfionem se in Aegyptum contulerunt, vbi fuerunt à Babylonijs crudeliter trucidati, & templa Aegypti incendio consumpta. Lege Ieremiam, & quartum Regum, si hoc volueris copiosè intuere. Potest etiam hoc ita explanari. De igne concupiscentiæ carnis exhibent per mortem, & ad ignem cruciatuum æternorum relegabuntur. Ignis præter communem acceptionem significat aliquando carnis concupiscentiam, vt in Prouerbijs: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo? Aliquando pœnam æternam, & ignem inferni, vt apud Esaiam: Ignis

Ierem. 43. 4. Reg. 25.

Prou. 6.

Esa. 66.

corum

corum non extinguetur. Et apud Matthæum: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Accipitur præterea pro charitate, vt apud Lucam: Ignem veni mittere in terram. Pro ipso deo vt in Deuteronomio: Deus vester ignis consumens est. Pro euangelio, vt apud Ieremiam: Dedi verba mea in ore tuo in ignem. Pro calamitate, vt apud Malachiam: Ipse enim quasi ignis conflans. Pro angelis, vt apud psalmographum, & diuim Paulum: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Pro auaritia, vt apud Michæam: Adhuc ignis in domo impij. Pro iracundia, vt in psalmo: Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Pro tentatione dæmonum, vt apud diuum Paulum: In omnibus sumetes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hoc autem loco Ezechielis pro calamitate meo quidem iudicio accipitur. Non est enim infrequens capi ignem pro dolore & molestia etiam apud authores humanos. vnde natum est tritum illud Prouerbum: Ignem igni ne addas. Et illud: Ignis non extinguitur igne: etiam si in hoc secundo prouerbio ignis possit accipi pro ira, vt sit sensus: Ira non curatur ira, sed lenitate, ex candescencia vincitur mansuetudine & tolerantia.

Eo quod prauaricatores extiterint. Quoniam legem meam violauerunt, & pro nihilo putarunt. Populus Israeliticus cum deo obtemperabat, cum in illo diuinum quoddam fidei & religionis lumen mirabiliter elucebat, fuit magnam nominis celebritatem consecutus, & in ore hominum cum gloria & dignitate versatus. At postquam virtuti nuntium remisit, & diuina lege penitus repudiata & contempta idolorum Gentium cultui adhæsit, seque omnium vitiorum genere contaminauit, fuit à deo acerbissimis calamitatibus oppressus, & ab omnibus irrisus, & in sabulam tra-

ductus. Viderunt infelices illi Iudæi ciuitatem suam euerfam, domos suas funditus deletas, templum suum incendijs flammis consumptum, opes suas direptioni commissas, corpora sua cruciatibus infecta, filios suos, parentes, amicos, & propinquos passim interfectos, vias plenas sanguine, & in illis montes cadauerum, viduas deplorantes, & virgines ac matronas sparsis capillis aere lamentis, gemitibus, tristibusque lachrymis adimplentes. Versabantur in gemitu patriæ suæ, & in afflictorum miserrimis querelis. Oculi augebant dolorem, quia ea, quæ cæteri audiunt, intueri cogebantur, nec auertere ab erunis, & Cladibus, & incendijs, & lachrymis cogitationem sinebant. His miseris lacerati, in vincula coniecti fuerunt, & in chaldæam traducti, exceptis his, qui fugerunt in Aegyptum, vbi fuerunt gladio Babylonicorum traditi, & immanissimè interfecti. Et qui in sua perfidia & impietate migrarunt è vita, fuerunt in horribiles tenebras relegati, & in inferno sepulti, vbi in æternum cruciabuntur. Aspice peccati pœnam, & scelerum aduersus deum admissorum terribilem effectum. Deus ille, qui se Iudæis pium ostenderat, qui eos per mare rubrum mirabiliter euexerat, qui eos filios vocauerat, fueratque summo favore prosecutus, postea se illis iratum ostendit, & furorem suum in illis exercuit. Sed dices: Nonne deus est immutabilis? Est quidem: ipse enim ait per diuinum suum vatem Malachiam: Ego dominus, & non mutor. Sed cum deus dicitur mutare voluntatem, vt quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus, illi potius mutantur, quam ipse, & eum quodammodo mutatum in ijs, quæ patiuntur, inueniunt. Quemadmodum sol, qui sanis oculis gratus erat, ipsis morbo laborantibus molestus efficitur, cum ipse apud seipsum maneat semper idem, qui fuit, sic deus, qui benignis be-

Exo. 4. Exo. 14. Ose. 11. Esa. 1.

Malach. 3.

simile.

nignus ostendebatur, & misericordibus misericors, ipsis in flagitia incidentibus, & immanitatis ægritudine laborantibus iratus apparet, cum ipse sit idē deus immutabilis, qui antea erat. Vides igitur talem se deum gerere erga homines, quales sunt ipsi. Id intelligēs regius vates aiebat. Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Ac si diceret: Iustus es domine, nam bonos beneficijs afficis, improbos verò dignis pœnis. Et licet alij aliter hunc psalmū interpretentur, tamen diuus Athanasius, & Theodoretus asserunt, voluisse Dauidem ijs verbis significare, qualem quisque se ostenderit, talem aduersus eum se deum ostendere.

Quare in illum, qui iustitiam coluerit & pietatem, conferet deus magna beneficia, in eum verò, qui iura diuina & humana peruerterit, seuerus ac acerbus existet, ita vt peruersus existimet deum aduersus se peruersè agere, cum tamen iustissimè agat. Vt speculum, quicquid obijcias, refert, si te placidum & benignum illi ostendis, placidum & benignum se tibi ostendit, si verò iratus es, & exagitatus excandescit, vultum speculi sentis similiter trucem, & furore commotum, cum tamen speculum sit vnum atque idem: sic cum deus sit vnus semper idem, immutabilis, & sempiternus, et vt dicitur in libro Sapiētię, speculum sine macula, modò comparatur agno mansueto, modò leoni terribili. De eo ait Esaias: Sicut ouis ad occisionem ductus est, et tanquam agnus coram tondente se obmutescet. Et diuus Ioannes Baptista: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ipse de seipso: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Vide eius mansuetudinem. At de illo ait Esaias: Iratus est furor domini in populum suum.

Et paulò post: Rugitus eius vt leonis. Et Amos: Leo rugiet, quis non timebit? Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Vicit leo de tribu Iuda. Esse deum misericordem erga misericordes asserit ipse, dicens: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

De immanibus autem asserit diuus Iacobus: Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Nonne aspicias quàm variè se deus ostendat, nimirum misericordibus misericordē, crudelibus seuerum. Apud Mattheum ait dominus dicturum se esse bonis in vltimo iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. Impijs verò. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. esuriui enim, & non dedistis mihi manducare &c.

Eam ob causam Christus deus noster se in euangelio cum varijs rebus comparauit: aliquando se pastorem vocat, aliquando agricolam, modò hominem, modò patrem familias: nunc regem potentem rationē cum seruis suis, præmio afficientem fideles, damnantem verò ingratos, nunc regem omnes ad nuptias & prandium inuitantem. Ita enim ipse ait apud Matthæum: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Rex hic ideo vocatur homo, vt eius benignitas, & misericordia ostendatur: sed paulò post dicitur: Rex autem cum audisset, iratus est. Modò vocatur benignus, modo iratus, & quando ostenditur iratus, non dicitur homo rex, vt antea, sed rex tantummodò. Præterea appellatur Christus in literis diuinis admirabilis, germen, iustus, decorus, speciosus forma, Iesus, Messias, saluator, salus, salutare, petra, lapis angularis, consiliarius, fortis, sol, dilectus, dux, gygas, sponsus, oriens, princeps pacis, pa-

Amos.3.

Mat.5.

Iacob.2.

Mat.25.

Ioan.10.

Mat.13.

Luc.8.

Mat.25.

Luc.14.

Mat.20.

Mat.21.

Mat.18.

Luc.19.

Mat.22.

Psal.17.

simile.

Sap.7.

Esa.53.

Ioan.1.

Mat.11.

Esa.5.

pater futuri seculi, dominus, pontifex, medicus, Emanuel, Aquila, mediator, fons aquę viuę, fructus terrę, panis vitę, via, veritas, vita, lux, radix Iesse, velox spoliator, & alijs nominibus se passim offerentibus ijs, qui sacras literas attentè scrutantur. Intueris igitur eundem esse deum semper immutabilem, qui populum Hebræorum ad magnam dignitatem adduxit, & ad summam ignominiam abiecit. Idem est ille, qui eum in terra promissionis collocavit, & qui eum in Babylonicam captiuitatem coniecit: quibus in rebus deus & misericordiam suam ostendit & iustitiam, semper vnus atque idē. Qua de re ea poteris videre, quę supra diximus capite quinto, verba illa explanantes: Et complebo furorem meum.

Annotations ex hebræo in caput XV.

Vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Pro vtraque parte vertit Aquila, duo nouissima eius. Symmachus, duas summitates eius. Quem sequitur Pagninus. Alij vertunt, duas extremitates. Quod in idem recidit. Vult significare propheta, Iudæam instar ligni tres partes habuisse, nimirum duo extrema, & vnum medium, quod erat Hierosolyma: quę partes omnes instar vitis aridę coniectę in ignem erant simul absumendę. Septuaginta verò interpretes habent: Annuam purgationem eius consumit ignis, & dimittit in finem. Quorum verborum hic est sensus: Quemadmodum aurum purgatur igne, ita populus

Israelis afflictione, non breui & parui temporis, sed longa & annua. Quę afflictio ideo eos igne repurgat, vt ad finem, hoc est, ad deum mittat, qui est finis, ad quem debent dirigi non solum actus nostri, sed mentis cogitationes. Ad hunc finem dirigebat regius vates hymnos suos, quibus loco tituli præponebat lamnatseach, pro quo septuaginta trastrulerunt: εις το τέλος, hoc est, in finem. De eo ait diuus Paulus in epistola ad Romanos: Finis legis Christus est. Hebræi illi deum offendere conabantur, deus autem eos calamitatibus premebat, vt scelus suum cognoscentes illud detestarentur, seque ad dominum conuerterent.

Quomodo lignum vitis inter ligna sylvarum. Pro ligno est in hebræo: **V** ets, quod significat idolum, vt apud Oseam: Populus meus in ligno suo interrogauit. Hoc est, populus Israeliticus ab idolo oracula quęsiuit. Significat crucem, vt apud Ieremiam: Mittamus lignum in panem eius. Ac si dicerent Iudæi: Ponamus crucem in humeris eius, qui ait se esse panem vitę. Accipitur pro incarnata dei sapientia, vt in Prouerbis. Lignum vitę ijs, qui apprehenderint eam. Capitur pro arbore, vt in libro Genesis: Lignum vitę in medio paradisi. Et in psalmo: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Hoc est, erit vir iustus instar arboris fecundę satę ad vberrimos fontes, rigatus sacre doctrinę fluminibus, & vberrimos virtutum fructus producens. Solent diuinę literę homines cum arboribus comparare, vt apud Ezechielem: Ego dominus humilians lignum sublime, & extuli lignum humile. Et hoc loco, ybi per ligna & Iudæos intelligit, & gentes. Et apud Matthæum: Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quem-

Rom.10.

Ose.4.

Ierem.11.

Ioan.6.

Prouer.3.

Genes.2.

Psal.1.

Infra.17.

Mat.7.

simile.

Quis admō

admodum furculus arboris fructiferæ
 insitus in trunco & stipite arboris agre-
 stis eam trahit ad naturam suam, vt iam
 alia folia, & alios fructus ferat, sic Chri-
 sti doctrina insita in anima nostra steri-
 li, eam mutat, & ad seipsam traducit &
 conuertit, vt iam alia verborum folia,
 alios virtutum fructus producamus.
 Sed necesse est, vt ramos peccatorum
 nostrorum amputemus, quò in nobis
 Christus inseratur: & ita lætissimos fru-
 ctus feremus. Arbor bona quatenus bo-
 na non potest malos fructus ferre, nec
 mala quatenus talis bonos. Nemo simul
 & turpibus voluptatibus oblectatur, &
 cœlestibus gaudijs perfunditur: nemo
 simul est & rerum diuinarum contem-
 plationi deditus, & carnis prudentiæ in-
 tentus: nō simul miscentur vera vanis,
 eterna caducis, spiritualia corporalibus,
 summa imis, vt pariter sapias, quæ sur-
 sum sunt, & quæ super terram, vt pariter
 feras fructū bonum & malū, vt pariter
 sis sterilis, & fœcundus. Si mundū dili-
 gis, infructuosus es, si deum, fructuosus:
 ipse enim ait: Qui manet in me, & ego
 in eo, hic fert fructum multū. Qui autē
 virtutis fructum non tulerit, dabitur, vt
 hoc loco ait Ezechiel, igni ad deuoran-
 dum, vt nō solum igne calamitatum in
 hac vita, sed igne æternorū cruciatuum
 in altera torqueatur.

Argumentum capitis. XVI.



*Narraturus diuinus vates
 Iudæorū flagitia, primū
 dei erga eos beneficia com-
 memorat. Inuehitur in eo-
 rum ingratitude, perfidiam, & im-
 piam superstitionem, qui deo vero contē-
 pto, qui in eos summa contulerat benefi-
 cia, falsos ac commentitios Centium
 deos coluerunt. Minatur eis ferrum
 & flammam, vaticinans de iustis pœ-*

*nis, quas erant daturi, suorum seclerū,
 quæ indicat esse tam graua, vt eorum
 comparatione impia Barbarorum infi-
 delium facinora iustificentur. At in
 fine capitis aperit mysterium instaura-
 tionis humanæ per Christum deum no-
 strum, qui à cœli fastigio delapsus, ad
 terram descendens, humanam induit
 formam, vt hominum animos, qui in ca-
 ligrine versabantur, diuino lumine lu-
 straret.*

Caput. XVI.



Factus est sermo do-
 mini ad me dicens: Fi-
 li hominis notas fac
 Ierusalē abominatio-
 nes tuas, & dices: Hæc dicit domi-
 nus deus Ierusalem: Radix tua, &
 generatio tua de terra Chanaan: pa-
 ter tuus Amorrhæus, & mater tua
 Cethæa. Et quando nata es, in die
 ortus tui non est præcisus umbili-
 cus tuus, & aqua non es lota in salu-
 tem, nec sale salita, nec inuoluta pā-
 nis. Non pepercit super te oculus,
 vt faceret tibi vnum de his miser-
 tus tui: sed proiecta es super faciem
 terræ in abiectioe animæ tuæ, in
 die, qua nata es. Transiens au-
 tem per te vidi te conculcatam in
 sanguine tuo: & dixi tibi, cum es-
 ses in sanguine tuo: viue. Dixi in-
 quam tibi in sanguine tuo: viue.
 Multiplicaram quasi germen agri
 dedi te, & multiplicata es, &
 grandis effecta, & ingressa es, &
 per-

EXPLANATIO.

peruenisti ad mundum muliebrē.
 Vbera tua intumuerunt, & pilus
 tuus germinauit, & eras nuda, &
 confusionis plena. Et trāsui per te,
 & vidi te, & ecce tempus tuum tē-
 pus amantium. Et expandi ami-
 ctum meū super te, & operui igno-
 miniam tuam. Et iuraui tibi, ingres-
 sus sum pactum tecum, ait domi-
 nus deus: & facta es mihi. Et laui
 te aqua, & emundaui sanguinem
 tuum ex te: & vnxi te oleo, & ve-
 stiui te discoloribus, & calciaui te
 hyacintho: & cinxi te bysso, & in-
 dui te subtilibus, & ornaui te or-
 namento. Et dedi armillas in mani-
 bus tuis, & torquem circa collum
 tuum, & dedi in aurem super os
 tuum, & circulos auribus tuis, &
 coronam decoris in capite tuo. Et
 ornata es auro & argento, & vesti-
 ta es bysso & polymito, & multis
 coloribus. Similam, & mel, & oleū
 comedisti, & decora facta es vehe-
 menter nimis. Et profecisti in re-
 gnum, & egressum est nomē tuum
 in gentes propter speciem tuam,
 quia perfecta eras in decore meo,
 quem posueram super te, dicit do-
 minus deus. Et habens fiduciam in
 pulchritudine tua fornicata es in
 nomine tuo, & exposuisti fornica-
 tionem tuam omni transeunti, vt
 eius fieres. Et sumens de vesti-
 mentis tuis fecisti tibi excelsa hinc
 inde cōsuta, & fornicata es super
 eis, sicut non est factum, nec futu-
 rum est.

Oras fac Ierusalem abominationes suas.

N hoc est, explica populo Israeliti-
 co, ei que in memoriam reuoca flagitia
 sua. Eodem modo dicebat deus Esaiæ:
 Annuntia populo meo scelera eorū, &
 domui Iacob peccata eorū. Per populū
 suū, & per domū Iacob apud Esaiam, &
 per Ierusalē hinc apud Ezechielē idem
 intelligit. Vbi aspicias munus esse cōcio-
 natorū clamare, & populi scelera repre-
 hendere. Ideo Christus eos comparat
 cū sale dicens: Vos estis sal terræ. Et Sa-
 lomō in Ecclesiaste: Verba sapientiū
 sicut stimuli. Quemadmodū in omni sa-
 crificio ponebatur sal, vt est Levitici li-
 teris consignatū, ita in omni concione
 debet esse aliqua reprehensio cū debita
 proportione. Id intelligens Chrysologus
 aiebat: Omnium ciborū sal est salubre
 condimentū, nisi desit mēsurā: alioquin
 si sine modo est, & ipse perit, & quod sa-
 lierit, perdidit: amaratur enim nimietas,
 quod cōdideret mēsurā. Sed sal non erit,
 qui ea reprehenderit vitia, quibus ipse
 est imbutus & inquinatus. Sal cōficatur
 ex aqua maris, sed quandiu est in mari,
 non est sal. Oportet egredi ē mari, & pe-
 netrare terram, vt in fossis marinis exi-
 stens, radijs solis superuenientibus, &
 flatu aeris spirante, aqua illa condense-
 tur, & in salem cōuertatur. Mundus hic
 mare est: quandiu in mundo versatur,
 tumidis suæ superbiz fluctibus traditi,
 æstibus suæ mutabilitatis accedentibus
 & recedentibus exagitati, amarissimis
 suorum scelerum vndis submersi, sal ad
 huc non sumus. Egressuri sumus ē mun-
 do, & terram, hoc est nos ipsos penetra-
 turi, nostram imbecillitatem & mise-
 riam considerantes, & ita iterueniente
 radio solis iustitiz, & spirante diuina
 gratia, erimus fauore splendoris diui-
 ni illustrati, & in salem admirabilem
 conuersi. Et tunc in aliorum scelera in-
 uehemur, moderatē tamen, vt par est,
 sed exclamantes, & aduersus crimina
 præ-

præsertim aperta vocem extollentes. Ita enim ait per Ioëlem prophetâ deus: Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ. Et per Esaiam: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuâ. Hoc vult diuina scriptura significare, cum afferit præcepisse deum Moyfi, vt faceret duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocaret multitudinem, cum essent castra mouenda. Incitabatur enim populus illarum sonitu ad bellum, & ad festos etiam dies celebrandos, quibus deo sacrificia offerébantur. Eodem modo concionator vocare debet peccatores ad amouenda castra sua à mundo, languentem labentemque populum ab errore deducere, & ad decus excitare, dicens cum Esaiâ: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum. Et cum Ioanne in Apocalypsi: Fugite popule meus de medio Babylonis, ne participes sitis delictorum eius. Ac si diceret: Amouete & separate vos à rebus mundi caducis & vanis, relinquite eius flagitia, & castra vestra per sanctam cogitationem, primumque animi affectum in cælo collocare. Debet enim euangelicus concionator auditores aduersus animæ hostes præparare, & exemplo suo incitare. Ita diuus Paulus in epistola ad Ephesios. Induite vos, inquit, armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus mundi carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Et in epistola ad Romanos Induamur arma lucis. Et in prima ad Corinthios: Ego sic pugno, non quasi aerem verberans. Et in secunda: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitio-num: Et in prima ad Timotheum: Hoc præceptum comendo tibi, vt milites in illis bonam militiam. Est enim, vt ver-

bis vtat Iob, vita hominis militia super terram. Debet itaque prudens concionator auditores ad pugnam invitare, & eorum etiam animos desiderio cœlestis patriæ incendere exemplo Christi, & sanctorum, qui bona illius miris laudibus extulerunt, de quibus ait Paulus in prima ad Corinthios: Oculi non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt ea, quæ præparauit deus ijs, qui diligunt illum. Et in epistola ad Hebræos: Festinemus ingredi in illam requiem. In primis tamen dabit operam concionator verbi dei, vt vitia vituperet, & ex animis auditorum quantum potuerit, radicatus euellat. Quemadmodum prudens agricola prius carduos, sentes, & venenosas atque syluescentes herbas ex agris extrahit, & radicatus euellit, & postea illis semina mandat, sic sapiens doctor prius vitia extirpare debet, & animos colere, atque ex illis pro viribus scelera radicatus extrahere, vt illos præparet ad satus accipiendos, eaque seminet, quæ adulta, fructus vberimos ferant. Et licet virtus improbis hominibus videatur horrida & amara, cum ipsa sit pulchra & suavis, nihil tamen est tam asperum & difficile, quod dicendo non fiat lenè & facile, nihil tam obscurum & incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Si hoc ita se habet in rebus incredibilibus, quanto magis in rebus certissimis, ipsius sempiternæ veritatis testimonio comprobatis? Excitent igitur concionatores populum ad virtutes, & notas ei faciât abominaciones suas, quemadmodum hoc loco deus Ezechieli illius temporis concionatori faciendum præcepit. Accipitur hinc Hierosolyma p̄ habitatoribus eius metonymicôs, vt apud Matthæum: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas.

Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Id est, origo tua & patria tua

est

Genes. 12. 17
et. 25. 33.

est terra Chanaan: ex qua velut è radice produisti. Nam in regione illa habitauit Abraham, ibi natus est filius eius Isaac, & nepos eius Iacob pater duodecim patriarcharum.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Hoc est, tanta est iniquitas tua, vt videaris genita ex parentibus infidelibus, omniumque scelerum colluione contaminatis. Amorrhæi & Cethæi fuerunt immanitate barbari, à veri dei cultu penitus alienati, & incredibilibus flagitijs polluti. Harum nationum vocat deus filiam synagogam Iudæorum, non quod ita esset per naturam, sed per imitationem. Eodem modo pharisæos appellat Christus genimina viperarum. Et gloriantibus illis se patrem habere Abraham dixit: Vos ex patre diabolo estis. Eum locum explicans Cyrillus, ait: Cōsuetudinis est sacræ scripturæ ex imitatione vel similitudine filios appellare, vt hinc. Quia enim Iudæi imitati fuerant iniquitates Amorrhæorum, & Cethæorum, inde parentes eos habuisse dicuntur, de quibus per scelerum propaginē nascerentur, & cum quibus pro simili scelere damnarentur. Hæc ille. Vides igitur quemadmodum dominus Iudæorum gloriam inanem illam, & inutilem confregit, qui se vanè iactabāt ab Abrahamo omni sapientia & virtute præstari genus suum ducere. Quid prodest riuuulo fluere ex puro & salutari fonte, si ipse est spurcitia plenus, corruptus, & omni ex parte contaminatus? Eodem modo quid prodest filio nobilitas patris, & stemma maiorum, si ipse est vitij omnibus imbutus, & veneno flagitiorum infectus? Qui non est ob facta sua cognitus, qui ex operibus suis nulla est laude celebratus, quam claritatem & nominis amplitudinem putat adipisci, si aliorum res gestas, & præclaras virtutes sibi iactabundus arroget? Quæ admodum Aesopicus graculus pulchris aliarum auium plumis indutus, pulchri

tudinem sibi vanè assumebat, sed exutus mansit irrisus, & propria nigredine affectus; cum quælibet auium suam ab eo pennam sustulisset, sic qui maiorum suorum rebus præclare gestis gloriantur, aliorum bonis sese venditant, & nobilitatem alienam sibi vsurpant, cum nulla sint propria virtute muniti, exuunt ignominiosè in foro aliena indumenta. Et, vt verbis vtat Horatij, moueat cornicula risum, furtiuus nudata coloribus. Illustrius est proprijs virtutibus & rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti. Ex terra fertili producitur aliquando cicuta venenosa, & ex terra sterili nascitur pretiosum aurum. Qui maioribus suis honestate propria prælucent, vt si prius noti non fuerint, ab illis accipiant initium memoriæ suæ, sunt magnis laudibus efferendi: contra verò qui vita turpiter acta magnas suis obfundunt tenebras, vt etiam si nobilitate floruerint, veniāt in obliuionem, sunt acriter vituperandi. Si filij Abraham estis, dicebat Christus Iudæis stirpe sua gloriantibus, opera Abraham facite. Erant quidem illi natura filij Abraham, sed imitatione filij Amorrhæi & Cethæi. Amorrhæi & Cethæi terram illam Chanaan quondam coluerant, & Iudæi eorum impietatem imitari voluerunt. Poteris per Chanaan mundum intelligere, Chanaan enim idem est quod commutatio, & mundus nunquam in eodem statu permanet: Amorrhæus, qui amarum sonat, diabolus est, cuius inuidia mors intravit in orbem terrarum: qui imitatione pater dicitur impiorum. Huius domus est mundus, cuius ille princeps appellatur. Hæc est domus illa, de qua dicitur in psalmo: Obliviscere populum tuum, & domum patris tui. Ac si dicat sponsus sponsæ suæ, hoc est Christus animæ sibi deuotæ: Trāsfunde in me omnem amorem tuum, omnia que illa delet obliuio, quæ antea vano prosequeris affectu.

Obliviscere

simile.

Obluiscere populum impiorum, excidar tibi ex animo memoria mundi, qui est domus Amorrhæi, quondam patris tui. Cethæa, quæ sonat contractam, affectio est corrupta, quæ hominem confringit, & intra seipsam varijs appetitibus conscindit, ex qua perturbationes propè infinitæ dimanant. Vt enim ex luna, vt ex philosophorum sententia cōstare videmus, procedūt maris estus, & perpetui fluctus, & procellæ, sic ex deprauata affectione prodeunt animi cōmotiones, contentiones, impiæ cupiditates, & turbidi inquietudinū fluctus. Hanc Cethæam improbi homines sequuntur, quam ob causam eius filij vocantur.

Non est præcisus vmbilicistuus. Solent obfretices præcindere vmbilicum infantulis nascentibus, eorum corpusculare purgare à sanguine & sordibus aqua tepida, vt faciliè eorum membra componantur: & cutem sale solidare, & pannis inuoluere. Comparans autem deus synagogam cum infantula nuper nata ait omnia hæc ei defuisse, sed ipsum eam vt infantulam expositam & eiectam, iacentem in terra suo sanguine inuolutā, & pedibus conculcatam, eripuisse, & nutriuisse, & in magna dignitate collocasse. Iacebat populus Iudaicus in Aegypto abiectus & contemptus, & deus eum inde mirabiliter eripuit, & sanctis legibus, atque insignibus victorij de infidelibus reportatis, alijsque immortalibus beneficijs illustrauit, & ad summam amplitudinem perduxit. Cæterum negatione excisionis vmbilici significat propheta populum illum non fuisse penitus ab idolorum cultu se paratum, nam statim post transitum maris rubri coluit vitulum, & impijs Gentium superstitionibus sæpenumero adhæsit. Dicens non fuisse synagogam lotam aqua, significat eius duritiē, quæ insignes flagitiorum maculas & sordes animo conceptas lachrymarum a-

bundantia non deletat. Dicens non fuisse sale conditam, innuit, fuisse multoties saluari sapiētia destitutam, quia ipsa eam repellebat. Etsi enim aliqui essent ex Iudæis sapientia & charitate præstantes, frequens tamen populus sæpenumerò in errores incidebat. Dicens non fuisse indutam pannis, indicat, fuisse sæpe virtutum indumentis nudatam. Poteris per negationē præcisionis vmbilici Iudæorum incontinentiam intelligere, iuxta id, quod de fœmina dicitur in libro Iob: Virtus illius in vmbilico ventris eius. Per lotionem aquæ baptismum, quem Iudæi recipere noluerunt. Per vestem charitatem, de qua ait Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Et diuus Paulus: Induimini dominum Iesum Christum, Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Hic sol Christus est, sol iustitiæ, deus noster.

Non pepercit super te oculus. Offenso à te deo non inueniebatur, qui te oculo pietatis aspiceret, vt in te aliquod ex ijs beneficijs conferret.

In abiectioe animæ tuæ. Idest, in contemptu vitæ tuæ. Ac si dicat: Eras penitus spreta.

Transiens autem. Loquitur scriptura de deo more hominis transeuntis, qui videns infantulam eiectam & expositam in via miseretur eius, cum tamen deus non moueatur de loco ad locum: ipse enim ait: Ego dominus & non mutor. Fortassè alludit hoc loco deus ad verba illa Exodi: Transibit enim dominus percutiens Aegyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus. Sed aduerte. Si deus tot beneficia confert transiens, quid faciet sedens? Vide quid dicat euangelium: Cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Transibat, & hominem oculis

oculis misericordiæ suæ aspiciens, eum vocauit.

Vidi te. Subaudi oculis pietatis.

Vine. Non solum loquitur de vita naturæ, sed etiam gratiæ.

Multiplicatam. Idest, auctam prole, opibus, & dignitatibus.

Ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. Idest, accessisti ad ætatem, qua solent puellæ nobiles ornari. Mundus muliebris est ornatus fœminarum, veluti speculum, inaures, anuli, armillæ, gemmæ, monilia. Sensus est: fuisisti infantula eiecta, & pauperrima, sed meo beneficio creuisti, & peruenisti ad annos pubertatis, quando iam puellæ maturæ viro solent ornamentis muliebribus muniri. Et facta es nobilis, & versata es in omnium ore cum gloria & dignitate: & duxi te in sponsam. Et tu me relicto, à quo innumera acceperas beneficia, multa commisisti adulteria, adhærens idolorum cultui. Quot enim deos coluisti, tot adulteria perpetrasti. Hac metaphora explicat deus suam erga synagogam pietatem, eiusque erga eum ingratitudinem. Symmachus habet: Peruenisti ad ornamentum mulierum. Pagninus: Ingressa es ad ornamentum ornamentorum.

Et eras nuda. Hoc ideo ait, vt intelligant Iudæi à deo fuisse omnino bona, quæ habuerunt. Nudi erant, sed deus eos induit virtutibus, & bonis spiritus, & corporis. Quid habes, inquit Paulus, quod non accepisti?

Tempus tuum tempus amantium. Quando puellæ solent amatorijs leuitatibus deliniri: Veneras ad ætatem nuptijs aptam.

Expandi amictum meum super te. Hoc est, te nudam tui pallio meo.

Et iuravi tibi. Idest, iuravi me ipsum esse te ducturum: & inij tecum fœdus.

Et lauite. Eras o synagoga contaminata sanguine, hoc est, contaminata peccatis, & ego te abluui ab illis. Capiti san-

guinem pro peccato indicat Dauid, dicens: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Ita appellat cædis & adulterij scelera detestabilia, quæ commiserat, cum stuprum Bersabeæ, eiusque viro mortem tulit. Aqua hæc, qua deus lauit synagogam, est infusio spiritus sancti. Ita enim ait Christus apud Ioannem: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Interpretans autem euangelista, quid per hanc aquam significetur, ait: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Vel laui te aqua, hoc est scientia legis, dans tibi sacram scripturam. Accipi autem aquam pro legis sapientia indicat Ecclesiasticus, dicens: Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Vel laui te aqua, idest afflictione, in quam significationem accipitur à psalmographo dicente: Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et iterum: Libera me de aquis multis.

Vnxi te oleo. Subaudi gratiæ meæ. Oleum lætitiæ est diuina gratia, vt in psalmo: Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur: qui secundum humanitatem habet participes, quorum ipse caput est, quibus gratiam impertit, quam præ omnibus habet opulentissimam. At secundum diuinitatem tales participes non habet, cum deus sit, & deus vnus solus sit. Et si in diuinis tres sunt personæ, tamen vna est essentia, vna diuinitas, vna substantia. Vel sic: Cum essēs in Aegypto inter barbaros & immanes homines nutrita, eras etiam immanitate affecta, à qua ego te abduxij, vngens te oleo pietatis & misericordiæ, vt essēs miris & lenis, essetque humanitas tua omnibus perspecta & explorata. Oleum enim pro misericordia sæpe accipitur: superfertur namque cæteris liquoribus, atque

atque supernatat: ita misericordia supereminet dei operibus, & plus cæteris in homine elucescit. Ita intelligitur locus illæ psalmistæ: Et miserationes eius super omnia opera eius. Ideo dicebat idem propheta: Impinguasti in oleo caput meum. Vbi Didymus ait accipi caput pro mente. Et tunc est sensus: Tu domine animam meam oleo misericordiarum pinguem fecisti. Quemadmodum oleum lucem nutrit, & faciem exhilarat, sic misericordia lumen animi fouet, & alios reficit & letificat. Eam ob causam præcipiebat deus, ut altare holocausti, & omnia vasa oleo consecrarentur: vult enim, ut omnia opera nostra misericordia condantur. Reddens Christus causam apud Matthæum, cur iusti cœlestem gloriam consequantur, opera misericordiarum connumerat. Id voluit diuina scriptura significare, quando ait, fecisse Salomonem in ingressu oraculi duo ostia de lignis oliuarum. Oraculum illud, & sanctum sanctorum figura erat cœlestis patriæ, ut asserit in epistola ad Hebræos diuus Paulus. Portæ autem, quibus ad illam ingredimur, opera misericordiarum sunt in charitate conflata: quæ ideo oliuarum dicuntur, quia per oleum & oliuam misericordia significatur. Quo oleo deus hoc loco ait synagogam olim unxisse. Quidam ita hunc locum interpretantur: Laui te aqua in baptismo, & mundaui te à sanguine peccatorum, & unxi te oleo chrismatis. Tunc ornata fuisti auro gratiarum, & argento præclaræ famæ, & virtutum ornamentis ac monilibus decorata: quibus gloriam consequeris æternam. Hæc sunt beneficia, quæ Christus deus noster contulit in Hebræos, quæ nonnulli ex illis acceperunt, etiam si plerique ea contempserunt, & pro nihilo putarunt.

Vestite de discoloribus. Id est, vestibus acupictis. Ac si diceret: Ego te indui varijs virtutum ornamentis. De ecclesia dicitur in psalmo: Omnis gloria eius filiarum

regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietate: vbi per aurum & pretiosas ac varias vestes præclaræ, multæ, ac variæ virtutes significantur. Vel per hos varios pannorum colores intellige cortinas tabernaculi, quæ erant pluribus coloribus ornata, & per partem totum tabernaculum, ut sit synecdoche figura, veluti quando ait scriptura diuina: Erant omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta. vbi capitur anima pro homine, pars pro toto. Et aliquando caro pro toto homine. ut Verbum caro factum est. Vult deus significare dedisse synagogæ post cultum vituli cõflatis tabernaculum fœderis & reconciliationis.

Et calciaui te hyacintho. Id est, dedi tibi calceamenta ex hyacintho pretioso. Quasi dicat: Calciaui te pace. De ijs calceis ait diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Qui habet pacem calciatus est: sed pax hæc debet esse dei, non mundi: pax cum virtute, non cum vitio. Ideo non ait: Calciaui te corijs animalium mortuorum, nam talia calceamenta pacem mundi, & amorem rerum caducarum significant, sed hyacintho pretioso cœlum quodammodo referente. De calceamentis mortuorum animalium dicebat deus: Solue calceamentum de pedibus tuis. Hoc est, solue mortiferas cogitationes ab affectibus tuis: aufer à desiderijs tuis, ab anima tua labe mortuorum pecorum, crimina mortem animæ inferentia. Per pedes, quibus corpus mouetur, intelliguntur affectus, quibus anima ambulat, & mouetur. Eam ob causam dicebat Christus discipulis suis: Nolite portare calceamenta. Non enim hoc solum de pedibus corporis intelligitur, sed etiam de animæ affectibus. Prohibebat deus illis animalium mortuorum, non autem hyacinthi calceamenta. Vel accipitur hic calceamentum hyacinthi pro toto ornamento sacer-

Exo. 28.

cerdotis: erat namque hyacinthus in veste sacerdotali, ut patet ex libro Exodi. Et tunc est sensus: Dedi tibi vestes sacerdotales, & sacerdotes, qui pro populo funderent ad me preces. Hyacinthus est gemma colore habens amethysto non ab similem, hoc est, rubeum. Capitur etiam pro flore quodam, quem appellant violam, purpurei, sed subobscuri coloris. Philo Platonius ait per hyacinthum significari cœlum, seu cœlestia. Ideo potest esse sensus, ut dicat deus. In pedibus tuis in affectibus animæ tuæ posui cœlestia, quæ cogitares, ad quæ aspirares, quorum amore incedereris. Fortasse per calceamina hyacinthina intelligit calceos colore hyacinthino affectos. Sunt tamen nonnulli qui per hyacinthum hoc loco nec gemmam intelligant, nec florem, nec colorem, sed corium taxi: est autem taxus animal quoddam syluestre, infestum aluearibus, cuius pellem aiunt esse ad calceos accommodatissimam: quod à Lusitanis appellatur texugo.

Luc. 12.

Cinxite bysso. Hoc est, præcinxite renes tuos zona byssina. Quasi dicat: Dedi tibi castitatem. Iuxta illud: Sint lumbi vestri præcincti.

Exo. 28.

Indui te subtilibus. Dedi tibi acutissimum intellectum. Quidam per byssum & subtilia intelligunt vestes pontificis, quæ erant ex bysso subtiliter confectæ: ut patet ex libro Exodi.

Gen. 24.

Dedi armillas in manibus tuis. Per armillas in manibus intelliguntur bona opera. Seruus Abrahæ inueniens Rebeckam ad fontem, aquam haurientem, eamque tribuentem hominibus & camelis, dedit ei armillas brachiorum & inares. Et hæc fuit sponsa Isaac filij domini sui. Missus est Gabriel angelus à deo patre ad querendam sponsam filij sui Isaac, & inuenit eam largientem aquas, hoc est gratiam impetratam, eamque inter homines & camelos hoc est inter iustos & peccatores diuidente: Inuenit prope fontem diuinæ bonitatis dispensatricem gratiarum,

Luc. 1.

per aquam illam significatam, de qua dixerat Esaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. De qua dicebat Christus: Aqua, quam ego dabo, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. Et in Apocalypsi: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Hæc virgo sacratissima fuit sponsa & mater Christi, veri illius Isaac, qui humeris tulit lignum, quo erat immolatus. Hæc est gratiarum petrix, cui debemus offerre brachialia & inares, hoc est, opera & preces.

Et torquem circa collum tuum. Per torquem circa collum significatur abstinentia, per monile saper os silentium, per circulos aurium preces, & auditus verbi dei, per coronam decoram in capite victoria aduersus vitia, & præmiū virtutis. Sed omnia hæc amisit synagoga ob suorum scelerum magnitudinem: ut est apud Esaiam capite tertio.

Esai. 3.

Et ornata es auro & argento. Id est, charitate & eloquentia. Est enim charitas aurum illud, de quo ait deus apud Ioanem in Apocalypsi: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias. Eloquentia autem est numus ille argenteus Deo oblatus, de quo loquebatur Deus libro primo Regum: & tuba argentea ductilis, de qua agitur libro Numerorum decimo.

Apoc. 3.

1 Reg. 2.

Num. 10.

Vestira es bysso & polymito. Pro quo antea dixerat: Cinxite te bysso, & indui te subtilibus. Vestis polymita est varijs coloribus affecta. Dicitur polymita, id est multis licijs contexta. Tali veste indutus erat Ioseph, ut in Genesi proditum est memorie.

Genes. 27.

Similam & mel. Simila est flos farinæ triticæ. Hoc est, dedi tibi rerum omnium abundantiam, non solum earum, quæ pertinent ad vestium ornamentum, sed earum, quæ pertinent ad victum, & delicatas epulas. Omnia tibi in terra promissionis affluenter suppeditaui.

Et profecisti in regnum. Fuisti in regnum constituta, habens reges ditissimos & potentissimos.

R tentif.

gentissimos, Dauidem, Salomonem, & alios.

Et egressum est nomen tuum in gentibus. Idest, fama tua per omnes orbis oras vagabatur. In omni hominum coetu celebrabaris. In omnibus regionibus versabatur nominis tui gloria & amplitudo. Nulla erat natio, quae non admiraretur pulchritudinem tuam, quae de tuis rebus conticesceret. Regina Saba venit e regno suo Hierosolymam visum celsitudinem & sapientiam Salomonis, ut est literis diuinis contestatum. Et de populo Israelitico dixit diuina sapientia: Et radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum decetio mea. Tanti estimabatur Salomonis sapientia, ut eius epistolae ad regem Tyri scriptae seruarentur a Tyrijs etiam tempore Flauij Iosephi, ut ipse asserit libro primo aduersus Apionem Grammaticum.

Fornicata es in nomine tuo. Coluisti varia idola, exposita es omnibus idololatriae generibus, & hoc ex vitiositate tua, ex nomine tuo, non autem ex nomine meo: tu ita voluisti, non autem ego. Vel ex nomine tuo, idest, propter famam tuam, qua gloriabar. Fiducia tua pulchritudinis & celebritatis te extulit, & ut me relinqueres, atque commentitios Gentium deos adorares, excitauit. Aspice, quam periculosa sit pulchritudo, & vana nominis celebritas, ac falsa mundi gloria. Loquor de corporis pulchritudine, quam multi efferuntur, sed vanitate decepti, ruunt praecipites in exitium sempiternum. In prouerbij ait Salomon: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Diuus Augustinus ita ait: Pulchritudo bonum dei donum nostro abusu fit malum. Ouidius primo Fastorum: Fastus inest pulchris, sequitur superbia formam. Et alibi: Lis est cum forma magna pudicitiae. Iuxta Socratis sententiam, pulchritudo est modici temporis tyrannis. Et iuxta Theophrastum est tacita deceptio. Eu-

ripides in Helena; Pulchritudo, inquit, res infelix est. Petrarca libro primo de remedijs vtriusque fortunae corpoream pulchritudinem appellat velum oculis, laqueum pedibus, viscum alis, ut non facile vera discernat, nec virtutem sequatur, nec in altum possit animo volare. Et paulo post eam ait esse hostem domesticum, raptorem quietis, materiam laboris, tormentum libidinis. Diuus Hieronymus amore corporeae pulchritudinis ait esse obliuionem rationis. Proclus Platonicus libro de anima. Anima, inquit, quae ob peruersam educationem a superno munere decidit, in simulachra pulchra incidentes, propter veram pulchritudinis ignorantiam corporeas formas admiratur & depereunt. Et satyricus ait: Rara adeo est concordia formae atque pudicitiae. Haec corporea pulchritudo, & hic exterior ornatus pepererunt Hebraeis vanitatem & superbiam, quibus tumidi & elati a deo suo defecerunt, & freti fama & nominis celebritate a vulgi opinione pendente, falsique honoris specie decepti, se penitus deformarunt, atque omnibus vere nobilitatis ornamentis destituti, in summam ignominiam inciderunt.

Exposuisti fornicationem tuam omni transenti. Fornicatio in diuinis literis accipitur sepe pro recessione a deo, & idolorum cultu, ut apud Ieremiam: Tu fornicata es cum amatoribus multis. Et paulo post: Numquid vidisti, quid fecerit auersatrix Israel? Abijt sibi met super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Hoc ideo ait, quia in montibus excelsis, & sub lignis frondosis erant statuae idolorum collocatae. Et psalmographus: Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Igitur exponere fornicationem suam omni transenti, est omnes falsos deos admittere, omnia idola colere, nullam impiam superstitionem repudiare. Hoc fecerunt Iudei, cum deus illis cultum idolorum frequenter

Exo. 20. Leui. 19. Dent. 4. Esa. 40. Iere. 2. Ose. 2.

1. Corin. 6.

Gala. 5.

quenter prohibuisset: ut Exo. 20. Leuit. 19. Deutero. 4. Esa. 40. Ierem. 2. & alijs in locis, quos numerarem, nisi innumerabiles essent. Fides efficit inter deum & animam matrimonium, ut apud Oseam: Sponsabo te mihi in fide. Sed charitas illud consummat, iuxta id, quod ait diuus Paulus: Qui adharet deo, vnus spiritus est. Fides enim, qua gloriam aeternam adipiscimur, ea est, quae, ut ait idem apostolus, per charitatem operatur. Fides est castitas meritis, & auersio a fide adulterium.

Ut eius fieres. Idest, ut idolo illi serires. Quidam vertant: Cui erat desiderium tuum. Ac si diceret: Plane prostituisti te omnibus idolis, quorum desiderio flagrabas.

Fecisti tibi excelsa hinc inde consuta. Idest lectos & cubilia, siue lupanaria ex multis pannis confecta. Septuaginta habet: Fecisti tibi idola consuta. Potest verti: Fecisti tibi altaria pannis variorum colorum ornata.

Et tulisti vasa decoris tui de auro meo & argento meo, quae dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiam meum posuisti coram eis, & panem meum, quem dedi tibi, simulam, & oleum, & mel, quibus enutriuisti te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis. Et factum est, ait dominus deus, & tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandum. Numquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dediisti illos consecrans eis. Et post omnes abominaciones tuas & fornicaciones tuas

rationes non es recordata dierum adolescentiae tuae, quando eras nuda & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam, vae vae tibi, ait dominus deus. Et aedificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput vicum aedificasti signum prostitutionis tuae, & abominabilem fecisti decorem tuum. Et diuisisti pedes tuos omni transenti, & multiplicasti omnes fornicaciones tuas. Et fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnum, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuam. Et dabo te in animas odientium te filiarum Palaestinae, quae erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es in filiis Assyriorum, eod quod necdum fueris expleta. Et postquam fornicata es, nec sic es satiata, & multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldaeis, & nec sic satiata es. In quo munda bo cor tuum, ait dominus deus, cum facias omnia haec opera mulieris meretricis & procacis.

Et tulisti vasa decoris tui. Hoc est, vasa sacra cultui diuino dedicata. Velinaures, armillas, catenulas, & alia pulchra monilia, quibus ornabaris.

Et fecisti tibi imagines masculinas. Permet in metaphora meretricis, quae cum viris alienis copulatur. Sensus est: Ex auro, & argento, & metallibus, quae tibi impertui, conuisti idola, quae me relicto adorares. Eodem modo per Oseam propheta

phetam dicebat deus: Argentū multipli-
caui ei, & aurū, quæ fecerunt Baal. Sunt
qui existiment has imagines masculi-
nas fuisse idola Priapi, quæ multis in lo-
cis colebantur. Vnde libro Regum ter-
tio scriptū legimus Asam regē amouisse
matrem suam, ne esset in sacris Priapi
princeps. Hanc imaginē turpissimi ido-
li, & alias huiusmodi faciebant Iudei ex
diuitijs, quas illis dominus suppedita-
bat. Tales sunt illi, qui opes suas vanè ac
turpiter consumunt, & quod ad dei glo-
riam, suamq; salutem domino concedē-
te obtinuerant, in dei vituperiū, suamq;
perniciem conuertunt. Qua de re ea po-
teris videre, quæ supra fuisse diximus, ver-
ba illa septimi capituli explanantes: Et
ornamentum monilium suorum.

*Oleum meum, & thymiana meum posuisti
coram eis.* Obluisti idolis ea, quæ mihi
offerre debebas. In templo dei offereba-
tur oleum ad nutriendum ignem lam-
padarum, & thymiana in altare incen-
si ad odorem emittendum. Et hæc offe-
rebant Iudæi Gentium idolis.

Et immolasti eis ad deuorandum. Hoc est,
immolasti idolis filios tuos, vt igne de-
uorarentur, & incendio combusti è vi-
ta migrarent. Vide Iudæorum stultitiā,
qui filios proprios morti tradebant, vt
placere idolis. Id dixerat ijs verbis re-
gius vates: Immolauerunt filios suos, &
filias suas dæmonijs, effuderunt sangui-
nem innocentem, sanguinem filiorum
suorum, & filiarum suarum, quas sacrifi-
cauerunt sculptilibus Chanaan. Et quā-
uis in honorem multorum idolorum fi-
lios trucidarent, hoc præsertim faciebāt
in honorē Moloch, in cuius conspectu
eos comburebāt. Aiunt statuā Moloch
fuisse æream, in cuius concauitate accē-
debat ignis, qui exibat per eius fora-
mina: & ponebatur puer in manibus sta-
tuæ, vbi cremabatur. Et ne parentes pue-
ri lamenta eius audirent, percutiebāt sa-
cerdotes tympana, quam ob causam lo-
cus ille appellabatur: *Tophet*, hoc est

tympanū. O infantiā detestabilē, o crua-
delitatē inauditam, o ingratitude in
erga deum omni lacrymarum affluen-
tia deplorandam!

Immolasti filios meos. De quibus apud
Esaïam ait: Filios enutriui, & exaltaui,
ipsi autem spreuerunt me. Septuaginta
habent: Filios tuos.

Adolescentiæ tuæ. Quādo eras in Aegy-
pto plena opprobrijs.

*Et accidit post omnem malitiam tuam, & vana
tibi.* Hoc est, primum versata es in ma-
gna miseria, postea fuisti constituta in
magna gloria: nunc autem accidit, vt
propter malitiam tuam in pristinā inci-
deres ignominiam. Vel sic: Duplex vq; du-
plex pœna tibi accidit propter scelera
tua, nimirū tēporalis & æterna. Vel alte-
ra ab Assyrijs, altera à Chaldæis.

In cunctis plateis. Exaggerat Iudæorū
idololatriam.

Fornicata es cum filijs Aegypti. Id est, nul-
lum fuit idolū, quod non coleres. Hoc
ait, quia nulla erat natio, quæ plura ido-
la haberet, quàm Aegyptus.

Extendam manum meam super te. Hoc est
te castigabo.

Et auferam iustificationem tuam. Hoc est,
auferam à te legem tuam. Accipi iusti-
ficationem pro diuina lege est in literis
diuinis admodū frequens: vt in psalmo:
Dedit eis regiones Gentium, & labores
populorum possederunt, vt custodiant
iustificationem eius. Et rursum: Canta-
biles mihi erant iustificationes tuæ. Ac si
diceret: Cationes meæ erāt leges tuæ.
Appellat deus legem suam Iudæorū le-
gem, quia illis data fuerat: sed quoniam
ea intēperanter abusi sunt, abstulit eam
deus ab illis. Ita dixerat illis Christus
deus noster: Auferetur à vobis regnum
dei, & dabitur genti faciēti fructus eius.

In libro Genesis sunt hæc verba literis
mandata: Dilatet deus Iapheth, & habi-
tet in tabernaculis Sem. Ex Iapheth de-
scendunt Gētilēs, ex Sem Iudæi. Et quo-
niā Gentilitas multo maior futura erat,
quàm

quàm populus Iudaicus, voluit deus, vt
per Iapheth significaretur, significat e-
nim Iapheth latitudinē. His igitur ver-
bis: Dilatet deus Iapheth, & habitet in
tabernaculis Sem, innuebat scriptura fo-
re, vt reiecto Israele, maneret scriptura
& vera dei cognitio in Gentibus, & à
Christianis vindicaretur. Ita hunc locū
explanat Eucherius. Iudæi nunc nō ha-
bent dei legem, habent quidem literam
legis, sed legem nequaquam. Nos verò,
qui ex Gentilitate descendimus, legem
veterem habemus, intelligentes ex ea
cessasse eius cerimonias, & sacrificia &
iudicia: habemus enim testamētū no-
uum, quod quidem est spiritus literæ te-
stamenti veteris. Iudæi habent solū li-
teram, quæ; vt ait diuus Paulus occidit,
nos habemus spiritum, qui viuificat.
Lex vetus erat figura & veluti vaticini-
um nouæ, noua autē spiritus & expla-
natio veteris. Vetus erat antiquanda, &
antiquata est, noua verò ferenda & lata
est. Misera Iudæorū synagoga est Agar
errans in solitudine, vbi ei deest aqua
gratiæ, & sapientiæ salutaris, eiecta a do-
mo dei, à patria sua, sine sacerdotio, sine
sacrificio, sine rege, sine templo, mun-
dum peragrans absq; via, quæ Christus
est, dicens de seipso: Ego sum via. Sed
non solū Gentilibus, sed etiam Iudæis
ad veram Christi fidem cōuersis dedit
deus nouum testamētum. Itaq; omnes
fideles siue ex Gentibus siue ex Iudæis,
hoc est omnes verè Christiani, qui me-
ritò Israelitæ secundum spiritum, & do-
mus Israel & Iuda appellantur, legē gra-
tiæ habent à deo, quam ipse illis per di-
uinos suos vates promiserat. Ieremias
ea, quæ sequuntur, literis mandauit: Ec-
ce dies veniēt, dicit dominus: & feriam
domui Israel, & domui Iuda testamen-
tum nouum, nō iuxta pactum, quod pe-
pigi cum patribus eorum, in die qua ap-
prehendi manum eorum vt educerem
eos de terra Aegypti, pactum quod irri-
tum fecerunt, & ego dominatus sum eo

rum, dicit dominus. Sed hoc erit pactū.
quod feriam cū domo Israel. Post dies
illos dicit dominus, dabo legem meam
in visceribus eorum, & in corde eorum
scribam eam: & ero eis in deum, & ipsi
erunt mihi in populum. Hoc vaticiniū
cōfirmavit deus per prophetam Baruc,
dicens: Statuam illis testamentum alte-
rum sempiternum, vt sim illis in deum,
& ipsi erunt mihi in populum. Vide quā
apertè promiserit deus nouum testamē-
tum. Et ne existimaret aliquis esse testa-
mentū illud, quod deus dederat Iudæis
in monte Sinai, quando eos eripuit ab
Aegypto, ait statim: Non iuxta pactū
quod pepigi cum patribus vestris, quan-
do eorum manum apprehendi, vt edu-
cerem eos de terra Aegypti. Illa enim
lex data fuit in monte Sinai, lex autem
noua erat ferēda in mōte Siō. Ita enim
prædixerat eximius ille vates Esaïas, om-
ni sapientia & nobilitate præstanti, cū
de Christi aduentu, eiusque cœlesti do-
ctrina ita vaticinaret: Docebit nos vias
suas, & ambulauimus in semitis eius: ga-
de Sion exhibit lex, & verbū dñi de Ieru-
salem. Nonne vides testimonium luce
meridiana splendidius. Illud confirmat
deus rursus per eundē prophetā, dicens.
Lex à me exhibit, & iudicium meū in lu-
ce populorum requiescet. Planè cōstat
non loqui deū de lege vetere, quoniam
iam lata erat, sed de noua, quæ erat ferē-
da. Quod cōfestim explicare volēs, ait:
Et iudiciū meum in luce populorum re-
quiescet. Satis est enim perspectū & co-
gnitū legem Moyfi in vno tantū popu-
lo requiescisse, ab eoq; solū quoad ce-
rimonias, & iudicia, & sacrificia fuisse
receptā. At Christi euangeliū fuit per
omnes mundi oras longè lateq; propa-
gatum, & in hominū cordibus scriptū,
& Christi sacramenta mundo nūtiata.
Hæc sunt noua illa, de quib; aiebat deus
per eundē Esaïas: Ecce ego facio noua,
& nunc orientur: vtiq; cognoscetis ea.
Ponā in deserto viā, & in inuio flumina:

& glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones. Quid per has feras nisi gentes barbarę & incultę significantur, quę euangelium receperunt, & deũ laudibus efferentes feritatem in mansuetudinem mutarunt? Ac si diceret deus: Non solum homines virtute morali præditi, & sciētia exculsi, sed etiam agrestes & indomiti legem meã nouam recipient: & illi, quos nec ferrũ, nec ignis, nec vlla humana potentia potuit frangere & domare, qui veluti indomiti adamantes nulla armorum vi valebãt mitescere & mansuescere, fuerunt sanguine agni immaculati Christi dei nostri domiti & mites, & fuit eorũ barbaries compressa, & durities fracta. Et quoniam noua lex nouum populum constituit, novos mores, noua sacramēta, nouas cęrimonias, dixit deus per Esaiã: Ecce ego creo cęlos novos, & terram nouã, & non erunt in memoria priora. Noui cęli, & noua astra mundum illustrantia sunt apostoli, de quibus ait Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellę in perpetuas æternitates. Quibus aiebat Christus: Vos estis lux mundi. Hi sunt Christi discipuli, & sancti doctores, & catholici viri sapientia insignes, & religione præstantes. Terra noua nouus populus est, qui exuto veteri homine nouum induit, vt seruiat deo non in vetustate literę, sed in nouitate spiritus. Hinc frequentes voces illę apud psalmographum: Cantate domino canticum nouum. Quid est cantare domino canticum nouum, nisi gratias illi agere, quod per nouum Adam dominum nostrum Iesum Christũ instaurauit & reparauit nos, qui per peccatum veteris Adami perieramus? Accepto enim euangelio deposuimus secundum pristinam conuersationē hominem veterem, qui corrumpitur secũdũ desideria erroris, & renouamur spiritu mentis, induentes nouum hominē,

qui secundum deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et volens deus significare fore, vt vetus testamētũ cessaret, nouum autē æternum esset, voluit vt vetus sanguine animalis mortui confirmaretur, nouum autē sanguine suo, dum viueret, & cum discipulis suis cęnaret. Dixit enim Christus in vltima illa cœna: Hic est enim sanguis meus noui testamēti. Ac si diceret: Hic est meus sanguis confirmatiuus nouę & æternę legis. Id vaticinatus fuerat olim Zacharias has voces emittens, & cũ Christo, quem spiritu prophetico venturũ aspiciēbat, conferens: Tu in sanguine testamenti emisisti vinctos. Quã ob causam diuus Paulus in epistola ad Hebręos legem nouam appellat testamētũ æternum. Nec caret mysterio, deum, & diuinum suum vatem, & sanctũ eius apostolum meminisse illis in locis testamenti potiusquã legis: nam cũ audimus testamentum nouũ, abijcimus vetus: hæc est enim testamētũ lex, vt nouũ deroget antiquum; & morte cõfirmetur. Vbi enim testamētũ est, mors necesse est intercedat testatoris. testamētum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nõdum valet, dum viuit, qui testatus est. Ideo Christus noui testamēti mediator est, vt morte intercedente in redemptionē earum preuaricationum, quę erant sub priore testamento remissionē accipiant, qui vocati sunt ad æternam hæreditatē. Ideo vetus testamētum confirmatũ fuit morte vituli Christum adũbrantis. Sed cum res illę veteres vmbre essent & figurę futurorũ bonorũ, opus erat, vt cessarent adueniente veritate. At nouum & æternũ testamētum fuit ipsius Christi dei nostri morte confirmatum. Ideo ait diuus Paulus in epistola ad Hebręos: Nũc autem Iesus melius sortitus est ministerium, quãtõ melioris testamēti mediator est. Et rursus: intercedere Christi morte ait acceptam esse remissionē veterũ delictorũ, &

& omnium, qui vocati sunt, vt participes fiant æternę hæreditatis. Meminit autem æternę hæreditatis, vt ostendat in lege veteri solum quod ad literam bona terrę fluxa & fragilia promissa esse, vt ex quarto & septimo capite Deuteronomij, & alijs ex locis constat apertissimè: & in euangelio, in nouo testamento esse à Christo deo nostro bona cœlestia & æterna clarissimè promissa: vt patet ex capite quinto Matthæi, vbi Christus ait: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et rursus: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Aspici igitur cessasse iam, & finita esse legis veteris sacrificia, esseq; penitus abrogata. Id quod ipsa met lex multis in locis palam non solum confitetur, sed etiam profitetur. Esaias facit deum in hũc modum loquentem: Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum: holocaustum, arietem, & sanguinem hircorum nolui. Nonne intueris noluisse deum sanguinem brutorũ? Sanguis Christi erat ille, quo ipse erat reconciliandus, & æternum testamētum stabiliendum. Per Amos diuinum vatem ait deus. Si obtuleritis holocaustomata, & munera vestra, nõ suscipiã. Similiter per Ieremiam. Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimę vestrę non placent mihi. Et per Oseam: Misericordiam volui, & non sacrificium. Non respuebat deus misericordiam, non pietatem, non opera charitatis, nec aiebat esse hæc abroganda: sed legis veteris sacrificia, quę erant vmbre noui testamēti, quę adueniente Christo erant finienda, quemadmodũ finiuntur vmbre noctis adueniente sole; & post diuulgatum euangelium futura erant execrabilia & pestilentia. Quę admodum apparente luce disparet. caligo, sic apparente Christo, & diuulgato euangelio cessauit lex vetus. Ipse enim Christus de se ait: Ego sum lux mundi.

Er de lege veteri ait apostolus. Lex vmbra habet futurorum bonorũ. Cessauerunt itaque legis antiquę hostiæ, quia venit hostia illa, cuius alię figurę erant: venit Christus verus Messias, qui sanguine suo mundi scelera deleuit, seque in ara crucis pro nobis sacrificium cõstituit, vt cœlestem patrem placaret, nobisque viam aperiret ad gloriam immortalem consequendam. At obstinati Iudæi eum contempserunt, & qui eos liberatũ venerat, falsis criminibus ad mortem crudelissimam vocarunt. Quare fuit illis ciuitas sua euersa, direptioni cõmissa, atque incendio tradita, & templum funditus deletũ, ad quod Aggæus propheta prædixerat venturum esse Messiam. Si Messias venturus erat ad templum illud, quemadmodum deus per diuinum suum vatem promisit, et templum est penitus deletum, apertè cõstat venisse Messiam ad illud, cũ extaret. Et tamen tanta est Iudæorum cęcitas, tanta contumacia, tanta obstinatio, vt adhuc Messiam venturum expectent, & legem Moyfi mordicus retineant. Vident se ob perfidiam suam & impiã pertinaciam per terrarum orbẽ dispersos, vitam degentes ignominiosam & abiectam absque proprio rege, absque ciuitate, absque sacerdotio, absque sacrificio, absque propheta, absque cęrimonijs, absque legis intellectu, quia Messiam suum non receperunt, nec recipere volunt, & adhuc cęci & flagitiosi homines Messiam expectant. Est illis ablata nominis amplitudo, extinctus splendor, deleta omnino antiqua gloria. Solum illi, qui ex eis fuerunt Christum amplexati, in honore & hominum celebritate versantur. Ceteri qui in perfidia permãnet, sunt miseri, calamitosi, abiecti, sceleribus infinitis imbuti. Nulla est apud eos veritas, nulla iustitia, nulla fidelitas, nulla animi fortitudo, nulla deniq; virtus. Legẽ Moyfi habet in mēbranis scriptã, sed ipsam penitus ignorat. Cũ ego Romę

ordinis nostri negotia gererem ex iusu primatis & aliorum patrum, disputauit saepe cum Iudæis, eosque lege sua conuicti: sed nullus erat eorum, qui vellet ad fidem conuerti. In vno tantum inueni signa quædam desiderandæ salutis, qui à me petiuit, vt locum quendam euangelij illi explicarem, & ostendit velle mecum communicare, sed ob aliorum Iudæorum metum non audere. Omnium aliorum admirabar impudenciam, ignorantiam, & cæcitatem: nam aut penitus nihil, aut ferè nihil ex veteri sua lege intelligebant. Et conuicti à me auctoritatibus suorum prophetarum ita manebant obstinati, vt antea. Tanta est eorum pertinacia, vt quidam ex illis mihi diceret: Et si luce meridiana clarius mihi ostendas Christum esse Messiam, tamè non credam. Deplorabam eorum miseriam, dolebam eorum infelicitatem: & illi me ipsum irridebant, & conuictis, atque maledictis aliquando vulnerabatur. Gloriantur cæci homines se legem dei habere, cum reuera legem non habeant, sed solum legis literam, quoniam lex fuit ab illis ob eorum scelera ablata. Quod illis hoc loco deus per Ezechielem prædixerat: Et auferam iustificationem tuam. Vbi septuaginta pro iustificationem habent legitima tua, hoc est legem tuam. Quod nostram corroborat sententiam. Accipi autem legitima pro lege, constat multis ex locis diuinarum literarum. *Leuiti. 18.* Iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non ageris, nec in legitimis eorum ambuletis. Et paulò post: Custodite legitima mea. Et. *4. Reg. 17.* Noluerunt seruire domino deo suo, & abiecerunt legitima eius. Lex in diuinis literis appellatur iustificatio, legitimum, testimonium, iudicium, mandatum, via, vita, statutum, & alijs nominibus passim repperis.

Et dabo te in animas odientium te filiarum Palaestinarum. Id est, permittam, vt hostes

tui te in suam potestatem redigant. Filia Palaestinae sunt oppida regionis illius, quemadmodum apud Esaiam, filie Moab. Et libro Iudicum, vbi nos habemus: Manasses quoque non deleuit Bethsan & Chanath cum viculis suis, est in hebraico, cum filiabus suis.

Eò quod necdum fueris expleta. Hoc est, ideo Assyriorum idola coluisti, quia nondum eras cultu aliorum idolorum saturata. Vide caput sextumdecimum *quar. Reg. 16.*

In quo mundabo cor tuum. Intuere dei misericordiam. Ita apud Oseam: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Et apud Esaiam: Super quo percuciam vos ultra?

Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viae, & excelsum tuum fecisti in omni platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus datur mercedes, tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis, & donabas eis, vt intrarent ad te vndique, ad fornicandum tecum: factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini: Hæc dicit dominus deus: Quia effulum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine

ne filiorum tuorum, quos dedisti eis: ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commissa es, & omnes, quos dilexisti cum vniuersis, quos oderas. Et congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis. Et videbunt omnem turpitudinem tuam, & iudicabo te iudicijs adulterarum, & effudentium sanguinem, & dabo te in sanguinem furoris & zeli, & dabo te in manus eorum. Et destruent lupanar tuum, & demolietur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui. Et derelinquent te nudam, plenamque ignominia, & adducent super te multitudinem. Et lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis: & comburent domos tuas igne, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Et desines fornicari, & mercedes ultra non dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te: & quiescam, nec irascar amplius, eò quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his. Quapropter & ego viastuas in capite tuo dedi, ait dominus deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viae. Id est, quia ædificasti fornicem tuam ad initia omnium viarum. Quasi dicat: Ideo te meretricem impudencem voco,

quia vias Gentium quærebas, vt earum idololatrias exerceres. Non contenta fuisti idolis vnius nationis, sed multarum nationum simulachra desiderasti, & omnia illa relicto vero deo coluisti.

Fastidio augens pretium. Meretrix pretium respuit, nisi fuerit magnum, tu verò contra amatoribus tuis pretium pollicebaris. Alia scorta munera ab hominibus oblata solent contemnere, vt se haudquaquam digna, quò maiora ab illis accipiant, tu contra facere soles, inuitas enim amafios, quibus munera largiaris, vt cum illis exerceas adulteria. Ostendit ardentissimum Iudæorum desiderium colendi impios Gentium ritus, & commentitios deos.

Et post te non erit fornicatio. Subauditur talis, quæ cum hac tua possit comparari. Tanta est idololatria tua, vt alia respectu huius non debeant idololatriæ appellari.

Ecce ego congregabo. Minatur ei poenitentiam. *Dabo te in sanguinem furoris & zeli.* Hoc est, ego te interficiam, quemadmodum facere solent viri zelotypi, furore pleni, cum vxores suas in adulterio comprehensas inueniunt. Significat deus euerfurum se esse Iudæam ob eius idololatriam & impia scelera.

Vasa decoris tui. Hoc est, vasa tua pulchra, vt sunt monilia, & ornamenta pretiosa.

Adducent super te multitudinem. Hoc est, magnum exercitum, qui te oppugnet, & expugnet.

Et facient in te iudicia. Hoc est, afficient te acerbissimis calamitatibus in conspectu aliarum ciuitatum.

Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te. Hoc est, non te amplius castigabo, sed auertar à te. Recedet à te zelotypia mea, & singularis illa dilectio, qua te vt spousam prosequabar. Non te amplius eo amore complectar, quo solitus eram, nec irascar tibi, vt antea faciebam.

simile. Magna dei ira est, non eam ostendere: tunc enim nobis maxime iratus est, cum nobis non irascitur. Vt medicus amarum potionibus & medicamentis eum curat, quem intelligit curabilem esse, eum vero, de cuius sanitate desperat, naturam relinquit, nullam illi adhibens medicinam, sic deus dilectos suos amarum potionibus exercet, in quos vult conferre sanitatem, illis medetur, ducens eos plerumque per magnas calamitatum angustias ad vitam immortalem, eos vero, quos videt incurabiles & obstinatos, in manibus suorum desideriorum relinquit tanquam eterne nocti propinquos. Ex quo efficitur, ut hi se penumero affluant mundi opibus & voluptatibus. Magna profectio est & dolendum supplicium, quando nos deus supplicio non coercet: quando nos ob scelera nostra repudiat, quando in nos solita castigatione paterna non animaduertit. Loquitur deus more hominis uxorem suam adulteram repudiantis, & iam non curatis. Ita se deus habet ad impios, dum illos liberè & impune peccare permittit, quasi ad se non pertineant, ut postea acerbissimis cruciatibus in æternum torqueantur. Eam ob causam ait in psalmo: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Et apud Oseam: Non visitabo super filias vestras, cum fuerint adulteratae. Contra vero de electis ait per psalmographum: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et in Apocalypsi: Ego quos amo, arguo, & castigo. Vnde ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Quem diligit dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et paulo post: Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filii estis. Nullo ferè maiore supplicio hic afficit deus illos, qui eum contempnunt, quam si in eos non animaduertat, sed sint eos suis obtemperare cupiditatibus, & quæ eos vehat appetitus, libenter

euagari, & voluptatibus blandissimis deliniri. Nam ijs rebus, quibus vitam sibi adipisci putant, pestem, & perniciem sibi ipsis æternam machinantur. idque tum maxime, cum sibi præclare consulere videntur. Si affligi propter deum in hac vita erat expetendum tempore veteris testamenti, quanto magis noui, postquam deus ipse fuit propter nos iniurijs & calamitatibus affectus, & ut ait Esaias: Dolores nostros tulit, & languores nostros ipse portauit? Quem admodum censeretur illustre & gloriosum portare militem secum insignia & stemmata sui ducis, sic ad veram Christiani amplitudinem & claritatem conducit affici molestijs & calamitatibus. Hæc enim sunt Christi arma & insignia. Vnde diuinus ille Paulus, qui propter Christum erat molestijs cinctus, & tempestatibus vndiq; exagitatus, aiebat: Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

Esai. 53. simile.
Galat. 6.
Ecclesi. 37.
Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. Hoc est, beneficiorum, quæ in te contuli in Aegypto, vnde te mirabiliter eduxi. Reprehendit Iudeorum ingratitudinem. Nihil est tam inhumanum, tam incultum, tam immane, quam obliuisci beneficiorum acceptorum. Cum gratia referri non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quam maxima haberi potest. In libro Ecclesiastici ait ita diuina scriptura: Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemoris illius in operibus tuis. Iuxta Hesiodi sententiã debemus imitari terram fertilẽ, quæ plus multo affert, quam accepit. Si hominis erga hominem execrabilis est ingratitudo, quid erit erga deum?

Vias tuas in capite tuo dedi. Hoc est, poena tuis sceleribus debita te puniunt: flagitia tua in caput tuum redundarunt. Sed adhuc multo maiora supplicia merebaris. Id quidem est, quod statim ait: Et non feci iuxta scelera tua. Ac si dicat: Non te castigauit eo rigore, quo scelera tua puniri merebã-

merebatur. Ex hebræo poterat hoc ita verti Et non fecisti cogitationem in omnibus abominationibus tuis. ut sit sensus: Exercui te calamitatibus, ut te corrigeres, sed tu ne cogitasti quidem de resipiscendo: nullum inisti consilium, nullam liberationem de relinquendis vitijs. Nulla tormenta, nulla ærurnarum tela tuum verfabat in deliberando animum, sed obstinata in peccandi proposito manebas. Nolui sti tuum pessimum relinquere consiliu, cum optimus sit portus pereuntis mutatio consilij.

Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbiu, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos. Mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus, & soror tua maior Samaria, ipsa & filia eius, quæ habitat ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filia eius. Sed nec in vijs earum ambulasti, nec secundum scelera earum fecisti. Paucillum minus penè sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit dominus deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filia eius, sicut fecisti tu, & filia tua. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebat. Et eleuata sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas, sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed

vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas, in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbiu. Id est, omnes, qui prouerbijs delectantur, tibi prouerbiu hoc accommodabit: Qualis est mater, talis est filia. Mater tua est Cethæa, est terra Chanaan, quæ verum non coluit deum. Natio illa Chanaan idola colebat, quæ ob causam fuit à terra sua eiecta, ita tu à synagoga quoniã verum deum reliquisti, & deos comentitios veneraris, teque omnibus idolorum sordibus contaminas, eijceris è Iudæa, & in dedecore atque ignominia versaberis. Imitata es patrem tuum Amorrhæum, & matrem tuam Cethæam, & insuper duas sorores tuas Samariam & Sodomam, de restabilibus sceleribus contaminatas. Quæ etsi absolute impiæ fuerunt, tui tamen comparatione iustificantur: vincis enim omnem impietatem. Appellat Samariam maiorem sororem Hierosolymam, quia maior populus erat decem tribuum in Samaria habitantium, quam Iudæ & Benjamin, quæ duæ tribus in Iudæa commorabantur: populus autem Sodomæ minor erat utroque. Prouerbiu hoc qualis est mater, talis est filia etiam hodie vulgo profertur: cui simile est illud: Qui nascitur ex gallina, scalpit.

Et filia eius. Hoc est oppida ei subiecta. Diximus enim paulo ante per filias oppida intelligi. Solebant Iudei per matres significare vrbes metropoles & precipuas, per filias vero oppida illis parentia.

Viuo ego, dicit dominus deus. Modus est iurandi aut asserendi deo in veteri testamento non infrequens, quemadmodum in nouo, amè amè dico vobis. Significabat deus verbis illis se viuum esse, & nihil præter illu viuere. Sed dicit aliquis: Quid, nonne homines viuunt? Sed quod loquar de hominibus viuus, cum multi etiam ex mortuis viuere

viuere dicantur? Illi enim, qui dum hinc vitam degeret, præditi erant virtute, & charitate muniti, post mortem absq; dubio viuunt. Id asserit apud Marcū Christus deus noster, qui Sadducæis aiebat: *Mar. 12.* Non legistis in libro Moyfi super rubū, quomodo dixerit illi deus, inquis: *Exod. 3.* Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuorum. Et in psalmo ait Dauid: Placebo domino in regione uiuorum. Si ex hominibus quidam viuunt, quidam mortui sunt, qui fieri potest, vt solus deus uiuere dicatur? Huic obiectioni facile respondebis, si dixeris homines inter se comparatos partim uiuos esse, partim mortuos: at si cum deo comparentur, uiuere haud quaquam dicuntur: solus enim deus proprie & absolute uiuit. Eodem modo multa inter se comparata dicuntur esse, cum tamē dicat deus: Ego sum, qui sum: & multa similiter dicuntur bona, cum tamē dicat deus: Solus deus bonus est. Nam id verum est per se, & per naturam suam: per participationem uero dicitur homo bonus, arbor bona, seruus bonus, & cætera huiusmodi. Quem admodum deus est ipsum ens, ipsa bonitas, sic est ipsa vita, & fons, unde rebus alijs vita dimanat. Id uoluit significare regius psalter, ita canens: Apud te est fons vitæ. Ac si diceret: Tu es domine fons vitæ: quæ admodū alibi dicit: Apud dominū misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Hebraismus est, quo si significauit deum esse fontem vitæ, ipsam misericordiam & redemptionem. Esse autem deum fontem vitæ, & primū bonum, non solum fideles, sed etiam Gentes à fide alienatæ dixerūt: nam Trismegistus in septimo dialogo has uoces literis mandauit: Respicite iam o mortales, & respiscite, & ad fontem vitæ recurrite. Et Alcinoſus in libro de doctrina Platonis, Nostrum bonum, inquit, si quis Platonis libros accurate & considerate legerit, in ipsa primi boni contēpla

tionem posuisse reperiet: quod quidē primum bonum & deum, & primam mentem uocare licet. Hæc ille. Aspicias igitur Gētū philosophos asseruisse deum esse primā uitam & primam bonitatem.

Superbia. Narrans causas ob quas Sodomā in turpia scelera inciderit, incipit à superbia: nam vt ait Ecclesiasticus, in iūctū omnis peccati est superbia. Hæc est in sphaera uitæ humanæ centrū illud, unde exeunt lineæ ad circumferentiam iniquitatis. Superbus nullā habet iustitiā, nullam æquitatē, nullam secum admittit uirtutem: omnes despicit, super omnes uult seipsum collocare. Vt in area extollitur palea super granū, non quod sit dignior, sed quod sit leuior, & cum sit uilior, altiorem tamen obtinet locum, sic in hac uita superbus fertur super humilem, nō ob meritū & ueram uirtutē, sed ob uanitatē, & falsam de se opinionem: & cum sit parui momēti se alijs anteponit, à quibus uirtute, sapiētia, & nobilitate superatur. Humilis uero se abijcit, nō quod sit minoris pretij, sed quod sit maioris ponderis. Granū cum sit pretiosius, quærit submissum locum: humilis cum sit deo gratior, gaudet inferiore gradu: superbus autē super omnia se extollit. Ex quo efficitur, vt iura omnia diuina & humana peruertat, propter eū, quem sibi fingit deberi principatū. Tobias ille iustus, qui omnes suæ ætatis & charitate & sapiētia præibat, his uerbis filio suo animi submissionē persuadere uolebat: Superbiā nunquā in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari permittas. Ecclesiasticus, Humilia, inquit, ualde spiritū tuū, quoniā uindicta carnis impij ignis & uermis. Et rursum: Odibilis coram deo & hominibus est superbia. Quid habes, inquit apostolus, quod nō acceperis? Si autē accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Et Christus deus noster. Omnis qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Vnde ait Augustinus: Vitāda nobis est superbia,

Eccles. 10.

Simile.

Tob. 4.

Eccles. 7.

Eccles. 10.

1. Corint. 4.

Luc. 14.

Luc. 18.

superbia, quæ & angelos uoluit decipere, quātō magis homines dissipare. Ambrosius, Superbia, inquit, ex angelis demonia fecit. Et Isidorus: Superbia sicut origo est omnium criminum, ita & ruina cunctarum uirtutum. Volebant duo homines ingredi in magnificam quandam aulam per postem depressum, quorum quidam se deprimens & inclinans transiit, alter uero erectus magno impetu conans introire, laeso capite cecidit retro. Hæc magnifica aula est domus cœlestis, sanctorū habitatio, cuius uia arcta est, vt ait Christus deus noster cuius ostium usque adeo depressum est & constrictum, vt cum foramine acus illud deus compararit. Qui se humiliat & abijcit, intrat in diuini regis amplissimas edes: at qui superbia tumidus, & insolētia elatus seipsum abijcere nō uult, non ualens ingredi ostiolum, cadit in terram, superbia eius eum retro eijciens. Vnde ait Augustinus: Excelsa est patria, humilis est uia. Id uoluit significare magister ille humilitatis, cum de se ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: cum aduocans paruulum, eumque collocans in medio discipulorum, dixit illis: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Superbia, vt ait Augustinus quartodecimo de ciuitate dei, est peruersæ celsitudinis appetitus: & differt ab inani gloria, vt post diuum Thomam secunda secundæ ait Antoninus secundo tomo summæ theologalis, quod superbiæ materia est propria excellentia, inanis autem gloriæ est ipsius excellentiæ manifestatio. Et hæc est pestilens quædam animæ egritudo. Sed ut uanum est, inanes aucupari rumores, & umbras gloriæ sectari, sic aggressis hominis est, & sibi ac reipublicæ crudelis iustam gloriam illam, quæ est splendor uirtutis, qua alij ad uirtutem excitantur, cōtēnere & maculare, honestum uitæ bene actæ fructum con-

Simile.

Mar. 10.

Luc. 18.

Matth. 11.

Matth. 18.

fringere, bonamque famam suam, à qua aliæ dependent, deformare. Sed ita consulendum est famæ, vt inanis gloria uideatur, & superbia penitus deijciatur. Efficit autem superbia, vt homo sit à deo, & à seipso, & à proximo diuisus, & in uaria uitia dispersus & distractus. Id significauit sacratissima illa dei genitrix, cum in admirabili cantico suo has uoces emisit: Dispersit superbos mēte cordis sui. Nos uitemus superbiam, & omnem animi insolentiam & elationem, ne animi præstantiam turpi dedecore maculemus, & gloriam æternam penitus amittamus.

Luc. 1.

Saturitas panis. Quatuor uitia tribuuntur Sodomæ, nimirum superbia in appetitu propriæ excellentiæ, & inani de proprijs uiribus præsumptione: gula in usu alimētorum, quam hoc loco propheta appellat panis saturitatē, nam panis nomine omnis cibus significatur: diuitiarum affluentia in delicijs & uanitatibus distributarū, quam appellat abundantia, & uacationē à bonis operibus, quā appellat otium. Ex quibus secutum est uisum illud turpissimum ineffabile, quod Sodomitæ testante scriptura admittebāt. Nam tradidit illos deus in reprobū sensum, in desideria cordis eorum, vt uerbis utar apostoli, in immunditiā, vt contumelijs afficeret corpora sua in semet ipsis. Post superbiā numerat statim gulam, qua diabolus tentauit Euam, cum eam ad prohibitas & mortiferas epulas excitauit. Est quidem gula multorum uiciorum mater. De Hebræis vitulum aureum colentibus ait scriptura. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, ubi ludere capitur pro adorare idolum. Ita interpretatur etiam nōnulli Genesis illud: Vidit Sara Ismaëlem ludentem cum Isaac, hoc est adorantem idolum, illudque Isaac ostendentē, vt illud ueneretur. In libro Dentero nomij loquens deus de Hebræis, ait: Cum comederint, & saturati, falsique fuerint

Roma. 1.

Genes. 2.

Exod. 32.

Genes. 21.

Dent. 31.

Ose. 13.

Luc. 6. simile.

Dani. 13.

1. Cor. 6.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

fuerint, auertentur ad deos alienos. Et per Oseam: Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Vnde ait Christus apud Lucam: Vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Gula est lignorum strues, quibus inflammatur libido. Eam ob causam ait in epistola ad Furiam diuus Hieronymus: Non Ethnae ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus & Olympus tantis ardoribus aestuant, vt iuueniles medullae vino plenae, & dapiibus inflammatae. Colens rex Babylonis Belum idolum, quod viuum esse, & comedere existimabat, cum eius sacerdotes omnia, quae idolo apponerentur, comederent, & regem deciperent, iussit escas poni in altari idoli. Sed Daniel accipiens cinerem, cribrauit per totum templum coram rege, qui ostio clauso & signato abiuit. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, & omnia comederunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum illo, & aperiens ostium, respiciens ad altare carniū & epularum exclamauit: Magnus es Bele, existimauit enim idolum suum omnia deuorasse. At Daniel subridens orauit regem, vt videret pauimentum, & pedum vestigia in cinere expressa. Cum vero rex aspiceret ad cinerem pauimenti, statim ei fuerunt sacerdotum fraudes perspectae & exploratae. Dum locum carniū, & escarum intueretur, deceptus est, cum vero cinerem contemplantus esset, intellexit veritatem. Si ad escas, ad gulam, ad ebrietatem respexerimus, si in his rebus voluptatem constituerimus, erimus absque dubio decepti, & idolum colimus, & in erroribus intolerantibus versabimur. At si cinerem, si puluerem, in quem sumus conuertendi, animo contemplati fuerimus, reuocabimus ad veritatem rationem, & abstinentiam studentes, nostramque fragilitatem contemplantes, dabimus operam, vt carnem animo subiiciamus, eumque nullis flagitijs deformemus. Ieiunium est eos,

vbi anima acuitur, & perpolitur. Quae similia admodum auceps in escario tendit rete ad aues capiendas, sic daemon, vt Euam caperet, in gula ei retendit tentationem: & in ea volebat etiam Christum irritare, cum illi dixit: Si filius dei es, dic vt lapides hi panes fiant. Daemon qui Euam decepit, qui filium dei etiam decipere conabatur, qui multos ad gulam incitauit, his nostris temporibus persuasit Luthero, eiusque sectatoribus, vt ieiunia ab apostolis instituta, & ab ipsis vsque ad nostra tempora semper ab ecclesia catholica approbata & obseruata, contemnerent & eijceret, & eorum loco colerent voracitatem, intemperantiam, & gulam. Diuus Hieronymus in epistola ad Letam de institutione filii, & libro secundo aduersus Iouinianum, & in Esaiam capi. 58. miris laudibus extollit ieiunium quadragesimale, & asserit esse ab apostolis constitutum. Ieiunauit Christus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & eam ob causam apostoli quadragesimale ieiunium instituerunt. Dixit enim idem dominus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Vnde Hieronymus ad Marcellam aduersus Montanum ait: Nos quadragesimam secundum traditionem apostolorum ieiunamus. Id quod vniuersa tenet ecclesia, & semper tenuit, quod necesse est in sacra scriptura constitutum, nec concilijs, nec decretis summorum pontificum, recte ab apostolis traditum esse creditur. Cum enim consuetudinem videamus in tota ecclesia obseruatam, cuius origo est adeo antiqua, vt nullum demus concilium, ante quod iam non esset, nullum decretum patrum, quod ipsa non praecedat, nullam doctrinam ecclesiasticam, ad quem possit referri, cum ante ipsum fuerit, & ad apostolorum vsque tempora retro trahatur, est absque dubio ab ipsis apostolis profecta. Huiusmodi

similia. Genes. 2.

Matth. 4.

Matth. 4.

Matth. 16.

Luc. 9.

Matth. 9.

Luc. 5.

Act. 13.

Act. 14.

modi est consuetudo ieiunandi, quae fuit ab apostolis constituta. Huius mentionem facit Augustinus ad Casulanum epistola. 86. & ad Ianuarium epistola. 118. & 149. Ambrosius sermo. 25. & 38. Chrysostomus ad populum Antiochenum homilia. 3. & 16. Basilius in concione de ieiunio, & in ea, quam habuit in ebriosos. Origenes homilia decima in Leuiticum. Ireneus apud Eusebium. cap. 24. libri quinti Ecclesiasticae historiae, & li. 1. cap. 1. suorum operum. Thelephorus papa vicinus temporibus apostolorum in epistola ad vniuersos. Ignatius epistola quarta ad Philippenses. Theophilus Alexandrinus libro Paschali primo & tertio. Epiphanius haeresi. 80. Leo papa in concione de Pentec. quae incipit, Plenissime. Sazomenus historiae tripartite capite. 10. Maximus episcopus, & multi alij, quos longum esset recensere. Habemus etiam canonem apostolorum. 68. probatum etiam a Trulla synodo, canone. 9. & 20. In concilio Niceno cap. 5. expressa fit mentio ieiunii quadragesimae, tanquam rei in ecclesia consuetissimae. Et refertur caput illum. 18. distine, cap. Habeatur. Concilium etiam Agathense, & Auriliense, & Laodicense ieiunii meminerunt, illudque laudibus extulerunt. Nullus est catholicus doctor, siue recens siue antiquus, qui ieiunii mentionem faciens, illud non laudet, qui non dicat sanctam esse dei legem de ieiunio. Solum haeretici illud damnant & irrident, quibus nihil est magis in operatis, quam se in epulas ingurgitare, & Epicureum dogma contra Christi doctrinam sequi, & Gentium caecarum Bacchanalia restituere. In euangelio aiebat Christus deus noster: Venient dies, cum auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt apostoli: nam vt ait in Actis diuus Lucas ministrantibus illis domino, & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi &c. Et rursus: Cum constituerent illi super singulos

las ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, comendauerunt eos domino. In epistola prima ad Corinthios ait ita diuus Paulus: In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros: in multa patientia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. Ipsemet Christus deus noster ita ait: Tu cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris ab hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Si pater caelestis reddit mercedem ieiunanti, ergo ieiunium meritorium est. Christus ait ieiunium esse bonum & meritorium, diuus Paulus ait, vt exhibeamus nos dei ministros in ieiunijs, apostoli ieiunauerunt, & legem de ieiunio obseruando tulerunt. concilia hoc asserunt, omnes sancti patres hoc affirmant, tota ecclesia catholica hoc praecipit & seruat: Lutherani illud execrantur. Cui credemus, Christo an Luthero? apostolis an haeticis? ecclesiae Christi, an synagogae diaboli? Christum sequentibus, an Epicurum imitantibus? Miror absque dubio haeticorum nostri temporis caecitatem, impudentiam, & intemperantiam, qui vt fetos tradant comestationibus & ebrietatibus, conantur auferre ab ecclesia id, quod in ea non solum catholici, sed etiam ethnici admirantur, & summis laudibus extollunt. Ieiunium enim & ciborum abstinentiam etiam Gentes a fide alienatae laudarunt. Linius libro. 35. ita ait: Prodigiorum causa libros Sibyllinos exsenatus consulto decem viri cum adiissent, renuntiarunt ieiunium instituentium Cereri esse. Et Ouidius in Fastis ait Numam Pompilium, quando orationem habuit pro frugibus, carniū esu abstinuisse. Seneca epistola. 61. Venti, inquit, obediētes brutorum animalium loco numeremus, non hominum. Est preclara epistola Platonis ad Dionem, pro quos, in qua scriptum est his ferē verbis: Nullo modo placuit bis in die saturum fieri.

Matth. 6.

1. Corin. 6.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

iure consulti hæreditatem acquiri cum suo onere, cum autem verè Christiani sint hæredes dei, cohæredes autè Christi, vt ait apostolus, oportet vt hæc sublimem hæreditatem cum onere & labore consequantur. Si nos dederimus somno & otio, erimus à dæmone decepti: nam cum dormirèt homines, vt verbis vtar euangelij, venit inimicus, & super seminavit zizania. Vnde Christus otium damnat dicens: Quid statis hic tota die otiosi? Et paulò post: Voca operarios ad mercedem. Non otiosi ad mercedem vocantur, sed qui laborauerunt. Vocantur à labore ad requiem, à paupertate ad diuitias, à calamitatibus ad voluptates sempiternas. Itaque beati mortui, vt inquit in Apocalypsi diuus Ioannes, qui in domino moriuntur: amodò enim iam dicit spiritus, vt requiescāt à laboribus suis. Cum dormiret Tobias, cecidit super eius oculos immunditia ex nido hirudinum, quæ illum obcecauit: ita dormientibus nobis somno otij & ignauix, ex nido cordis exeunt cogitationes nefariæ, & pestilentes, quæ obcecant intellectum.

Et manus egeno & pauperi non porrigelāt.
 Vidua Elisæi quandiu ex vase suo oleū infudit in vasa vacua, sensit crescere oleum, cum verò non infudit, stetit oleū, & fuit retentum, vt amplius non cresceret. Si vasa vacua, hoc est pauperes oleo eleemosynarum impleueris, augebuntur tibi diuitiæ, sin autè sistere eleemosynam volueris, cessabit diuitiarum affluentia. Ait enim dominus apud Lucam: Date, & dabitur vobis. Et apud Matthæum: Omnis, qui reliquerit aliquid propter me, centuplū accipiet, & vitam æternam possidebit. Nonnulli huius temporis Christiani nō relinquūt opes pauperibus nisi in morte, quādo illæ eos relinquūt. Sunt veluti pecora, quæ nō manducant nisi mortua, & cocta. Non potest ex illis pauper quicquā comedere, nisi eos conedat prius mors. Diuini

uunt, nullā tribuunt pauperibus eleemosynā, sed in testamento legata quædā relinquūt post mortē. At quantò tutius esset in vita manū pauperi porrigere. Nō damno legata in opibus post mortē tribuenda, sed illis eleemosynas in vita antepono. Considera homo vnde nomen sumpseris, ab humo utique, quæ nihil eripit cuiquā, sed multa largitur omnibus, & varios in vsum omnium animantium fructus producit, & ministrat. Vide quæ admodū deus arguat hoc loco illarū gentium auaritiā, & magnā erga pauperes immanitatē. In prouerbij ait Salomō: Qui miseretur pauperis, beatus erit. O quāta beatitudo pro paruis magna recipere, pro fluxis eterna, p morituris semper viuentia, & dominū denique habere debitorem! Et iterum idem Salomō: Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Et rursus: Qui obturat aurem suā ad clamorē pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Et Ecclesiasticus: Aqua extinguit ignem, & eleemosyna resistit peccato. Diuus Paulus auaritiā appellat idolorum seruitutem, & auarum ait non habere hæreditatem in regno dei. Qui non diligit fratrem suum, quem videt, inquit diuus Ioannes, deū, quem non videt, quomodo potest diligere? Ideo ait dominus apud Lucam: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in coelis. Et apud Matthæum: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Anima auro auarè retento non solū non liberatur, sed perit. Vt illi, qui cupiditatis & auaritiæ stimulis commoti non modò indigentibus non subueniunt, sed eos spoliant, quoniam in dæmonum laqueis capti detinentur, vt inde in æternas poenas projiciantur. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum: & nudi atque esurientes ante fores pauperes. Christi moriuntur.

riuntur. Longè aliter faciebat misericors ille Dauid, qui aiebat: Liberauit me à laqueo venantium, & à verbo aspero. Sed videamus quisnam sit hic venator, à cuius laqueo anima deo deuota se ereptam esse lætatur. Explicet nobis hoc diuus Paulus apostolus domini sanctissimus. Qui volunt, inquit ille, diuites fieri in hoc seculo, incidunt in tētationem, & in laqueum diaboli. Heu quā paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberari velint, & ab hoc venatore se esse ereptos exultent. Quā multi sunt, qui sibi videntur parum irretiti, qui se indies in hoc dæmonis laqueo inuoluere & intricare contendunt, quibus nihil est magis cordi, quā esse se in fallacium diuitiarum vincula perpetuò coniectos! Quid habent hi miseri, quid consecuntur, quid possident, si se ipsos non possidēt? Habent velum oculis, viscum alis, laqueum pedibus. Illos ego felices voco, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, qui gaudio affecti, gratiasque deo agentes concinunt cum Dauide: Ipse liberauit nos de laqueo venantium. Diuidebat quoddā flumen duo regna, quod ob nimiam latitudinem pontem non habebat, & ob impetum fluctuum atque ingētes aquarum moles vi procellarum concitatas cymbam non admittebat. Itaque nullus erat per illud transitus: transibat illud, sed nemo illò transibat. Volebant homines regnum ditissimum. Vltra illud penetrare, sed transire minimè valebant. Venit quidam rex diuitijs affluens, & illic pulchrum sumptuosumque pontem suis expensis fabricatus est, per quem omnes transirent, dum modò numum aliquem suis famulis soluerent, quos illic posuit ad pecuniam recipendam. Hæc duo regna sunt cœlum & terra, regnum æternum, & regnum caducum, hic mundus & alter. Ante aduentum Christi nullus erat transitus, nulla via à terra ad cœlum. Fluuius

diuidens erat peccatū, iuxta id, quod ait: Esaias: Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. Eam ob causam: nemo in cœlum introibat. Quis est homo, qui viuet, inquit regius vates, & non videbit mortem, & eruet animam suam de manu inferi? Quasi dicat nullus. Venit filius dei immensus ille deus de deo, mundi conditor & conseruator, vt homines è tenebris inexplicabilibus ad veritatis splendorem adduceret, transitumque pararet, viamque muniret ad gloriam æternam, ad regnum immortale: & constituit firmum & magnificum pontem, qui iter præberet omnibus à terra ad cœlum transire cupientibus. Sed non sine magnis suis sumptibus & laboribus: nam propter eius structionem, & tanti operis fabricam fuit alapis percussus, & cruciatibus affectus. Illi enim, quibus pontem fabricabatur, eius capillos indignè auulserunt, eius corpus duris flagellis cæciderunt, & mansuetissimum illum ac innocentissimum agnum iactis in illum infinitis contumelijs immaniter vulnerarunt. Ardebant in illum detestanda Iudæorum odia, qui diabolico furore incensi, & impijs inuidiæ stimulis concitati eum, quem summè venerari deberent, in crucis patibulo tormentis terribilibus affectum, totum vulneribus fauciatum suspenderunt: vbi sanguine suo sacratissimo fuso migravit è vita, vt nobis viam muniret ad vitam immortalem consequendam. Mortuus est, vt nos eius morte immortalitatem obtineremus. Aspicias igitur, quemadmodum pro ponte illo construendo & edificando fuerit eius sanguis effusus, & vita sublata. Huius pontis fundamentum est bonitas diuina, eius arcus & fornice sunt ex charitate, eius rostra versus fluctus exporrecta sunt ex firmitudine, & tota moles ædificij appellatur pons misericordiæ. Qui noluerint aliquid dare huic domino, pontis conditori,

tori, nullum habebunt aditum per illū. Famuli pecuniam accipientes sunt pauperes, de quibus ait idem dominus:

Mat. 25.

Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Oportet tamen elemosynas cum iudicio distribuere, iuxta id, quod ait psalmographus: Iucundus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio. Per sermones intelliguntur res, verbum enim hebraicum rem significat, & opes, & verbum.

Psal. III.

Est igitur sensus: Vir ille bonus est, qui misericordiam colit, qui beneficus est & liberalis, & de substantia sua, de rebus suis familiaribus impartitur egentibus, sed iudicium in distribuendo adhibet, omniaque sapiēter, & ordine recto ministrat. At qui nihil habent, quod possint pauperibus tribuere, habeant saltem bonum desiderium. Nam vt ait diuus Augustinus, Coronat deus intus bonitatem, vbi non inuenit facultatem. Si non habes pecuniam, nec victum, nec tegumentum, nec quicquam aliud, quo possis pauperi subuenire, da deo animum, da gemitum, da desiderium, da suspirium, da cor, da teipsum. Cum David à patria sua, domoque paterna longius abesset, & fugiens à facie impij Saulis, exul & abiectus nemora deserta & inculta peragraret, seque ad Palæstinos conferreret, emittens ad dominum has voces, canebat: In me sunt deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Ac si diceret: Etsi ingratus tyrannus à me mea abstulit, nunquam tamen à me poterit auferre me ipsum, nec ab animo meo desideria seruiendi tibi: nunquam intermittā te venerari, laudes tuæ dies ac noctes mihi in animo & in ore versabuntur, & desideria tuā à corde meo non recedēt. In me enim deus sancte sunt vota tua, desideria seruiendi tibi, teque laudibus extollendi, quæ reddam tibi. Quanquam omnia mihi desint, hæc tamen me nunquam deficient. Nos igitur ponte hoc transire volentes, elec-

Psal. 55.

mosynas pauperibus tribuamus, & cum opes defuerint, bona saltem voluntas non desit: quia ædificium hoc est pons misericordiæ, per quod nulli nisi misericordes transeunt ad regnum cælorum: ne de nobis id, quod hęc loco deus gentibus illis impijs obijcit, dicatur. Manum egeno & pauperi non porrigebant.

Sicut vidisti. Cum tamen te eius exemplo non castigaueris. Quidam legendum putant: Sicut vidi, vt sit sensus: Vt ea scelera vidi, volui ciuitates illas euertere. Sunt, qui legant: Sicut decreui. Et tunc est sensus: Vrbes illas deleui, quæ admodum statui.

Iustificasti sorores tuas. Id est, ostendisti te esse multo illis flagitiosorem. Tot scelera commisisti, vt Samaria & Sodoma tamen tui iustæ videantur. Ideo ait dominus: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi. Fuit Iudæa iniustior, quàm Sodoma, quoniam habens maiorem dei cognitionem, fraudes teterrimas concepit, & impia scelera commisit: & vt ait dominus: Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatē eius, vapulabit multis. Sed quod detestabilius & capitalius est, dominum deum suum interfecit, & sanguinem eius petiuit, dicens: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Mat. 10.

Id quod ei obijcit deus per Esaiam: Manus vestræ sanguine plene sunt. Effudit ingrata Hierosolyma Christi sanguinem, eumque ad interitum crudelissimum vocauit.

Luc. 13.

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agēs ab eis: iustificatæ sunt enim à te. Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas.

Mat. 27.

Esa. 1.

Et

Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma, & filia eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu & filia tua reuertemini ad antiquitatem vestram. Non fuit autem Sodoma, soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua, sicut in hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiam tuam tu portasti, ait dominus deus. Quia hæc dicit dominus deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecū in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cum receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies, quia ego dominus, vt recorderis, & confundaris, & nō sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti: ait dominus deus.

Ergo & tu porta confusionem tuam. Id est,

Quia tot sceleribus te implicasti, tolera ignominiam tuam.

Quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis. Hoc est, quæ fuisti sceleratior quàm Sodoma & Samaria. Quidam legunt: Quæ iudicasti sorores tuas, vt sit sensus: Est tibi ignominia tua placatè ferenda, quoniam tu es ea, quæ iudicasti Sodomam & Samariam fuisse meritò ob flagitia sua vastatas.

Iustificatæ sunt enim à te. Id est, si te dum conferantur, iustæ videbuntur.

Et conuertam restituens eas. Promittit deus se conuersurum esse Gentes & Iudæos per Christum: quod fecit: nam ecclesia catholica est fidelium congregatio tam ex Gentibus, quàm ex Iudæis, qui Christi fidem receperunt. Intuere magnam dei misericordiam. Narravit & Gentium & Iudæorum scelera, & cum videretur sequi: Ego eos mittam in infernū, vbi æternis cruciatibus torqueantur: ipse tamen ita concludit: Ego eos conuertam ad veram fidem, & in pristinam restituum dignitatem. Quis non admirabitur tam admirabilem dei nostri clementiam? Vna concione diui Petri tria milia Iudæorum crediderunt. Et nō solum ex Iudæa & Samaria, sed ex omnibus mundi regionibus multi receperunt fidem, & fuit hoc Ezechielis oraculum tempore Christi & apostolorum optatissime completum. Sed ad litteram explanationem veniamus. Conuertam, inquit deus, & restituum conuersionem Sodomæ cum oppidis suis, & conuersionem Samariæ similiter cum suis oppidis. Conuertam regiones Sodomorum & Samaritanorum: & te etiam o Iudæa, quæ sita es in medio harum duarum regionum, conuertam. Et cum fueris conuersa, feres ignominiam tuam, erubescens, & dolens, & poenitentiam agens, quod Messiam tuum interfeceris, & scelera impia commiseris: Et consolaberis Samaritam & Sodomam, & conuertam gentilitatem, quia ex te eribunt

Act. 2. 41.

1. 1. 1. 1.

8. 1. 1.

apostoli, qui Christi nomen per omnes nationes fama celebrabunt, & euangelium, hoc est bonum nuntium predicabunt: ex quo efficietur, vt fidelium metes sint gaudio affectæ, & diaboli tyrannis è medio tollatur. Sed dices: Qui fieri potuit, vt Iudæa & Samaria ad anti quam dignitatem reuerterentur? Quæ fuit hæc dignitas antiqua? Respondeo in regionibus illis habitasse quondam Abrahamam, Isaac, & Iacob, & postea, Iosue, Dauidem, Iosiam, Esaiam, & multos alios viros fideles, in quibus diuina quædam charitatis flamma præcis illis temporibus mirabiliter eluxit. Fides, quam illi habuerunt de Christo, eadem est cum ea, quam nos habemus, nisi quod illi expectabant Christum venturum, nos autem credimus eum venisse. Habuerunt igitur illi veram fidem, spem & charitatem, & virtutum aliarum abundantiam: quibus in rebus vera dignitas consistit. Ad hanc dignitatem restituta est Iudæa & Samaria, cum multi ex Iudæis & Samaritanis receperunt Christi fidem, & fuerunt virtutibus præditi, & charitate inflammati. Fuisse Samaritanos ad fidem conuersos, indicat diuus Ioannes capite quarto, & copiosius diuus Lucas capite octauo Actorum. Nam apostoli ceperunt predicare verbum dei in Iudæa & Samaria, & in regionibus propinquantibus, quæ sunt Moabitatum, & Ammonitarum. Et quoniam Moab & Ammon fuerunt filij Loth, eiusque filiarum, quæ nate fuerunt Sodomæ, vt est libro Genesis mandatum: ideo per Sodomam intelliguntur Moabitarum & Ammonitarum, qui ad veram fidem, quam habuerat quondam iustus Loth eorum pater, redierunt. Porro per Samaritanos & Sodomæ intelligere peccatores indefinite, nam Iudei quemcumque hominem nefarium vocabant Samaritanum. Vnde effectum est, vt cum ex oculis odium Christum deum nostrum viderent, cum Samaritanum appella-

Ioan. 4. Act. 8.

Genes. 13.

Ioan. 8.

rent. Et Esaias capite primo impios Iudæorum magnates vocat principes Sodomorum, & plebeios sceleratos populum Gomorrhæ. Est igitur sensus: Venient dies o Iudæa, quibus non solum tu, sed Gentes etiam sceleribus infinitis imbutæ fidem recipient, & iustitiam atque pietatem colent.

Ut portes ignominiam tuam. Particula, vt accipitur consecutiue. Ac si dicat: Hinc efficietur, vt portes ignominiam tuam, & scelera tua cognoscas.

Consolans eas. Nam apostoli eos, qui conuertebantur, reficiebant. Vel loquitur de alijs nationibus more humano, ac si dicat: Priusquam conuertaris, ego te premam; & alia nationes gaudebunt videntes te dare poenas scelerum tuorum nam vt ait quidam: Solatium est miseris socios habere poenarum.

Non fuit autem Sodoma. Cum tibi omnia essent prospera, & ad voluntatem fluentia, cum pompis delectareris, esseque sceleribus coinquinata, oblitæ eras Sodomæ, eam contemnebas & pro nihilo putabas. Moabitas & Ammonitas, qui à Loth Sodomæ habitatore procedunt, aspernabaris. At nunc eos nominas & times, quoniam fuerunt mundo cognita & perspecta flagitia tua, pro quibus es à me afflicta, calamitatibus lacertata, & in miserijs constituta. Prosperitate insaniebat, aduersitate vero iudicium limauit, & aciem intellectus perpoliuit. Ideo aiebat Esaias: Sola vexatio intellectum dabit auditum.

Genes. 13. Genes. 19.

Esa. 28.

Sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ. Hoc est, omnes te contempnent, quemadmodum faciunt nunc oppida Syriæ, & oppida Palæstinae, quæ te cingunt per gyrum. Hoc ideo ait, quia Iudæa sita est in medio Palæstinae. Id quod nostra editio habet: Quæ te ambiunt per gyrum, potest verti ex hebræo: Quæ te diripiunt vnde quaque.

Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti. Hoc est, persoluiisti poenas flagitiorum

rum tuorum. Fuiisti afflicta à Palæstinis ratione maleficiorum tuorum.

Et faciam tibi, sicut despexisti iuramentum. Animaduertam in te: grauiter & seuerè te puniam, vt scelera tua merentur: quoniam iam fregisti pactum, quod mecum inieras, & fidem, quam mihi dederas, violaisti. Quando deus populum Israeliticum ex Aegypto liberauit, ei que legem dedit in monte Sinai, dixit populus: Omnia, quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obediens: vt in libro Exodi literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Sed postea se à deo separarunt, legemque suam penitus contempserunt. Vbi hoc dixit deus, quo iustitiam suam ostendebat, voluit etiam misericordiam suam ostendere: quam ob causam dixit statim: Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ. Hoc est, implebo id, quod tibi promisi, quando te ex Aegypto reduxi, nimirum missurum ad te Messiam. Nam capite 18. Deuteronomij promissit coelestis pater ore Moyfis missurum se esse Christum, qui secundum humanitatem sumpturus esset carnem ex genere Abrahamæ. Sed quoniam solent Iudæi vti sæpenumero futuris indicatiui profubiunctiuis, potest totus hic locus ita explanari, vt dicat deus: Ego tecum agerem, quemadmodum tu mecum egisti o synagoga, quæ iuramentum, & fœdus mecum initum violaisti, nisi aliud postularet meæ misericordiæ magnitudo. Sed ego ad te mittam filium meum, quemadmodum tibi promisi, qui te in errorum & scelerum caligine versatam illustret, & ad æternam gloriam adipiscendam iter ostendat. Ibit lux ad cæcos, vita ad mortuos, via ad errantes, veritas ad falsitate deceptos, salus ad ægros, redemptio ad captiuos, iustitia ad iniustos, fortitudo ad fragiles, fons aquæ viuæ ad aridos, princeps pacis ad discordes, panis vite ad laborantes fame, deus ad peccatores.

Exo. 24.

Deut. 18.

Et suscitabo tibi pactum sempiternum. Hoc est, dabo tibi nouum testamentum, cui nulla ætas est finem allatura. Vetus cessauit quo ad ceremonias, & iudicia, & sacrificia, quia æternum non erat, sed ad tempus, nimirum vsque ad Messiam. Et si decimosextimo capite Genesis, & 12. Exodi, & 20. Leuitici videatur dicere diuina scriptura ceremonias, & sacrificia, & victimas Iudæorum æternas fore, non tamen hoc ait: longo tempore duraturas dixit, non autem semper. Dictio adolam hebraica, quæ æternum significat, aliquando etiam significat longi temporis durationem, non autem perpetuitatem & infinitatem. Deus enim qui fallere non potest, dixit Abrahamo, vt est in libro Genesis literis consignatum capite 13. & 17. Dabo terram hanc semini tuo in sempiternum. Sed quis non videt sempiternum illic non tempus absque fine significare, cum sit omnibus perspectum semen Abrahami terram illam promissionis amisisse, & nec eam possidere, nec multis retro seculis in ea habitasse. Quemadmodum deus dixit æternam fore terræ promissionis possessionem, ita dixit æternam fore circumcisionem, & Iudæorum sacrificia. Præterea sacrificia illa etsi non maneant iuxta literæ corticem, manent tamen iuxta spiritum, quoniam pro circumcisione carnis habet ecclesia circumcisionem spiritus, & baptismum: pro agno paschali habet Christum in sancto eucharistiæ sacramento, pro terra promissionis regnum cælorum. Quam ob causam pacta illa veteris testamenti possunt appellari æterna, quia licet iuxta vmbra & literam deleta sint, manent tamen iuxta virtutem & spiritum, & ideo excellentiore modo, quo semper durabunt: nam nulla erit posteritas quæ afferat illis finem, quin potius vigeant memoria omnium seculorum: quia veteris illius testamenti

Genes. 17. Exo. 12. Leuit. 20.

Genes. 13. 17.

Genes. 17.

2. Corint. 3.

ti spiritus est ipsum nouum testamen-
 tum: legem enim veterem appellat apo-
 stolus literam occidentem, nouum ve-
 rō testamentum spiritum viuificatē.
 Hoc testamentum nouum appellat hoc
 loco deus per Ezechielem pactum sem-
 piternum. Vbi septuaginta pro pacto
 sempiterno habent testamentum sem-
 piternum. Quod nostram sententiam
 confirmat. Et quoniam testamentum
 morte testatoris confirmatur, mortuus
 est Christus, vt eius morte nostra mo-
 rerentur peccata, & nos à tenebris ad lu-
 cem transferremur. Id adumbratum
 fuit in agno paschali in exitu Israelis
 ab Aegypto immolato. Mortuus est
 agnus vt morerentur primogenita Ae-
 gypti, & liberarentur Hebræi, mortuus
 est Christus, vt mundi scelera moreren-
 tur, & Christiani à tyrannide Pharaonis,
 à potestate dæmonis, ab Aegypti
 caligine, à mundi tenebris ad patriam
 promissionis, ad libertatem sempiter-
 nam, ad lucem cœlestē, ad gloriam im-
 mortalem ducerentur.

Exo. 12.

Cum receperis sorores tuas. Subaudi Sodo-
 mam & Samariam. Has suscepit aposto-
 lorum congregatio, cum se ad Christi
 fidem conuerterunt.

Te maiores cum minoribus tuis. Nam ex
 regionibus, quæ conuertebantur, quæ-
 dam erant maiores Iudæa, quædam mi-
 nores.

Et dabo eas tibi in filias. Nationes, quæ
 fuerint ad fidem conuersæ, tuæ filia
 erunt. Hoc ideo ait, quia ecclesia in-
 cepit in Iudæa, & vt prædixit Esaias:
 De Sion exiit lex, & verbum domini
 de Ierusalem. Omnes autem, qui apo-
 stolis adhærebant, erant filij ecclesiæ
 à Christo & apostolis inchoatæ. Fuit
 igitur Hierosolyma vt mater, aliæ ve-
 rō regiones vt filia.

Esai. 2.

Sed non ex pacto tuo. Idest, non ex me-
 rito tuo, quoniam pactum mecum ini-
 tum violasti, sed ex misericordia mea,
 qui salutem tuam desidero. Septua-

ginta habent: Et non ex testamento
 tuo. Hoc est, non ex virtute veteris
 testamenti, sed noui: non virtute anti-
 quæ legis, sed per meritum Christi. Vt
 sit sensus. Introibis in regnum cœlo-
 rum non ob victimas legis Moysei, sed
 ob fidem Christi, quæ per charitatem
 operetur: nam ostium paradisi non ape-
 rietur sanguine taurorum & arietum,
 sed sanguine Iesu Christi. Veniet tem-
 pus, quando sacrificia legis veteris ces-
 sabunt, & Messias erit verum sacrificiū,
 qui morte sua vitam tibi tribuet immor-
 talem.

Et suscipiabo ego pactum meum tecum. Id-
 est, dabo tibi nouum testamentum. Vel
 dabo tibi Messiam, quemadmodum ti-
 bi promisi.

Et non sit tibi vltra aperire os. Idest, vidēs
 beneficia mea in te collata, tuamque
 aduersus me ingratitude, nihil habe-
 bis, quo me possis obiurgare, & te defen-
 dere.

Cum placatustibi fuero. Per carnis assum-
 ptionem filij mei, per eius sanguinem,
 & per opera tua bona eius sanguine de-
 corata.

Annotations ex hebræo in caput XVI.

Proiecta es super faciem terræ. Septuagin-
 ta habent: Super faciem campi. Vt
 sit sensus: Proiecta es in vitam latam
 & spatiosam, de qua ait saluator noster
 apud Matthæum: Lata porta & spa-
 tiosa via est, quæ ducit ad perditionem.
 Via quæ ducit ad vitam, arcta est & an-
 gusta, quæ Christus est, qui de se ait:
 Ego sum via, veritas, & vita. Ipse est
 ostium, qui de se ait: Ego sum ostium,
 per me si quis introierit, ingredietur, &
 egre-

Mat. 7.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Genes. 4.

egredietur, & pascua inueniet. At via
 ducens ad æternam mortem latus est
 campus, in quo Cain occidit Abel, vbi
 hominibus impijs secundæ res sapenu-
 merò conceduntur, iustis autem & pie-
 tate præstantibus denegantur. Hic ad-
 mittuntur homicidia, & impij insur-
 gunt in viros pios, eosque premunt,
 maledictis lacerant, & factis affligunt.
 Est enim huius seculi labes contemne-
 re virtutem, vel honestatis florem in-
 fringere, & veræ dignitatis splendo-
 rem & pulchritudinem maculare. Sed
 quemadmodum herinaceus marinus
 vt aiunt, & refert Basilius homilia. 7.
 in Hexameron, cum perturbationem
 ventorum præsentit, præscijs futuræ
 procellæ petram subit, super qua tan-
 quam super anchora se ipsum firmat &
 figit, ne fluctibus trahatur & agitur,
 sic vir iustus in mundi mari constitu-
 tus, præscijs calamitatum & dolorum,
 quibus viri iusti premuntur ab iniustis,
 quibus ipse potest angī & vrgeri, ad pe-
 tram illam confugiat, de qua ait apo-
 stolus: Petra autem erat Christus. ei-
 que adherens, liberabitur à mundi tem-
 pestatibus, & quanuis à molestiarum
 & tentationum fluctibus cōcutiatur, fir-
 mus tamen, & constans in virtute per-
 manebit.

simile.

1. Corint. 10.

Cant. 1.

Cant. 5.

Tempustum tempus amanti. In hebrai-
 co est: Tempustum tempus דודי
 dodhim, à singulari דוד dodh, quod si-
 gnificat amorem, & vber. Vnde id,
 quod habet in Canticis editio vulgata:
 Meliora sunt vbera tua vino, verti po-
 test: Meliores sunt amores tui vino, si-
 ue, amores tui vinum bonitate superat.
 Significat etiam amantem, & dilectum,
 vt in Canticis: Quò abiit dilectus tuus?
 siue amans te. Hanc significationem
 secutus est communis interpret. Pagni-
 nus & Brixianus habent: Tempus amo-
 rum. Symmachus tempus dilectio-
 nis.

nis. Aquila in prima editione tempus
 vberum, in secunda tempus nuptia-
 rum. Septuaginta tempus diuertē-
 tium. hoc est ab itinere declinantium.
 Tunc enim puellæ solent à via inno-
 centiæ deflectere, & ad nuptias, seu ama-
 torias leuitates aspirare. Vides igitur
 ea, quæ inter se distare videban-
 tur, in vnum eundemque sensum cō-
 spirare.

Expandi amictum meum super te. Septua-
 ginta habent: Expandi alas meas super
 te. iuxta illud: Quoties volui congre-
 gare filios tuos, quemadmodum gallina
 congregat pullos suos sub alis, & no-
 luisti. Per amictum siue pallium in-
 telligitur charitas: quæ est vestis nu-
 ptialis: de qua ait diuus Petrus: Cha-
 ritas operit multitudinem peccato-
 rum.

Auferam iustificationem tuam. Pagnia-
 nus habet: Diminuam statutum cibi tibi.
 Brixianus: Diminuam statutum cibum
 tibi. Quidam vertunt: Auferam à te
 demensum. Est autem demensum men-
 sura, quæ seruis datur frumenti singu-
 lis mensibus. Alij existimant: verten-
 dum esse: Auferam à te annonam.
 Quæ omnia in idem recidunt. Ego
 existimo multò rectiorem esse versio-
 nem communem, cum qua aliæ nullo
 modo sunt conferendæ. Nam pro iu-
 stificatione tua, est in hebraico צדק
 chucce, à verbo צדק chacac, quod
 significat statuere, scribere, & leges
 condere. vt apud Esaiam: Væ qui con-
 dunt leges iniquas. Illud libri Iudi-
 cum: Cor meum diligit principes Is-
 rael, potest verti rectissimè: Cor meū
 diligit leges Israelis. Sed quo-
 niam principes leges ferunt, eam ob cau-
 sam vertit interpret noster, & merito
 quidē, principes. Et Genesis ca. 49. Nō
 auferetur sceptrum de tribu Iudah, nec
 dux de femore eius, donec veniat, qui
 mittendus est. pro duce est in hebraico
 מטה mēta, quod est sceptrum.

Mat. 22.

Luc. 13.

Mat. 23.

1. Pet. 4.

1. Cor. 10.

Esai. 10.

Judic. 5.

Genes. 49.

eadem dictio. Quam ob causam potest verti: Non auferetur sceptrum, & legislator siue princeps, qui condat leges &c. Ab hoc verbo chacac deriuatur nomen choc, quo vitur hoc loco Ezechiel, quod nomen absque dubio legem significat, & statutum, & ius, & preceptum. Esa. cap. 5. Mutauerunt ius. Psal. 2. Prædicans præceptum eius. Quibus in locis est idem nomen, pro quo editio vulgata habet iustificationem, hoc est legem, quæ, vt in explanatione ostendimus, iustificatio in diuinis literis appellatur. Huic versioni fauet translatio septuaginta, ita habens: Et auferam νόμιμον σου, hoc est iura tua, vel legitima tua, seu legestuas. Quemadmodum autem deus abstulerit à Iudæorum synagoga legem suam, ostendimus in explanatione.

Quia effusum est æstum. In hebraico prætere tuo est חֲחֻץ נֶחֱסִיךְ nechuxtec. Significat hoc nomen serpentem, vt Num. 21. Fecit Moyses serpentem æneum. Significat etiã turpitudinem: quã ob causam Thargum vertit in hunc modum locum hunc: Discooperta est turpitudinis tua. Ac si diceret: Reuelata sunt ó Iudæa scelera tua, & sunt maleficia tua perspecta & explorata. Hunc sensum explicans Pagninus vertit: Effusa est turpitudinis tua. Brixianus: Effusa est impuritas tua. Significat præterea dilectio hæc æs. Vnde Esaias. 48. Fronis tua ærea. Et Ierem. 6. Ambulantes fraudulenter vt æs & ferrum. Ac si diceret: Quemadmodum chalybs & ferrum copulantur & miscentur, vt fiat gladius ad occidendum, sic hi omnes tam magnates, quam obscuro loco nati aduersus te conspirarunt, vt te occiderent. Et quoniam æs accipitur pro pecunia, poterat verti hic locus Ezechielis: Quoniam effusa est pecunia tua. Obiecerat enim illi deus tantam esse eius libidinem, vt opes suas amatoribus suis largiretur, & substantiam suam cum pro-

Esa. 5.
Psal. 2.

2. ss. 2. 2. 2.

2. 2. 2. 2. 2.

Num. 21.

Esa. 48.
Ierem. 6.

2. 2. 2. 2. 2.

fusione distribueret. Huc esse existimo germanum huius loci sensum, quem communis editio per æris effusionem voluit explicare.

Et abundantia & otium ipsius. Pro abundantia est in hebraico חֲחֻץ xaluat, à verbo חָלַח xalah, quod significat abundare, vt Thren. 1. Inimici eius locupletati sunt. hoc est, diuitijs sunt abundantes & prosperi. Significat etiam quiescere, atque in pace & tranquillitate vitam degere. Ideo poterat verti locus ille Threnorum: Hostes eius quieti sunt, vel, vt vertit R. Selomoh, in pace habitauerunt. Vt sit sensus: Hoc accedit ad miseriam Israelitici populi, quod cum ille bello sit pressus & afflicus, inimici eius in tranquillitate vitam agunt. Nomen xaluaah pacem, quietem, & tranquillitatem significat: & etiam abundantiam, & diuitiarum affluentiam.

Vnde illud psalmographi: Ego dixi in abundantia mea: non mouebo in æternum. verti poterat: Cum essem in tranquillitate mea, dixi in animo meo, non esse me dimouendum in æternum. Quibus verbis seipsum obiurgat Dauid, qui cum videret regnum suum confirmatum, & vitam ageret quietam, existimauit fieri non posse, vt à pace illa & quiete dimoueretur. At postea cum deus ab eo fauorem subtraheret, & faciem auerteret, vidit seipsum commotum & perturbatum: & tunc intellexit, debere viros prudentes ita se gerere in rebus prosperis, vt aduersas vicissim expectarent. Nam postquam regnum obtinuit, cum omnia ei ex animi sententia euenirent, incidit in grauia scelera, & fuit in tam acerbis calamitatibus versatus, vt non solum extranei, sed etiam filius eius aduersus illum bella pararet. Ideo sequitur. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Nonnulli ex Græcis interpretibus existimant, vt ait Euthymius, hæc regis Ezechie personam dici. Sed eadem manet

Thren. 1.

Psal. 29.

2. Reg. 17.

2. Reg. 17.

manet sententia. Diuus Augustinus arbitratu hoc dictum esse sub Adami persona, qui cum in paradiso tranquillitate bonorumque copia afflueret, putauit fore, vt nulla vis eum posset de illo florenti rerum statu dimouere, sed cum deus auerteret paulisper oculos suos, illico incredibilis facta fuit rerum commutatio. Nam pomum prohibitum comedit, & fuit ab illa felicitate deiectus. Illud etiam psalmographi: Et abundantia in turribus tuis, poterat verti: Et quies in ædibus tuis. Et illud Prouerbiorum: Prosperitas stultorum perdet eos, conuertitur poterat: Pax, siue quies insanorum euertet illos. Otium enim est sceleratis causa magnorum flagitiorum. Septuaginta verterunt hunc Ezechielis locum: Et in abundantijs affluebat ipsa delicijs. Pagninus: Et abundantia otij fuit ei. Potest verti: Quies otiosa fuit illi. At editio communis non hæc connectit, sed separat, vt præter alias, hæc duas causas assignet euersionis illius gentis, nimirum opum abundantiam, & turpe otium: quod Seneca appellat sepulchrum hominis viui. De quo ait ingeniosus poeta: Otia si tollas, perire Cupidinis arcus: contempræque iacent, & sine luce faces. Et diuus Augustinus libro primo de ciuitate dei, Otio, inquit, perijt Roma delata Carthagine. Et Chrysostomus in Genesim: Otium omnem malitiam docet. Cum interrogaretur Cleomenes, vt narrat Plutarchus, cur Lacedæmonij, cum Argiuos sæpe vinceret, eos non delerent, Nolumus, inquit, vt habeamus, qui iuuenes nostros exerceant. Parabant sæpe Argiui bellum aduersus Lacedæmonios, & erat bellum illud veluti eos, vbi iuuenes Lacedæmonij acuebantur, & perpoliebantur, ne turpi otio diffluentes fortitudinem amitterent, seque vitijs coinquinarent.

Genes. 2.
Genes. 3.
Psal. 127.
Prou. 1.

2. 2. 2. 2. 2.

Argumentum capitis XVII. **U**b parabola aquilarum, arboris, & vineæ hoc capite contenta narratur, & migratio regis lechonia, & assumptio Sedechia in regnum. Hic Aegyptiorum amicitia & auxilio fretus defecit à Nabuchodonosore, eius fratrem franges rebellauit. Quare fuit ab eo oppugnatus & captus, & in Chaldaam cum ceteris Hebrais cum magno dedecore adductus. Hanc Sedechie captiuitatem & miseriam, & Hierosolymæ euersionem prædicit nunc Ezechiel ad ostendendam diuinam iustitiam: sed in fine capituli Hebræos spe futura libertatis erigit & consolatur, ad ostendam diuinam misericordiam. Est etiam institutum Iudæorum vitia reprehendere, eosque ad virtutem excitare, ne se in tot vitia ingurgitarent. Et per captiuitatem Babylonicam, ostendit peccati seruitutem, & per reductionem ab ea instaurationem per Christum, quem venturum esse mentis oculis intuebatur.



Caput. XVII.

Factum est verbum domini ad me, dices: Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, ad domum Israel, & dices: Hæc dicit dominus deus: Aqu-



Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius euulsi, & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud. Cum que germinasset, creuit in vineam latiore, humili statura respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est altera aquila grandis, magnis alis, multisque plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui. Quæ in terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem. Dic: Hæc dicit dominus deus: Ergo ne prosperabitur?

EXPLANATIO.

ET factum est verbum domini ad me. Hoc est, dixit mihi dominus, ut proponerem ænigmata filijs Israelis, illudque eis explicarem. Est autem ænigma obscura allegoria, quæ non facile intelligitur, nisi à proponente explicetur. Huiusmodi est illud Samsonis in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quibus

verbis significabat se abstulisse mel de ore leonis, quem occiderat. Nam cum post aliquos dies à cæde leonis eius cadaver inuiseret, inuenit in eius ore apud examen, & mellis fauam, quem sumpsit & comedit. Huiusmodi ænigmata appellabatur veteres scrupos auctore Gellio libro duodecimo capit. 6. Quæ ænigmata cum sint in literis diuinis frequentia, sunt tamen apud nostrum Ezechielem frequentissima, ut capite 5. de gladio radente pilos, & hoc loco de duabus aquilis, & omnibus ferè capitibus.

Ad domum Israel. Hoc est, contra populum Israeliticum Hierosolymæ commorantem. Vel narra parabolam hanc Israelitis, qui tecum sunt in Babylonia captiuitate. Vel accipitur domus Israel pro omnibus Hebræis in communi.

Aquila grandis. Hoc est Nabuchodonosor rex Babyloniæ, qui ideo per magnam aquilam intelligitur, quia quemadmodum ea habet inter aues principatum, sic ille inter homines. Aquilæ nomine aliquando intelligitur diuinæ ascensionis volatus, & sublimis intelligentia, ut primo capite explicuimus, cum de quatuor animalium significatione differeremus. Aliquando congregatio concionatorum fidelium, ut in Apocalypsi: Vidi, & audiui vocem vnus aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: vax, vax, vax, habitantibus in terra. Aliquando diabolus, pater superbix, ut apud Abdiam: Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detrahente, dicit dominus. Aliquando res velocitate prædita, ut apud Ieremiam: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli. Aliquando rex aliquis magnus & potens, ut apud Ieremiam de Assyriorum rege ita aientem: Quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Et de Nabuchodonosore ait Oseas: Quasi aquila super domum domi-

domini. Et Ezechiel hoc loco Aquila grandis &c.

Magnarum alarum. Idest magnos habens exercitus, qui alarum nomine significantur, ut apud Esaiam: Erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ &c. Et apud Ieremiam: Extendet alas suas ad Moab. Apud Latinos etiam ala dicta est equitum turma, quod pedites tegat alarum vice. Et in acie ala dextra locatus, & sinistra, instar alarum auium.

Longo membrorum ductu. Rex dicitur caput, subditi membra. Vult significare populorum multitudinem, quæ erat Nabuchodonosori subiecta.

Plena plumis & varietate. Erat hic rex ditissimus & potentissimus. Per pennas pictas, varietate colorum decoratas significat mundi opes, potentiam, & prosperarum rerum abundantiam. Considera obsecro altè rem hanc, illamque tecum perpende, & memoria repte. Mundi gloria cum leuibus plumis, quæ vento circumferuntur, hoc loco comparatur. Quemadmodum plumæ aues ferunt in sublime, sic mundi diuitiæ & dignitates solent homines extollere, & in vanitatis aerem eleuare. Quemadmodum accipitres pennis freti volentes altius ascendere, & nubes penetrare, ob nimis excelsum volatum amittuntur, sic qui prosperitatis plumis innixi elatione eriguntur, quò altius ascendunt, eò infelicius præcipitantur. Hæ sunt plumæ vanitatis, quas deus in Leuitico præcipiebat euellere, & in locum cinerum projicere. Locus cineris est memoria mortis, vbi ea, quæ mortales iudicant eximia, ad quæ cupiditate incensi rapiuntur, reuoluere debemus, considerantes quàm breui omnia illa euanescent, & consumantur, & nos cum illis in cinerem conuertamur.

Arbores in sylua cognoscuntur, quædam ob truncorum differentiam, quæ-

dam ob frondium, aut florum, aut fructuum proprietatem. Hoc quippe est, dum viuunt, sed traditæ igni, & in cinerem conuersæ cognosci nequeunt. Quasi fieri potest, ut mistis cineribus proceram pinum, aut excelsum populum ab humili myrto, & paruo fructice possis vnquam discernere? Sic homines dum in mundi degunt sylua, cognoscuntur, quidam ob maiorum stipitem, quidam ob verborum folia, hic in flore pulchritudinis, ille in honestatis fructu, nonnulli in cortice rusticitatis, alij verò in lenitate mansuetudinis. Sed cum mors eos redigit in cinerem, & omnia miscet & confundit, quis poterit ex cineribus, ex terra, ex puluere illos cognoscere? Mistis cineribus quid interest inter excelsum principem, & infimum columnum? In horum cinerum memoriam projicere debemus pulchras mundi plumas, ne inflati opinionibus temperantiam amittamus, & in erroribus intollerandis versentur. Est enim perspicuum dominante inani gloria temperantiæ locum non esse, nec in vanitatis regno virtutem posse consistere. Falco, & nifus, & alix aues ex accipitrum genere dum viuunt, magni æstimantur: nutriuntur magnis delicijs, & in manibus geruntur magnatum: sed cum moriuntur, projiciuntur in sterquilinum. Contrà verò perdices dum viuunt, affliguntur ab omnibus, quilibet agricola in eas irruiat, & impetum facit: sed mortuæ afferuntur ad principis mensam, eique honorificè offeruntur. Ita multi qui in hac vita illustres & præclari censentur, rebusque vtuntur secundis, illis ad voluntatem stantibus, migrantes è vita mittuntur in inferni sterquilinum in æternum cruciandi: alij autem qui in vita varijs torquentur calamitatibus, & ob præclaras virtutis actiones in hominum sceleratorum odia incurrunt, & a mundi

mundo contemnuntur, cum excedunt e vita, ad mensam afferuntur principis coelorum, vbi requiescunt, in gloria illa aeterna summo honore, summisque gaudijs abundantes. Horum vitam censet mundus esse ornamenti omnibus spolianda, cum eam deberet perpetuis mimentis ornare. Contra vero eos celebrat saepenumero, plenisq; laudibus extollit, atque nominis amplitudine, claritateque illustrat, qui se in impia ingurgitant scelera, qui sunt non solum ab honestate, sed etiam ab honestatis vestigio relictis. Hi sunt varijs plumis honorum mundi inaniter ornati, quas breui amittunt: & ea, quae sunt diu, ac multo labore quaesita, vna eripit hora, & ipsi ad aeternas poenas relegantur. Ideo ait Ecclesiasticus: Substantiae iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Et psalmographus: Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra praetereunt. Moritur homo, & cum eo eius falsa gloria & prosperitas. Sed nec dum viueret vitam in tranquillitate traducebat: sed acerbis saepe molestijs implicatus, in timore & dolore versabatur. Quemadmodum fumus excelsa petit, sic calamitas eos potissimum inuadit, qui sunt in altiore gradu constituti. Quo fit, vt eos inde saepenumero in puncto temporis ignominiose precipitet. O inanem mundi famam comparatam hominum temeritate vitiorum plerunque laudatrice! O impiorum gloriam fluxam, & tetrisedecoris maculis deformatam! Vbi est hic Nabuchodonosor, quem diuinus noster vates cum aquila magna, varijsque plumis decorata comparat hoc loco? Vbi est eius potentia, & diuitiarum abundantia? Euauerunt omnia illa, & vt est in libro Sapientiae literis mandatum: Tranferunt sicut vmbra, & tanquam nuntius praecurrens. Restatigi-

tur, vt mundi gloriam inanem illam & fallacem contemnamus, siquidem aspicimus eam hoc loco cum leuibus peninis comparari. *Venit ad Libanum.* Hoc est, ad templum Salomonis, sic vocatum propter eminentiam & excelsitatem: vel quia erat ex lignis Libani constructum, vt patet ex tertio Regum. Et per templum intellige Hierosolymam. Figura est synecdoche, vbi ponitur pars pro toto. Eodem modo Zacharias: Aperi Libane portas tuas. Vbi paraphrastes Chaldeus pro Libano vertit templum. Vel intelligitur hoc loco Hierosolyma nomine Libani. Vt enim mons ille erat arborum densitate plenus, ita Hierosolyma hominum ac statuum varietate referta. Fortasse per Libanum intelligitur tota terra promissionis, in qua situs erat mons Libanus.

Tulit medullam cedri. Asportauit secum, quicquid erat pretiosum: vel statum nobilium: nam cum inter arbores aedificijs aptas cedrus teneat principatum, sitque procera & odorifera, merito eius nomine magnatum status significatur. Vel per medullam cedri intelligitur rex Iechonias, per summitates vero frondium nobiles praclaris orti natalibus. Sensus est: Venit Nabuchodonosor Hierosolymam, eam expugnauit, & secum in Chaldaeam regem Iechoniam, & optimates fere omnes adduxit. Cedrus est ciuitas, eius medulla est rex, summitates ramorum sunt magnates, trunci sunt plebeij. Quemad-

Et transportauit eum in terra Chanaan. Hoc est, in Chaldaeam. Chanaan significat negotiationem, & quoniam Chal-

Eccle. 40.

Psal. 143.

Simile.

Sap. 5.

dai, praesertim Babylonij erant magni mercatores & negotiatores, appellatur eius terra mercatura & negotiatio. Est igitur hoc loco Chanaan nomen appellatum, non autem proprium: nam proprie terra promissionis appellabatur terra Chanaan, vbi quondam Chanaan habitauerunt, ex qua fuerant per Hebraeos eieci. Id volens propheta indicare subdit: In vrbe negotiatorum posuit illum. Brixianus pro terra Chanaan habet terram negotiatorum: quod nostrae fauet sententiae. Ita potest intelligi illud Osee: Chanaan, in manu eius statera dolosa. Solent enim nefarij mercatores fallacibus stateris ponderare. Igitur ad terram mercatorum adduxit Nabuchodonosor Iechonia, & alios Iudaeos, qui eum secuti sunt, vt patet ex

Ose. 12.

4. Reg. 24.

4. Reg. 24.

Et tulit de semine terrae. Loquitur nunc de Sedechia, quem Nabuchodonosor regem Iudaeae pro Iechonia constituit. Hic Sedechias erat de semine terrae, hoc est vnus ex ijs, qui in terra illa Iudaeae nati sunt. Appellabatur antea Nathania, erat patruus regis Iechoniae, de stirpe regum Iudaeae. Hunc posuit Babylonius in terra pro semine Iechoniae. Praefecit illum terrae Iudaeae, vt maneret semen stirpis regiae. Vel posuit illum in terra pro semine, vt cresceret. Ac si dicat: Mandauit illum terrae vt semen, quod nasceretur, vt viriditas herbesceret, letosque fructus produceret. Quidam vertunt: Posuit illum in terra seminis, hoc est fertili, & foecunda: quibus fauet translatio septuaginta habens: Dedit illud in campo seminabili.

Vt firmaret radicem super aquas multas. Hoc est, vt latus esset prope flumina, & perennes fontes totam terram irrigantes. Quasi diceret: vt regnaret in terra frugifera & opulenta, semper virens, nullos a se reformidans. Vel sic: Vt regnaret super populos multos: nam no-

mine aquarum populi significantur iuxta illud Apocalypsis: Aquae, quas vidisti, populi sunt.

In superficie posuit illud. Non cum alta regni radice firmavit. Praefecit eum Iudaeae, sed ita ei vires fregit, vt supplex maneret, ne in magna potentia constitutus rebellaret.

Creuit in vineam latiore humili statura. Regnum Iudaeae fuerat quondam excelsa cedrus: at fuit regnum hoc euersum tempore Iechoniae: & loco cedri floruit abiecta vitis. Nam tempore Sedechia nulla fuit ibi celebritas, nulla amplitudo. Creuit quidem vitis, & fuit late propagata, sed humili statura: non creuit in altum, non se tulit in sublime: qui potius parebat Babylonij. Denique non erat alta cedrus, sed depressa vitis. At quandiu obediuit Nabuchodonosori, tulit fructus, sed cum ab eo defecit, & fidem frangens confugit ad Aegyptios, exaruit: & non solum rex, sed populus fuit ad interitum & vastitatem vocatus.

Respicitibus ramis eius ad eam. Vitis erat regnum, palmites erant magnates, qui non eleuabantur, quoniam respiciebant ad aquilam, hoc est ad regem Babylonis, cui obtemperabant.

Et radices eius sub illa erant. Hoc est firmitudo regni Sedechia erat sub aquila: pendebat a Nabuchodonosore. Vel sic: Et rex Sedechias impius erat. Homo iustus est arbor inuersa, iacens radices ad caelum, vnde ad illum venit alimentum, & aqua gratiae caelestis. Haec est aqua, de qua ait deus in Apocalypsi: Ego sitienti dabo de fonte aquae vitae gratis. Haec est animi esca, de qua ait Esaias: Venite, & emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Hoc alimentum de sursum venit a patre luminum: nam vt ait diuus Ioannes Baptista apud diuum Ioannem euangelistam, non potest homo accipere, quicquam, nisi fuerit ei datu

Apoc. 17.

Psal. 143.

Apoc. 17.

Esa. 55.

Iaco. 1.

Ioan. 3.

Ioan. 3.

Joan. 6. datum de cœlo. Alimentū animę est illud, de quo ait dominus: Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dat vobis. Hoc alimēto, his dapibus cœlestibus reficitur vir iustus: at impius radices iacit in terram, qui cœlo contempto ad terram tantummodò aspirat, & terram comedit, siquidem rebus terrenis pascitur & deletatur. Nam cum diabolus terram comedat cūctis diebus vitæ suæ, vt est literis diuinis libri Genesis mandatum, quid mirū si seruos suos iisdem pascat alimentis, quibus ipse pascitur. Itaque qui iustitiam colit & pietatem, radices habet super se, qui verò scelere & maleficio pascitur, sub se. Volens igitur diuinus vates flagitia Sedechiæ significare, ait eius radices sub ipso esse.

Et facta est altera aquila grandis. Hic erat rex Aegypti, qui aquila etiā dicitur ob magnam potentiam, & diuitiarum abundantiam. Cum autē ille esset hostis Babyloniorum, confugit ad illum Sedechias, totum se ad eius fidem & amicitiam conferens: & fœdus cum Nabuchodonosore in initum, & iureiurando confirmatum violauit, qua in re ius diuinum humanumque peruertit.

Et ecce vinea ista. Hoc est, rex Sedechias. Potest verti: vitis hæc.

Quasi mittens radices suas ad eam. Adhesit regi Aegypti, qui aquila dicitur, sed cū prima nullo modo comparanda. Ad eū misit legatos Sedechias petens ab eo auxilium aduersus Babylonios.

Vt irrigaret eā areolis germinis sui. Hoc est, vt rex Aegypti hanc vitem, nempe Sedechiam tueretur contra Nabuchodonosorem. Videtur alludere ad Nilum, qui irrigat Aegyptū immixtus in agros per sulcos.

Deut. 6. In terra bona. Hoc est, in terra promissionis fertili & ferace, manante lacte & melle. Poterat Sedechias regnum dilatare, opibus affluere, fructus vberissimos

ferre, & quietē atque honorificē viuere: sed non illud scelera eius merebantur. Ipse perturbationes quærebat, & cōcitatatis animi peremotionibus agitabatur. Torquebatur effrenata cupiditate, & inani sollicitudine: modò lætitiā temerè exultabat, modò dolore animum demittebat. Huiusmodi sunt insipientes homines, qui cum sint ipsa vanitas, nesciunt pusillum illud temporis, quod ipsis datum est, placatē atque leniter traducere. Adeo dissipant, in his rerum imaginibus & vmbis ita ambulant, tumultuantur, belligerantur, & studio fluxas mundi opes occupandi se cōturbant, quasi eximia bona sint & immortalia. Id volens explicare regius vates canebat: In imagine pertransit homo, sed & frustra cōturbatur: Thesaurizat, & ignorat, cui cōgregabit ea. Eodem modo rex Sedechias cum posset quietē viuere, seipsum & totum regnum perturbauit. Permisit deus ob eius aliorumque Iudæorum flagitia, vt à Babylonijs deficerent, eisq; fidem violarent, vt expugnarentur, & miseri ac calamitosi adducerentur in Chaldæā, vbi essent in acerbissimis calamitatibus versati.

Dic. Verbum est dei præcipiētis Ezechiel, vt ea Iudæis dicat, quæ statim sequuntur.

Ergo ne prosperabitur? Subauditur vinea hæc. Quasi dicat: non. Habent huiusmodi interrogationes vim negationū.

Nonne radices eius euellet? Quasi dicat: euellet quidem. Sensus est: Prima aquila nimirum Nabuchodonosor delebit Sedechiam, euellet radices eius, hoc est maiores eius euertet, & fructus eius distringet, hoc est filios eius occidet, & omnes eius palmites, hoc est omnes eius consanguineos & famulos labefactabit. Et hoc nō in brachio grādi, hoc est, nō cum magno exercitu, nec cum magna potentia. Lege 4. Reg. & 2. Paralip. 4. Reg. 25. 2. Paralip. 36. & Ieremiam, & videbis fuisse omnia hæc adimplera.

Nonne

Nonne cum tetigerit eum ventus vrens, siccabitur, & in areis germinis sui arefcet? Et factum est verbum domini ad me, dicēs: Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significant? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem, & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum, sed & fortes terre tollet, vt sit regnum humile, & nō eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Aegyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui facit hæc? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit dominus deus, quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et nō in exercitu grandi, nec in populo multo faciet contra eum Pharaon prælium, in iactu aggeris, & in extruptione vallorū, vt interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus: & ecce dedit manum suam, & cum omnia hæc fecerit, non effugiet.

Nonne cum tetigerit eam ventus vrens. Hoc est, exercitus Chaldæorum.

Dic ad domum exasperantem. Hoc est, ad populum Iudaicum rebellē, & me ad

iram prouocantem.

Ecce venit rex Babylonis. Parabolæ explicatio.

Et assumet regem. Futura pro præteritis, quemadmodum aliquando præterita pro futuris ponuntur more prophetarū. Sensus est: Venit Nabuchodonosor Hierosolymam, & tulit eius regem Iechoniam, & magnates & diuites, & transtulit eos in terram suam.

Et tollet de semine regni. Id est, eleuauit Sedechiam, eumque constituit regem, qui est ex progenie regia: & pepigit cum eo fœdus, vt scilicet ipse Sedechias regnaret, & tributum ei solueret singulis annis. Quod iuramento confirmauit.

Vt daret sibi equos, & populum multum. Hoc est, equites, & magnam peditum multitudinem aduersus Babylonios.

Nunquid prosperabitur? Quasi dicat: Qui violauit fœdus iuramento confirmatū, non meretur prosperitatem. Fides est proximo seruanda: nam Iosue Gabonitis promissam seruauit fidem, dicens: Iurauimus eis in nomine dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere.

Et Ecclesiasticus, Vir, inquit, bonus fidē facit cū proximo suo. Et hoc loco ostēdit Ezechiel seruandam esse fidem etiā inter hostes, & nō considerandum cui, sed per quem iuraueris. Multo fidelior ille inuenitur, qui tibi propter nomen dei tui credidit, & deceptus est, quam tu, qui violato iureiurando hosti tuo, imò iam amico tuo insidias paraueris.

Homines est sceleratissimi amicitiam soluere iuramento confirmatam, eumque fallere, qui læsus non esset, nisi credidisset. Diuus Ambrosius libro secundo officiorum, Fides, inquit, est etiam perfidis præstada. Et diuus Augustinus ad Bonifacium: Fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est, Et est hoc in sacros canones relatum, 2. quæstio. 2. cap. Noli existimare. Sed intelligendum est, si hostis nobis fidem seruet,

Eccl. 9. 29.

T alioquin

alioquin non, vt patet multis ex locis à glossa ibi in verbo, hosti, citatis. Nec mirandum est fidem à fidelibus cum hostibus seruari, cum etiam eam illis conseruauerint infideles. Primo bello punico Marcus Regulus Romanus captus à Pœnis, cum esset Romam missus ad captiuos commutandos, iurassetq; se rediturum: redijt quidem nō commutatis captiuis. Et si ab ijs, qui eum vnice diligebant, retineretur Romæ, maluit tamen redire, quam fidem hostibus datam fallere. Reuersus est Carthaginē ad exquisita supplicia, ad hostes crudelissimos, à quibus fuit incredibilibus cruciatibus affectus. At nemo illum eam ob causam ærumnosum, nemo infelicem vnquam putauit: nō enim magnitudo animi eius torquebatur ab hostibus, non grauitas, non virtus, non constantia. Amisit opes & magistratus, & ea, quę deceptis mortalibus eximia & præclara videntur, virtutem autem nō amisit. Quemadmodum fulmen quicquid inuenit in terra, ferit, præter laurum, vt ait Plinius libro secundo capite. 55. sic magna calamitas omnia potest auferre & euertere præter firmam virtutem. Est enim constans virtus pulchra laurus. semper virens, nullo igne è nubibus erumpente, nullo impetorem tormentorū & ærumnarum exusta, aut labefactata. Ad hanc firmam virtutem nos hortatur apostolus, dicens in epistola prima ad Corinthios: Fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere dñi semper. Qui omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæq; honestatis causa faciūt, in amore Christi fundati, non solum mceroris faces, sed mundi fulmina contemnunt. Si Gentium duces, & philosophi malebāt vitam potius, quam fidem hominibus datam amittere, cum nullis perfectis virtutibus moralibus essent præditi ob theologialium defectum, vbi sunt Christiani fide Christi decorati, qui fidem frangunt, eum multo magis

debeant eam hominibus datam conseruare, dareq; operam, ne de gradu constantiæ dimoueātur, atq; ne quicquam excellentia atq; præstantia Christianæ religionis veritate plenissimæ indignū cōmittant? Si autem mundi iustibus nos vulneratos senserimus, & calamitatis vndiq; pressos, non frangamur, nec animo cadamus, sed sit præsto regina ratio, quæ ita animum corroboret atq; confirmet, vt mori potius velimus, quam fidē iuramento assertam violare. Fides aliquando accipitur pro spōsione, vt apud diuum Paulum prima ad Timotheum: Primam fidem irritam fecerūt. Aliquando pro conscientia, vt in epistola ad Romanos: Omne, quod nō est ex fide, peccatum est. Aliquando pro fide theologali, de qua ait apostolus in epistola ad Hebræos: Sine fide impossibile est placere deo. Quæ aliquando est informis, aliquando formata. De informi ait apostolus in prima ad Corinthios: Et si habuero omnem fidē, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, &c. De formata ait in epistola ad Galatas: In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec preputium, sed fides, quę per charitatē operatur. De ea ait in epistola ad Romanos: Iustificati ex fide pacem habeamus ad deum. Nonnūquam fides idem est quod fidelitas, vt in Apocalypsi: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vite. De hac fide ait Ecclesiasticus: Fidem posside cum amico in paupertate illius. Hoc modo accepta fides est dictorum conuentorumq; constantia & veritas. Ita eam Marcus Tullius definit li. primo Officiorū, vbi ait eam quia fiat, quod dictum est, appellatam fidē. De illa modò differimus, asserimusq; esse non solum amicis sed inimicis etiam seruandam. Hanc veteres Romani tanti faciebant, vt eam tanquam numen aliquod sanctissimum colerent, eiusq; imaginē in capitolio prope Iouem, quem inter vanitatem suorum

deorum

deorum venerabantur, collocarēt. Huius vituperis propriū esse dicebant, nihil ex timere, omnia humana despiciere, nihil quod homini accidere posset, intolerandum putare. Hanc fidem iure iurando confirmata fregit Sedechias deficiens à Nabuchodonosore: quam ob causam permisit deus, vt esset incredibilis ærumnis laceratus, & non solum se, sed totum suum regnū penitus euerteret, quod fidem nec deo, nec hominibus seruabat.

Nunc quid effugiet? Subaudi pœnā. Quasi dicitur nō. Vel loquitur de fuga, cui se mandare volebat Sedechias, quando fuit à Babilonijs captus, vt lib. 4. Regū licet videre.

in loco regni. Hoc est in terra Nabuchodonosoris.

Et ubi in exercitu grandi. Hoc est, Pharaō rex Aegypti, qui promiserat Sedechias, se esse paratū contra Nabuchodonosorē exercitū magnum, eumq; superaturū, non stabit promissis, nam paruum exercitū aduersus eum mitteret & nec iaciet aggerem, nec extruet vallorum fossas, vt multos ex Babilonijs interficiat. Misit quidem rex Aegypti aliquos, qui Sedechias opem ferret, vt constat ex capite. 37. Ieremiæ, sed metu perterriti reuersi sunt in Aegyptum.

In iactu aggeris. Hoc est, iaciens aggerē. Est autem agger coaceruatio terre & lapidum ad muros vrbis oppugnandos.

Ve interficiat animas multas. Hoc est multos homines. Capitur pars pro toto metonymicōs, vt multis in locis diuinatū literarum.

Et ecce dedit manum suam. Nimirum regi Aegypti. Ac si dicat: Sedechias se tradidit Pharaoni. Dare enim alicui manū est se ei committere. Vel confirmauit iuramentū, quod fecerat Pharaoni. Solebant veteres iactu manus fœdera confirmare. Nunc etiam eodē modo apud nonnullos fit, qui pactum corroborare volentes, manus mutuo porrigunt mo-

re antiquorum. Vnde aiebat Pythagoras, non esse vniciq; dexteram porrigendam. Ac si diceret, non esse quempiam in fœdus amicitia temerē recipiendam. Citat hoc symbolum Plutarchus in hanc sententiam in libro de malitorū amicitia. Nunc solent Christiani tangere manu euangeliorū librū, eum rem aliquam magni momenti volumus iure iurando confirmare.

Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo ego, quoniam iuramentum, quod spreuit, & fœdus, quod prauaricatus est, ponam in caput eius. Et expandam super eum rete meū, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babilonem, & iudicabo eum ibi in prauaricatione qua desepit me. Et omnes profugi eius, cum vniuerso agmine suo gladio cadent: residui autē in omnem ventum dispergentur. Et scietis, quia ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus deus. Et sumā ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorū eius: tenerum distingam, & platabo super montē excelsum, & eminentē. In monte sublimi Israel platabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrū magnā: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub umbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego dñs humiliavi lignū sublime, & exaltaui lignū humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum, & feci.

T 2 Iuramē-

Iuramentum quod spernit. In hebraico est: iuramentum meum, quod violauit. Hoc est, iuramentum meo nomine inuitum, ictum inuocato nomine meo.

Ponam in caput eius. Hoc est, luet poenas tanti flagitij, quoniam iuramentum meum violauit. Ponere in caput alicuius flagitiū, est illum prout eius scelus meretur, castigare. Hebraismus est in diuinis literis frequens.

Expandam super eum rete meum. Hoc est exercitum Chaldaeorum. Hoc tropo vitus est capite. 12. & 32.

In omnem ventum dispergentur. Hoc est, per omnes mundi partes: vti enim vni diu, perflant.

Et sumam ego de medulla cedri sublimis. Id est, sumam Meisiam, qui secundū carnem erit ex semine Dauidis, & constitutum eum regē in ecclesia catholica: & hic erit arbor magna, & cedrus excelsa, & mundi salus. Verba sunt dei patris, qui bus promisit missurū se esse ex coelis filium suum vni genitū, qui miseros mortales ē Babylonica captiuitate, ē diabolici tyrannide, ē tenebris obscurissimis ad spiritus libertatem, ad purū dei cultum, ad beatissimam regni sui claritatem traduceret. Ipse autem Christus se ad hoc excellentissimū munus exequendum venisse, verbis, factis, & miraculis ostendebat: & veram esse hanc dei patris promissionē testificabatur. Id prädixerat idem Christus dicens ore Dauidis: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuū dixi: Facies ea, quae pater per diuinos vates suos prädixerat, illum in perfoluendis promissis verum esse demonstrabat. Hunc constituit pater regem secundum humanitatem, nam secundum diuinitatem equalis est patri, & regnū semper obtinuit. Est autem rex super ecclesiam per montē Sionis significatā iuxta id, quod ipse ait in psalmo: Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius, prädicans praeceptū eius. Ad hoc enim

Psal. 39.

Psalm. 2.

venit in mundū, vt testimonium perhiberet veritati, vt est apud Ioannē, & qui canq; ex veritate est, audit vocem eius: *Ioan. 18.* Diuus Hieronymus transfert: Annūtiā bo praeceptum dei, nā dictio, el; hebraice significat deum scripta cum duobus punctis, cum tribus verbis significat eum: Et paraphrasis Chaldaica habet: Recitabo dei pactū. Inducit igitur psalmographus Christum dei legem, & pactū, & decretum narrantem & prädicantē, & se ipsum verum esse regem promissum docentem. Sed quoniam per medullam cedri rex Iudaeae intelligitur, sunt, qui dicant hoc loco hunc, quem deus dixit sumpturū esse de semine regis, esse Zorobabelem, qui erat ex regia progenie: qui reduxit Iudaeos a Chaldaea in Iudaeā tempore regis Cyri: cum quibus nō cōtendam, dum modō fateantur fuisse hac in re Zorobabelem Christi figuram, & prophetā ad humani generis redēptionē per Christum respexisse, cuius imago fuit reductio illa ex Babylonica captiuitate. Nam Christus erat omnium prophetarum scopus, quē nō solum Hebraeorū liberatores, vt Iosue filius Nū, Gedeon, Iosue filius Iosedeck, Zorobabel, & alij, sed etiā legis Mosaeicę instituta & sacrificia adumbrabant. Hic est rex ille ex semine Dauidis secundum humanitatem, de stirpe regia, de medulla cedri sublimis, de quo hic loquitur diuinus noster vates. Esse autem Christum ex progenie Dauidis secundum carnē, asserit in epistola ad Romanos diuus Paulus, & diuus Mattheus initio sui euāgelij. *Roma. 1.* Id promiserat deus, & fuit oraculis diuinorū vatum proditū. In psalmo scriptum legimus: Iurauit dominus Dauid veritatē, & nō frustrabitur eum: De fructu vētris tui ponā super sedē tuam, Huc pertinet dei promissio facta Dauidi ijs verbis, secundo libro Regū explicata: Suscitabo semen tuū post te, & firmabo regnū eius: & stabiliam thronū regni eius in sempiternū. Quis nō videt

Roma. 1.

Psalm. 131.

2. Reg. 6.

vaticina-

vaticinationem hāc nō esse ad fluxum Salomonis regnū, sed ad eternū Christi regnum referēdā, qui futurus erat ex semine Dauidis, & in eternū regnaturus? Id vaticinatus fuit Esaias, dicens: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eū spiritus dñi. Hęc virga, est virgo dei genitrix, hic Iesse, a quo virga hęc processit, est pater Dauidis: hic flos ex virgine natus, est Christus verus deus, & verus homo, qui de se ait in Canticis: Ego flos cāpi, & lilium cōualliu. Flos est nō horti, hoc est non particularis, sed cāpi, flos cōmunis, saluator omniū. Hic est rex ille, de quo prädixerat psalmographus: Rex noster ante secula operatus est salutē in medio terræ. Et rursus: Læteretur Israel in eo, qui fecit eum, & filia Sion exultēt in rege suo. Et Esaias: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos. Hic est rex de medulla cedri, qui homines a Nabuchodonosore, a diaboli potestate eripuit, & Hierosolymam, hoc est ad ecclesiam duxit bonis excellentibus refertam, ad verum ac piū dei cultum, ad Christianam religionē, ad conscientiaē tranquillitatem, vt eos inde ad cōlestē patriā, ad æternas mansiones, ad ecclesiam triūphātē tādē perduceret, vbi est eorū bonorū affluētia, quā nec aspectu oculorū cōprehēdimus, nec auribus percipimus nec vlla animi cogitatione cōplectimur.

Esa. 11.

Cant. 2.

Psal. 73.

Psal. 149.

Esa. 33.

Tenerum distringam. Hoc est, de regia stirpe decerpam ramū tenerū: tollam Zorobabelē nepotē regis Iechoniae, & plantabo illum in monte Sionis. Cōstitutum Christum filium meū regē ecclesiae catholicae. Tenerum vocat Christū propter eius pietatem & misericordiā.

Et plantabo super montem excelsum. Hoc est super ecclesiam nomine Sionis intellectā. Hęc est mons ille, de quo ait Esaias: Erit in nouissimis diebus pręparatus mons domus dñi in vertice mōtiū, & eleuabitur super omnes colles. Poteris

Esa. 2.

per hunc montē excelsū, in quo plantata fuit hęc arbor sublimis, montē Caluarie intelligere, vbi fuit arbor vite plantata. Hęc arbor est crux illa sacratissima in monte Caluarie erecta, refugium nostrum, & diuinae victorie clarissimum monimētum. Cum puer Ismael exul a domo patris in vasta & inculta erraret solitudine, & siti maxima cruciaretur, abiectus est ab Agara matre sua subter arborem quandā, vbi pias voces lachrymis sociatas ad cōlū emittens, fuit a domino exauditus, qui ei fontem ostēdit, quo fuit mirabiliter refectus & recreatus. Tales sunt peccatores, qui patrē eternum deū relinquētes, diuino fauore indigni, syluas vitiorū peragrantes, laborāt siti diuinae cōsolationis, & nulla cōlestis gratia aqua recreantur. De ijs ait diuinus vates: Errauerunt in solitudine, in inaquoso. Sed nemo adhibeat peccatis suis de diuina pietate desperationē. Eleuet oculos ad Christū crucifixum, fundat ad ipsum vim lachrymarū, confugiat ad arborē verę crucis, & ibi inueniet vberimū diuinae cōsolationis fontem. Videbit deū suū cruci affixum, eū aquis gratia inuitantē, & dicentē: Omnes sitientes venite ad aquas. Et iterum: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et rursus: Ego sitienti dabo de fonte aquaē vitę gratis. Christi latus fons est mirabilis, vnde exiuit sanguis & aqua. Curramus ad crucē hanc in mōte Caluarie sitam, amplectamur eam, in qua fructus æternæ redēptionis pependit. Huius arboris folia sunt verba de eius laudibus, plata, quibus illud accommodari potest, quod ait Ezechiel: Folia eius ad medicinā, & diuus Ioannes in Apocalypsi: Folia eius ad sanitatē gentium. Flores eius sunt charitas, humilitas, patiētia, obediētia, paupertas spiritus, & alia virtutes, quas, si eas in summo gradu, in altissima perfectione videre desideras, in cruce Christi omnibus numeris absolutas absque dubio reperies. Fructus eius est ipse

Genes. 2.

Genes. 21.

Psal. 106.

Esa. 55.

Ioan. 7.

Apoca. 22.

Ioan. 19.

Ezechi. 47.

Apoca. 22.

met Christus filius dei, pomū pulchrū, è cœlis dimissū, de quo ipse ait: Qui māducat me, viuet propter me. Et in Leuitico scriptū legimus: Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ. Est igitur crux sancta arbor nobilissima, omniū in omnibus pulcherrima, in folijs, in floribus, in fructu, Hæc nobis repræsentat Christum crucifixū, qui est ipsa arbor vitæ, & sapiētia patris, de qua ait in Proverbij Salomon: Lignū vitæ est ijs, qui apprehēderint eam. De qua ait hoc loco cœlestis pater: Et plantabo super montem excelsum & eminentem.

Et erit in cedrum magnam. Erit Christus sublimis & gloriosus. Vnde post eius reditum ad vitam ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et diuus Paulus, Propter quod, inquit, deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Vnde apud Danielelem appellatur lapis præcisus de monte, hoc est de virgine Maria virtutū altitudine præstante, sine manibus, hoc est sine opere humano, qui creuit in monte excelsum omnē terrā adimplentē. Et Esaias inducit patrem ita cum filio loquētem: Dedi te in lucem gentiū, vt sis salus mea, vsque ad vltimum terræ.

Et habitabunt sub ea omnes volucres. Sub Christo habitabunt fideles, qui quoniā alis fidei & charitatis altiūs volant, meritō volucres appellantur. Vide autem illam cœlestem aientem: Conuersatio nostra in cœlis est. Cōsidera sublimem eius à terra ad cœlum volatum. Hęc sunt aues, quas Abrahā non diuisit, cum animalia cætera diuisisset, vaccam, caprā, & arietem. Impij his animalibus intellecti sunt à se ipsis, & à deo diuisi & separati: at viri iusti de se aiunt: Quis nos separabit à charitate Christi? Qui fieri potest, vt à deo sint separati, qui quicquid efficiunt, ad eius gloriam dirigunt, semperq; ipsum deum mentis oculis intuentur: Quemadmodum in medio sphaeræ est centrum, à quo omnes lineæ dedu-

ctæ tendunt ad circumferentiam, sic vir iustus charitate & pietate præstans habet deum pro circumferētia. Quicquid cogitat, loquitur, & agit, tendit ad Christum, qui eos circumdat: nam vt dicitur in psalmo: Dominus in circuitu populi sui. Et iterū: circumdabit te, veritas eius, non timebis à timore nocturno. Et rursum: Sperantem autem in domino misericordia circumdabit. Est enim Christus diuina circumferentia cingens viros iustos: & est arbor cœlestis vmbra sua protegens & circumdans omnes, qui ad ipsum confugiunt. Ideo subditur statim: Vniuersum volatile sub vmbra frondiū eius nidificabit. Hæc est vmbra illa, de qua dixerat regius vates: Sub vmbra alarum tuarum sperabo. Sub qua protecti viri iusti commorantur, iuxta illud eiusdem prophetæ. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur.

Ego dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile. Hoc est, ego iustus deus depressi Sedechiam, qui se extulerat, & extuli Zorobabelem, qui se humiliauerat. Abieci diabolium superbum, & extollam Christum humilē. Ipse Christus de seipso ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. De illo ait in epistola ad Philippenses diuus Paulus: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et paulò post: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autē crucis. Sed vide quid sequatur. Propter quod deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Id prædixerat idē dei filius ijs verbis apud Esaiam: Mihi curabitur omne genu, & iurabit omnis lingua, ergo in domino. Vel, vt alij vertūt: Et iurabit omnis lingua duntaxat per dominū. Quæ verba diuus Paulus Christi esse

sti esse indicat in epistola ad Romanos, sed ea ita trāsfert. Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cōfitebitur deo: vel, vt verti potest, cōfitebitur me esse deū. Intuere animo quemadmodū cœlestis pater eum extulerit, qui se abiecerat & exinaniuerat. Contrā verò diabolium è cœlo in profundū barathrū deiecit, quia se extulerat. Hoc intelligēs virgo dei genitrix canebat: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et idē deus: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et diuus Iacobus in epistola sua: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et paulò post: Humiliamini in cōspectu dñi, & exaltabit vos. Et diuus Petrus in prima sua canonica: Humiliamini sub potente manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Et Abdias: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuū, inde detrahā te, dicit dominus. Et psalmographus: Vidi impium super exaltatū, & eleuatū sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius Superbi enim & elati est florere, rebusq; secundis vti videantur, infelices tamen sunt, quoniam miseros exitus cōsequuntur, & ex illo illustri rerū statu se penumero cadūt, & quod peius est, in pœnas æternas præcipitātur. Quemadmodū hyeme frigore vigēte, & estate nimio calore omnia inflāman te rarò cadunt ingentia fulmina, vt ait Plinius libro secundo, sed vere & autūno, quando aer est serenus & tranquillus, tunc maximè adurunt & ferunt, sic maximæ calamitates & acerbissimæ ærumnæ prosperitati insidiantur: non eos quærunt, qui frigore & æstu in humili statu laborant, sed illos repentino vulnerant impetu, eos deijciunt, & incēdio comburūt, qui in tranquillo prosperitatis vere & autumno, superbia extolluntur, & inani mundi gloria insolescūt & in sublime vanitatis eleuantur. Nihil

esse existimo in vita securius, nihil vtilius, nihil præstātius, nihil ad virtutem magnificentissimè illustrandam accommodatius, nihil denique tranquillitate alijsq; bonis affluentius, quàm vera humilitas, & Christiana animi submissio. Hæc est gossipium, in quo conseruatur virtutum moschus præstantissimū spirans odorē. In arte arithmetica est quedam notula appellata siphra, deriuata, vt mea fert opinio, à verbo hebraico saphar, quod significat numerare, vnde siphara hebraicè numerū significat. Hęc notula nihil valet, sed facit valere: coniuncta enim cum notula valēte decem, efficit, vt valeat centum: auget valorē, cum illū non habeat. Sic animi submissio, & sui ipsius abiectio, cum ex se in hac vita apud homines nihil valeat, præstat tamen valorem. Iuxta est dñs, ait psalmographus, ijs, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et iterum: Excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Ac si diceret: Altissimus deus humiles diligit, & eos qui se submissè gerunt, effert in sublime: elatos verò & superbos, mūdi honores & dignitates sibi assumētes & arrogantes à longè videt, quasi res detestabiles, nolens eos è propinquo vt sibi charos intueri: quippe qui indigni sint, qui ab eo vt amici cognoscātur. Animi demissio est vas, vbi virtutes reconduntur, & vt ait diuus Bernardus, humilitas cordis receptaculum est gratiæ. Chrysostomus, Humilitas, inquit, est sacrificium maximum. Et iterum: Humilitas est sublimioris philosophiæ mater. Humiles, vt ait diuus Gregorius, dum se deijciunt, ad dei similitudinem ascendant. Superbi contrā dum se extollunt, diabolium imitātur. At eos deijcit deus, & humiles extollit, quæadmodum hoc loco ait per Ezechielem.

Siccavi lignum viride. Hoc est regem Sedechiam.

Frondescere feci lignum aridum. Hoc est Iechoniam,

choniā, qui etiam Ioachin appellatur. Hoc ideo ait, quia Nabuchodonosor soluit illum à carcere, & honorificè tractauit, Sedechiam verò infinitis calamitatibus affecit. Potest hoc referri ad populum Iudaicum, quem deus lignum viride appellat, quia in eo fuit fides & vera religio: & ad populum Gētilicum, qui eam ob causam lignum aridum dicitur, quia erat à fide & religione penitus alienatus. At lignum virens, arbor illa fructifera, nobilis illa quondam Iudæorum synagoga aruit omnino, & nullum fert veræ virtutis fructum: arbor autem Gentilica, quæ fuerat arida, sterilis, & infœcunda, est lætissimorum fructuum copia exornata: in ea viget Christi fides, spes, charitas, iustitia, sapientia, verus dei cultus, & ceteræ virtutes, quibus ecclesia repleta, aquis gratiæ spiritus sancti rigata, semper virebit, nullusq; estus reformidabit. Hoc prædixerat his verbis Esaias: *Lauda sterilis, seu vt alij vertunt, Lætare sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas, quoniā multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virū. Gētilitatem appellat sterilem, quæ nullos habuerat prophetas, nullos fideles, nullam charitatē: sed fidem Christi recipiēs multò plures fructus edidit, quàm Iudæorum synagoga. Alludit diuinus vates ad Saram sterilem, ex qua productus est populus infinitate innumera bilis à deo assumptus, cum filius Agaræ fuerit eiectus. Eā ob causam diuus Paulus locū hunc in epistola ad Galatas sub nomine Saræ de ecclesia, sub nomine verò Agaræ de synagoga interpretatur. De ecclesia dixerat Esaias: Lætabitur deserta & inuia, exultabit solitudo. De synagoga verò Ieremias: Infirmata est, quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cum adhuc esset dies. Vbi per septem multi intelliguntur more Hebræorum. De hac quondam sterili hoc oraculum literis mādauit regius vates:*

Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorū lætantē. Ac si diceret: Deus est ille, qui misericordia sua efficit, vt Gentilitas, quæ sterilitate laborat, habitet in domo dei, in ecclesia catholica, & facta fœcunda infinitate filiorū oblectetur. Hæc catholica ecclesia coaceruata est ex Gentilibus, & ex Iudæis, quos sacra scriptura semē & reliquias appellat, quoniam licet multi ex Gentibus, pauci tamen ex Hebræis fidē receperunt. Ceteri Iudæi infideles sunt abiecti & repro bati, & eorū synagoga euauit & exaruit, à deo penitus alienata: & Gentilitas ab illo asūpta. De ea ait deus per Oseā: Miserebor eius, quæ fuit absq; misericordia: & dicam non populo meo: populus meus est tu. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos, & diuus Petrus in prima sua canonica de ecclesia ex Gētibus cōgregata interpretantur. Est igitur Gētilitas arbor antea sterilis & arida, cui deus hoc loco prædixit se esse frondes præbiturum, vt admirabiles virtutum fructus produceret, ex quibus vera dignitas effloresceret & redundaret. Hæc existimo esse huius loci intelligētiam. Qui verò totum hoc ad reditum ex Babylonica captiuitate referendum putant, quando Hebræi sub Zorobabele duce ad patriam, ex qua fuerant magna iactati procella expulsi, se retulerunt, nullamque volunt de Christo nec à propheta, nec à seipsis fieri mentionem, in errore intolerabili meo quidem iudicio versantur. Scio enim non nullos, qui cum nomine Christiano glorientur, vsque ad eò sese opinionibus Iudæorum adduxerunt, & quasi consecrarunt, vt nihil doctum, nihil literale esse dicant, nisi quod ex turbulentis eorum riuulis hauriatur: cum nihil Hebræis sit magis in optatis, quàm literam peruertere, & verum sensum delere, & sanctam nostram religionem la befactare.

Annotatio-

Annotations ex hebræo in caput XVII.

Plena plumis. Septuaginta habent *πλήγους ὄνυχων*. plena vnguium. Ac si dicerent: Hæc aquila erat rapacissima. Nabuchodonosor tyrānidē significat, quæ alienas diuitias rapiebat, & extranea regna vastabat. Huiusmodi sunt, qui bellū inferunt quiescentibus, vt eorū veteres illibataq; opes in profundum suorū appetituum gurgitē profundant. Hi per aquilam, & halætum, & ceteras alites curuungues in literis diuinis significantur: cum deus earum vsum prohibeat in Leuitico, & Deuteronomio. Hefychius his alitibus eos intelligēdos existimat, qui cum subtilia perscrutari videantur, parant alijs insidias in explebili auaritia æstuantes. Pythagoræ præceptum fuit non esse animalia curuarum vnguiū nūtriēda. Volebat enim significare esse rapacitatē ex ciuitate penitus alienādam. Ita Tryphon, & post eū Valerianus symbolum hoc interpretantur.

Et tulit medullam cedri. Pro medulla in hebraico *תבואת צדרי* & tammaret. R. David in libro radicum, & R. Selomoh in cōmentarijs aiunt esse ramum altiorē omnibus in arbore. Vnde Pagninus vertit: Et tulit summitatem cedri. Et Brixianus: Et tulit supremum fastigium cedri. Septuaginta: Et tulit electa cedri. Rex est medulla, & ramus altior & eminentior, qui non solum dignitate, sed virtute & sapientia debet alios superare. Et qui in sublimiore loco est constitutus, debet esse in excelsiore virtutis gradu collocatus, vt non solum vitam dirigat ad rationis normam, sed etiā subditis ad id faciendū exēplum præbeat. Ei enim, qui reipublicæ præfuturus sit, duo tenenda sunt, vnum, virtutem colere, alterū, totum corpus reipublicæ curare, & ad

eius vtilitatem munus suum referre. Ad quod maximè cōducit mores habere in corruptos, vt eos populus imitetur. Vt enim qualis erat color virgarū Iacob, talis erat color pecorū, quæ nascebantur ex ouibus in aspectu virgarū cōcipiētibus, vt literæ diuinæ memoriæ prodiderūt, sic quales sunt regis ac præsulis actiones, tales solēt subditi cogitationes cōcipere. Iacob est princeps, virgæ sunt eius opera, oues subditi, cōceptus cogitationes. Vnde ait Ecclesiasticus: *Qualis rector est ciuitatis, tales & habitates in ea. Quare deberent principes leges, quas cōdūt obseruare, vt ex ēplo suo excitaret subditos ad earū obseruationē. Interrogatus Alcemenes cur à Messenijs oblata munera recusasset, quoniam si recepissem, inquit, cum legibus pacē habere non poterā. Magnifica verò vox, & tāto principi digna, quæ declarat esse legū auctoritatē magno obuioq; lucro antepōnēdā.*

In vrbe negotiatorū posuit illā. Pro vrbe negotiatorū habet septuaginta ciuitatem muratā. Hoc est Babylonē, cuius murus fuit à veteribus inter mūdi mirabilia cōnumeratus. Eā Iulius Solinus hoc modo describit. Chaldeæ gētis caput Babylon est, à Semiramide condita, tā nobilis, vt propter eā & Assyrii & Mesopotamij in Babylonix nomē trāsierint. Vrbs est sexaginta millia passuū circuitu patēs, muris circūdata, quorū altitudo ducētos pedes detinet, latitudo quinquaginta: in singulos pedes ternis digitis vltra quā mēsurā nra est altioribus. Hæc ille. Straboli. 16. ita eā describit: *Babylō in cāpo iacet: muri ambitū habet. 385. stadiorū, eius crassitudine pedū. 32. altitudinem inter turres cubitorū quinquagenū, turriū ipsarū sexagenū, viā super mœnibus tam latā, vt quadrigæ occurrētes facillè pertrāsire possint. Vnde & hoc ex septē spectaculis orbis vnū dicitur. Hæc Strabo. Cum igitur vrbs illa fuisset muris celeberrima, rerūq; gestarū gloria florētissima, nomine vrbs muratæ per antonomasiā*

T 5 intelligi-

ligitur. Verum pro in vrbe negotiatorum est in hebraico: in vrbe **רֹכֵל** roclim à verbo **רָכַל** racial, quod significat negotiari, & vendere: vt apud Ezechie lē. 27. Carthaginēses negotiatores tui. Id, quod est in Cāticis: *Quę est ista, quę ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmētarij. poterat verti ex hebrzo: Quę est hęc, quę ascendit per desertū quasi colūna fumi odorati ex aromatibus myrrhę, & thuris, & omnis pulueris mercatoris. Nam pro pigmentario est in hebraico rocel, quod propriē significat mercatorē & negotiatorē. Per quem ille hoc loco intelligitur, qui species vedit aromaticas, quę cōtuse in pulueres redigūtur. Significat locus ille efficere religionē Christi, vt homines bona verē Christianorū opera videntes admirētur, & glorificēt patre, qui in cœlis est. Per myrrhā intelligitur cōtinentia, per thus suauitas orationis, per pulueres aromaticos omnes virtutes. Et quę admodum hęc aromata in igne maximē effundunt odorē, sic vir iustus in igne calamitatis positus maximē virtutē ostendit, & fragrantia patiētix redolet. Sed quanuis in hebraico sit: Et vniuersi pulueris mercatoris, rectē tamē interpret Latinus trāstulit: Et vniuersi pulueris pigmētarij, vt explicaret qualis esset hic puluis. Ab hoc verbo racial deriuatur nomē racil, quod significat mercatorē, & detractorem: quod soleāt mercatores de aliorū mercibus detrahere, vt suas cum aliorū vendant iactura. Pro hoc nomine vertit in terpres Latinus criminatōrē & susurronē cap. 19. Leuitici, dicens: Non eris criminatōr, nec susurro in populo. Pro quo vertunt nōnulli: Non incedas mercator in populo tuo. Nec ineptē: solent enim mercatores technis & dolis homines circūuenire, & mēdacijs ac periurijs lucrū suum augere. Id, quod est in Prouerbij: Qui ambulat fraudulēter, re*

uelat arcana, trāsferūt nōnulli: Ambulat vt mercator, qui arcanū reuelat. & per mercatorē intelligūt delatorē, & susurronē, & hominē veluti ex dolis cōlatū.

In monte sublimi Israel plantabo illud. Septuaginta habēt: Et suspendā illū in monte sublimi Israel. Hoc est, permittā, vt in cruce suspendatur in mōte Caluarię. Loquebatur cœlestis pater de filio suo Mēsia vēturo, & dixit se esse illū suspēsurū in crucis patibulo. Multa dicuntur cōcedēdo nō iubēdo, vt apud Zachariā: Percute pastorem, & dispergētur oues.

Verba sunt dei patris, quibus ait se permittere, vt populus Iudaicus Christū interficeret. Quę verba diuus Matthæus per futurū vertit primæ personæ, dicēs: Scriptū est enim: Percutiā pastore, & dispergentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod est in oratione dñica: Et ne nos inducas in tētationē. Hoc est, ne permittas, vt inducamur in tētationē. Eodem modo pater dicitur filium in manus impiorū tradidisse, & illū in cruce suspendisse. Ait Damascenus li. 4. cap. 14. morē esse diuinę scripturę permissionē dei actionē eius vocare. Quę admodū hoc loco ait pater se esse filiū suū in crucis arbore suspēsurū. In ea pependit Christus deus noster, de quo fuerat in libro Deuteronomij perpetuis monimētis consignatū: Erit vita tua pēdens ante te. Aci diceret: Christus qui est vita: pro te morietur, & erit corā te cruci affixus. Ipse de se ait: Ego sum resurrectio & vita.

Cuius figura fuit serpens aeneus, quē Moyses extulit in deserto, de quo ait Chūs apud Ioānē: Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, vt ois, qui credit in ipsum, nō pereat, sed habeat vitā æternā. Fuerūt in cruce duo ligna, vnum erectum, alterum transuersum, sed ambo coniūcta. Natura angelica lignum rectū est, natura verò humana transuersum. Quia in re voluit nobis deus significare per Christi mortem & crucis mysteriū homines

mines esse similes angelis effectos in eo, quod in cœlo vtrique deo in æternū fruuntur. Fuit hęc crux, vt ait Origenes, virga illa Moysi, quę vicit Aegyptū, mare aperuit, & de Pharaone triūphauit. Hęc fuit in monte Caluarię fixa, in qua pepēdit redemptor noster. Quam ob causam ait hic Ezechiel iuxta septuaginta translationem. Et suspendam illū in monte sublimi Israel.

Argumentum capitis. XVIII.



Nducit diuinus vates deum loquētē, & errorem quendam, in quo Iudaicæ versabantur, execratem: non enim agnoscebant culpā suam, quod est totius improbitatis caput & metropolis: qui potius aiebant se nō ob sua, sed ob maiorum suorum flagitia calamitatibus premi, & alienorum scelerum pœnas iniuste dare. Explicat illis deus ab vnoquoque esse pœnam proprij peccati persoluedam. Promittit salutem impio, si reliquerit impietatem, & ad diuinum numen confugerit, iusto verò exitium, si contemptra iustitia, inexpiabiles fraudes conceperit, seq̄ impiorum facinorum maculis contaminauerit. Tandem hortatur peccatores ad pœnitentiam, ne precipites in æternū exitium rapiantur.

Caput. XVIII.



Factus est sermo dñi ad me dicēs: Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbiū in terra Israel? dicentes: Patres comederunt vñā acerbam, &

dentes filiorū obstupescunt. Viuo ego dicit dñs deus, si erit vobis vltra parabola hęc in prouerbiū in Israel. Ecce omnes animæ meę sunt, vt anima patris, ita & aīa filij mea est. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Et vir, si fuerit iustus, & fecerit iudiciū & iustitiam, in mōtibus non comederit, & oculos suos nō leuauerit ad idola domus Israel, & vxorē proximi sui non violauerit, & ad mulierē menstruatam nō accesserit, & hominē non cōtristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suū esuriēti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad vsuram non accommodauerit, & ampliū nō acceperit, ab iniquitate auerterit manum suā, & iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est, vita viuet, ait dñs deus. Quod si genuerit filium latronem effundētem sanguinem, & fecerit vnum de istis, & hęc quidē omnia non facientem, sed in mōtibus comedētem, & vxorem proximi sui pollutētem, egenum & pauperē cōtristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentē, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientē, ad vsuram dantem, & ampliū accipientē, nunquid viuet? Non viuet: Cū vniuersa hęc detestāda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.

Quid

Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium? Parabola est sermo obscurus, aliud verbis proferens, aliud sensu explicans, rerumque genere dissimilium comparatio. Proverbum est sententia in omnium ore versans, rebus temporibusque accommodata. Oratio hæc: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt, parabola est, qua significatur filios scelerum maiorum suorum poenas luere. Hanc parabolam ferebant in ore Iudæi usque; eod frequenter, ut eam in proverbium converterent. Volebant enim deum arguere: & in eius iustitiam invehantur, asserentes se esse iniuste punitos, cum nullas conscientie labe haberent in animo, nulla vulnera, nulla flagitia: sed propter patrum suorum scelera immerito vexari. Si illi iusti fuisset, culpas suas agnoscerent: septies enim in die cadit iustus, ut ait Salomō in Proverbijs. Et in eodem libro ait: Iustus prior est accusator sui. Inter alias causas, cur deus ficum non ferentem fructum ariditate percussit, hanc assignat diuus Athanasius: quod Adā post transgressionem acceperit folia ficus, quibus nuditatem suam obtexit. Cum autem Christus destrueret transgressionis peccatum, illudque deleteret, & in cruce configeret, arefecit operculum peccati, hoc est folia ficus, quibus Adā tegebatur post peccatum. Tegebat Adā transgressionem suam, & Iudæi similiter scelera sua, & ea ad maiores suos referebant. Tanta erant mentis obscuritate cooperiti, tot errorum tenebris circumfusi, ut minimè viderent impietates suas, sed eas rejicerent in maiores suos deoque iniustitiam tribuerent, quod eos in tot criminis versari permitteret. Ideo hoc iam trito proverbio utebantur, Patres comederunt vnam acerbam, &c. Hoc est, illi commiserunt scelera deum ad iram provocantia, pro quibus nos filij luimus poenas. Hæc verba ita vertit paraphrastes Chaldeus. Patres peccaverunt, & filij vapulant. Reprehendit igitur eos deus, quia parabolam hanc vertebant in proverbium, illis

ostendens, non esse eos punitos ob maiorum suorum scelera, sed ob propria: nam à fide defecerant, & vana Gentium idola coluerant, & nullam veri iuris germanamque iustitiam solidam & expressam effigiem tenebant, sed se in dies terribis vitiorum maculis coinquinabant. Quam ob causam eos hortabatur, ne deinceps tam falso proverbio uterentur, sed scirent, nec filium puniri pro iniquitate patris, nec patrem pro iniquitate filij, sed vnumquemque poenam sui peccati sustinere.

Si erit vobis ultra parabola hæc in proverbium. Apostrope est, figura à Latinis reticentia appellata, cum intra nos ea supprimimus, quæ dicturi videbamur. Est igitur sensus: Si deinceps hoc utemini proverbio, ego in vos grauer animaduertam. Sed quoniam particula, si, apud Hebræos habet sæpe vim negationis, potest hæc accipi pro non, ac si dicat: Non erit vobis ultra hæc parabola frequens in ore, quoniam ego eius falsitatem ostendam. Per Ieremiam similiter ait deus: In diebus illis non dicetur ultra: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed unusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo, qui comederit vnam acerbam, obstupescunt dentes eius.

Ecce omnes anime meae sunt. Subaudi per creationem: non enim sunt ex traduce, sed creando infunduntur, & infundendo creantur. Sensus est: Et si patres generent filios, animas tamen eorum non generant, ego enim eas creo. Eam ob causam nec pater torquebitur pro filio, nec filius pro patre: sed anima, quæ peccaverit, ipsa morietur morte peccati in via, & morte æterna in gehenna, nisi per poenitentiam surrexerit. Peccatum mors est, & peccatis imbuti mortui dicuntur. In libro Sapientiae ait diuina scriptura: Homo occidit per malitiam animam suam. Et diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Cum essemus mortui peccatis, conuiuifi-

conuiuificauit nos Christus. Hoc est, cum per peccata nos pariter vobiscum, qui idolorum cultores eratis, mortui essemus, tribuit nobis vitam coelestis patris per Christum saluatorem nostrum. Et diuus Iacobus in epistola sua: Peccatum cum communitum fuerit, generat mortem. Aternus etiam in inferno cruciatus mors est: & qui in perpetuas illas tenebras seclusi à coetu & consilio iustorum relegantur, mortui dicuntur. Eam ob causam ait psalmographus: Non resurgunt impij in iudicio. Renocantur quidem conuersi mortales ad vitam, cum venerit Iesus Christus ad iudicium vltimum exercendum: ait enim apostolus: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sed psalmographus non loquitur, de corporum resurrectione, sed de resurrectione ad vitam æternam, quæ est vera vita. Cum autem resurgere sit ad vitam redire, vita autem damnatorum mors potius æterna sit, quam vita, verè asseritur, eos non resurgituros esse, quia non resurgent ad vitam: sed ad mortem æternam. Scio tamen verbum hebraicum non solum resurgere significare, sed consistere, & causam in iudicio obtinere, cuius contrarium est causa cadere, & litem amittere. Quam ob causam poterit esse sensus illius versus: Ideo non consistent impij in iudicio dei, sed causa cadentes, æterno supplicio adiudicabuntur. De ijs ait ita diuus Ioannes in Apocalypsi: Erunt in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Aspicias igitur præter mortem naturalem duas esse mortes, vnam animæ per mortiferum peccatum in hoc mundo, alteram æternam in inferno. De vtraque loquitur hoc loco deus, cum ait: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed quoniam in diuinis literis frequenter anima accipitur pro homine, ut Genes. 14. Dixit rex Sedom Abrahæ: Da mihi animas, & supellectilem tuam capto. vbi septuaginta habent τὸν ἄνθρωπον, id est viros. Et multis alijs in locis diuinæ scripturæ, ideo for-

sitan hoc loco anima pro homine accipitur. Erunt enim sensus: Quicumque homo flagitium dignum morte commiserit, morte corporis multabitur: & in peccato illo lethali excedens è vita, erit in interitum sempiternum precipitatus.

Et sic erit iudicium & iustitiam. Hoc est, iuste vixerit. Hebraismus est in literis diuinis non infrequens. Facere iudicium & iustitiam est id efficere, quod decet virum sapientia & iustitia præditum. Potest hoc loco accipi iudicium & iustitia pro gradu poenitentiae ad salutem, cum homo seipsum accusat apud deum, & cognoscens delicta sua, aduersus seipsum sententiam fert. Eam ob causam ait apostolus: Si nosmetipsos iudicemus, non utique à domino diiudicemur. Cum nosmetipsos accusamus & damnamus, absolui-mur à deo, si eius bonitati fidentes, ad tutum diuinæ misericordiae portum confugi-mus. Audi Dauid scelus suum cognoscere, & clamantem: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Hoc est assiduè mihi ante oculos mentis versatur. Vicissitudo fuit, inquit Chrysostomus. Deus dedit Dauidi Misericordiam, Dauid dedit deo confessionem. Ac si diceret: Scio domine non futurum esse impunitum flagitium meum, non enim eius iustitiam, cuius imploro misericordiam: Sed ideo à te domine peto, ne seelus meum punias, quia ego illud punio: ideo precor ut ignoscas, quia ego cognosco: & quia te offendi, vim lachrymarum profundo. In montibus non comederunt. Id est, non fuerit idolorum cultor. Solebant, qui commentitios deos venerabantur, in montibus eorum statuas collocare, ibique cibos illis oblatos comedere. Ad id demeritæ & impietatis venerunt Iudæi, ut vanos Gentium deos colerent, eosque idola domus Israelis appellarent. Volens autem propheta explicare, quid esset in montibus non comedere, subdit: Et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, ea scilicet adoranda.

Prouer. 24.
Prouer. 18.
Matthæ. 21.
Marc. 11.
Genes. 3.

Iaco. 1.

Psalm. 1.

1. Corint. 15.

Ierem. 23.

Apoca. 21.

Genes. 14.

Sapient. 6.

Ephes. 2.

Et hominem non contristauerit. Hoc est, non læserit, eum vulnerando, aut male dicitis & conuicijs lacessendo. Oporteret, ut neminem tristitia afficiamus nisi ob utilitatem aut suam, aut aliorum, ita ratione exigente. Eã ob causam ait in epistola secunda ad Corinthios diuus Paulus: Et si contristauit vos in epistola, non me poenitet. Gauleo enim, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Et paulò post: Quæ secundum deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur. De hac tristitia ait Salomon: Cor sapientium ubi tristitia, cor stultorum ubi lætitia.

2. Corint. 7.

Eccle. 7.

Pignus debitori reddiderit. Hoc ob eos foras dicit, qui cum pro mutuata pecunia pignus maioris pretij recipiãt, illud postea negant. Vel ut hortetur diuites ad reddenda pignora, etiam si illis pecunia non reddatur, non cuiusque debitori, sed inopia laboranti, quemadmodum in Exodo est literis consignatum. Incidunt aliquando tempora, cum quæ maximè videntur viro virtute prædito conuenire, commutantur, fiuntque contraria. Nam depositum furioso reddere, aut pignus debitori ditissimo omnia sua in turpium voluptatum gurgitem profundenti, contra officium erit.

Exod. 22.

Panem suum esurienti dedit, nudum operuerit vestimento. Commendat opera misericordie. Etenim beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Per Esaiam ait deus: Frange esurienti panem tuum, & hic dicit, ut panem tuum distribuas inter esuriẽtes, si volueris viuere. Quomodo vis, ut deus te audiat, si tu eum nõ putas audiendum? Quo corde audes ab eo petere regnum, cui non vis buccellã panis porrigere? Quomodo tibi dabit vestem glorie immortalẽ, qui eius pauperi nudo, frigore tabescerit vnam ex vestibus superuacaneis corruptibile dare recusat? Quid ad hoc respondebunt vani homines, qui diuitias suas in res inanẽs profundunt, & magni

Matth. 5.

Isa. 58.

ficis apparatus inaniter delectantur? Canes & accipitres alunt, pauperes & inopes nec in extrema inopia curant: induunt parietes pretiosis auleis, & Christi pauperes nuditate deficiunt: cooperiunt lapides, qui nihil sentiunt; & carnes proximorum nuditatem suam sentientium cooperire nolunt. In phaleris consumunt auram, in collo ferunt torques, & in auribus in aures pendentes, & pretiosa monilia, quibus possent captiuos redimere, viduas indigentes alere, virgines pupillas dotare, & miseris inopibus subuenire. Sunt, qui conferant ali quando in aliquos opes suas illis nõ indigentes, nõ charitate & misericordia, sed vanitate & inani gloria ducti, & repente quodã quasi vento impetu animi concitati. Sunt similes fluminibus aquas suas in mare mittentibus, terras autem sitientes minimè rigantibus: At dominus ait, ut pauperi opitulentur, & nudum veste cooperiant. Quid ad hoc respondere poterunt avari, qui opes suas reconditas colunt, & veluti idola venerantur? Hi aurum tantum respiciunt, fratrem non aspiciunt. Audiunt pauperis lamenta, sed nec eius lachrymã eos ad misericordiam mouent, nec eius suspirijs eorum corda mollescunt. Aurum cupiunt, ad illud aspirant, illud est eis dormientibus insomnium, & vigilantibus desiderium. Libentius vident aurum quàm solem, illudque splendidius & micantius omnibus astris iudicant & asserunt. Quæcunque intuentur, in aurum verti ardentissimè cupiunt. Permanat morbus hic in venas, & inhæret in visceribus, & inueteratus non euellitur, sed mores indies corrumpit. Nihil est tam sanctum, quod insatiabilis diuitiarum cupiditas non contendat violare, nihil tam munitum, quod nõ oppugnet. Vnde Latinus poeta: Quid nõ mortalia peccata cogis auri sacra fames? O insatiabilem auaritiã, o impiam cupiditatẽ, o amentiam deplorandã! Non intelligunt cæci

simile.

cæci homines nihil magis cõducere ad opes consequendas, quàm eas inter pauperes distribuere. Ait enim ipsa veritas: *Matth. 19.* Omnis, qui aliquid reliquerit propter nomen meum, centuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit. Et Salomõ in *Proverb. 11.* Proverbijs: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt nõ sua, & semper in egestate sunt. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deserã, nec derelinquam. Quæ admodum frumentũ in horreo reconditũ nõ augetur, imò sæpe à curculione corroditur, & absimitur, in terram autẽ proiectum vberimum fert fructum, & proiecti maxime lucrum parit, sic pecunia in arcula recondita sæpe numero direptioni committitur, aut quocũque alio modo cõsumitur, in pauperes autẽ collata, fructum centuplũ producit, & summam in posterũ producit utilitatem. Ut putei & lacus aquarum viuẽtium sordibus obturati, & inquinati, si exhausti fuerint, fluunt vberiore & pulchriore aqua, dimisit verò & quieti corrumpuntur, & putent, sic opes distributæ, & in egenos translatæ crescunt, & opes edunt copiosas & salutare: nã accipientes reficiunt, dantiam autem animos alunt ad eternitatem, reconditæ verò & quiescentes sunt penitus inutiles. Vide quid dicat regius vates: *Psal. 40.* Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Misericordiam appellat ad beatam vitam certissimũ aditum, & diem malam vocat tempus asperũ & calamitosum, quo deus viros non deserit misericordia præstantes. Et rursus: *Psal. 111.* Disperdit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. Audi Christus deum nostrũ ita apud Lucam dicentem: *Luc. 16.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ac si dicat: Distribuite inter pauperes diuitias vestras, ut cum migraueritis, & vi-

Matth. 19.

Proverb. 11.

Hebr. 13.

simile.

simile.

Psal. 40.

Psal. 111.

Luc. 16.

ta, recipiamini ob eleemosynas vestras in gloria sempiterna. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset, nam aliena pecunia comparauit sibi amicos, qui eum reciperent. Sed dices: Si villicus iniquus erat, si iniquè fecit, cur fuit à domino laudatus? Audi obsecro. Vt in crudeli homicidio eleganter depicto artem pictoris miris laudibus effers, rem verò ipsam detestaris, sic dominus industriam villici laudat, rem verò ipsam vituperat: iniquum enim erat domini substantiam sibi traditam perdere, sed industria fuit amicos, qui eum reciperent, eique postea consulere, acquirere. Eodem modo qui pauperibus diuitias largiuntur, prudentes sunt, quoniam comparant amicos, quorum precibus in æterna gloria recipiantur. Et licet pauperes pro illis non fundant preces, ipse tamen eleemosynæ pro illis dominum deprecantur. Et non sunt villici iniquitatis, sed misericordiarum, nec villicum iniquitatis in eo imitantur, quod substantiam à domino subripiebat, sed in eo, quod diuitijs amicos, qui in eum conferrent beneficia, comparabat. Qua de re ea poteris videre, quæ supra annotauimus, cap. 16. verba illa explanantes: Et manum egeno & pauperi non porrigebant.

simile.

Ad vsuram non commodauerit. Aspicis in vniuersum vsuram prohiberi. Nec obstat concessisse Moysem Hebræis commodare extraneis ad vsuram: nam illud fuit permissiuè ob eorum imperfectionem, quemadmodum vxores repudiare. Quæ rebus enim illis à Christo, cur Moyses mandauit dare libellũ repudiij, & vxores dimittere, respondit ipse: Moyses ad duritiã cordis vestri permissit vobis dimittere vxores vestras. Idem existimo de vsura dicendum. In descriptione viri iusti ait diuinus psaltes: *Psal. 14.* Pecuniam suam non dedit ad vsuram, quemadmodum manus formatæ fuerunt, ut se mutuo iuuarent, similiter & pedes

Deut. 23.

Deut. 24.

Matth. 19.

Deuter. 24.

Psal. 14.

simile.

2. Corint. 12. Ephes. 5.

Galat. 6.

simile.

Luc. 6.

1. Cor. 13. 1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

& pedes, quoniam membra sunt corporis vnus, sic nobis inuicē subuenire debemus, cum ecclesia sit corpus quoddā, cuius nos membra sumus, vt ait apostolus. Imò non solū Christiani, sed omnes homines proximi sunt, & huius vniuersitatis membra. Et quemadmodum naturæ repugnaret, pedes se mutuo impedire, ita rationi aduersatur, homines seipfos inuicem lædere, & alterum alteri in necessitate non opitulari. Alter alterius onera portate, inquit apostolus, & sic adimplebitis legem Christi. Non longè aberat ab huius exhortationis intelligentia Chrysippus insignis philosophus, cum aiebat, homines ad homines iuuandos fuisse editos in lucē. Natura ipsa vi rationis hominem cōciliat homini, ingeneratq; amorem quēdam inter ipsos. Et quanuis qui pecuniā accipit vsurariam existimet magnum in se esse beneficium collatum, postea tamē detrimentū sentit. Vt percussus ab aspidē, vt aiūt, voluptate delinitus somnum capit, & in illa soporis suauitate quiescit, donec vult animam exhalare, quoniam venenum latens per omnia mēbra discurret, sic qui accipit sub vsura, pecunia oblectatur, sed vsuræ venenū per omnes eius facultates discarrit, illumq; totum in debitum conuertit: & qui antea liber erat, postea in alienis summis versatur. Ideo ait dominus: Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi. Vide quid dicat Ambrosius libro de bono mortis, & habetur. 14. quæst. 4. cap. Si quis. Si quis vsuram accipit, rapinam facit, vitā non viuēt. Alludit ad verba nostri Ezechielis in hoc capite. Et Chrysostomus in Matthæū: Nihil vsuris turpius, nihil crudelius: alienas hic negotiatur miseras, & lucrum suum alterius detrimentum facit. Similis est ei, qui aliquid in manu suscipiens, eam extollit, vt in naufragium impellat.

Iudicium Verum fecerit inter virum & virū.

Hoc pertinet ad iudices & arbitros, qui debent iustam ferre sententiam.

Et iudicia mea custodierit. Hoc est, leges meas seruauerit. Colligit in summa id, quod distribuerat in partes, & quod in vniuersum quicunq; tenetur facere, vt possit iurē vir iustus appellari.

Vita viuēt. Hoc est, non morietur pro delicto patris, sed vitam deget non solū corporeā, sed spirituale, hic per gratiam, postea per gloriam. Impij verò nullam vitam habent spirituale, imò nec corpoream, cum citò discedāt è vita: & immatura ac acerba morte corripiantur. Ita enim ait psalmographus: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabūt dies suos.* Et quanuis aliquando vsq; ad senectutem perueniant, tamen parum viuunt, quoniam nihil efficiunt, quod eos vixisse testetur. Et ita semper est vera diuini vatis sententia. At viri sapientia & charitate præstantes, quibus nihil est iucundius virtute, nihil antiquius, diu viuunt, etiamsi in adolescentia eos à vita migrare contingat. Nam puritas animæ & integritas morum, tempus maturum mortis affert. Eam ob causam non est dicendus parum vixisse, qui iustitiā coluit & pietatē, quoniam vinculis corporis solutus, ad æternam patriam volauit, & in ea virtutis studia hinc incubuit, quæ ei eam famam pepererunt, quæ breuitatem vitæ memoria posteritatis consolatur, quæ efficit, vt absens adsit, & mortuus viuat.

Rapientem rapinas. Hebraismus est, hoc est, aliena rapientem.

Ad idola leuantem oculos suos. Id est, idola venerantem.

Abominationem facientem. Antea dixerat: Ad mulierē mēstruatam accedere.

Cum vniuersa hæc detestanda fecerit. Id est, vnū aliquod ex ijs. Capitur dictio, vniuersa, distributiue, non collectiue.

Sanguis eius in ipso erit. Id est, luet pœnas suorum scelerum: illi imputabitur eius pernicies, quia grauiter peccauit. Ita aiebant

Mat. 27.

Esa. 1.

sup. 3.

bant Iudæi: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ac si dicerent: Si culpa est occidere Christum, volumus, vt nos cum filijs nostris huius culpæ pœnam persoluamus. Hic est sanguis, de quo illis dixerat deus per Esaiam: *Manus vestræ sanguine plenz sunt. Quem admodum esse sanguinem alicuius in illo, est ipsum sui sceleris pœnas dare, & pro delicto suo puniri, sic requirere sanguinē vnus de manu alterius, est ipsum luere pœnas pro eius morte, cuius ipse causa fuit.* Ita ait deus apud nostrum Ezechielem capi. 3. *Sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Vbi de sanguinis significationibus latè differimus.

Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis, super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimēto, a pauperis iniuria auerterit manum suā, vsuram, & superabūdantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuēt. Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malū operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est: omnia præce-

pta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater nō portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuēt, & non morietur: omniū iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quæ operatus est, viuēt. Nunquid volūntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, & non vt cōuertatur à vijs suis, & viuat?

Quòd si genuerit filium. Hoc est, si impius genuerit filium, qui pietatem colat & iustitiam, qui scelera patris perpendēs, ea detestetur, non punietur pro peccatis patris sui, quem noluit imitari.

Super montes non comederit. Subaudi in honorem idolorum. Hæc fuerunt paulò antè explicata.

Et vim fecit fratri. Id est, per vim rē proximi rapuerit.

Ecce mortuus est in iniquitate sua. Id est, ratione flagitij sui, & non alieni.

Et dicitis. Id est, si autem dixeritis.

Anima quæ peccauerit. Ionathas Chaldeus habet: Homo qui peccauerit.

Filius non portabit iniquitatem patris. Id est, vnusquisque iuxta opera sua præmio afficietur, aut pœna: nec filius punietur pro delicto patris, in quo non cōsensit, & cuius particeps nō fuit: & eodem modo nec pater iustus pro flagitio filij iniusti. Hæc sententia est etiam à Moysē literis mandata capite vigesimo quarto Deuteronomij, & refertur libro 4. Regum ca. 14. & 2. Paralipomenō ca. 25.

V Sed

Deut. 24. c. 4. Reg. 14. b. 1. Para. 25. b.

Psalm. 29. a. Infra. 33. c.

Deut. 24. 4. Reg. 14. 2. Par. 25.

Sed dices: Quid est hoc? Nonne deus loquens populo. Israelitico ait in libro Exodi: Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me? Ait quidem: Et rursum in eodem libro ait Moyses: Dominator domine, misericors & clemens, patiens, & multae misericordiae, & verax, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. Ieremias etiam, Domine deus, inquit, qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos fortissimè. Præterea libro secundo Regum scriptum legimus fuisse pro peccato Davidis eius populum percussum. Et in Genesi mortuos fuisse infantes innocentes propter peccata Sodomorum. Cum igitur ex ijs locis, alijs que huiusmodi colligamus aperte, filios pro patrum sceleribus, aliosque pro alijs puniri, qui fieri potest, ut verum sit id, quod hic ait Ezechiel, aut deus per illum, neminem pro peccato alterius puniri? Quomodo possunt hæc coherere? Quoniam in hanc incidimus questionem, opus est, ut eam absolua- mus. Poena consideratur dupliciter, primo modo sub ratione poenæ pro peccato, secundo sub ratione medicinæ peccati: Poena primo modo sumpta non debetur nisi peccato, quoniam per poenam reparatur equalitas iustitiæ: & hac poena non punitur nisi peccator. Et de ea agit hoc loco Ezechiel, dicens, nec filium puniri pro peccato patris, ne patrem pro peccato filij. Poena autem secundo modo sumpta prout est medicina irrogatur aliquibus absque propria culpa, sed non absque causa. Huiusmodi poena non solum conseruat virtutem, sed præseruat a vitio, illamque æquo animo ferentibus mirabiliter prodest. Et de illa intelliguntur autoritates, quibus ostendebatur, alios aliquando pro

aliorum peccatis puniri. Sed ita affliguntur, ut pro peccatis aliorum non amittant bona spiritualia & æterna, sed corporalia & temporalia tantum. Et quoniam filij & serui secundum corpus sunt res & possessio patrum & dominorum, puniuntur aliquando pro eorum peccatis: & ita ipsi patres & domini puniuntur in illis poena, ut est poena, ipsi autem filij & serui, ut est medicina, ne similibus sceleribus contaminentur. Et ita huiusmodi poena cedit in bonum patientium: aliquando enim calamitate se ad meliorem frugem recipiunt, aliquando è vita migrant, ne incidant in scelera. Vnde illi, qui propter Davidis peccatum occisi sunt, si iusti erant, fuerunt erepti à mundi laboribus, & ærumnis, & à flagitijs, in quæ incidere poterant, præseruati. Similiter in nocentibus Sodomæ utilis fuit mors, ne viuentes se vitijs parentum coinquinarent. Itaque concedimus alios aliquando pro aliorum peccatis puniri, si non in spiritualibus, & æternis, nisi ipsi consentiant aliorum flagitijs, illorumque se participes efficiant. Tunc enim punit deus patres in filiis & nepotibus usque ad tertiam & quartam generationem: & ita intelliguntur autoritates citatæ, quando filij parentum vitia imitantur. Ideo aiebat Christus Iudæis: Implete mensuram patrum vestrorum. Id innuunt verba dei dicentis in Exodo: Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Vbi verba hæc, qui oderunt me, referuntur ad filios, qui patrum scelera imitantes deum odio habuerunt. Quanquam me non fugit, posse etiam ad patres ipsos referri. Sed quare filij innocentes puniuntur propter patrum scelera in corpore, non autem in anima? Ratio est in proprio: quia filij sunt res patrum, quo ad corpora, quæ genuerunt, non autem quo ad animas, quas deus creauit. Anima enim,

vt

ut supra diximus, non est ex traduce, nec à patre generatur, sed à deo creatur & infunditur. Ideo ait hoc loco deus: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et dixerat paulò antè: Ecce omnes animæ meæ sunt. Dicimus igitur posse filios puniri pro patrum peccatis, corporaliter, & temporaliter, prout ipsa poena medicina est, non autem spiritualiter & æternaliter, quia anima dei est, non autem patris. Hinc effectum est, ut iura humana præcipiant animaduerti in filios eorum, qui crimen læsæ maiestatis commiserunt, & in filios hæreticorum etiam innocentes. Sed hi solum multantur poena pecuniæ & infamiae, non autem mortis nec flagelli. Qua de re vide Alphonsum à Castro virum eruditissimum libro secundo de iusta hæreticorum punitione capite vndecimo, & Ioannem Arboreum omni sapientia excultum libro sexto suæ Theosophiæ capite nono.

Egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis. Non dicit, ab aliquibus, sed ab omnibus peccatis, contritio namque integra esse debet: non enim dimittitur vnum mortale sine alio.

Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, amplius non recordabor. Id est, non eum puniam æternaliter. Puniatur quidem in hac vita, & in altera etiam in purgatorio, nisi tanta hic fuerit contritio, tantus peccati dolor, ut pro eo satisfaciatur in hac vita, ita ut non solum culpa, sed etiã tota ei remittatur poena. Perspicuum est contritionem delere peccatum quo ad culpam, tantamque esse posse, ut illud etiã deleat quo ad poenam. Sed considera obsecro immensam dei misericordiam: connumeravit impij flagitia: & videbatur inde sequi, se esse illum absque ulla remissione in æterna supplicia relegaturum. At tanta est eius pietas, ut dicat, se esse ei omnia condonaturum, si egerit poenitentiam, & diuina præcepta custodierit. Omnium, inquit, iniquitatum

quitatum, in quas incidit, amplius non recordabor. O admirabilem clementiam, o infinitam dei nostri benignitatem! Ideo aiebat Esaias: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius: & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Vel ut potest verti ex hebræo: quoniam multiplicat ad ignoscendum. Ac si dicat: Non solum semel ignoscit, sed sapissimè. Eodem modo Ieremias inducit deum cum Iudæorum synagoga in hunc modum loquentem: Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. Et iterum cum dixisset se esse eradicatum & deleturum impios, adiecit: Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitaueram, ut facerem ei. Intuere summam dei clementiam. Ideo eum vocat apostolus patrem misericordiarum, & deum totius consolationis. Cum Saul Dauidi perniciem machinaretur, eumque ad interiorem crudelissimum vocaret, congregauit aduersus eum exercitum magnum, ut illum caperet in deserto. At ipse Dauid clam noctu ingressus est tentorium Saulis, quem arctior quam solebar, somnus complexus erat. Cum autem eum Dauid occidere posset, dimisit illum intactum, & abiit ferens secum eius scyphum & hastam. Et recedens inde clamauit voce magna, narrans quæ fecerat. Id audieris Saul iam somno solutus, fractus animo has voces emisit: Peccaui, nequaquam vltra te lædam, quoniam eum me posset vno ictu interficere, vitam meam seruaasti. Id quod fecit pius ille Dauid, fuit primo Regum libro mandatum, illisque consignatum monumentis, quorum memoriam nulla obruet vtrufque, nulla vnquam delebit oblitio. Dauid ille Christum adumbravit pietatis ple-

V 2 nisi-

nissimum, Saul autem impium peccatorem aduersus deum exercitum impiorum cogitatum & operum congregantem. Tunc peccator aduersus deum parat exercitum, cum impias deliberationes addit impijs deliberationibus, & flagitia adiicit flagitijs: in ipsa enim deliberatione facinus inest, etiam si ad id non peruenerit, dummodo voluntas plenè consentiat. Qui itaque in hæc impia scelera iterum ac iterum incidit, omnibusque virtutum ornamentis nudatus in summa ignominia versatur, copias instruit aduersus deum, illique inferre bellū conatur. Sed Christus illum euertere & perdere, vnoque ictu & corpus & animam occidere valens, & in tenebras æternas emittere, illum expectat, & vocat ad pœnitentiam: non enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Aufert tamen ab illo scyphum, quo oblectabatur, hoc est voluptates corporeas, vires & sanitatem corporis, & illecebras ac delicias: aufert etiam ab eo aliquando hastam, hoc est potentiam, & opes, quibus rebus peccator corroborat impietatem suam, qua pugnat aduersus ipsum deum. Affligit illum, & permittit, vt magnos percipiat luctus, & in varijs calamitatibus versetur, quò cognoscat scelera sua, & dei misericordiam, qui cum ipsum posset perdere, seruauit, & ad diuinam pietatem, ad portum misericordiæ, ad arcem tutissimā diuinæ protectionis contritus confugiat. Ipse enim deus eum benignus recipit, qui ait hoc loco: Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, amplius non recordabor. In sua iustitia, quā operatus est, viuat.

Nunquid voluntatis meæ est mors impij?

Quasi dicat: Non. Confirmat deus id, quod dixerat, suam erga peccatores misericordiam ostendens. Hæc eadem sententia est infra literis consignata capite 33. Quid hic vides, quod non indi-

Infra. 33.

cet dei misericordiam, quod non clamet & prædicet eius pietatem? Non solum dixit se esse peccatorum scelera obliturum, sed etiam causam reddidit, dicens: se mortem non velle peccatoris, sed eius conuersionem & vitam. Si hoc intelligas de morte culpæ, perspicuum est, deum eam non cupere: sin autem de pœna culpæ, vult eam diuina ita exigente iustitia, sed non directè, nec per se, sed iniquitate nostra supposita. Ideo scriptum est in libro Sapientiæ: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuentium. Quæ verba sunt etiam libro Tobix mandata. In-
tueris deum nullum hominis excidium per se & directè velle. Imò vult, vt verbis vtar diui Pauli, omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quæ sunt de voluntate antecedente intelligenda, non autem de consequente: quemadmodum multa alia, quæ in diuinis literis inueniuntur. Voluntas dei consequens semper impletur, antecedens autem non semper. Id quod grauitè & sapienter docet diuus Thomas prima parte, quest. 19. articulo sexto. Vides enim hoc loco apud Ezechielem, velle deum vitam impiorum, quæ per conuersionem ad ipsum, veramque contritionem acquiritur: quod non semper adimpletur ob impiorū scelera & obstinationem, qui ad deum nolunt conuerti. Premittit eos calamitatibus aliquando cœlestis pater, non vt eos perdat, sed vt illos à flagitijs abducat: sed illi indurauerunt facies suas supra petram, vt ait Ieremias, & noluerunt reuerti. Hic ostenditur verum esse id, quod de deo cecinit diuinus psalter: Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ira iuxta Euthymij sententiam castigatio est, quæ est in excandescencia dei: sed licet vt iustus puniat, tamen vt misericors vitam tribuere desiderat. Duo efficit, nimirū punire & misereri: vnum non

Sap. 1.

Tob. 3.

1. Tim. 2.

Ierem. 5.

Psal. 29.

non est ex eius electione, sed propter nostra delicta, alterum est eius natura & voluntate. Ex quo efficitur vt eius castigatio sit breuis, misericordia autem, qua nos prosequitur, duret omnem vitam. Id ostendit versus hic, si eum voluerimus profundius scrutari. Nam pro ira est in hebraico regagh, quod nomen significat momentum siue instans, hoc est breuissimum tempus. Quare potest in hunc modum verti ex hebræo: Quoniam ad punctum temporis est indignatio eius, & vita in voluntate eius: seu vt habet translatio Complutensis: & vita in repropitiatio-
ne eius. Potest etiam transferri: Et vita in amore eius. Vt sit sensus: Etsi in nos deus grauitè aliquando animaduertat, momentanea tamen est hæc eius excandescencia: at amor, quo nos amplectitur, quo suæ erga nos charitatis fontem aperit, quo vult vitam nobis tribuere immortalem, semper durat. Id voluit ipse apud Esaiam significare, dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

Esai. 54.

Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nūquid viuere? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo, quo peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est aqua via domini. Audite ergo domus Israel: Nunquid via mea non est aqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in

Infra. 33. d.

eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuere, & non morietur. Et dicunt filij Israel: Non est aqua via domini. Nunquid viæ meæ non sunt æque domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnunquenque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait dominus deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel. Quia nolo mortem morietis, dicit dominus deus. Reuertimini, & viuite.

Mat. 3. d.

Infra. 33. d.

Si autem auerterit se. Iusto se à via recta auertenti mors prædicatur.

Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Subaudi ad consequendam beatitudinem immortalem. Sensus est: Si iustus peccatum lethale commiserit, cuius pœnitentiam non egerit, in æternum peribit: iam enim desinit esse iustus: & ob virtutes illas, in quas antea incubuerat, vitam æternam non obtinebit. Bona opera in gratia facta gloriam æternam merentur, sed per crimē mortiferum mortificantur: ita enim loquuntur scholastici: verum per pœnitentiam & conuersionem ad Christum

reuiuiscunt. Quod non conuenit operibus mortuis: nam hæc fieri non potest, ut fiant uiua per pœnitentiam. Opera mortua sunt, quæ fiunt in crimine lethali, opera autem mortificata, quæ in gratia fiunt, sed per mortiferum flagitium mortificantur. Illud est aduertendum, iustitias accipi hoc loco pro virtutum actionibus, ut apud Matthæum: Attendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Et apud diuum Paulum in epistola ad Hebræos: Operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. Et multis alijs in locis. Vbi vides homines iustitiam facere, & iustitiam operari. Et hoc loco ait Ezechiel: Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Et paulò antè dixit: In iustitia sua quam operatus est, uiuet. Vbi sunt, qui asserunt hominem nihil facere, sed omnia à deo necessariò venire? Quid ad hæc loca respondet Lutherus, qui liberum tollit arbitriũ, & homines facit stipites, habètes se mere passiuè, & nihil penitus efficientes? Quid ad hoc respondere poterit Melancthon, qui in annotatione in epistola ad Romanos asserit, Iudam in traditione sua nihil fecisse, sed deum illam fuisse operatum: & æquè proprium esse dei opus proditorem Iudæ, & uocationem Pauli? Latinus ille quidem, impius tamè, ut Lutheri discipulũ possis agnoscere. Quid ex hereticæ impietatis schola exire poterat nisi hæreticum & impium? Quid detestabilius quàm omnia flagitia, omnem malitiam ad fontem bonitatis referre, & impuritates ipsas purissimo deo tribuere? Deus ait iustos facere iustitias, hæretici negant: deus ait impios operari impietates, ipsi autè impios nihil efficere, sed solum deum esse omnium impietatum authorem & effectorem. O impietatem detestandam! Quis non videt esse hæc eorum verba in Satanæ officina conflata? Quis non intelligit, pectora vnde illa

Mat. 6.

Hebr. 11.

exierint, esse à dæmone inimico Christi occupata? Nihil, inquiunt hæretici, est in nostra potestate, nihil facimus omnino, sed omnia fataliter eueniunt. Si hoc Lutheri dogma esset verum, nec iusti premio afficerentur, nec impij pœna: & ita iniustus esset deus, qui toto hoc capite asseuerat se punire impios pro sceleribus suis, iustos autem pro virtutibus suis præmio afficere: sceleratos homines pœnas luere suorum flagitiorum non solum hinc ad tempus, sed etiã in inferno absque fine, virtute autem præditos & charitate præstantes non solum in hac vita habere gratiam, sed etiam in altera æternam beatitudinem, & tandem vnunquenque iuxta opera sua iudicari. Cur hoc, nisi quia cum in hominum potestate, quibus deus dedit liberum arbitrium, sit elegire bonum aut malum, vitam & mortem, illi qui virtuti studet, & vitam ad normam honestatis dirigunt, & ad deum ipsum confugiunt, digni sunt præmio: qui autem se vitijs dedunt, & deo relicto fraudes et tras concipiunt, & iura diuina atque humana peruertunt, digni sunt pœna? Ait enim diuus Paulus in epistola ad Romanos: Deus reddet vnicuique secundum opera sua. Et Christus deus noster apud Matthæum, Filius, inquit, hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Quid potest apertius dici? Sunt igitur opera, quæ facimus nostra, & nos, ea operamur, & in manu nostra est illa operari ob arbitrij libertatem. Fatemur deũ esse primam causam omnium rerum, nihilque sine ipso fieri posse, & ad omnem effectum naturalem generaliter influere, & ad bonas hominum operationes concurrere speciali quodam influxu, & ab eo esse omnem salutarem inspirationem. At nostræ potestatis est illi acquiescere. Afferimus quippe dei tractum per gratiam præuenientem, &

Rom. 2.

Mat. 16.

& cooperantem, sed acquiescere tractioni hoc est in arbitrij libertate: quod bonas dei inspirationes acceptat, & concurret actiue ad merita, atque gratiæ cooperatur. Vnde diuus Ioannes in Apocalypsi inducit deum in hunc modum loquentem: Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo eum eo, & ipse mecum. Nõne intueris deum corda nostra pulsare, sed non necessariò cogere, qui impotius electiones ipsas in nobis esse supposito tamen diuino auxilio? Sunt innumera sacrarum literarum testimonia non ancipitia, non dubia, non obscure, sed aperta, perspicua, & luce meridiana clariora, quæ liberam esse humanæ voluntatis facultatem contestantur, quorum pauca solummodò citabo. In Ecclesiastico sunt hæc verba literis consignata: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te: & in perpetuam fidem placitã seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Hæc ibi. In Deuteronomio alloquitur deus populum his verbis: Considera quòd hodie posuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum, ut diligas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & custodias mandata illius, & ceteroniam atque iudicia: & viuas, ac multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque deceptus adoraueris deos alienos, & serueris eis, prædico tibi, quòd pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad quam Iordane transmissio ingredieris possidè

Apo. 3.

Eccle. 15.

Deut. 30.

dam Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu viuas, & semen tuũ. Hæc dei verba essent prorsus superuacanea & ridicula, si nullum esset in homine liberum arbitriũ. Imò omnia præcepta & consilia, quibus plena est diuina scriptura, essent inutilia, & stultè tradita, & mera figmentata. Si nulla esset in potestate nostra electio, quomodo diceret. Ieremias: Et eligent magis mortem quàm vitam omnes, qui residui fuerint de hac cognatione pessima? Qui fieri posset, ut verum esset id, quod ait diuina scriptura libro secundo Regum, fuisse datam Dauidi optionem vnã ex tribus plagis eligendi? At quis non videt optionem sine libero arbitrio esse non posse? In libro Sapientiæ scriptum legimus: Ad quòd quisque volebat, conuertebatur. Ieremias ait: Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et Christus deus noster apud Matthæum alloquens Hierosolymam, Quoties, inquit, volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Nonne videtis Lutherani volente deo hominem non velle per liberum arbitriũ? In epistola ad Philemonem ait ita diuus Paulus: Sine consilio tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuũ esset, sed voluntariũ. At Lutherus omnia necessariò fieri profitetur. Profectò tam apertè, tam delucidè, tam simpliciter omnia hæc loca, quæ citauimus, ostendunt arbitrij libertatem, ut si ego vellem testimonia ex industria confingere, nulla apertiora excogitare valerẽ. Sed Martinus Lutherus voluit euertere non solum sanctorum doctorum libros, & salutarem ecclesiæ catholice doctrinam, & ipsam diuinam scripturam, sed etiam legem naturæ. Id nanq; quod est sine controuersia verum, omnium

Ierem. 5.

2. Reg. 24.

Sap. 16.

Ierem. 3.

Mat. 23.

Philem.

prudentium & eruditorum hominum auctoritate probatum, quod homines docti & indocti pariter affirmant, est absque dubio iudicandum legem esse naturæ. Atqui nihil est maiore consensu omnium mortalium assertum, quam esse in hominibus liberam arbitrij voluntatem, eamque ob causam legibus ac statutis indigere, quæ eos excitet præmio atque poena ad impietatem fugiendam, & virtutem amplexandam. Sunt enim leges vitiorum emendatrices, commendatricesque virtutum: ab eis enim viuendi doctrina ducitur. Docent domitas habere cupiditates, effrenatos coercere appetitus, tueri nostra, animû ab alienis & manus abstinere. Nulla natio est tam inculta, nulla gens tam barbara & fera, quæ etiam si ignoret qualis debeat esse lex, non tamen intelligat vtilem esse, & hominum societatis conseruationi accommodatam. Hoc illos docet lex illa, quæ est iustorum iniustorumque distinctio ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur: quæ ideo supplicio improbos afficiunt, bonos autem tuentur, quia cum in hominum potestate sit bona eligere, mala autem declinare cum auxilio diuino, flagitiosi poenam, iusti autem præmium merentur. Flagitiosi enim legem violarunt, iusti autem eam custodierunt. Et Salomon ait in Prouerbijs: Qui custodit legem, beatus est. Quod nullo modo esset tolerandum, si omnia fataliter & necessario euenissent. Sed nemo est, cui non sit perspectum & exploratum esse multa contingentia, vt Aristoteles in libro de interpretatione capitæ de futuris contingentibus, & omni doctrina sua, apertissimis rationibus ostendit, Pythagoræ, Socratis, Platonis, cæterorumque nobilium philosophorum auctoritate secutus. Quare assererem nulla esse contingentia, nullum liberum arbitrium, sed omnia necessario & fatali necessitate venire, est non solum theologiam, sed etiam philosophiam de medio tollere, & iura omnia naturalia, diuina, & humana conculcare. Sed dices: Nonne Lutherani hoc vident? Vident quidem, sed asserunt & tuentur contrarium, ne quis eorum vitia reprehendat; cum dicant non esse in eorum potestate illa euitare, sed omnia fato inuicibili euenire. Vt autem pro se authores aliquos citent, confugiunt ad poetas, quorum nonnulli videntur omnia fato tribuere, quoniam, vt ipsi dicunt, fatum nominant aliquando. O cæcitatem inauditam, o amentiam deplorandam! O homines talis obscuriores, densissimis tenebris circumfusos, qui humana philosophia subsannata, sanctorum patrum eruditione contempta, ecclesie catholice doctrina relicta, omnium doctorum virorum consensu repudiato, diuinorum vatum oraculis spreto, sanctorum Christi apostolorum, martyrum, & confessorum documentis pro nihilo habitis, utroque dei testamento veteri & nouo reiecto, Christi præceptis & consilijs repulsis, poetas amplectuntur, eorum sapientiam laudibus efferunt, eamque diuinæ sapientie anteponunt. Sed quoniam ad fatum confirmandum recurrunt ad poetas, volo illis ex ipsorum poetarum libris ostendere falsa esse & comentitia ea, quæ de fato & inuicibili necessitate dicunt. Homerus Græcorum poetarum facile princeps, qui non solum suæ ætatis homines, sed etiam antiquitatis memoriam artificio poetico & philosophico superauit, libro primo Odysseæ Iouem, quem summum esse deum cæcæ Gentes existimabant, inducit in hunc modum loquentem: Quam temerè inculsant mortales numina, nosque authores faciunt, si quid sensere malorum: cum præter fatum his pariat mens stultæ dolores. Vergilius etiam, qui Lati-

nz poësis fontes aperuit, eamque Latio sermone illustrauit, qui maiestate verborum & grauitate sententiarum alios poetas mea sententia facile vicit, tota de fati sententiam libro quarto Aeneidos hoc vno versiculo de Didonis interitu locutus comprehendit. Nam quia nec fato, merita nec morte peribat. Non poterant apertioribus verbis fati necessitatem tollere hi duo, qui inter poetas obtinent principatum. Clarissime asserunt nullam esse fatalem necessitatem. Sed non me fugit esse hunc meum laborem in varias hominum reprehensiones incursum, quod in tam crasso hoc Lutheri errore refutando tempus consumpserim: præsertim cum iam multi ex ipsius Lutheri familia hac in re defecerint à magistro, eiusque superbam infamiam damnarint. Reliquum est, vt intelligamus nos esse operum nostrorum auctores, & arbitrium nostrum liberum esse, & gratiæ cooperari, & bona opera facta in charitate meritoria esse vite æternæ: pro quibus reponitur iustis in cælo iusta corona, iuxta id, quod ait diuus Paulus, postquam benefacta sua connumeravit: In reliquo reposita est mihi, corona iustitiæ, quæ reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Non ait: Quæ dabit mihi, sed quæ reddet mihi, reddere enim, est dare alicui id, quod meretur ille, eique debetur: debetur autem iusto vita æterna ex iustitia fundata in diuina misericordia. At si iustus in scelus incidit mortiferum, amittit gratiam, & vt hoc loco ait deus Ezechielis ore, omnium iustitiarum eius, quas fecerat, non erit recordatio, Animam suam viuificabit. Quæ antea erat mortua quo ad vitam gratiæ per peccatum: peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem, vt ait diuus Iacobus. Sensus est. Qui antea mortuus erat per peccatum, resurget per poenitentiam. Ait enim diuus Paulus: Serui estis eius, cui obeditis, siue pecca-

ti ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Et paulò post: Stipendia peccati mors, gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Hoc est, sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tamquam stipendium vita æterna, vnde etiam multis diuinarum literarum locis merces appellatur. Sed quia hæc iustitia nostra, omniumque nostrarum virtutum congeries sine diuina gratia inefficax est, cum diuina autem gratia meritoria est æternæ beatitudinis, ideo ait diuus Paulus vitam æternam dari ob gratiam dei. Noluit apostolus vt merita ipsa, quibus datur vita æterna, nostris viribus ascriberemus, cum gratiæ dei nitantur. Sed mortem appellat stipendium peccati, à qua liberantur per poenitentiam resurgendo ad vitam gratiæ, in qua gratia existentes bona opera efficitur, quibus æternam consequimur felicitatem.

Mat. 5. 20.
Mar. 9.
Luc. 6.

Considerans enim. Nimirum se iustum deum, piūque patrem offendisse: & considerans quis fuerit, & quis debuerit esse, & versans in animo dei erga se pietatem, suamque in deum ingratitude. Si hæc, inquit, cogitauerit, & memoria sæpenumero repetierit, seque à vitijs suis abduxerit, vitam absque dubio habebit.

Et dicunt filij Israel. Vti potest: Si autem dixerint filij Israelis.

Idcirco. Quia viæ mex iustæ sunt.

Conuertimini. Subauditur: ad me. Sequitur: Et agite poenitentiam. Hortatur peccatores ad poenitentiam. Eodem modo Ioannes Baptista: Poenitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. Et rursus: Facite fructus dignos poenitentia.

Facite vos cor nouum, & spiritum nouum. Hoc est, cor & spiritum per poenitentiam & bona opera cum dei gratia renouate. Hoc ait, non quod homo per se, ex suis viribus tantummodo id facere queat:

V s quo,

2. Tim. 4.

Iac. 1.

Rom. 6.

quoniam gratiæ iufusio à solo deo est: sed quòd se homo ad gratiam disponere possit per liberum arbitrium, & attritionem cum dei auxilio. Et facienti quod in se est, deus non denegat gratiã. Quid ad hæc dei verba dicent Lutherani? Deus ait, vt faciamus nobis cor nouum, & spiritum nouum: illi aiunt, nos nihil facere posse. Si nihil possumus efficere, cur nobis deus præcipit, vt hoc faciamus? Deus nobis non præcipit impossibilia, alioquin iniustus esset & impius: id nobis præcipit, quod est in manu nostra constitutum: atqui præcipit, vt hoc faciamus, vt operemur, ergo possumus facere & operari. Falsum est igitur, quod aiunt Lutherani nos nihil omnino efficere, nihil penitus operari posse. Illud est hoc loco aduertendum spiritum, & cor nostrum gratia innouari. Ideo ait apostolus in epistola ad Ephesios: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem. Et ad Colossenses: Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem dei. Et ad Romanos: In nouitate vitæ ambulemus. Sed quoniã hæc innouatio fieri non potest absq; deo, aiebat regius vates: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Et quare moriemini domus Israel? Sensus est: Cur ô Iudæi datis operam, vt moriamini? Ea enim committitis, quæ vobis perniciem machinantur. Si fueritis in tartari tenebras relegati, & æterno interitu puniti, vos estis in causa: ego enim nolo mortem peccatoris, sed potius vt conuertatur & viuat. Exitium vestrum nõ prouenit à parte mei, qui sum clementia plenissimus, sed à parte vestri, qui estis scelerum maculis notatissimi. Ego volo omnes homines saluos fieri, vos veram animi salutem repudiatis.

Annotations ex hebræo in caput XVIII.

Oculos suos non leuauerint ad idola domus Israel. Pro idolis est in hebraico גִּלְּוּלִים gillule, à verbo galal, quod significat voluere, vt Prouerb. 26. Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Vnde galal significat reuolutionem, vel reuolutam rem. Hinc effectum est, vt in munditia à se voluendo hoc nomine appelletur. Eam ob causam Hebræi, qui erant instructi fide per contemptum Gentium idola gillulim hoc est sordes et imunditias appellabant. Quare meritò cõmunis interpres hoc in loco pro gillulim transtulit idola: quem sequitur Pagninus, & alij. At septuaginta interpretes pro idolis transtulerunt ἐνθυμιαματα, hoc est cogitatus, seu animi conceptus. Impiæ enim animi commentationes, & turpes illæ cogitationes, quibus homines relicto deo oblectantur, in quibus felicitatẽ constituunt, idola sunt & simulachra, quæ more colunt gentiũ, quæ infinitos ferè deos summè venerabantur. Ait Hesiodus, & refert Blondus libro primo Romæ triumphantis triginta deorum millia fuisse in terris ab hominibus culta. Vtinam nunc non tot nefaria commenta, tot impiæ cogitationes, tot scelera, tot vanitates colerentur. Vnus est deus, quem adorare debemus: ipse enim ait: Ego dominus, & non est alius amplius: extra me non est deus. Et fidelis eius amicus: Dominus deus noster, deus vnus est. Est autem deus immensus, quam ob causam nõ potest ab homine verbis enarrari, aut sensibus æstimari, aut intellectu cõprehendi. Plato in libris legũ ait, nõ esse quærendum quid omnino sit deus, cum nec carnis oculis videri possit, nec sermone explicari. Libro primo de

na-

natura deorum ait Marcus Tullius quæ fuisse tyrannũ quẽdam à Simonide quid esset deus, Simonidem verò deliberandi sibi vnum diem postulasse. Cum idẽ ex eo postridie quæreret, biduum petijt. Cum sapius duplicaret numerum dierum, requisit tyrannus cur ita faceret: cui ipse respondit: Quia quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Alij dicunt, admiratũ tyrannum, quòd philosophus in dies tepus duplicaret, dixisse. Hoc est quipiam infinitum, & respondisse philosophum: Id ipsum est deus. Diuus Hieronymus ita ait: Deum cum audis, substantiam intellige sine initio, sine fine, simplicem, sine vlla admistione, inuisibilem, incorpoream, inæstimabilem. Diuus Augustinus, Deus, inquit, est in seipso sicut alpha & omega, in mundo sicut rector & author, in angelis sicut sapor & decor, in ecclesia sicut paterfamilias in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, in reprobis sicut pauor & horror. Et quauis deus sit incomprehensibilis, nulla tamen natio tam barbara est & inculta, quæ nesciat deum esse. Quid enim potest esse tam perspicuũ, cum coelum suspicimus, cœlestiaq; intuemur, quàm esse numen vnum immensum, à quo hæc regantur? Et tamen tanta fuit Iudæorum cæcitas, vt hũc deum negarent, & ad vana Gentium idola cõfugerent.

Et iudicium verum fecerit. Quidam vertunt: Et iudicium ac veritatem fecerit. Facere veritatem tropus est hebraicus significans candidè, & bono animo operari, quemadmodum ambulare in veritate. Apud Esaiam, & libro quarto Regum aiebat rex Ezechias: Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate. Ita hoc nostro capite dicitur paulò post: Et iudicia mea custodierit, vt faciat veritatẽ. Vbi septuaginta habent: Et leges meas

custodierit, vt faciat eas. Quibus in locis veritas potius est ad voluntatem, quàm ad intellectum referenda. Duplex est veritas, vna in verbis, altera in factis: veritas in verbis est adæquatio verborum ad rem, veritas in factis est adæquatio operum ad verba. De hac secunda veritate, quando id quod docetur, efficitur, intelligitur hic locus. Vult enim deus vt vita nostra respondeat doctrinæ. Qui alios salutari instruit doctrina, cum seipsum ita vitijs contaminet, vt cum eius vita apertè pugnet oratio, est similis farrario, quo decutitur farina, quod pollinem & similam extrã emittit, & furfures sibi retinet: alijs florem & medullam triticeæ farinæ porrigit, sibi autem assumit fursurea purgamenta. Eam ob causam præcipiebat deus, vt in rationali sacerdotis essent hæc verba scripta: Doctrina & veritas. Ille enim verus est doctor, qui id efficit, quod docet. Hoc quidem est in veritate docere. Id innuere volebant pharisæorum discipuli, cum adulantes Christo, vt eum caperent in sermone, dicebant ei: Scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces. Vbi prima veritas ad verba, secunda ad vitam refertur.

Quòd si genuerit filium latronem. Pro latrone est in hebraico פֶּרִיץ parits, à verbo parats siue pharats, quod significat diuidere: vnde deriuatur pharisæus, hoc est diuisus: vt secundo Regum quinto: Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Significat etiã inundare, vt apud Oseam quarto capite: Maledictum, & mēdadium, & homicidium, & furtum, & adulteriũ inundauerunt. Ac si dicat: Capitalia flagitia cumulatim crescunt, & instar diluuij omnia adimplent: fuit quondam mundus aquis obrutus inundantibus, at nunc est vitiorum diluuium submersus. Poterat etiam ita verti locus ille: Dant homines operam maledicto, mēdacio, homi-

Ephes. 4.

Coloss. 3.

Rom. 6.

Psal. 50.

Esa. 45.

Deut. 6.

Esa. 38.

4. Reg. 20.

1. Tim. 2.

Simile.

Exo. 28.

Mat. 23.

Ose. 4.

homicidio, furto, adulterio, & diuidūt. vel, vt vertit paraphrastes Chaldaeus, rumpunt, nimirum sepem & custodiam diuinorum præceptorum, scelera multiplicantes. Ita hunc locum R. Daud in commentarijs interpretatur. Significat etiam verbum hoc euertere & vastare, vt apud Ecclesiasten: Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Hinc effectum est, vt nomen hoc parits latronem significaret ab euertendis domibus ita vocatus. Significat etiam præuaricatore, vt apud Daniele: Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur. Illud psalmi: Ego custodiui vias duras: potest etiam verti: Ego custodiui vias latronum, seu præuaricatorum: est enim ibi hoc nomen parits. Ac si diceret regius vates: Non solum dedi operam, vt ipsa virtus me traheret ad verū decus, sed etiam intuens quemadmodum se mortales sceleribus inquinarent, tanto tenebar desiderio obseruantix legum tuarum, vt nefariorum hominum vias custodirem, ne per eas ambularent. Eos à maleficio deterrebam, & ad præcepta tua domine colenda & obseruanda excitabam. Est igitur custodire vias, prohibere ne ijs quis incēdat. Eodem modo Genes. 3. Collocauit deus ante paradysum voluptatis cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viā ligni vitæ. Hoc est ad prohibendum, ne quis via illa ad arborem vitæ tendente ambularet. Aspicias igitur nomen hoc parits æquiuocū esse, ex cuius æquiuocatione fluxit hoc loco interpretum varietas: Nam editio vulgata habet: Quod si genuerit filium latronem. Septuaginta habent filium pestilentem. Symmachus transgressorem. Alij grassatorem. Poteris etiam vertere diuidentem: hoc est discordiam seminantem. Verbum enim pharats, vt diximus, diuidere significat & separare

Et fecerit vnum de istis. Pro vno est in hebraico נאח, quæ dictio fratrem significat, vt in psalmo 48. Frater non redimet, redimet homo? Vt sit sensus: Si in die iudicij frater fratrem non redimet, quā fieri potest, vt ibi homo hominem extraneum possit liberare? Ideo nonnulli hūc Ezechielis locū vertunt: Et fecerit fratrem, sed per fratrem vñ aliquid intelligitur: vnaquæq; enim res respectu socij sui frater appellatur, aut soror. Vnde in Exodo capi. 26. vbi nos habemus: Cortinæ sibi iungētur mutuò, est in hebraico. Vnaquæque cum sorore sua iungetur. Ionathas Chaldaeus habet. Et fecerit fratri aliquid ex istis.

Argumentum capituli. XIX.



Regit impietatem domus regie sub duplici metaphora, altera leonæ, altera vineæ. Ostēdit filios iniusticiae fuisse scelerū maculis notatos, & immanitatibus insignes: quam ob causam ait eos merito fuisse in vincula coniectos, & ex alto regie dignitatis gradu precipitados. Nam loachaz fuit captus à Pharaone Nechao, ab eoq; ductus in Aegyptum, pro quo fuit eius frater Ioachim vocatus antea Eliachim in regia dignitate constitutus, qui à Babylonis oppugnatus se tradidit illis, manens tamen in regno: sed cum postea rebellasset, incidit in acerbiores arumnas. Nam Chaldaei eius hostes irruerunt in eum, omnibus diuitiarum ornamentis illum spoliauerunt, & grauibus calamitatibus saucium deformatunt. Et ita ex luctuosavita ignominiose migravit. Huic successit Iecho-

Iechonias filius eius vocatus Ioachim, qui oppugnatus à Nabuchodonosore, eiq; resistere non valens, se tradidit illi, fuitq; in Chaldaam asportatus: pro quo fuit regno præpositus Sedechias, vocatus antea Matthias, qui cum fœdus Babylonis violaret, fuit captus ab illis, & priuatus oculis, & in Chaldaam adductus, & in acerbissima calamitate versatus. Et in hunc modum fuit regibus Iuda dignitas ablata, & claritas extincta, & omnia denique regia amplitudinis ornamenta ceciderunt. Quæ omnia sunt libro quarto Regum scripta, & ad diuinam iustitiam ostendendam perpetuis monumentis consignata. Horum principum calamitates deplorat hoc capite Ezechiel, eorumq; infelicitatem à flagitijs productam lamentatur.

Caput. XIX.

A T tu assume plāctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leonæ inter leones cubauit: in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in cæptenis in terram Aegypti. Quæ cum vidisset, quoniam infirma-

ta est, & perijt expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suam: in vulneribus earum captus est. Et miserunt eum in caueam: in cæptenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miseruntq; eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltra super montes Israel.

EXPLANATIO.

E T tu assume plāctum. Verba sunt dei ad Ezechielem, quorum hic est sensus: Deplora captiuitatem & infelicitatem Ioachaz, & Ioachim, & omnium denique principum Israelis, qui cum essent à Iosia progeniti rege illustrissimo, singulari sapientia & iustitia exculto, se vitijs contaminarunt, & patris decus & splendorem extinxerunt. Ostende lamentis esse te ob eorum calamitates mœrore confectum.

Quare mater tua leonæ. Iudæorum synagogā leonam vocat, quia vigerat fortitudine, floruerat regia dignitate, & alias hominum societates fide superauerat. De ea dixit sapientia: In Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem portus mea. Et radicaui in populo honorifica-

ficato, & in partes dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctoꝝ detetio mea. Eam ob causam appellatur læna: & quia principes & magnates nutrierat fortitudine præstantes, qui instar leonum absque metu non solum Gentium regibus restiterant, sed etiam de illis insignes victorias reportauerant. Vocatur etiam læna, quod in medio leonum secura consisteret. Poteris per hæc matrem lænam intelligere Hierosolymam, vel domum regiam ob assignatas rationes. Fortasse domum regiam vocat lænam ob crudelitatem & rapacitatem. Et tunc erit sensus: Quare regia progenies inter leones accubuit? Hoc est, quare hominum crudelium consilio acquieuit? Cur homines indomitos & truculentos, immanitate barbaros, & ferocia exultantes cum leonibus crudelibus comparatos in consilium adhibuit, & eorum impietatem piæ atque rectæ iustorum virorum sententiæ anteposuit? In medio horum leonum crudelitate ferorum enutriuit catulos suos, hoc est principes suos, filios Iosia, qui ad crudelitatem declinarunt, seque sceleribus teterrimis inquinauerunt. Enutriti inter homines crudeles quid nisi crudelitatem sequerentur? Vnde scriptum legimus in libro Iob: Consilium impiorum longe sit à me. Et in psalmo: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Initium actionum nostrarum est consilium, & danda opera est, ne iniquis consiliarijs adhareamus. Adam impium Heuæ consilium secutus, Heua autem serpentis fallacis consilio acquiescens, sibi parauerunt interitum, & posteritatem suam in miseras magnas adduxerunt. Primus impij consilij author fuit diabolus, qui non desinit de nostra pernicie cogitare: & quod per se non potest, per impios consiliarios agit tanquam per suos ministros. Quare est eorum familiaritas omnino euitanda, & sapientium consuetudo amplectenda.

In Prouerbijs ait Salomon: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Et Ecclesiasticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Quemadmodum chamæleon modò niger est, modò viridis, modò pallidus, modò ceruleus, sumit enim colorem rei, quam è proximo intuetur, & cuiuscunque rei obiectæ colorem refert, & repræsentat, sic princeps eorum plerunque ingenium & mores imitatur, quorum vitur consilio & familiaritate. Id intelligens illustrissimus ille rex Dauid in psalmo, ubi optimi principis officia describit, eiusque virtutis expressam effigiem proponit, has voces emisit: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Ac si diceret: Diligenter perquiram, qui nam sint, qui in hac terra, in hoc meo regno fidem colant & iustitiam, eorumque instruar consilio, & vtar familiaritate. At superbiorum & nefariorum consuetudinem repudiabo, & penitus rejiciam. Non conijciam oculos meos nisi in viros fide insignes, virtute præditos, sapientia exultos, ut eis familiariter vtar, eorumque consilio acquiescam.

Et eduxit vnum de leunculis suis. Hoc est, extulit Ioachaz filium Iosie, eumque regem constituit: qui subditorum opes rapiebat, & in profundum appetitum suorum gurgitem profundeabat, seque eorum sanguine satiabat. Vnde eius vitæ meritò notam immanitatis & rapacitatis inurebant.

Leo factus est. Id est, rex impius. Quidam ex hebraico vertunt: Leunculus, quod eius regnum debile fuerit.

Et

Et didicit capere prædium. Arguit regis Ioachaz avaritiam & rapacitatem. Et volens etiam eius crudelitatem reprehendere, subdit: Hominem que comedere. Tropus est, quo vtuntur Hebræi volentes hominem crudelissimum significare. Fuit hic Ioachaz regno expulsum, & infinitis ærumnis oppressus: & non solum se, sed regnum suum euerit. Cum in corpore humano cor non impertit membris spiritus vitales, sed arteriæ ocluduntur, & sanguis venas relinquit, signum est mortis: aut homo ille excessit è vita, aut breui excedet. Ita cum rex non præbet subditis suis influxum munerum suorum, & semitæ atque fistule, quibus solent fluere elemosynæ, obstruuntur, & charitatis opus pauperes derelinquit, argumentum est interitus regni, regisque exitij apertissimum signum. At principis clementia & charitate in subditos reflorescit regnum, & in ipsum principem tranquillitas & securitas redundant. Vnde ait Salomon: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Et rursus: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. In libro Ester ait in hunc modum Artaxerxes: Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ dirioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentia magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos. Diuus Hieronymus ita ait: Sicut misericordia hominem sursum eleuat ad deum, ita deorsum crudelitas in infernum deiicit. Si in privato crudelitas est detestanda, quanto magis in principe, qui debet esse subditorum pastor? Loquens Ieremias de Iudææ regibus, dirigenisque ad Iudæam ipsam sermonem suum, ait: Omnes pastores tuos pascet ventus. Hoc est, vani sunt, & res inanes futesque moluntur. Cum veluti pastores deberent pascere subditos, ipsi tanquam chamæleo-

tesacere pascuntur. Et per Esaiam loquens deus de Cyro Perfarum rege, ait: Qui dico Cyro: pastor meus es. Et iterum: Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus suis? Pastores appellat Moysen, & Aaronem, & alios Iudæorum principes & magnates. De Assyriorum rege ait, ita Michæas: Scitabimus super eum septem pastores. Ponitur numerus finitus pro infinito. Voluit significare, suscitandos esse aduersus Assyriam principes Perfarum & Medorum. Vbi per pastores principes intelliguntur. Diuus Gregorius Summus, inquit, locus bene regitur, cum is qui præest, vitijs potius quam fratribus dominatur. Nomine Aegypti intelligitur mundus cum omnibus vitijs: quam ob causam ait Origenes, voluisse diuinam scripturam significare, quando dixit in libro Genesis, fuisse Iosephum toti Aegypto dominatum, victoriam eum de vitijs omnibus reportasse, falsas domuisse voluptates, & omnem impietatem vicisse. Id ait etiam Philo voluisse diuinas literas ostendere, cum asserunt Iacobum tenuisse manum plantam fratris sui Esau: planta enim pedis, quæ terram attingit, symbolum est vitiorum, quæ vir fortitudine & sapientia præstas debet coercere, ne ipsa dominantur in eam, sed ipse potius in illa. Debet qui gubernat, ratione gubernari, & cum sit aliorum pastor, clementiam ac pietatem in primis amplecti. Et hoc non solum fideles, sed ethnici etiam contestantur. Homerus regem Agamemnonem pastorem vocat. Aristoteles octauo Ethicorum ait regem se debere ad subditos habere, quemadmodum se habet pastor ad oves. Agefilaus apud Plutarchum, Ille, inquit, rex tutus est, qui sic subditis imperat, ut filijs pater. Intueris igitur principes non solum pastores esse debere, sed patres pios & clementes. Seneca libro de Clementia ait: Si dii placabiles & æqui delicta poten-

Iob. 22.

psal. 1.

psal. 137.

Prou. 13.

Eccle. 13.

I. Corin. 5.

psal. 100.

simile.

Prou. 20.

Prou. 25.

Est. 13.

Ierem. 23.

Esa. 44.

Esa. 63.

Mich. 5.

simile.

psal. 100.

Genes. 45.

Genes. 25.

potentiū non statim fulminibus sequitur, quātō æquius est hominem hominibus præpositū miti animo exercere imperium? Et in epistola ad Neronem: Inexpugnabile monumentum est amor ciuitum. Quid pulchrius, quàm viuere optantibus cunctis? In numis imperatoris Antonij Pij sculptum erat fulmen sedens in throno. Volebat clemens princeps, nomine & repius ostendere se fulmen habere, hoc est potestatem alios ferendi, sed non ea vi: nam sedebat in tranquillitate & quiete fulmen illud. Quemadmodum inter omnes apes sola ea, quæ regit, aculeum non habet, aut certè non eo vitur, sic inter omnes homines nulli magis conuenit clementia, quàm principi. Quare oportet dare operam, vt hilaritatem & clementiam populo ostendat. Ideo ait Salomon: In hilaritate vultus eius vita, & clementia eius quasi imber serotin⁹. Refrenet princeps animi impetum, cohibeat iracundiam, detestetur crudelitatem, cæteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum immanitati, furori, & dedecori parère desierit. Cum exigente iustitia aliquos interfecerit, fundat prius lachrymas ex oculis proprijs, quā sanguinem ex corporibus alienis. Sed ita pietatem colat, vt iustitiam non derelinquat. Ita enim ait deus in libro Sapientiz: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Et per Salomonē: Rex iustus erigit terram. Si clementiam & iustitiā coluissent principes Hebræorum, regnū suum non euertent: at studuerunt diripere hominibus imbecillis vitam & opes, suorumque maiorem gloriam, & nominis celebritatem et amplitudinem ex hominum memoria funditus dele- re. Dæmones acerrimos humani generis inimicos venerati sunt, illosque numini sanctissimo prætulerunt. Inter omnes qui hunc infelicem vitæ cursum confecerant, vnus eminebat Ioachaz, de quo ait hoc loco Ezechiel: Didicit

capere prædam, hominemque comedere.

Et audierunt de eo Gentes. Idest, fuit rumor crudelitatis eius per orbem dissipatus: percrebuit eius cupiditatis & avaritiæ fama.

Non absque vulneribus suis ceperunt eum. Expugnauerunt Aegyptij eius ciuitatem, eumque captum in vincula coniecerunt, sed non absque sanguine suo: fuerunt enim nonnulli eorum vulneribus traecti. Reportarunt quidem de rege Ioachaz victoriam, sed cruentam.

Quæcumque vidisset. Subauditur leæna: per quam vt diximus, Iudæorum synagoga, aut Hierosolyma, aut domus regia significatur.

Quoniam infirmata est, & periit expectatio eius. Hoc est, cum vidit euanescere spem suam, esseque regem suum abductum à Iudæa in Aegyptum absque spe redeundi, tulit vnum de leunculis suis, hoc est Ioacim fratrem Ioachaz, eumque in regia dignitate constituit. Et si enim eum Pharaon regno præfecit, fuit tamen de Hierosolymæ consensu.

Qui incedebat inter leones. Idest, qui hominum crudelium consilium sequebatur, & fratris impietatem secutus impiorū familiaritate vsus est. Vt leo alia animalia dilacerat, sic rex impius & superbus subditos. Ideo ait Salomō in Prouerbis: Verba impiorū insidiantur sanguine. Et rursus: Regnantibus impijs ruinæ hominum. Nec solū alijs, sed sibi ipsis perniciem machinatur: euanescit eorū potestas & amplitudo, perit eorum vita, & ipsi ad infernum relegantur. Vidi impium superexaltatum, & eleuatū sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Expandit enim ramos potentiz suæ, sed citò arefcit & euanescit. Vbi nostra editio habet: & transiui, est in hebraico, & transiuit, siue præterijt & fluxit, vt referatur ad impium. Et ita per tertiam personam vertit paraphrastes Chal-

Chaldæus. Et ita legit Dauid Kimhi. Et Chrysoſtomus in cap. 3. epistolæ Pauli ad Coloiſenses homilia nona, vbi hunc locum citat, legit καὶ παρῆλθε Hoc est, præterijt. Diuus tamen Hieronymus, & Felix, & alij vertunt per primam personam cum nostra editione. Sed eadē manet sententia, infelicem impij interitū explanans. Huiusmodi fuit huius regis finis, qui leo dicebatur, & inter leones habitabat, hoc est inter magnates suos & consiliarios immanitatibus insignes. Vel ideo dicitur inter leones inceſſiſſe, quia duos reges immanitate barbaros Babylonium & Aegyptiū amicitia comprehendebat, & obsequio tuebatur. Hic fuit etiam teterrimus, deditus vitijs, præsertim avaritiæ & crudelitati, & diuini numinis contemptor.

4. Reg. 23.

Et didicit prædam capere. Idem dixerat de rege Ioachaz.

Didicit viduas facere. Viros earum interficiendo ob eius immanitatem & avaritiam.

A voce rugitus illius. Hoc est, exterrita eius comminationibus, & ferocibus verbis. Indicat crudelitatem & impietatem regis Ioachim, comparans illum cū leone rugiente. Eodē modo Salomon, Leo, inquit rugiens, & vsus efuriens princeps impius super populum pauperem. In numis Traiani imperatoris sculptum erat leonis caput cum claua quadam desuper, ad designandum imperatorem esse leonem, sed debere obtemperare doctrinæ & rationi, quæ per clauam, qua Hercules monstra domabat, intelligitur. Nihil enim aliud volebant significare veteres scriptores, cum aiebant robustum Herculem claua quadam monstra superare, quàm debere potentiam esse cum sapientia coniunctam, & corporis vires animi rationi obedire, vt vitia per monstra significata vincerentur. Erat igitur Ioacim leo, sed qui clauæ rationis minimè pareret.

Expanderunt super eum rete suum. Hoc

est, exercitum, quo illum obsederunt, & expugnarunt.

Et miserunt eum in caueam. Hoc est, in carcerem, vbi eum compedibus ligauerunt, & ita ligatum eum Chaldæi adduxerunt ad Nabuchodonosorem: sed mutato in via consilio eū reduxerunt Hierosolymam, ante cuius muros eum interfecerunt, quemadmodum prædixerat Ieremias. Quidam existimant hunc fuisse Iechoniam vocatum Ioachim filium Ioacim, alij Sedechiam, quem asserit diuina scriptura fuisse in vincula coniectum, & ignominiosè in Chaldæam translatum. Nam Iechonias tradidit se Babylonijs, à quibus non fuit ita immaniter tractatus. At quoniam Ezechiel deplorat hoc capite calamitosum filiorum Iosifæ occasum, quorum vnus fuit captus ab Aegyptijs, alter à Babylonijs, videtur rationi accommodari, & literæ textus congruentius, vt hoc intelligatur de Ioacim fratre Ioachaz, qui fuit à Babylonijs coram cōsiliarijs suis ignominiosè interfectus: cuius cadauer fuit extra portas Hierosolymæ proiectum. Et quanuis hic dicat Ezechiel, fuisse illum ad regem Babylonis adductū, non intelligit eum ibi mansisse. Iuit enim, sed ex via ligatus reuersus est Hierosolymam, in qua ex Nabuchodonosoris decreto fuit publicè occisus.

Ierem. 22.

4. Reg. 23.

Miseruntque eum in carcerem. Ionathas Chaldæus vertit: Posuerunt ei torquem ferreum, & compedes. Alij transferunt: Introduxerunt eum in munitiones, hoc est, in castellum quoddam munitū, vbi ligatus custodiretur.

Ne audiat vox eius vltra super montes Israel. Idest, vt destituatur regno. Permanet in metaphora leonis, cuius rugitus in mōtib⁹ auditur, donec interficiatur.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis, & factæ sunt

X ei virgæ

D ei virgæ solidæ in sceptrâ dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes. Et vidit altitudinē suam in multitudine palmitum suorum; Et euulsa est ira, in terramque proiecta. & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ virgæ roboris eius. Ignis comedit eam. Et nunc transplantata est in desertum in terra inuia & sitienti. Et egressus est de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & nō fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

Mater tua quasi vinea. Hęc est altera metaphora: in prima comparabatur synagoga lezæ, in hac vineæ. Sensus est: Hierosolyma plantata est in terra heri & fecunda instar vineæ fructifera, eratq; florens & fertilis in sanguine tuo, hoc est in regia progēie. Plantam esse super aquam, significat esse in terra irrigua & fecunda, vt supra ostēdimus cap. 17. vbi dixerat Ezechiel: Vt firmaret radicē eius super aquas multas. Eodē modo Esaias, Beati, inquit, qui seminaris super omnes aquas. Per sanguinē intelligitur genus regium, vel sanguis Iudæorum, hoc est Abraham, Isaac, & Iacob, à quibus Iudæi geniti fuerunt. Et quoniam his tribus patriarchis deus promisit terram Chanaan suis posteris possidendam, ideo ait: Mater tua synagoga veluti admirabilis vinea fuit in terra optima cōsita ob sanguinem tuum, hoc est ob merita maiorum tuorum, virorum illustrium, fide & charitate præstantium, quibus tu o Iudæa vitij suis tenebras obtudisti.

Facta sunt ei virgæ solidæ in sceptrâ dominantium. Hoc est, habuit multos viros fortitudine insignes de genere regio.

Et exaltata est statura eius inter frondes. Hoc est, vinea hæc se extulit superbia. Quidam vertūt: super ramum mediū: qui altiorem locum tenet in arbore. Sed eadem manet sententia.

Et vidit altitudinem suam. Idest, animo elato respexit in dignitatem suam. Quare euulsa est magno impetu & furore à Babylonij, ita diuina iustitia permittente. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: vt & diuus Petrus, & diuus Iacobus literis consignarunt. Conuersa est vitis illa nobilis in labruscā: extulit se aduersus deum suū, nullum charitatis & humilitatis fructū producebat: ideo eam deus per Babylonios euulsi: & postea per Romanos. Igitur sub metaphora vineæ euulsæ ostenditur calamitas synagogæ, quæ culpa sua fuit penitus euersa.

Ventus vrens siccauit eam. Idest exercitus Aegyptiorum, Assyriorum, Babyloniorum, & postea Romanorum. Quidam vertendum putant: Ventus orientalis arefecit eam. Et tunc non potest intelligi de Aegyptijs, quoniam sunt ad austrum respectu Iudææ, nec de Romanis, quoniam sunt ad occidentem, sed de Babylonijs, qui etsi sint ad aquilonem, vergunt tamen ad orientem. Poteris per ventum vrentem Iudæorum aduersus deum ingratitude intelligere, quæ illis perniciem machinata est. Nam, vt ait diuus Bernardus, ingratitude est vrens vrens, siccans fontes pietatis, & gratiæ fluentia. Cū omne graue tendat deorsum, nubes tamen aqua plenæ & grauidæ ascendunt sursum, quoniam sol eas effert à terra in sublime, & attrahit virtute sua: quæ in aere eleuatæ conglobantur, & condensantur: & solis, cuius auxilio & attractione fuerunt eleuatæ sursum, claritatem abscondunt. At ipsis inuitis & dissipatis sol tenebrarum victor micat suis radijs. Ita Hebræi cū iacerent in silentio apud Aegyptios, terræque adhærerent, fuerunt à sole iustitiz

tiz eleuati, & in insigni dignitate cōstituti: sed postea ipsius dei, cuius beneficio fuerant nominis claritatem adepti, splendorem extinguere voluerunt. At cū essent teris nubibus similes, fuerunt dissipati, & euauerunt, Christi autem gloria eluxit, eiusque nominis splendor Iudæis inuitis totum terrarū orbem illustrauit. Impios & ingratos appellat diuus Petrus in epistola sua secūda nebulas turbibus exagitat. Christus autē est sol ille summus & sempiternus, de quo ait cœlestis pater per prophetam Malachiam: Vobis timentibus nomen meum oriatur sol iustitiæ. Hic est, qui mundum illuminat inuitis Iudæis, qui tenebris circumfusi sunt per vniuersas mundi nationes dispersi. Ita enim est libro Sapientiæ mandatum: Ingrati spectantur quam hyemalis glacies tabescet, & disperibit tanquam aqua superuacanea. Id intelligens diuinus psalter canebat: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Sed Iudæi immemores beneficiorum dei, qui eos ad magnum extulerat honorē, eum impiè contempserunt. Ipse enim ait per Esaiam: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Quare fuerunt meritò oppressi, & vineæ euulsæ & aridæ comparati, quā ventus vrens siccauit.

Ignis comedit eam. Ignis deuorauit & cōbūsit Hierosolymam. Nomine ignis intelligit calamitas, vt in psalmo: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. De quo igne ait apostolorum princeps: Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorē, in reuelatione Iesu Christi. Et iterum regius vates: Probasti nos deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Et paulò post: Transiuimus per ignem & aquam. Vbi ait diuus Hilarius per hæc duo contrariarum qualitarum elemēta omne sup-

pliciorum genus, quibus in hoc mundo viri iusti premuntur, significari. Quem admodum aurum igne exploratur, sic deus viros iustos aliquando rebus aduersis comburi permittit, atque ærumnarum facibus incendi. Hic est ignis, de quo aiebat deus per Ieremiā: Ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. Et per Amos: Mittam ignem in domū Azabel. Et per Nahum: Comedet te ignis. Et hic per Ezechielē: Ignis comedit eam. Vel per ignem intelligitur ira Babyloniorum. Vel ignis, quo templum Salomonis flagrauit, & tota ferè ciuitas fuit combusta. Poteris nomine ignis inuidiam intelligere, quæ animum comburit. Appellat enim Chrysostomus inuidiam ignem inextinguibilem. Et Isidorus, Inuidia, inquit, cuncta bona deuorat ardore pestifero. Inuidia pectus vrit, mentem aflagit. Est quidem inuidia meo iudicio inferni quædam imago, quæ torquet absque vlla vtilitate & voluptate. Quemadmodū tinea non nascitur in cedro arbore nobili, odorifera, & perpetuò virente, cuius ligna cariem non sentiunt, sic inuidia non gignitur in corde hominis sapientis, & virtute præstantis, sed in animo hominis scelerati, qui aliorū bonis more afficitur, tristior ijs, qui in Tropho nij antrum descendebant, Zoilum inuidia superans, illis maximè inuidens, quos se relicto videt euolare. Viri iusti, virtute vndiquè septi, & animi fortitudine muniti hostes suos vincere possunt, at eorum inuidiam non possunt, est enim penitus indomita. Ea est ignis corda absumens incēdio perpetuo, quo ardebant Iudæi, quoniam flamma ex alienis rebus secundis exorta flagrabat: quam ob causam sibi ipsis excidium parauerunt. Hoc enim morbo interficiuntur multi, qui quoniam ab alijs se superari arbitrantur, paruuli iurè dicuntur. Hoc significant verba illa Iob dicentis: Paruulum occidit inuidia. Vnde Salo-

Prouerb. 23. Non in Prouerbijs: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius. Et diuus Paulus in epistola ad Galatas: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriadem, Oro te, inquit, quid ei delectationis præstat inuidia? Quem secretis quibusdam conscientia angulis liuor ipse discerpat, & alienam felicitatem eius tormentum facit. Hæc ille. Nefarius homo oblectatur suo malo, sed inuidus torquetur alieno bono. Ait Quintus Curtius libro octauo de gestis Alexandri dixisse Alexandrum inuidos homines nihil aliud esse, quam sui ipsorum tormenta. Prosper in Via regia inuidentiam cum igne etiam comparat, dicens: Inuidia cuncta virtutum culmina concremat, cuncta bona pestiferè deuorat. Hic est ignis, qui Iudæos deuorauit, quo eorum synagoga fuit cōbusta, quemadmodum ait hoc loco Ezechiel: Ignis comedit eam.

Et nunc plantata est in desertum, in terra inania & stiente. Hoc est, in acerbissima calamitate, in terra Chaldæorum.

Et egressus est ignis de virga ramorum eius. Hæc virga fuit Sedechias, de quo exiit ignis, qui filios eius deuorauit. Nā propter scelera Sedechiæ fuerunt eius filij interfecti, vt est libro quarto Regum memoriæ proditum. Vel sic. De virga ramorum huius vineæ, hoc est de genere regio egressus est Ismael filius Nathaniæ, qui Godoliam, quem Nabuchodonosor præfecerat Iudæis, occidit, & fructum eius comedit, hoc est filios eius interfecit, & omnes, qui cum eo erant, dolo percussit. Quæ omnia Ieremias literis mandauit.

Et non fuit in ea. Nimirum vinea. Sensus est: Et deinceps non fuit in Iudæa vir aliquis animi fortitudine præstans, qui eam gubernaret: nam interfecto Godolia fugerunt Iudæi in Aegyptum, nolentes Ieremię consilio acquiescere: vbi

fuerunt à Babylonijs capti, & propè infinitis calamitatibus affecti. *Ieremi. 43.*

Planctus est, & erit in planctum. Hoc est, plena sunt hæc mea verba lachrymis & lamentis. Nam quis est, qui audiens iusti Iosifæ, regis illustrissimi & optimi filios tot percepisse luctus, in tam acerbas & varias calamitates incidisse, in tot ærumnarum angustijs fuisse versatos, & tam crudeliter & ignominiosè interfectos, qui possit lachrymas continere? Conuertantur igitur oculi nostri in fontes, & corda nostra vim lachrymarum profundant. Hic est horum verborum sensus, quæ ego existimo non fuisse à diuino vate absque lachrymis & suspirijs literis consignata.

Annotations ex hebræo in caput XIX.

Non absque vulneribus ceperunt eum. Pagninus habet: Reti eorum captus est. Vt permaneat in metaphora sumpta à venatoribus, feras retibus capiendis. Eundem sensum refert Brixianus vertens: Et retibus suis ceperunt eum. Alij transferunt: Comprehensus est in fouea eorum. Eodem modo paulò post: In vulneribus earum captus est. *Quibus in locis septuaginta habent* *ἐν τῇ διαφθορᾷ*, Hoc est in corruptione. Quod cum vulgata editione coincidere videtur. Et rectè quidem, nam in hebraico est *בְּחַתְּתָם* bexachtam, à verbo *חָתַת* xachath, quod significat corrumpere. vt *Genes. 6.* Corrupta est autem terra coram deo. Vnde xachath corruptionem significat, & vulnus. Significat etiam hoc nomen foueam. Vnde id, quod est in psalmo: Et eripuit eos de interitionibus eorum, poterat verti: Et eruit eos de foueis eorum. seu de sepulchris eorum, seu de retibus eorum. Illud etiam Iobi:

Iob. 33. Iobi: Eruens animam eius à corruptione, vertunt nonnulli: Prohibens animam eius à fouea. Quare omnes versiones citatas rectas esse existimo, cum idem nomen omnes has significationes amplectatur, easque litera recipiat, sine villo incommodo sententiæ.

Didicit viduas facere. Diximus in explanatione Ioacim immanitate & auaritia cominotum multos viros occidisse. Et quoniam eam ob causam eorum vxores viduæ manebant, ait Ezechiel eum didicisse viduas facere. In hebraico est *למדו אלמנותו* vaiedhagh almenothau. Prima dictio est *למדו* iadhagh, verbum actiuum, quod significat scire, cognoscere, conterere, accessum ad mulierem habere. *Exod. 1.* Surrexit interea rex nouus in Aegyptum, qui non cognoscebat Ioseph. *Deuterono. 31.* Scio enim cogitationes eius. *Genes. 4.* Adam verò cognouit vxorem suam Heuam. Id quod est apud Esaiam: Scientem infirmitatem, poterat verti. Contritum seu contractum in firmitate. Altera dictio est almenothau à singulari almanah, quæ significat viduam, vt Threno. 1. Facta est quasi vidua domina gentium. Significat etiam domum, vt apud Esaiam. 13. Vlulæ in ædibus eius. vel vt quidam vertunt: in magnificis domibus eius. Iacto hoc fundamento potest rectè locus hic Ezechielis ita conuerti: Cognouit viduas eorum. Vt sit sensus: Non solum viros occidebat, sed cum eorum vxoribus habebat congressum. Ita hunc locum interpretatur R. Ioseph: quem sequitur Pagninus ita transferens: Et cognouit viduas eius. Vel sic: Et confregit siue diruit ædes eorum: Ac si dicat: Non solum homines ad excidium vocabat, sed magnificas eorum domos funditus euerbebat. Ita hunc locum interpretatur paraphrastes Chaldæus: quem sequitur R. Ionah. At R. Dauid in libro radi-

cum contendit nomen hoc almanah hoc loco viduam significare: sed per viduas intelligit ciuitates desolatas: quem admodum Ieremias prima sua lamentatione euerlam à Babylonijs Hierosolymam deplorans, ait: Facta est quasi vidua domina gentium. Nam vt ciuitas florens, hominum illustrium cœtu referta, diuitijs rerumque necessariorum copia affluens comparatur cum muliere nupta, ita ea quæ expugnata fuit, & direptioni commissâ, & funditus euersa, vidua meritò appellatur. Potest veru locus hic: Conuertit viduas eorum, viros scilicet illarum interficiendo. Et hunc sensum secutus est communis interpret. Septuaginta non tam verba, quam sensum hoc loco curantes, transtulerunt: Et pascebatur audacia sua. Ac si diceret propheta: Nullum erat impium facinus, quod non admitteret: non solum in viros nobiles irruerat, & impetum faciebat, sed hac impia audacia oblectabatur.

Quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata. In explanatione per sanguinem exposuimus maiores, à quibus synagoga originem suam sumebat. Septuaginta habent: *Quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata.* hoc est quasi flos maligranati. Vt sit sensus: Fuit hæc vinea pulchra, similisque floribus purpureis maligranati. Tantus erat eius splendor, tanta pulchritudo, vt posset cum floribus pulcherrimis comparari. In hebraico est: *Quasi vinea* *בְּחַתְּתָם* bedhamca. Dictio est deriuata à verbo *חָתַת* damah, quod significat similem esse, filere, & excidere, seu interficere. Illud psalmi: Similis factus sum pellicano solitudinis, poterat etiam verti: Sicut instar pellicani solitarij. Et illud: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. potest verti: Comparatus est brutis insipientibus, quæ exciduntur,

sunt interficiuntur. Vt sit sensus: Homo ad imaginem dei factus, & ab eo in excelsa dignitate constitutus, qui nisi in crimen incidere, esset immortalis, abiecit seipsum per peccatum, & cum deo parere, & cœlestia expectare deberet, pomum prohibitum comedit, quo mortem sibi parauit, & mansit mortalis, similis animalibus brutis, quæ intereunt. Est enim anima immortalis est, corpus tamen perit & corrumpitur. Sunt quidem homines ex terra, non ut incolæ & habitatores, sed quasi spectatores, & contemplatores rerum superarum, quarum considerationem nullis alijs animantibus conuenire intelligimus. Sed qui nolunt intueri hominis dignitatem & excellentiam, sed diffuunt beluinis voluptatibus, seque in vitia ingurgitant, cum belluis merito comparantur. Et quoniam animalia excisa & interfecta sanguinem fundunt, accipitur hoc nomen nostrum pro sanguine. Et hanc significationem secutus est noster interpret. Et quoniam sanguis auget fortitudinem, & pulchritudinem, potest esse sensus: Mater tua Hierosolyma quasi vinea fecunda in virore, & fortitudine, & elegantia tua, in terra feraci & irrigua plantata tulit olim vberrimos fructus. Sed quoniam nomen hoc significat etiam similitudinem, ut Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: vertit Pagninus: Tanquam fructificans vitis in similitudinem tui. Id est, ut te similem sibi gigneret. Ac si diceret diuinus vates: Maiores tui à popule Iudæe, Abraham, Isaac, & Iacob, & nonnulli viri alij virtute præcellentes concupierunt te similem sibi efficere, sed desiderium illud, & spem suarum cogitationum fraudes tuæ terribiliter fefellerunt. Potest etiam verti. Mater tua quasi vinea in silentio tuo super aquam facta. Hoc est in quiete & tranquillitate

te tua fructus lætissimos quondam producebat. Ab hoc verbo deriuatur nomen dumijah, quod significat silentium, & decorum, siue decentiam: Hæc ratione ductus diuus Hieronymus locum illum psalmographi: Te decet hymnus deus in Sion, transfert ex hebraico: Tibi silentium laus deus in Sion. Vt sit sensus: Tacet laus: nam tam excelsa & illustria sunt opera tua domine deus, ut nemo te possit pro dignitate laudibus efferre. Quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo obseruantia tuis erga homines beneficijs respondere potest? Quæ erit tam eximia orationis copia & facultas, quæ tam admirabilis dicendi amplitudo, quæ possit laudes tuas non dico ornare dicendo, sed ne strictim quidem attingere numerando? R. David Kimhi transfert: Tibi expectatio hymni deus in Sion. Hoc est, te expectat laus deus in monte Sione. Existimat enim diuinum psalterium induxisse hic Hebræos in Babylonica captiuitate detentos, in hunc modum loquentes, ac si dicerent: Non possumus te domine in hoc exilio dignis laudibus celebrare: at cum nos in pristinam dignitatem restitueris, cum nos ad patriam nostram, cuius desiderio tenemur, reuocaueris, tunc te mirificis laudibus efferemus in monte illo Sione, in templo sancto tuo, quod ad hoc delegisti & consecrasti. Ibi te expectat hymnus, ibi tibi crebras laudes concinemus. His consonant verba illa: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. Nullo loco præterquam Hierosolymæ fas erat tunc ædificare templum, aut facere sacrificium. Sed locus ille ecclesiam Christi significabat, extra quam nec est fides, nec charitas, nec perfecta virtus, nec vera religio, nec honestas omnibus numeris absoluta.

Poterat

Poterat quidem versus hic ita rectissime transferri: Te manet hymnus deus in Sion. Hoc est in ecclesia militante, sed multo tranquillius & suauius in ecclesia triumphante. Ideo sequitur: Beatus quem elegisti, & assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. Quasi dicat: Felix est ille, quem tu domine selegisti ex innumerabili mortalium multitudine, & tibi filium adoptasti, & ad gloriam cœlestem perduxisti, ad atria tua sempiterna, ubi gloria cumulatus habitabit, teque in æternum fruetur.

Argumentum capitis. XX.



Bicit deus Hebræis in Babylonicam captiuitatem coniectis eorum ingratitude, qui cum memoriam diuinorum beneficiorum deberent colere obseruantia sempiterna, ut etiam post mortem tanta pietatis monumenta in posteris propagata relinquerent, oblitum sunt dei, eorum contempro, falsos & commenticios Genium deos coluerunt. Quam ob causam ait deus non esse se illis aduocatum responsa daturum. At ob misericordiam suam promissit illis à captiuitate Babylonica liberationem, missurumque filium suum unigenitum, qui mortalium animos misera seruitute oppressos suo sanguine redimeret, & in Christiana dignitate constitueret.

Caput. XX.

audirol



Factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis, venerunt viri de senioribus Israel, ut interrogarent dominum, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Nunquid ad interrogandum me vos venistis? Viuo ego, quia non respondebo vobis, ait dominus deus. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? Abominationes patrum eorum ostende eis. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: In die, qua elegi Israel, & leuavi manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuavi manum meam pro eis, dicens: Ego dominus deus vester. In die illa leuavi manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam prouideram eis fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego dominus deus vester. Et irritauerunt me, nolueruntque me audire. Vnusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt. Et dixi, ut effunderem indignationem meam super eos, &

X 4 imple-

implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti. Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. Insuper & sabbata mea dedi eis, vt esset signum inter me & eos, & scirent, quia ego dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto: in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis, & sabbata mea violauerunt vehementer. Dixi ergo, vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomen meum ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum.

EXPLANATIO.

Et factum est in anno septimo. Sensus est: Euenit id, quod sum hoc capite narraturus anno septimo à transmigracione Iechoniz, quinto mense, qui vocatur ab Hebræis Alo, decima die mensis. Iuxta numerum & computationem annorum apud Hebræos contigit hoc anno à mundi creatione. 3343. sed iuxta computationem Eusebij Cæsariensis in libro de temporibus contigit an-

no à mundi constitutione. 4607. Ait enim fuisse captiuitatem siue transmigracionē Iechoniz anno mundi, 4600. hoc autem euenit anno septimo à transmigracione, regnante Romæ Tarquinio Prisco olympiade. 45.

Venerunt viri de senioribus Israel. Idest, accefferunt ad me quidam ex magnatibus Iudæorum, qui cæteros ætate & autoritate anteibant, & in Chaldæa populum suum captiuum quodammodo gubernabant, vt per me deum interrogarent. Solebant Hebræi à deo per prophetas ea quærere, de quibus dubitabant. Saul quærens asinas pergit ad videntem, ita enim prophetam appellabant. Ægrotante filio Ieroboam mittitur vxor eius in Silo ad Ahiam prophetam. David etiam cum diuinus esset vates Nathan diuinum quoque vatem interrogat, esset ne templum domino erecturus. Cum Gabaoniz filijs Israelis fraudulenter loquerentur, ait diuina scriptura eos deceptos fuisse, & os domini non interrogasse, vbi per os domini intelligitur diuinus vates, per quem deus loqui solebat, quem interrogare deberent. Cum igitur mos esset Hebræorum à deo per diuinos suos vates ea quærere, quæ versabant in deliberando eorum animos, afferebantque ancipitem curam cogitandi, venerunt quidam ex senioribus interrogatum deum per prophetam Ezechielem nonnulla, de quibus dubitabant. Sed quoniam iniquo animo veniebant, non dei gloria ducti, sed iniquitate sua commoti, non meruerunt accipere responsionem. Volebant hi quidem diuinam habere scientiam, sed nolebant iuxta illam operari. Huiusmodi sunt multi, qui sunt scientia illustrati, sed factis suis obscuro: intelligunt temperandum esse ab omni maleficio, esseque mentem ipsam ab omni nefario contagio puram integramque seruandam, sed sceleribus

libus nihilominus pascuntur, & omni vitiorum genere contaminantur.

simile.

Vt sol mense Decembri etsi eos illuminet, qui Noruegiam regionem septentrionalem incolunt, non tamen illos calefacit, sic scientia multos, quos instruit quid sit faciendum, non continuo ad faciendum accendit: eos attingit ad sciendum, non ad operandum. Quemadmodum non ille dicitur diues, qui multas intelligit diuitias, sed qui possidet eas, sic non ille iustus est, qui scit de virtute differere, eiusque definitionem cognoscit, sed qui illa præditus, eam colit & exercet. Scientia, vt ait apostolus, inflat, charitas verò ædificat.

simile.

1. Corin. 8.

Quod intelligitur de scientia, quæ est absque charitate. Omnes trahimur & ducimur ad scientiæ & cognitionis cupiditatem: sed danda opera est, vt scientia sit cum virtute copulata. Qui alios docet quid sit faciendum, ipse verò in rectè facta illa, ad quæ alios hortatur, non incumbit, qui alijs suadet vitia sua videre, vt ea declinent, ipse autem se ipsum non cognoscit, similis est claro ac perspicuo speculo, quod alijs maculas suas ostendit, ipsum autem se ipsum non videt. Vt enim speculam imagines obiectas illud intuentibus repræsentat, vt se præclare possint colere & ornare, cum illud se ipsum minimè perspiciat, sic eloquens sed deditus vitij concionator verum virtutum cultum & ornatum auditores docet, cum se ipsum non doceat, nec curet. In huiusmodi magistros inuehitur his verbis in epistola ad Romanos diuus Paulus: Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mechandum, mecharis. Marcus Tullius in Verrem has voces emisit: Non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Et in Sallustium: Om-

simile.

ROMA. 2.

ni vitio debet carere, qui in alterum paratus est dicere. Eos qui recta dicerent, nec facerent comparabat Diogenes apud Laertium cum cithara, quæ cum suauem concentum efficiat, quo alios oblectet, ipsa tamen seipsam nec audit, nec sentit. Imò plerumque etsi delectet, parum tamen aut nihil prodest: nam vt ait in Moralibus diuus Gregorius: loquendi autoritas perditur, quando vox operibus non iuuatur. Et iterum: Tunc est sermo viuus & efficax, cum est prædicantis pura sanctitas, & virtus perfecta. Si scientia est cum virtute coniuncta, admirabiles habet effectus, & hæc est scientia, quam summo perè oportet comparare. Nam velle scire, tantum vt scias, curiositas est, velle scire, vt sciaris, vanitas est, velle scire, vt opes aut honores acquiras, turpis quæstus est, velle autem scire, vt ardentius diuino amore inflammeris, & alios excites ad eiusdem amoris flammam, virtus est. Sed quoniam hi seniores Hebræorum, de quibus hoc loco agit Ezechiel, dei scientiam habere volebant, sed quod illa docet, repudiabant: non enim ad eam virtute, nec prudentia, nec charitate incitabantur, sed curiositate, vanitate, & proposito iniquo absque timore domini, ideo eam non compararunt, nam vt ait diuinus ac regius vates: Initium sapientiæ timor domini. Id quod postea filius eius in Prouerbijs prædixit.

psalm. 110.

Prouer. 1.

Vino ego. Ita solebat deus loqui apud diuinos vates, cum volebat rem aliquam confirmare.

Quia non respondebo vobis. Subauditur ad votum vestrum. Vel, nullum vobis dabo responsum ob ingratitude vestram: video enim propositum vestrum iniquitate plenum. Septuaginta habet: Si respondero vobis. Vt sit oratio imperfecta, ostendens dei iram. Est enim apostrophe figura, quam alij reticentiam

tiam appellant, cum intra nos ob iram superuenientem ea suppressimus, quæ dicturi videbamur.

Si iudicas eos, iudicas fili hominis, abominabiles patrum eorum ostende eis. Hoc est, si quidem ò fili hominis Hebræos iudicas iudicio discretionis, ostende eis quomodo viuere debeant. Cum ego te eorum speculatorem constituerim, ne illis blandiaris, sed erecto animo annuntia eis scelera maiorum suorum, quos ipsi imitantur: vt eorum supplicia metuant, quorum flagitia sequuntur. Itaque particula, si, hoc loco accipitur pro siquidem, vel quia, vt apud Esaiam: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. Ac si diceret: Siquidem Christus positurus est vitam suam, se in crucis ara pro mundi sceleribus hostiam constituens, videbit Christianorum multitudinem sanguine suo genitorum, & veram religionem longè lateque propagatam. Apud authores Latinos etiã si, pro siquidem sepe inuenitur, vt apud Vergilium Georgicorum primo: Vestro si numine tellus Chaoniam pingui glandem mutauit aristam. Poterunt hæc dei verba ita verti ex hebreo: Cur iudicas eos? Cur iudicas fili hominis? Et tunc erit sensus: Ne iudices eos penitus perijsse, quimpotius da operam, vt eos reuoces ad pœnitentiam, reducens illis in memoriam flagitia parentum, quibus ipsi sunt etiam irretiti. Septuaginta habent: Si vltus eos fuero vltione fili hominis. Et tunc est sensus: Si ego in eos grauiter animaduertero ò fili hominis ostende tu eis causam, vt sciant me esse iustum, eos autem meritò suorum scelerum pœnas persoluere.

In die qua elegeri Israel. Id est, quando elegeri Israelitas in populum meum, misi que ad eos Moysen, qui eos educeret ex Aegypto.

Et leuavi manum meam pro stirpe domus Jacob. Hoc est, cum propter Hebræos percussi Aegyptios. Manum leuare, est vehementer percutere: quoniam qui flagellat, quanto plus erigit manum, tantò grauius ferit. Ideo videns se Dauid à deo grauiter percussum aiebat: Die ac nocte grauata est super me manus tua. Est etiam manum leuare promittere, vt in libro Numerorum. Non intrabitis, inquit deus, terram, super quam leuavi manum meam. Sunt qui dicant leuare manum esse ostendere vires & potentiam ad aliquem protegendum, & gestibus ac signis animum ad id proprium significare. Quæ omnia huic loco cõueniunt. Nam deus in exitu Israelitarum ex Aegypto promisit eis terram Chanaan, & in eorum protectione potentiam suam ostendit.

Et apparui eis in terra Aegypti. Septuaginta habent: Et cognitus sum illis in terra Aegypti.

Quæ est egregia inter omnes terras. Fuit terra promissionis quondam fertilissima, ideo appellabatur fluens lacte & melle: hoc est bonis omnibus abundans. Diuus Hieronymus asserit nõquam totam terram promissionis possessam fuisse ab Hebræis, quoniam ipsi ob eorum flagitia eam non meruerunt: quimpotius semper in ea habitasse Gentes barbaras & incultas, quas Iudæi ex illa nunquam eiecerunt. Sed etsi terra illa esset amœna & fœcunda, existimo tamen ideo eam inter omnes terras egregiam appellari, quia futurum erat, vt in illa Christus secũdum carnem nasceretur. Sed postquam ipse in ea fuit occisus, facta est sterilis, & infructifera: & est vastata, & inutilis. Id vaticinatus fuerat Esaias, dicens: Desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.

Psal. 31.

Num. 14.

Esai. 1.

Vnusquisque

Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiciat. Hoc est idola repudiet. Quod fratrem explicat, dicens: Et in idolis Aegypti nolite pollui. Pro offensionibus vertunt nonnulli abominationes: ira enim solent idola in diuinis literis appellari, vt Exod. 8. Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro. Et quarto Regum vigesimo tertio Melchion abominatio filiorum Ammon. Et secundo Paralipomenon 34. Abstulit Iosias cunctas abominationes. Hoc est omnia idola. Poteris per oculorum offensiones ea intelligere, quibus homines ad turpia desideria excitantur. Qui sunt ex Aegypto, ex mundi seruitute, ex Pharaonis hoc est demonis potestate egressi, qui mundi voluptates & vanitates reliquerunt, dent operam, vt ea penitus abiciant, quibus oculi offenduntur. Dicant cum Dauide: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. Ea relinquunt, quibus mundi amatores oblectantur, ne vt verbis vtriusque Jeremiae, ascendat mors per fenestras eorum.

Exod. 8.

4. Reg. 23.

2. Para. 34.

Psal. 118.

Jerem. 9.

Exod. 1.

Exod. 5.

Exod. 14.

Et dixi, vt effunderem indignationem meam. Dixi mecum, & statui, me esse in illos grauiter animaduersurum. Et ita factum fuit: nam eos per Pharaonem castigauit, qui eorum filios interficiebat, eosque operibus leti & pœnarum vexabat. Asserunt nonnulli voluisse deum multos ex Hebræis post visionem signorum in plagis Aegypti interficere, quoniam Moysi parere volebant. Et hoc voluisse hoc loco Ezechielem significare. Nam quartodecimo capite Exodi scriptum legimus, eos etiam viuis dei miraculis verbis Moysi repugnasse. Erant in Aegypto multi ex Hebræis qui idola colebant, seque labibus Aegyptiæ Gentis contaminabant: etiã sibi essent multi fide insignes, & charitate præstantes. Sed noluit deus cunctos abiciere. Nam quod dicitur

dem illam iniquis inferre, ne dicerent: Aegyptij, cum non posse populum suum eripere, & incolumem reducere. Ideo subdit: Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus. Ac si diceret: Sed benigne eos tractaui, & mirabiliter eripui, ne nomen meum blasphemaretur inter Gentes, quimpotius esset in omnibus terrarum oris illustri laude celebratum. Ea signa & mirabilia edidi in Aegypto, & transiitum maris rubri, quæ nulla esset obscuratura obliuio, de quibus nulla vnquam ætas conticeceret.

Inter quas apparui eis. Innotui illis per signa diuinitatem meam ostendit.

Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis. Per præcepta hoc loco moralia & cæremonialia intelliguntur, per iudicia verò iudicialia.

Quæ faciens homo viuet in eis. Hoc est, legem illis tuli, quæ mortem minaretur eam violantibus, vitam autem polliceretur eam custodientibus. Ideo hoc ait, quia iudicialia legis Moysi multa flagitia morte multabant, eos autem, qui legem seruabant, viuere sinebant. At Ionathas Chaldæus hoc intelligit de vita æterna: & rectè quidem meo iudicio, si hoc de illis intelligas, qui fidem venturi Christi habebant, & propter deum legem ipsam seruabant: nam apud Matthæum ait Christus deus pater: Si

Exod. 14.

Matth. 19.

vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vbi absque dubio de vita loquitur æterna: nam præcesserat hæc quæstio adolefcētis: Magister bone quid faciẽdo viram æternam possidebo? Et apud Lucam cum legisperitus dei præcepta recitaret, respondit Christus: Hoc fac, & viues. Ante aduentum Christi nemo in regnũ celorum introibat: erat enim clausum: at Christi sanguis illud aperuit: quã ob causam eu diuus Hieronymus vocat clauẽ paradisi. Qui tamen dei legem obseruabant, in

Luc. 10.

fide

Esai. 53.

Exod. 3.

Exod. 3.

Exod. 3.

fide Christi venturi saluabantur, & migrantes in gratia descendebant ad limbum, aut ad purgatorium, vbi Christum expectabant, qui eos ad æternam vitam perduceret. Sed dices: Ergo opera legis veteris iustificabant. Minimè. ait enim apostolus in epistola ad Galatas: Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Et paulò post: Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Et rursus: Si data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et in epistola ad Romanos: Ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo. Vbi appellatione carnis homines intelligit secundum vires naturæ, auxilio diuini spiritus destitutos, qui etsi toto pectore & naturæ conatu contendant opera legis efficere, nequeunt absque fide præuia, diuinique numinis auxilio veram obtinere iustitiam: per opera verò legis existimo intelligere diuum Paulum non solum cæremonialia, sed etiam moralia, ipsumque decalogum, cuius opera per se non iustificabant. Nam explicans de qua lege loqueretur, subdit: Per legem enim cognitio peccati. Atqui illud est planè perspicuum, legem per quam nobis innotescit peccatum esse decalogum, quæ est norma quædam morum, ad quam debemus vitam dirigere. De qua ait capite septimo eiusdem epistolæ: Concupiscentiam nesciebam, nisi mihi lex diceret: Non concupisces. Quod quidem est in decalogo literis mandatum. Vnde diuus Augustinus asseueranter affirmat, non solum literam cæremoniarum, sed opera decalogi per se occidere, quòd peccatum ostenderent, vnde noster excitatur appetitus, per se autem remedium non præstarent. Nulla est lex, cuius ope

ribus nos ex viribus naturæ nostræ iustificemur, nisi præuia fide, & diuino auxilio adiuti. Qui autem diuina gratia fuerit iustitiam consecutus, deoque, qui est æterna iustitia reconciliatus, poterit verè implere legem, & opera illa in gratia facta vitam æternam merentur. Hæc sunt opera, de quibus aiebat Christus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et diuus Paulus: Non auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Et iterum: Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Sed si hæc legis opera sint absque fide, nullo modo iustificant apud deum: si ne fide enim impossibile est placere deo. Ideo ait apostolus, ex operibus legis non iustificari omnem carnem. Et alibi, Lex, inquit, nihil ad perfectum adducit. Quemadmodum lanista sciomachix ludo præfectus docet percutere inimicos, eorumque ictus declinare, sed nec præbet animum nec vires, sic lex vetus docebat quemadmodum homines essent cum animi hostibus, nempe mundo, dæmone, & carne pugnaturi, at nec gratiam conferebat, nec vitam æternam. Per legem, inquit apostolus, cognitio peccati: sed iustitia dei per fidem Iesu Christi. Iustificamur enim gratis per gratiam dei, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Hoc est certum, a Christi passione, quæ est causa humanæ iustificationis, deriuari virtutem iustificatiuam ad sacramenta nouæ legis, non autem ad veteris legis sacramenta. Iustificabantur tamen per fidem passionis Christi antiqui patres, sicut & nos. Erant enim sacramenta illa vetera quæ dā illius fidei protestationes, quatenus acerbos Christi cruciatus, eiusque mortē innocentissimā significabat: erātq; solum signū fidei iustificatis. Id intuens apostolus ait in epistola ad Romanos, Abrahā recepisse signum cir-

circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei. Conferebatur quidem in circumcissione gratia, quatenus erat signum passionis Christi futuræ, sed non ex opere operato. Vnde rectè dicimus opera legis veteris ex propria vi sua gratiā nō cōtulisse. Nihilominus tamen legē illam obseruanti, si faciebat, quod in se erat, deus vitam gratiæ largiebatur. At lex ipsa per se eius præcepta coram hominibus custodientibus vitam tantummodo corporis pollicebatur. His rationibus adductus existimo Ezechielē hoc loco de vtraq; vita & corporis & animæ locutum fuisse, cum dixit: Quæ faciens homo, viuet in eis.

Insuper & sabbata mea dedi eis. Præcepi illis, vt sabbata sanctificarent, & laboribus seruilibus abstinerent, quò possent totos sese mihi dedere, & mysteria mea in animo versare: essetque signum inter me & eos, hoc est mutui amoris significatio: eorum erga me, quod mihi adhererent, ostenderentque cæteris populis esse meæ legis cultores: mei que erga eos; quòd illos voluerim requiescere, & vitam æternam adipisci. Præcepit etiam deus, vt sabbatum obseruaretur, in quo ipse requieuerat in mundi creatione post opera sex dierum, vt esset omnibus perspectum & cognitum non fuisse mundum sempiternum absq; principio, sed ab eo creatum. Creauit deus mundum, & die septimo requieuit: ideo dies illa obseruabatur. At contaminatis hominibus, & morum corruptela deprauatis mortalibus, fecit deus alterum quodammodo mundum, & cum multis diebus laboraret, & pro nobis mortem crudelissimam pateretur, requieuit die dominica, resurgens à mortuis, vt nos à morte liberaret: & vt verbis vtat diui Pauli: traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Eam ob causam decreuit ecclesia, vt pro sabbato dies dominica obseruaretur. Nam quemad-

modum in lege vetere ideo dies septima obseruabatur, quia in ea requieuit deus ab omni opere, quod patrarat, sic in lege noua obseruatur dies octauus, quia in eo Christus quieuit patris humanæ redemptionis operibus. Sed dices: Si sabbati obseruantia est diuinum præceptum morale, quæ fieri potuit, vt mutaretur? Nā etsi cæremonialia ablata fuerint, moralia tamen auferrī non poterāt. Huic obiectioni facilè respondetur: In sabbati sanctificatione erat quippiam morale, quippiam verò cæremoniale: morale est obseruari diem vnum in hebdomada, & hoc non abstulit ecclesia: esse autem hunc diem, vel illum, hoc erat cæremoniale: & hoc meritò mutauit, quia mutare poterat: imò mutare debèbat ob resurrectionis mysterium. Et nonnulli psalmi inscribuntur: Pro octaua: per quam diuus Hieronymus diem resurrectionis intelligit. Et ipsa lex vetus innuebat Iudæorum sabbata esse abroganda, solumque vsque ad Christum duratura. Oseas diuinus vates deum in hunc modum inducit loquentem: Cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, omnia festa tempora eius. Vide quàm aperte ipsorum Iudæorum propheta, cuius ore ipsi deum loqui testabantur, eorum sabbata & festiuitates abrogandas esse prædixerit. Per Amos prophetam ait hoc modo deus: Odi, & proieci festiuitates vestras, & nō capiam odorem cœtuum vestrorum. Non solum dixit esse Iudæorum solennitates cessaturas, sed etiam si bi molestas esse. Eodē modo per Esaiā: Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Non quòd tunc festa impia essent, sed quòd Iudæi essent impij: Erant illa quidem lege durante bona, sed adueniente euangelio cessatura. Et intuens

Galat. 2.

Galat. 3.

Roma. 3.

Roma. 7.

Exod. 20.

Deut. 5. 7.

Math. 19.

Roma. 2.

1. Corin. 7.

Hebra. 11.

Hebra. 7.

Simil.

Roma. 3.

Genes. 1.

Roma. 4.

Genes. 1.

Ose. 2.

Amos. 5.

Esai. 1.

intuens idem propheta mentis oculis venturum esse Christum, qui alterum quodammodo mundum constitueret, qui novos coelos, hoc est novos apostolos, qui enarrarent gloriam dei, efficeret, & nouum populum, qui cantaret domino canticum nouum, illiq; non vmbri & figuris, sed spiritu & veritate seruiret, has voces emisit: Sicut coeli noui, & terra noua, stabit semen vestrum coram me: & erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea. Nonne intueris, quam aperte praedixerit, esse noua festa instituenda in lege gratiae, nouosque dies diuino cultui dedicandos? Erant festa illa vetera vmbrae quaedam futurorum, quae erant adueniente sole discessura. Eam ob causam ait diuus Paulus in epistola ad Colossenses: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt vmbra futurorum. Vult significare apostolus festa legis Mosaeicae, eiusque caeremonias & sacrificia iam cessasse: quoniam adumbrauerant venturum Christum, qui iam venerat. Et quoniam vmbra erant, Christus autem erat eorum substantia & veritas, & ipse Messias, quem illa omnia figurabant, oportebat adueniente sole abscedere vmbrae, & adueniente veritate abscedere figuram. Agnus paschalis immolatus significat Christum pro nobis in crucis ara immolandum: arca foederis ecclesiam: duo cherubim super ea duo testamenta: propiciatoriū Christum, qui nos erat patri reconciliaturus. Isaac fascem lignorum humeris impositum ferens, quibus erat immolandus adumbrauerat Christum, qui erat crucem humeris baiulaturus, in qua se hostiam pro mundi peccato constitueret, vt sanguine suo animas nostras expiaret, & scelerum nostrorum poenas persolueret. Serpens aeneus, quem Moyses extulit in deserto, in quem sauciati ocu-

los conijciebant, vt à vulneribus curarentur, Christum crucifixum designabat, in quem suspicimus, vt à peccati vulneribus sanemur: nā in eius cruce est remedium animae nostrae. Ionas qui tertia die egressus est de ventre ceti imaginem gesserat reditus Christi ad vitam. Manna sanctum Eucharistiae sacramentum figurauit. Elias ascendens in caelum, Christi ascensum gloriosum praestenderat, de quo praecinerat regius vates: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in voce tubae. Et Michas: Ascendet pandens iter ante eos. Neomeniae, quae erant festa inuolutionis lunae, imaginem gerebant eius inuolutionis, quae erat in animis, facienda tempore gratiae, quando deus erat in spiritu & veritate colendus. Sabbatum Christi requie in die resurrectionis adumbrabat. Omnia denique Iudaeorum festa in lege constituta fuerunt nostrorum festorum vmbrae & figurae. Sed dices: Nonne in lege veteri tenebantur Iudaei sabbatum obseruare? Tenebantur quidem, vt patet ex lege: nam deus elegit populum illū, in quo se ostenderet mundo, & cui legem suam traderet, ex quo filius suus vnigenitus carnem sumeret, & in quo de illo nato testimonia extarent: quem admodum ostendit apostolus in epistola ad Romanos. Et constituens deus hanc politiam & corporale regnum vsq; ad Christi aduentum, volensq; Hebraeos ab alijs populis discernere & separare, tribuit illis certos ritus & caeremonias, & dies festos, & alia, quae voluit, vt durante lege illa vsque ad Messiae aduentum seruarentur ab illis, essentq; signa foederis inter deum & illos. Sed in aduentu Christi altera lex ferretur, quae praedicaretur in omnibus terrarum oris, & repudiata synagoga, atque ecclesia constituta omnia veteris legis sacrificia, caeremoniae, & iudicialia cessarent, & sabbatum quod erat datum in signum, in diem dominicam mutaretur. Irenaeus lib. 4. cap. 30.

cap. 30. huic Ezechielis locū enarrans, ita ait: In signo data sunt haec, nō autem sine argumento & otiosa, tanquam quae à sapiente artifice darentur. Sabbata autem perseverantiam totius diei erga deū desertionis edocebant. Aestimati enim sumus, ait apostolus Paulus, tota die vt oues occisionis, scilicet & consecrati, & ministrantes omni tempore fidei nostrae, & perseverantes ei, & abstinentes ab omni auaritia. Et paulo post. Manifestatur autem & tanquam de ea, quae facta sunt, requies dei. Haec ille.

Et irritauerunt me. Id est prouocauerunt me ad iram. Nonnulli vertunt: Rebella uerunt in me domus Israel in deserto. Nam ibi vitulum conflauerant, & adorauerunt: & innumera fecerunt, quibus dei legem violarunt. Vnde aiebat deus ore psalmistae: Quadraginta annis proximus fui, vel vt potest verti ex hebreo, offensus fui, generationi huic, vel cum tædio pertuli generationem hanc, & dixi: Semper hi errant corde.

Et sabbata mea violauerunt vehementer. Nam statim ea fregerunt, vt patet ex libro Exodi cap. 16. & postea saepissimè.

Dixi ergo, vt effunderem furorem meum super eo. Dixi, & mecum statui, in esse eos grauitur puniturum. Eodem tropo vsus fuit paulo antè: Dixi, vt effunderem indignationem meam.

Ne violaretur coram Gentibus. Id est, ne nomen meum malè audiretur apud Gentes, quibus spectantibus Israelitas eripui ab earum potestate.

Ego igitur leuavi manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram, quam dedi eis, fluentem lacte & melle, praecipuam terrarum omnium: quia iudicia mea proiecerunt, & in praecipis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt. Post idola enim cor eorum gradiebatur. Et percipit o-

lus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In praecipis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus vester. Et exacerbauerunt me filij, & in praecipis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodierunt, vt facerent ea: quae cum fecerit homo viuet in eis: & sabbata mea violauerunt. Et comminatus sum, vt effunderem furorem meum super eos, & implem iram meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam: & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuavi manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarer in terras, eò quod iudicia mea non fecissent, & praecipia mea reprobassent, & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis praecipia non bona, & iudicia, in quibus non viuet: & pollui eos in munibus suis, cum offerrent omne, quod aperit vuluam, propter delicta sua: & sciet, quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum Israel fili hominis, & dices ad eos: Haec dicit dominus deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes, & induxissent eos in terram,

ram, super quam leuavi manum
ineam; vt darem eis.

Leuavi manum meam super eos in deserto.
Hoc est, grauius eos puniui. Etsi non
omnes eos interfeci, tamen varijs cala-
mitatib; laceſcui. Postulabat iustitia vt
eos occiderem in deserto, ne terrā pro-
missionis ingrederentur, sed præualuit
misericordia mea. Leuare manum hoc
loco, est castigare & ferire. Vel est pro-
mittere: solemus enim, cum aliquid pro-
mittimus, erigere manum. Vel est mor-
tem alicui vel vulnera minitari. Et tunc
est sensus: Minitatus sum Hebræis ferrū
& flammam, & varias ærumnas, nisi re-
licto idolorum cultu, & repudiatis scele-
ribus suis ad me ipsum conuerterentur.
Hoc rōpo vsus est Ezechiel paulò antè.

Post idola enim cor eorum gradiabatur. Idest,
idola colebāt. Ire cor, vel cor gradi post
aliquam rem, est illam desiderare, cole-
re, & diligere. Cor enim accipitur pro
anima, vt apud Ieremiam: Laua à mali-
tia cor tuum. Aliquando pro opinione.

In Genesi cap. 31. vbi nos habemus. No-
luitq; Iacob confiteri socero suo, quòd
fugeret, habet litera hebraica: Iacob ve-
rò furatus est cor Laban Syri, quòd non
indicaret ei, quòd fugeret. Opinabatur
Laban esse Iacob cū pecudibus suis, &
ipse fugerat. Accipitur aliquando pro iu-
dicio & intellectu, vt apud psalmogra-
phum: Cor meū dereliquit me. & apud
dium Paulum: Obscuratū est insipiens
cor eorum. Et quoniam intellectus de-
bet esse cum virtute copulatus, & scien-
tia cū bonis operibus coniuncta, ait Ec-
clesiastes: Cor sapientis in dextera eius,
& cor stulti in sinistra illius. Quasi di-
car: Qui verè sapiens est, habet sciētiam
cordis significatione designatam in ma-
nu, hoc est in opere, & non in manu sini-
stra, sed in dextera, non in operibus ini-
quis, sed præclaris: insipiens verò è con-
trario. Aliquando sumitur pro medio,
vt apud Ezechielem. O Tyre tu dixisti:

Perfecti decoris ego sum, & in corde
maris sita. Idest in medio maris. Ita in-
telligitur illud psalmographi: Nō time-
bimus, dum turbabitur terra, & transfe-
rentur mōtes in cor maris. Et illud salua-
toris nostri: Sicerit, filius hominis in cor-
de terræ tribus diebus. Hoc est in fossa
& sepulchro, in medio terræ. Accipitur
aliquando cor pro voluntate, vt psal. 56.
Paratum cor meū deus. Et apud Eccle-
siasticum: Cor ingrediens duas vias, nō
habebit successus. Hoc est voluntas pro-
penſa ad vitia, eaq; amplectens, sed vir-
tutem fingens, & tegens scelera hone-
statis specie, ambulans coram deo per
viam flagitiorum, & coram hominibus
per viam virtutum, infelicem habebit
successum. Itaq; ire cor post virtutē, est
eam diligere, & in eius actiones incum-
bere, cōtrā verò tūc cor dicitur ire post
vitia, cum ad illa voluntas est propen-
sa, eaque cupit, & amplectitur, & ipsis
oblectatur. Eodē modo accipitur hoc
loco, gradi cor post idola.

Vt non interficerem eos. Nimirum filios
cum patribus. Occideram patres, sed fi-
lios reliqui superstites, quibus dixi, ne
parentum scelera sequerentur. Sed nec
filij me audire voluerunt.

*In præceptis patrum vestrorum nolite incede-
re.* Seruate præcepta mea, patribus autē
vestris vobis, vt à me deficeretis suadē-
tibus, atq; ad impia facinora vos ipsos
excitantibus nolite parère. Ne eorum
imitemini flagitia, quorum vidistis tor-
menta. Docet hic locus satis apertè non
teneri filios parentibus obedire in illicitis:
imò debere impia eorum præcepta
repudiare. In Prouerbijs ait Salomon:
Mens iusti meditabitur obedientiā. Sed
hoc intelligitur, nisi id, quod præcipit,
dei legi repugnet.

Auerti autem manum meam. Destiti à pu-
nitione. Nolui eos penitus delere, cum
possem.

Iterum leuavi manum meam. Interpreta-
re, vt paulò antè.

Psal. 4.

Math. 11.

Psal. 56.

Ecclesiast. 3.

Prouerb. 15.

Post

Post idola patrum suorum fuissent oculi eorū.
Idest, obseruarent parētum suorum ido-
la: eorumq; simulachra venerarētur.

Dedi eis præcepta nō bona. Si dei præcepta
bona non sunt, quomodo ait diuus Pau-
lus in epistola ad Romanos: Lex qui-
dem sancta, & mandatum sanctum, &
iustum, & bonum. Et Dauid: Lex domi-
ni immaculata, cōuertens animas? Huic
obiectioni respondent nonnulli, ideo
legis veteris mandata mala dici, quòd
bona respectu meliorum quasi bona nō
sint. Bona sunt illa, sed respectu legis
gratiæ non bona appellantur. Nam si-
cut grauius delinquenti Iudææ, quàm
Sodoma & Samaria dicitur apud no-
strum Ezechielem: Iustificasti forores
tuas in omnibus abominationibus tuis,
ita excellentioribus noui testamēti præ-
ceptis subsequētib; præcepta bona,
quæ rudi populo data sunt, non bona ef-
se dicuntur. Vel sic: Etsi bona essent ve-
teris legis præcepta, Iudæis tamen qui
ea violabant, bona non erant, quoniam
grauius puniebantur. Cum enim per le-
gem peccata intelligerent, per legem
enim cognitio peccati, & per eam eis
deus præciperet, vt iustitiam colerent
& charitatem, ipsi autē se vitijs pollue-
rent, grauius peccabant, ijs qui legē non
habebant. Vnde dicitur apud Lucam:
Seruus qui cognouit voluntatem domi-
ni sui, & non se preparauit, & non fecit
secundum voluntatem eius, vapulabit
multis. Poteris hoc intelligere de præ-
ceptis cæremonialibus, quæ ideo dicun-
tur non bona, quia gratiam non confe-
rebant, nec erant duratura nisi ad tem-
pus. Hanc explanationem tangit diuus
Hieronymus, & Dionysius. Eam tenet
diuus Thomas in prima secūde, & Do-
minicus Soto in commētarijs in episto-
lam Pauli ad Romanos, explicans locū
illum capitis septimi: Itaque lex quidē
sancta, & mandatum sanctum. Intelligi
autem locū hūc Ezechielis nō de mo-
ralibus præceptis, sed de cæremoniali-

Rom. 7.

Psal. 118.

sup. 16.

Rom. 3.

Luc. 12.

bus, indicat id, quod subditur statim: Et
iudicia, in quibus non viuent. Vnde col-
ligitur, loqui prophetam de cæremonia-
libus, & iudicialibus, quæ erant cessatu-
ra, non autem de moralibus, quæ nun-
quam erant delenda. Vel sic: Quoniam
præcepta mea, inquit deus, seruare no-
luerunt, permisi, vt essent subiecti Gen-
tibus idolorū cultricibus, quæ illis præ-
cepta non bona, leges asperas, & tribu-
ta intoleranda imponent. Hinc effe-
ctum est, ex eorum flagitijs, vt impijs
Gentiū ritibus obtēperarēt, & primoge-
nita sua dæmonibus offererēt. Id quod il-
lis diuinus psaltes obiebat. Psal. 105. Id
accidit Græcis, qui cum essent Chri-
stiani, sed Christi legē peruerterēt, seq;
vitijs contaminarent, fuerunt à Turcis
infidelibus capti, qui eos opprimunt tri-
butis, illisque leges acerbissimas ferūt.
Nā filius primogenitus Christiani tra-
ditur Turcis, & nutritus ab illis, fit Chri-
stianorum acerrimus hostis.

In quibus non viuent. Nam iudicialia ob
multa flagitia mortem inferri iubebāt.
Vel loquitur de vita gratiæ & gloriæ,
eo modo quo paulò antè diximus. Pote-
rit hoc ita explanari: Permissi, vt Iudæi
ob impietatem suam Gentiū iudicijs
subijcerentur, in quibus nullam inueni-
rent tranquillitatem, nullam quietem,
nullam vitam.

Pollui eos in muneribus suis. Hoc est, per-
missi, vt polluerētur in muneribus obla-
tis idolis, quæ mihi offerri deberet. Cum
deus alicui gratiam nō tribuit, sed eum
in manu relinquit desideriorum suorū,
dicitur illū indurare, aut sceleribus pol-
luere: non quòd illum aut induret, aut
polluat, sed quòd illi gratiam nō imper-
tiat, quam nec ille meretur, nec efficaci-
ter petit. Ita intelligitur id, quod est di-
uinis literis mandatum: Indurauit deus
cor Pharaonis. Vel ita: Pollui eos, hoc
est, ostēdi esse pollutos in oblationibus
falsis. Offerebant enim filios suos primo-
genitos dæmonijs more Gentium agre-
stium

Psal. 105.

Exo. 10.

Gen. 14.

Y stium

Ierem. 4.

Genes. 31.

Psal. 39.

Roma. 1.

Ecclesiast. 10.

Inf. 27.

stium & incultarum, quæ eos, quos ardentiore amore prosequerentur, in honorem suorum idolorum & vanorum simulachrorum comburebant.

Omne quod aperit vuluam. Hoc est, omne primogenitum,

Super quam leuavi manum meam, ut darem eis. Hoc est, quam promiseram me esse illis daturum. De hoc hebraismo disseruimus paulò antè.

Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas, & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum vsq; ad hanc diem. Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit dominus deus: Certè in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendiculum eorum vos fornicamini. Et in oblatione donorum vestrorum, cum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel: Viuo ego dicit dominus deus, quia non respondebo vobis, nec cogitatio mentis vestre fiet, dicentium: Erimus sicut Gætes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniam in manu forti, & in brachio extenso, & in furore effuso regnabo super vos. Et educa vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis.

In manu valida, & in brachio extenso, & in furore effuso regnabo super vos, & adducam vos in desertum populorum: & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Sicut F iudicio contendi aduersus patres vestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo vos, dicit dominus.

Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos: & terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego dominus. Et vos domus Israel hæc dicit dominus deus: Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis.

Viderunt omnem collem excelsum. Id est, loca sublimia, & arboribus cõsita, ad exercendam idololatriam apta elegerunt. Quasi dicat deus: Tanta fuit Hebræorum ingratitude, vt cum ego eos intro miterem in promissionis terram, statim me contenerent, & loca quærerent, vbi idola collocarent.

Et dederunt ibi irritationem oblationis suæ. Id est obtulerunt ibi idolis sacrificia, quibus me ad iram irritauerunt.

Posuerunt ibi odorem suauitatis suæ. Hoc est, thura & thymiamata, & alias odoriferas confectiones dæmonijs obtulerunt.

Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Præceperat deus Hebræis, vt in templo ei sacrificarent: illi autem Gentium superstitioni adherentes, altaria constituebant idolis extra templum in locis excelsis. Soliti enim erant idolorum cultores in locis eminentibus aras erigere, vbi simulachra collocabant. Postea effecit vsus, vt omnis locus, etiã si infimus esset,

esset, vbi dæmonibus sacrificia offerebantur, excelsus vocaretur. Nec solum loca sacrificiorum, sed ipsa etiam dæmoniorum sacrificia excelsa vocabantur. Est igitur sensus: Quid facitis? Quid est excelsus, quod conuenitis? Nonne hic est locus idolorum, quæ ego vobis prohibui? In libro Deuteronomij allocutus est deus in hunc modum Hebræos: Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate. Illi autem ea contra hoc dei præceptum in dies erigebant. De Ieroboam, qui fecit vitulos aureos, ait scriptura: Fecit phana in excelsis. De ijs excelsis fit mētio libro Regū tertio, capite. 15. & 22. & 4. Reg. 12. & multis in locis diuinarum literarum.

Dent. 33.

3. Reg. 12.

3. Reg. 15.

22.

4. Reg. 12.

Et post offendiculum eorum vos fornicamini. Id est, post eorum idololatriam vos etiam idola colitis. Accipi fornicationem pro idolorum cultu est in diuinis literis frequentissimum. Pro offendiculis vertunt quidam abominationes, alij idola.

Cum traduciti: filios vestros per ignem. Solebāt barbari & impij homines filios suos igne comburere, vt idola sua placaret. Ita asserit diuina scriptura li. 4. Regum, cap. 17. Vnde impius Manasses impiarum Gentium morē secutus, filium suum per ignem traduxit, vt constat ex eodem libro. Et de Achaz ait ita sancta scriptura libro secundo Paralipomenon: Lustrauit filios suos in igne iuxta ritum Gentium. Nonnulli filios penitus comburebāt, quidam vero eos per ignem tantummodò transmittabant, existimantes omnia flagitia igne illo purgari. Chaldæi existimabāt ignem materialem deum esse, ideo illum summe venerabantur, & pro deo colebant: quamobrem per illum currentes transibant, vt manerent ab omnibus animi labibus perpurgati. Vnde Heraclitus & Empedocles ignem intelligibilem deum esse statuerunt. Poterit igitur locus hic

4. Reg. 17.

4. Reg. 21.

2. Parl. 28.

utroque modo explanari, & de translatione filiorum per ignem eos necantem, quando penitus incendio flagrabant, & de transmissione per ignem, vt lustrarentur, & mundarentur. Vide deplorandam hominum superstitionem & cæcitatem.

Et ego respondebo vobis domus Israel? Quasi dicat: non. Venerat magnates Hebræorum ad Ezechielem, vt per illum deum interrogarent, quibus deus ostendit, non esse eos dignos responsione sua, quoniam Gentium idola colebant. Intuere Iudæorum pertinaciam: Fuerunt eicte à patria sua, quod fuissent idolorum cultores, & in Babylonica captiuitate ob idololatriam constituti, idola etiam colebāt. Merito de illis aiebat Ieremias: *Ierem. 5.* Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti.

Regnabo super vos. Promittit deus Iudæis reditum à captiuitate Babylonica ob misericordiam suam, cum ipsi illum ad iram prouocarent. Verum est enim id, quod dixit Ionas propheta: Scio enim quia tu deus clemens, & misericors es, patiens, & multam miserationis, & ignoscens super malitiam. Ait igitur deus: Non vos penitus derelinquam, sed eripiam vos, etiam si de hoc non cogitetis. Multi ex Iudæis illis in captiuitate detentis quærebant à deo responsa per Ezechielem, vt si deus illis ad votum responderet, illisq; mundi opes & voluptates promitteret, eum colerent, eiusq; fidem protestarentur. Sin autem aliter responderet, se statim ab eo penitus alienarent, & deficerent, atque omnes Gentium ritus & superstitiones omnino amplecterentur. At deus nec illis ad votum respondet, nec permittit vt penitus extinguantur. Vide Iudæorum aduersus deum impietatem, & dei erga eos misericordiam.

Educam vos de populis. Nimirum Babylonijs, inter quos captiui detinemini. Non sinam vos esse in perpetua captiuitate.

uitate. Permissi, ut vos Babylonij expugnarent, & in vincula conijcerent, non ut vos omnino perderem, sed ut poenitentiam agentes ad meipsum conuertere remini. Hinc discas, quam salutaris sit calamitas illis, qui eam toleranter ferunt. Prodest quidem non solum illis, qui vitijs contaminantur, sed illis etiam, qui virtutibus muniuntur. Pater qui filio, quem singulari prosequitur amore, thoracem sericum dedit sub tunica induendum, permittit, ut praecidatur aliquibus in locis exterius indumentum, ut interiorius sericum foris appareat. Ita pater ille misericordiarum, & deus totius consolationis, eum quem diligit, vulnerari ab impijs permittit aliquando, & calamitatibus feriri, ut sericus ille patientiae thorax, quo eum intus induerat, foris ostendatur. Eam ob causam ait in epistola ad Hebraeos diuus Paulus: *Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Et in Apocalypsi diui Ioannis ait ipse deus: *Ego quos amo, arguo & castigo.* Et apud Matthaeum: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Beata patientia, quae, ut verbis vtar diui Pauli, probationem operatur, probatio spes, spes autem non confundit. Induite vos, inquit idem apostolus in epistola ad Colossenses, sicut electi dei patientiam. Et ad Hebraeos: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta.* Oportet enim nos in calamitatibus constitutos ad dominum confugere, eumque precari, ut ope sua tanquam splendidissimi solis fulgore dissipet noctem aeternarum nostrarum, ne crescentibus malorum tenebris arctissimo peccatorum somno consopiamur, ne obdormiamus in morte, ne dicat inimicus noster: *praualui aduersus eos.* Si enim deum fuerimus toto corde ample-

xati, erimus absque dubio tutissimi. Et si flagitiosi homines, impietate barbari, & immanitate feri pios homines affligant, seque efferant insolenter, quod potentia ad perniciem virorum iustorum tolerantia insignium abutantur, tamen boni praevalebunt, & ad gloriam aeternam perducentur. Nam ut ait regius vates, patientia pauperum non peribit in finem. Et si enim ad tempus sinat eos deus afflictionibus angere ad virtutis perfectionem, & maiorem vitae futurae gloriam: tempore tamen illis opportuno eos ex omnibus molestiarum ictibus ac procellis eripit, & consortes efficit regni sui in gloria sempiterna. Id volens significare in eodem psalmo diuinus vates, subdit paulo post: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Impij autem qui dei cultores calamitatibus premunt, poenas luent suae immanitati debitas, & ad caecas inferorum tenebras tandem detrudentur. Nec solum post mortem, sed in hac etiam vita exercet deus aliquando in impios iudicium suum, illos coercendo & flagellando, ut intelligant se esse mortales & caducos, & calamitatibus obnoxios, resque mundi prosperas & florentes nullam habere firmitudinem, nullam perpetuitatem: esseque illos infelices, qui in illis spe suam locant & figunt, illos autem felices, qui per varios casus plerumque, & magnas calamitatum angustias patientia induti, rerumque humanarum tolerantia muniti ad vitam immortalem perducuntur. *Qui possident animas suas, consequentur immortalitatem, atque qui sunt patientia induti, eas possident, dicente Christo: In patientia vestra possidebitis animas vestras, illi igitur immortalitatem adipiscuntur.* Hoc intelligens diuus Iacobus apostolus ait in epistola sua: *Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra.* Et diuus Gregorius: *Nos sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patientiam in animo vere custodierimus.* Postquam deus minitatus est Hebraeis aeternas & terribiles, ut

Psal. 9.

Luo. 21.

166. 5.

fla-

flagitia sua intelligeret, & lachrymis delecterent, excitat eos ad patientiam, ne calamitatibus suis adhibeat desperationem, sed eas aequo animo ferat, nam illis promittit se esse eos ab illa captiuitate eripiturum, in qua illos coniecerat, non ut perderet, sed ut ad sui cognitionem adduceret. Nos autem, qui Christiano nomine gloriamur, eo animo esse oportet, quem veritas & ratio praescribit, ut nihil praeter culpam & peccatum homini accidere posse arbitremur, quod sit horribile aut pertimescendum: omnia alia humana placate & moderate feramus. Cum nos abiectionis, afflictionis, calamitatum fluctibus vehementer agitato viderimus, eorum sanctorum memoria repetamus, nihilque nobis noui accidisse cogitemus. Adsit nobis princeps fortitudo, quae nobis animam eriget, & aduersa obruet memoria virorum illustrium, qui varijs fuerunt aeternarum procellis concussi: leuat enim molestiam communis quasi legis, & humanae conditionis recordatio. Sed nullum est salutare remedium, nulla promptior & efficacior medicina, quam confugere ad Christum deum nostrum, tanquam ad arcem tutissimam, qui ait: *Clamauit ad me, & exaudivit eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Ipse est pater misericordiarum, ut verbis vtar apostoli, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Ipsal. 90.

2. Corint. 1.

Ose. 2.

In furore effuso. Hoc est, effundens furorem cogam vos flagellis ad obsequium meum. Id intelligens Oseas propheta inducit Iudaeorum populum hoc modo loquentem. *Vada, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc.* Loquitur synagoga more adulterae se ad virum conuertentis, quae cum Gentium dijs fuerat fornicata.

Adducam vos in desertum populorum. Hoc est, reducam vos a Chaldaea in Iudaeam per desertum, quod est inter Babylonios & Hierosolymitanos.

Et inducabo vobiscum in faciem ad faciem. Id est,

disceptabo vobiscum signis apertissimis, arguens vos remotis arbitris, & ostendens me non vos ex odio afflixisse, sed ex amore, ut vos ad pietatem & religionem reducerem.

Inducam vos in vinculis foederis. Ut scilicet his vinculis ligati, ab amore meo non recedatis. Vincula foederis sunt amoris ligamina, quibus deus nos vult vincere, & in suavissimum diuini amoris carcerem conijcere, in ijsque dulcissimis vinculis retinere. De ijs ait ipse per Oseam: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Hoc est, ligaminibus blandis, quibus non tauri & leones, sed homines trahuntur, clementer & suaviter traham ad meipsum.

De terra incolatus. Id est de Babylonica. *Singuli post idola sua ambulate.* Id est, colat unusquisque idola sua, illisque seruiat. Ironia est.

Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen sanctum meum pollueritis ultra in muneribus vestris, & in idolis vestris, in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait dominus deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi. Et ibi quarum primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregaui vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor in vobis in oculis nationum. Et scietis, quia ego dominus, cum induxero vos ad terram Israel, in terram, pro qua leuavi manum meam, ut darem eam patribus vestris. Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus

polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris, quas fecistis, & scietis, quia ego dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, nec secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad aphyricum, & propheta ad saltum agri meridiano, & dices saltui meridiano: Audi verbum domini: Hec dicit dominus deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma succensionis: & comburetur in ea omnis facies ab austro usque ad aquilonem: & videbit uniuersa caro, quia ego dominus succendi eam: nec extinguetur. Et dixi: A, a, a, domine deus, ipsi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iste?

Quid si in hoc non audieritis me. Si in Chaldaea me non colueritis, faciam, ut in terra promissionis me colat omnis domus Israel. Per montem sanctum intelligit Sionem: per quem mons spiritualis, hoc est ecclesia catholica significatur. Est igitur sensus: Quonia mihi o Iudei parere non vultis, qui potius nomen meum violare contenditis, efficiam, ut colat a Gentibus in ecclesia mea, vbi tota domus Israel, hoc est, omnis fidelium concio me adorabit. Perspicuum est diuinis litteras intuentibus per montem Sionem esse ecclesiam intellectam. Ita illud Michae intel-
Mich. 3.

cto suo, ex hoc nunc & usque in seculum. Et Esaias illud: Respice Sion solennitatem ciuitatis nostrae: oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam. Et illud psalmographi: Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

In odorem suauitatis suscipiam vos. Id est, ero vobis propitius. Prosequar vos amore & fauore.

Sanctificabor in vobis in oculis nationum. Hoc est, sanctum me dicent Gentes, cum meo sanguine mundum a peccati captiuitate liberauero: erit nomen meum per cunctas orbis terrarum oras laude celebratum, eiusque cognitio ita omnes uniuersitatis fines peragrabit, ut repudiatis falsis & comentitijs dijs non solum homines docti & politici, sed agrestes & inculti me caeli ac terrae effectorem & moderatorem, mundi que redemptorem esse non modo fateantur, sed profiteantur. Id praeuiderat regius vates ita canens: Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra: quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Infantes appellat homines simplices & rudes, quales fuerunt apostoli, per quos deus salutarem potentiam suam mundo ostendit, cum per illos nomen suum antea solum in Iudaea notum per cunctas nationes fama celebrauit. Hi sunt caeli gloriam dei enarrantes, de quibus ait idem propheta: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos de Christi apostolis interpretatur. Possumus & verissime per infantes & lactentes eos intelligere, quos diuinus ac regius vates praevidebat in spiritu in ciuitate, & templo Hierosolymae clamantes in introitu Christi, & dicentes: Hofanna filio David. Narrat enim Matthaeus indignatos fuisse principes sacerdotum & scribas, quod infantes Christum

Esa. 33.

Psal. 131.

Psal. 8.

Psal. 18.

Rom. 16.

Mat. 21.

mirifi-

mirificis laudibus extollerent, Christum autem illis dixisse: Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Sed illud est loco illo aduertendum. In primo versiculo vbi nos habemus, Domine, esse in hebraico Iehouah, nomen dei tetragrammaton, soli deo tributum, vbi autem habemus: dominus noster, esse in hebraico adhon, quod homini tribuitur. Quibus verbis voluit diuinus psalter Christi diuinitatem & humanitatem significare. Ideo primo loco eum appellat deum, secundo autem dominum nostrum, quia secundum humanitatem noster est, ex carne nostra humana, quam sibi copulauit. Et licet ratione potentiae suae, quae immensa est, & infinita dominus sit omnium, tamen quia naturam nostram assumpsit, peculiari quadam ratione dominus noster appellatur, & sanctus in oculis omnium nationum dicitur.

Pro qua leuavi manum meam. Hoc est, quam patribus vestris promisi.

Viarum vestrarum. Hoc est, vestrorum morum. Ionathas Chaldaeus vertit: Operum vestrorum. Via peccatoris appellatur modus ille viuendi vitiosus viam muniens ad aeternos cruciatus. De ea ait psalmographus: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.

Displicebitis vobis. Recordabimini scelerum vestrorum, eorumque praenitebit vos. Habebitis dolorem & displicentiam ob peccata vestra: agetis flagitiorum vestrorum poenitentiam. Vbi que deus poenitentiam commendat. Apud Ieremiam: Si poenitentiam egerit gens illa a malo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Et per Ezechielem: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia praeccepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniqui-

Psal. 1.

Ierem. 18.

sup. 18.

tatum eius, quae operatus est, non recordabor. Coepit Ioannes Baptista praedicare, & fuit eius thema: Poenitentiam agite. Eodem modo coepit Christus dicens: Poenitemini, & credite euangelio. Et rursus: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Et in Actis apostolorum refert Lucas dixisse diuum Petrum: Poenitemini, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra. In epistola secunda ad Corinthios ait diuus Paulus: Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam, quae enim secundum deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Quid ad hanc nubem auctoritatum respondebunt haeretici nostri temporis, qui poenitentiam negant. Aiunt enim nihil aliud esse poenitentiam, quam colere virtutem, nihilque habere cum lachrymis, displicentia, dolore, & tristitia. Si poenitentia nihil habet cum tristitia, quorsum ait apostolus: Gaudeo quia contristati estis ad poenitentiam, quae enim secundum deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur? Nonne hic confunditur haeticorum infania? Aiunt bonam esse peccatoris conversionem ad deum, sed nec lachrymas requiri, nec dolorem, nec displicentiam criminum. Quorsum igitur ait deus per diuinum suum vatem Ioelem: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra? Quorsum caneret regius vates: Sacrificium deo spiritus contribulatus, contritum & humiliatum deus non displicet? Et poenitentiam suam explicans ait: Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nonne intueris quam acerbum animi dolorem & cruciatum significet, quo ob dei legem violatam, & turpitudinem sceleris admisi torquebatur? Versabatur in perpetuo luctu, & noctes inter flebiles gemitus &

Mat. 3.

Mar. 1.

Luc. 5.

Act. 3.

2. Corint. 7.

2. Corint. 7.

Ioe. 2.

Psal. 50.

Psal. 6.

amara suspiria cōsumebat, lectulūq; suū perpetuo lachrymarum fluuio lauabat. Gloriosus martyr Cyprianus sermone quinto de lapsis ita ait: Agite pœnitentiā plenā doloris, acclamatis animi probate mœstitiā. Vir hic, qui fuit omni p̄ditus honestate & sanctimonia, qui p̄ctus suū fecerat armariū diuinarū literarū, qui fuit omnibus virtutū, bonarūque artium ornamentis excultus, qui fuit pro Christi fide interfectus, & animo firmo & recto, oculisq; in cœlū eleuatis emisit animam, quæ angelis sociata diuinas laudes v̄ndiq; cōcinetibus in cœlū gloriose euolauit, asserit pœnitentiā plenā doloris esse debere, cū alijs sanctis, cū diuo Paulo, cū Cristo, cū omni sacra scriptura: Lutherus negat homo libidinum seruus, seditiosus, impius, insatiabili voracitati & ebrietati deditus, qui ob nimiam stomachi repletionē noctu mortuus est, morte subita correptus, cū nocte illa recta corporis valetudine cœnaret, & cubitū iret. Vtri credemus sancto Christi martyri, an impio hæretico? ei qui pro Christi fide morte subiuit, an illi, qui à Christi fide defecit, & apostatauit? Ephrē ille, quē diu? Hieronymus in catalago de viris illustribus asserit tā tā nominis celebritatē fuisse cōsecutū, vt eius scripta publicē in ecclesijs recitarentur, duos libros, & sermonē vnū scripsit de pœnitentia, vbi peccatores ad lachrymas et dolorē mirū in modū hortatur. Gregorius Nazianzenus in sermone de sanctis luminibus pœnitentiā vocat baptismū lachrymarū, & Ioānes Damascenus libro 4. suæ theologiæ baptismū laboriosum. Ioānes Chrysostrōmus homilia 22. ad populū Antiochenū, Si magnus, inquit est lapsus tuus, maior sit torrensuarū lachrymarū. Eusebius Emisenus homilia 5. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad sanādos ipsius cordis dolores. Tota insistendum est spiritus cōtritione, vt vetusta mala tanquā sagittæ de conscientia

euellantur. Dies me deficeret, si vellem antiquorū patrum authoritates, quibus peccatores magnoperè hortātur ad pœnitentiā, recensere. Quid quæris? Ipsa naturæ lex nos docet scelerū pœnitere. Etsi enim pœnitentia, vt est nouæ legis sacramentū, fuit à Christo instituta, nō à lege naturæ præcepta, tamē vt est virtus, aut virtutis actus, res est ad quam tenemur lege naturæ. Et ethnici secū anguntur dolore, ob memoriam suorū flagitiorum, ducti ipsa lege naturæ. Ouidius de Ponto ita ait: Pœnitet ō si quid miserorum creditur vlli, pœnitet, & factō torqueor ipse meo. Cumque sit exilium, magis est mihi pœna dolori: estque pati pœnā, quā meruisse minus. Et Iuuenalis: Euasisse putas, quos diri conscia facti: mens habet attonitos, & surdo verberē cædit. Hinc orta est apud Gentium poetas furiarū opinio: de quibus Vergilius tertio Aeneidos: Et sceleris furij agitatū Orestes. Nihil aliud furiarum nomine ab illis significatur, quā animus sibi malè conscius, & qui busdam quasi stimulis conscientie scelerum exagitat. Vnde Marcus Tullius in oratione pro Roscio Amerino, Sua, inquit, quæque fraus, & suus terror maximè vexat: suumque quenque scelus exagitat. Macrobius ex Paulino asserit morem esse apud Gætes, vt qui sacra facturus esset, se in primis reum esse fateretur, ac si assereret, se suorū maleficiorum pœnitere. Refert hoc Blondus libro primo Romæ triumphantis. Quid plura? Natura ipsa nos docet impiorum facinorū pœnitentiam. Et volunt volutarij homines defendere debere peccatorem nullā agere pœnitentiam, nullam crucem tollere, quimpotius delictijs affluere. Huiusmodi est Lutherus, & eius sectatorū multitudo, qui se vocant euangelicos, cū nihil illis sit magis in optatis, quā euāgelium de medio tollere, & sectam Epicuri instaurare. Si nemo debet crucē suā baiulare, quomodo

Mat. 10.

Mat. 16.

Luc. 9.

Luc. 7.

Mat. 26.

Esse. 2.

Esse. 15.

Mat. 7.

Apoc. 2.

Mat. 10.

ait Christus. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me? Quomodo laudat euāgelium lachrymas Magdalene, quibus rigauit pedes Iesu: & fletum Petri, qui egressus foras fleuit amare? Quomodo ait Ecclesiasticus: Si pœnitentiā nō egerimus, incidemus in manus dei? Quomodo ait Christus: Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quā super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia? Si tota vita est in delicijs & voluptatibus cōsumenda, quorsum ait ipsa veritas: Intrate per angustā portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionē, & multi sunt, qui intrāt per eam? Quorsum ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Memor esto, vnde excideris, & age pœnitentiā? Quorsum euāgelistæ pœnitentiā laudant, eiusq; præconia extollūt? Quorsum Christus nos ad pœnitentiā exhortatur? Hoc docet sanctum Christi euāgelium, secta autem Lutheri contrariū affirmat. Et audent Lutherani se euāgelicos appellare, cū ex diametro euāgelio repugnēt. Nisi se eō euāgelicos vocent, quod euāgelium euertere, & penitus delere contendant, quæadmodū vocatus est Scipio Aphricanus, qui Aphricā euertit, & Numantinus, qui Numantiā celebrē Hispaniæ vrbe debellauit. Vt enim quondā Romanorum duces cognomina ab vrbibus, quas expugnabant & vastabant, sumebāt, sic Lutherani ab euāgelio, quod oppugnant, & euertere conantur, cognomen sibi assumpserunt, & arrogarunt. Appellāt se ecclesiæ reformatores, instauratores puritatis, & fidelium magistrōs, cū nihil illis sit antiquius, nihil magis cordi, quā ecclesiam deformare, mores corruptissimos introducere, & Christi fidem penitus euertere. Negant pœnitentiam, quā tota ecclesia catholica à principio apostolorū vsque ad nostram ætatem semper prædicauit,

& magnificis laudibus extulit, quā ipse cœlestis doctor Christus deus noster docuit, & ad quā omnes viri sapiētia & sanctitate præstātes eos, qui in crimina inciderunt, semper excitauerunt. Nos verò pœnitentiā amplectamur, & vt hīc ait deus per Ezechielem, de peccatis nostris nobis ipsis displiceamus. Vel, vt potest verti ex hebreo, nos ipsos intra nos dolore succidamus & conteramus.

Pone faciem tuam contra viam austri. Hoc est, respice in Iudæam, cōijce oculos in Hierosolymam, quæ respectu Babylonis sita est ad meridiē: & vaticinare intrepidè aduersus eam.

Et stilla ad Aphricum. Hoc est, loquere aduersus plagā meridionalē. Stillare siue pluere idē est quod doctrinā proferre: & pluuia idē est quod doctrina. Vt in Deuteromio: Concresecat in pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquiū meū: quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina. Eodem modo in libro Iob: Super illos stillabat eloquiū meum. Vnde apud Esaiam ait deus: Nubibus mādabo, ne pluant super eum imbrem. Hoc est, viris apostolicis prohibebo, ne velint dare sanctum canibus, & sublimem doctrinā veluti pretiosas margaritas ne mittant ante porcos. Vnde regius psaltes de diuina sapientia loquens canebat: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Ac si diceret: Similis erit pluuia roranti, irriganti terram sitientem, & in mortales beneficia conferenti.

Et propheta ad saltum agri meridiani. Hoc est, vaticinare aduersus Hierosolymam. Ponere faciem contra viam austri, stillare ad aphricum, & prophetare ad saltum meridianum idē est, etiam si diuersis verbis. Appellatur Hierosolyma saltus agri meridiani, quia erat ad meridiem respectu Babylonis, vbi erat Ezechiel, cū hæc literis mandabat. Volens Ieremias

significare excidiū euenturū Hierosolymæ à Babylonia, dixit vidisse ollam succensam à facie aquilonis, significans per aquilonem Babyloniā respectu Hierosolymæ: est enim aquilo ventus flans à septentrione. Appellatur Hierosolyma saltus, quia quemadmodum in nemore & saltu feræ vagantur, ita in ea feri & immanes homines habitabant. Et vt in saltu varia sunt plantarum genera, quædam sunt fructifera, quædam steriles, & inutiles, ita Hierosolymæ diuersi homines, quidam iusti, quidam impij morabantur. Ideo solebant diuini vates eam cum saltu & sylua comparare. Esaias: Succendetur in densitate saltus. Ieremias: Succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Zacharias: Succisus est saltus munitus. Fortasse per saltum intelligitur mons Libanus, & per Libanum templum Salomonis, quod esset ex lignis Libani constructum. Vtunque sit, vaticinatio est aduersus Hierosolymam, qua diuinus vates eam incendio flagraturam esse prædicit: id quod antea Ieremias vaticinatus fuerat.

Omne lignum viride, & omne lignum aridum. Hoc est, tam nobiles, quam plebeios. Ac si dicat: Erit tota ciuitas incendio tradita, & consumpta. Poteris per lignum viride bonos intelligere, per aridum verò improbos. Sed cur deus occidit iustos cum iniustis? Nimirum ne iusti in flagitia cadant, & fiant iniusti, iniustorum facta imitantes: quæ admodum libri Sapientia est literis mandatum, ita dicentis: Placens deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illius. Cum impij viros iustos interficiunt, non illis auferunt quietem, sed laborem, iuxta illud eiusdem libri Sapientia: Stabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui ab-

stulerunt labores illorum. Exeunt enim viri pij & iusti ex calamitatibus, & euolant in æternam beatitudinem, vbi magnis gaudijs cumulati in suauissima pulcherrimi numinis visione conquiescunt. Ideo aliquando iusti simul cum iniustis moriuntur. Aut ideo eos deus aufert ex vita, ne imminentibus calamitatibus, & summis ærumnis opprimantur. Hi enim casus sequuntur interdum, vt non erepta viris charitate præstantibus à deo vita, sed donata mors esse videatur. Non enim corporis oculis intuentur cædes suorum crudelissimas, & ignominias acerbissimas, & in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipsi florentissima multum alijs dignitate, nominisque amplitudine præstarent. Christus deus noster apud Lucam se comparat cum ligno viridi, Iudæos autem cum arido: ita enim inquit: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ac si diceret: Si me innocentem ita affligunt, quas pœnas dabunt Iudæi suorum flagitiorum, apti ad incendium?

Non extinguetur flamma succensionis. Alij legunt: succensionis, vt sit sensus: Flamma succedens flammæ nõ extinguetur. Ac si dicat deus: Ego te crebris calamitatibus castigabo.

Et comburetur in ea omnis facies ab austro vsq; ad aquilonem. Hoc est, tota vrbs comburetur ab extremo ad extremum.

Et videbit inuersa caro. Id est, omnis homo. Solet enim diuina scriptura per omnem carnem omnes homines intelligere. Ita intelligitur illud Genes: Omnis caro corruerat viam suam. Et illud psalmographi: Ad te omnis caro veniet. Et illud Esaiæ: Omnis caro fœnũ. Et illud Lucæ: Et videbit omnis caro salutare dei. Et illud apostoli: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Nunquid non per parabolas loquitur iste? Dolet Ezechiel, quod eum Iudæi non intelligerent. Imò nec eum intelligere vellent: dice-

dicebant enim eum vti metaphoris obscuris. Eam ob causam verbis apertis prædicit illis sequente capite Hierosolymæ vastitatem & euerfionem.

Annotations ex hebræo in caput XX.

IN die qua elegi Israel, & leuavi manum meam pro stirpe domus Iacob. Quid sit manum leuare diximus in explanatione. Septuaginta habent: Ex qua die elegi domum Israel, & notus factus sum semini domus Iacob. Non verbũ ad verbum transtulerunt, sed sensum verborum verbis alijs expresserunt. Tunc enim deus notus factus est semini domus Iacob, cum pro illo manum super Aegyptios leuauit, eos plagis percutiendo, & mirabilia perpetrando. Leuare enim manum contra aliquem est illum percutere, iuxta id, quod dicebat Ioab, cum quæreret Sebã filium Bochri ad occidendũ illum: Leuauit manum suam contra regem Dauid. In hebraico pro leuare est verbum נָשָׂא nasa, quod significat leuare siue extolle re, vt 4. Regum ca. 25. Subleuauit Euilmerodach rex Baylonis caput Ioachin regis Iuda. Hoc est, eum profecutus est fauore: honorauit illum, & euexit ad amplitudinem. Id quod nos habemus in Threnis: Facies sacerdotũ non erubuerunt, verti potest: Facies sacerdotũ non leuauerunt: est enim ibi verbum hoc nasa. Leuare caput, vel faciem alicuius Hebræorum more, est illum honorare. Significat etiam verbũ hoc ferre, vt apud Esaiam: Verè læguores nostros ipse tulit. Significat etiam parcere & remittere, vt in psalmo: Beati quorum remisit se sunt iniquitates. Et quia qui alicui parcat, offensionis eius obliuiscitur, accipitur pro obliuisci, vt Genes. 50. Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.

Quod poterat verti: Condona quæso fratribus tuis iniquitatem eorum. Hoc est, parce illis: Vbi nos habemus apud Oseam. 1. Non addã vltra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, pro obliuiscar est in hebraico hoc nostrum verbum. Ideo poterat verti locus ille: Non miserebor vltra domus Israelis, quimpotius in vniuersum tollam eos. Hoc est auferam eos à facie mea. Significauit his verbis diuinus vates nõ quam regnum decem tribuum instaurandum: nam Israelitæ illi, qui fuerunt in Assyriam ducti, nunquam postea redierunt, aut certè paucissimi. At Tharghum ita vertit locum illum: Si conuersi fuerint, remittendo remittam eis. Quasi dicat deus. Ipsi ob eorum impietates & nefaria scelera captiui ducti fuerunt ab Assyrijs, sed tanta est misericordia mea, vt illis parcã, eis flagitia condonem, si egerint pœnitentiam. Potest etiam verti locus ille. Sed eleuando eleuabo super eos, subaudi inimicum. Et ita interpretatur R. Dauid in commentarijs. Vt sit sensus. Auferam misericordiam meam: antequam à decem tribubus, & eleuabo super eos regem Assyrium, qui eos incredibilibus calamitatibus premat. Illud etiam psalmographi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine: potest verti ex hebræo: Eleuatum est super nos, vel eleua super nos lumen vultus tui domine. Lumen vultus dei, quo illuminamur; fides est: quæ eleuata est vt vexillum erectum, sub quo debemus militare. Si enim signum hoc charitate ornatum secuti fuerimus, non destituemur necessario ad militiam commeatu, sed diuino præsidio adiuti; de animæ hostibus admirabiles victorias reportabimus. Deriuatur enim verbum hoc nasa à nomine nes, quod significat vexillum militare. Ideo Septuaginta transtulerunt: Signatum est super nos &c. ad signum siue vexillum allu-

Esai. 9.
Ierem. 21.
Zach. 11.

Ierem. 1.

Sap. 4.

Sap. 5.

Luc. 23.

2. Reg. 20.

4. Reg. 25.

Thren. 4.

Genes. 6.

psal. 64.

Esai. 40.

Luc. 3.

Rom. 3.

Gal. 2.

Esai. 53.

psal. 31.

Genes. 50.

Ose. 1.

Isai. 4.

Isai. 4.

Isai. 4.

allu-

alludentes. Significat denique verbum hoc portare, vt 3. Regum secūdo: Quia portasti arcam domini. Ex omnibus his significationibus elegit noster interpret eam, quæ est proprior huic loco, dicens: Et leuauī manum meam pro stirpe domus Iacob. Nihilominus tamen poterat ita verti locus hic: Et peperi manui meæ pro familiā domus Iacob. Quasi dicat deus: Cūm decreui me non esse Hebræos. castigaturum, vt eorum peccata postulabam. Vel sic: Et portauī in manu meā stirpē domus Iacob. Hoc est, cūm elegi Israelitas in populum meum, eosque vt puerulos instar nutricis in manibus meis portauī, educēs eos mirabiliter ex Aegypto, & in terrā promissionis adducens.

In terram, quam prouideram eis. Septuaginta habent: In terram, quam præparauī eis. Pro prouideram est in hebraico: תָּרַחֵי tarthi. Verbum est tur, quod significat explorare: vt Num. 14. Explorastis terram. Ideo poterat verti locus hic: In terram, quam explorauerā eis. Vel disposuerā eis. Ab hoc verbo deriuatur תֹּרַחֵי thorah, quæ dictio dispositionem significat. Vnde lex appellatur thorah, quod sit verborum dei dispositio & forma: vel per quā dei volūtas sit nobis explorata & perspecta. Sunt tamen, qui dicāt thorah deriuari à verbo תִּירַחֵי irarah, quod significat docere, quod nos doceat viam rectam.

Quæ est egregia inter omnes terras. Pro egregia est in hebraico תִּפְעִי tfeui, à verbo תִּפְעֵי tfauah, quod significat tumescere: vnde tfeui significat gloriam, pulchritudinem, desiderium, amorem. Esai. 13. Erit Babylon illa gloriosa in regnis. Vel vt potest verti ex hebræo. Gloria regnōrū. Ideo poterat hic Ezechielis locus transferri: Quæ est gloria omnium terrarū. Illud etiam Danielis: Stabit in terra inclinata, vertunt nonnulli: Stabit in terra desiderij, hoc est desiderabili. Hinc effectum est. vt id,

quod hic ait Ezechiel, variè ab interpretibus verteretur. Nam septuaginta habent: κηρίον ἐστὶν πὰρὰ πᾶσαρ τῆρ γῆν. Hoc est, fauus est vltra omnem terrā. Quasi dicat: terra est dulcis & fertilis. Aquila in prima editione pro egregia siue fauo vertit firmamētū. Theodotio fortitudinem. Symmachus religionem: quod in ea esset templū, & vigeret fides, & diuinus cultus. Pagninus habet: Desiderabilis est omnibus terris. Quæ omnia in ornamentum cedunt terræ promissionis, & in idem ferè coincidunt.

Vt nō violaretur. In hebraico est: לְבַחֵי לְחֵי leulthi chechel. Verbum est chalah, quod significat occidere, violare, incipere. Illud psalmi: Et dixi: Nunc cœpi: hæc mutatio dextræ excelsi, potest verti: Et dixi: nunc occisus sum: sed memini annorum dextræ excelsi. Vt sit sensus: Tam acerbis ærumnis premebar, vt cogitationibus de salute mea desperationem penè adhiberem. Dixi enim apud me: Perij. Sed in tot calamitatum angustijs hæc mihi occurrebat consolatio, memoria antiquæ dei pietatis, nam diuinæ misericordiæ, & antiquæ dei clementiæ recordatione sustentabar. Confugiebam ad memoriam annorum antiquorū, intuebar mentis oculis diuinæ pietatis clarissima monumenta, cum dextra excelsi eos, qui ad ipsum confugerant, ex terribilibus procellis eripuerat, & ad vitæ tranquillitatem reuocauerat. Significare verbum hoc occidere indicat Ieremiæ locus capite 14. Ecce occisi gladio. Significare vero incipere ostendit locus Deuteronomij cap. 3. Tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam. Et Genes. 4. Iste cœpit inuocare nomen domini. Nimirum Enos. Tunc enim instauratus est dei cultus, cœpitque deus passim coli, & inuocari. Caietanus explicās locū illum ait, fuisse iam deum inuocatū ab Abelo & Caino, cūm illi munera offerrent: sed nō fuisse inuocatū Iehouah, nomen

nomen dei quatuor literarum: voluisse autem Moysen initium vocationis in hoc nomine explicare. Tribuebant enim Hebræi huius nominis inuocationi admirabiles virtutes. Sed quoniam verbum hoc non solum significat incipere sed violare & contaminare, ideo R. David in libro radicum exponit: Tunc violatum, aut prophanatum est nomen domini. Nam tempore Enos coluerunt homines idola, illis nomen domini tribuentes. Eusebius Emisenus legit: Hic sperauit inuocari nomine domini, hoc est dici deus. Non quod eum deum esse existimarent, qui illum nomine dei vocabant, sed ob eximias eius virtutes nomen elohim illi tribuebant. Vnde effectum est, vt qui ex eo descenderent, filij dei vocarentur, vt ex capite. 6. Genes. constare videtur. Quæ de re in annotatione quadam ad caput 14. supra disseruimus. Chaldaica paraphrasis habet: Tunc cœperunt hominum filij orare in nomine domini.

Post idola enim eorum gradiebatur. Septuaginta habent: Post cogitationes cordium suorum ambulabat. Impias cogitationes, quibus homines oblectantur, idola vocauerunt.

Iudicabor vobiscum. Tharghum habet. Vliscar de vobis. Et paulò post, vbi nos habemus: Iudicio contendī aduersus patres vestros. habet Tharghum: Vitionem sumpsi de patribus vestris.

Argumentum capit. XXI.



*N*atcinatur de clade & excidio Hierosolymæ, & in communibus calamitatibus præcipuo quodam dolore conficitur. Videbat enim improbos Babylonios opibus & potentia florē

tes esse templum illud euersuros. ob Iudaorum scelera, in quo solita erant diuina laudes celebrari. Prædicat lamentabilem regis Sedechiæ occasum, & Ammonitarum eersionem.

Caput. XXI.

Factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciē tuam ad Ierusalem, & stila ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel: & dices terræ Israel: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te: & eiciam gladium meū de vagina sua, & occidam in te iustū & impium. Pro eo autem quod occidi in te iustum & impiū, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro vsq; ad aquilonem: vt sciat omnis caro, quia ego dñs eduxi gladiū meū de vagina sua irruocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in cōtritione lūborū, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor: & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet: ait dñs deus. Et factus est sermo dñi ad me, dicens. Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit dñs deus: Loquere: Gladius gladius excutus est, & limatus. Vt cedat victimas exacutus est, vt splendeat, lima-

Climatus est. Qui moues sceptrum filij mei, & succidisti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu. Iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. Clama, & vlula filij hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel, qui fugerāt, gladio traditi sunt cum populo meo. Idcirco plaude super femur, quia probatus est, & hoc cum sceptrum subuerterit, & non erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum.

EXPLANATIO.

Fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalem. In fine capitis superioris questus fuerat Ezechiel de Iudæorum hebetudine, quod eius vaticinia non intelligerent: dicebant enim velle se audire sententias apertas, non autem parabolas obscuras, quas non poterant animo percipere. Eā ob causam explicat nunc clariū, quæ dixerat obscure. Pro eo quod dixerat: Pone faciem tuam contra viam austris, ait nunc: Pone faciem tuam ad Ierusalem. Est enim Hierosolyma ad austrum sita meridie respectu Babylonis, vbi tum erat Ezechiel, cum hæc literis mandabat. Pro eo quod dixerat: Stilla ad aphricum, ait nunc: Stilla ad sanctuaria, hoc est ad templum Hierosolymæ. Pro eo quod dixerat: Propheta ad saltū agri meridiani, ait nunc: Propheta cōtra humum Israel. Ac si dicat deus: Ne dicant Iudæi esse oracula tua intellectu difficili, & percipi animo non posse, prædic illis aperte eorum miserabilem in-

teritum, & acerbis calamitates. Quid sit stillare, diximus capite præcedente. Templum Salomonis appellat sanctuaria numero multitudinis, quod esset in tres partes diuisum, in atrium, domum, & sancta sanctorum, vt cōstat ex 3. Reg. 6. Vel ideo de templi euerfione loquens illud pluraliter nominauit, vt significaret esse bis euertendum, prius per Babylonios, postea per Romanos. Septuaginta habent: Vaticinare filij hominis, & obfirma faciem tuam contra Ierusalem, & aspice ad sancta eorum.

Ecce ego ad te. Hoc est, contra te.

Eijciam gladium meum de vagina sua. Hoc est, educam exercitum Babyloniorum de Chaldæa, qui te interficiat. Ac si dicat: Chaldæi me volente te o Hierosolyma ad excidium & vastitatem vocabunt. Exercitus sceleratorum est gladius, quo deus occidit populum suum, quando deficit ab eo, seque sceleribus contaminat. Hunc gladium appellaue- rat capite superiore flammam, quæ erat saltum, hoc est Hierosolymam combustura. Apud Esaiam Sennacheribus Assyriorum rex, qui Samariam euer- tit, virga furoris dei appellatur. Et id, quod ait psalmographus: Eripe animā meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ, vertit diuus Hieronymus ex hebræo: Salua animam meā ab impio, qui est gladius tuus, a viris manus tuæ. Vel vt alij vertunt, a viris, qui sunt manus tua. Intuemur enim sæpe numero deum loco armorum vti hominibus flagitiosis ad improborum facinora castiganda, & iustorum virtutē exercendam. Et non solum impios homines appellat gladium dei, sed manum: illis enim vitur deus ad maleficia impiorum puniendā, & ad piorum tolerā- tiam declarandā. Nec solum qui alios calamitate premit & lacerat, sed etiam ipsa calamitas manus dei appellatur. Ideo ait Iob: Manus domini tetigit me. Et iterum: Manum tuam lōgē fac à me.

Et

Esai. 5.

psal. 7.

Et Esaias: Iratus est furor domini in populo suo, & extēdit manum suam super eum. Poteris per gladium dei eius iram intelligere, iuxta illud psalmographi: Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetēdit, & parauit illum. Quibus verbis immanem Saulem per summam ignominiam prædicit interiturū, & diuinę vltionis pœnam subiturum, nisi eum scelerum suorum pœniteret.

Et occidam in te iustum & impium. Pro quo dixerat capite superiore: Combura in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Cur autem deus iustos pariter cum iniustis puniat aliquando, ibi ostendimus. Poteris etiam per iustū eum intelligere, qui cum sit sceleribus imbutus, sibi met iustus videtur, nomen quæ iusti sibi insolenter arrogat. Hoc intelligentes septuaginta pro iusto & impio verterunt iniquum & iniustum. Vt lanx libræ quānto leuior est, tantō amplius sursum ascendit, sic quānto hominior est, & inutilior, & iniustior, tantō sublimius se extollit: & cum sit impius, iustitiam sibi iactabundus assumit, & iusti nomen impudenter vsurpat. Cōtrā verò quemadmodum bilancis pars plenior & grauior se deprimat deorsū, sic vir virtute clarus, & honestate insignis, se abijcit & inclinat: & quānto est apud alios virtutibus onustior, tantō apud seipsum iudicatur imperfectior. Hæc est enim magna perfectio, suę imperfectionis cognitio. Sed etsi se demittat, illā tamē deus erigit, efficiēs vt eius fama perpetuò vigeat. Nam vt ait psalmographus: In memoria æterna erit iustus. Et Salomon in Prouerbijs: Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit. Eos deus effert, qui ob animi submissionem se deprimunt, eos deprimunt, qui se elatione vanē efferunt in sublime. Huc pertinet responsio Chilonis Lacedemonij, qui interrogatus quid ageret Iupiter: Excelsa, inquit depri-

psal. III.
Prou. 16.

mit, depressa extollit.

Pro eo autem quod occidi in te! Sensus est: Quoniā te o Hierosolyma occidi, ideo occisurus sum omnes gētes ab austro ad aquilonē, hoc est à te vsq; ad Chaldæā. Nam hæc gētes fuerunt ærumnis tuis delectatæ: quā ob causam eas opprimā ærumnis: & procella, quā tibi optabāt, in eorum caput redundabit. Gaudent quidē viri iusti, immortalesq; gratias agūt tui sanctissimo, cum vident flagitiosos homines puniri, suorumq; maleficiorum iustas pœnas persoluere, iuxta id, quod ait regius vates: Lætabitur iustus, cum viderit vindictā, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Abluere manus in sanguine peccatoris, est ingenti affici lætitia. Et alio in psalmo: Lætentur, & exultent gentes, quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Postulat enim æquitas, vt nefarij pœnis afficiantur. At non licet illorū calamitatibus insultare, nec in eos iacere contumelias: nam vt ait Salomon in Prouerbijs: Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus: imò dolendum est, & acerbè ferendum, illos in tam acerbis ærumnas incidisse, & tam graui pœna fuisse multatos. Sed debemus affici voluptate aspicientes immanes homines, scelerumq; maculis notatos dignas suis flagitijs pœnas luere, non aliam ob causam, nisi quia iusta punitione dei gloria illustratur, & hominum societas securitate & quiete conseruatur: & tam virtute præditi, quā labibus contaminati. repetita iustitiæ memoria a maleficijs deterrantur. Nihil enim ferē est, quod magis hominū animos excitet ad diuinā religionē colēdā, & ad sanctissimū numē laudibus celebrādū, quā diuinę iustitiæ in homines sceleratos executio. Tunc deum summis efferunt præconijs, cum ille insigni aliquo supplicio flagitia impiorum coercet, & diuinę vltionis illustra documenta constituit. Eā ob causā petebat à deo David, vt in

psal. 57.

psal. 66.

Prou. 17.

psal. 111.

psal. 111.

psal. 111.

impios

Pfal. 7.

impios animaduerneret, dicens: Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum, Et exurge domine deus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circūdabit te. Ac si diceret: Declara domine vim seu ritatis tuæ, opprime impios calamitate: fac ut pœnas luant suorum scelerum, quemadmodum gubernatoribus vrbiū faciendum præcepisti: nam si vltionem iustitiæ tuæ in nefarios ostenderis, congregatio populorū te summis laudibus efferet, & hymnis perpetuis celebrabit. Sed illud est hoc loco aduertendum. Si deus eos grauius punit, qui aliorum calamitatibus insultant, etiam si æarū non sint authores & cōflatores, quantò grauius in illos animaduertet, qui viros iustos affligunt, oppugnant, & ad capitis periculum vocant? Sunt enim, qui tum maximè latent, cum maiora detrimenta viris virtute præditis, & sapientia præstantibus inferunt, & cum illis de sint vires, consilijs suis ad aliorum interitū vtuntur, & impijs exhortationibus viris claris & honestate perspicuis perniciem machinantur. Aman, vt in libro Esther. 7. proditum est memoriæ, suspensus est in patibulo, quod Mardochæo virtutis ornamentis exculto parauerat. Et quemadmodum Perillus Atheniensis faber, qui vt Phalaridi tyranno gratus esset, taurū illi æneum donauit, vbi inclusi homines nouo tormento cruciarentur, suo perijt inuento, vt ait Plinius libro. 34. & refert Sabellicus libro. 10. exemplorum: nam iussu impij tyranni machina illa inclusus, quam fabrefecerat, vt immanissimi Phalaridis aures delectaret humanis lamentis & cruciati- bus, ipse primus pœnant illam expertus est, & tam elaboratum opus sui ipsius imbuit supplicio: sic immane cōsiliū, in authorum caput aliquando redūdat. Et vt ait diuinus psaltes: Laqueum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueā, quam fecit. Conuertetur dolor eius in

Esther. 7.

simile.

Pfal. 7.

caput eius, & in verticē ipsius iniquitas eius descendet.

Irreuocabilem. Idest, qui à nullo homine possit impediri.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum. Verba sunt dei ad Ezechielem, quorum hic est sensus. Tu intuens animo eorum corpora contracta & concissa educ de intimo pectore tuo gemitus & lamenta: & eorum crudelissimum exitium deplora. Itaque per lumborū contritionem intelligitur cadauerum contractio, & corporum fauciatorum in partes diuisio. Vel contritio lumborum ipsius Ezechielis, vt sit sensus: In gemisce magno dolore per lumborū tuorum contractionē designato. Erat tunc Ezechiel in Chaldæa, & iubetur coram Iudæis ingemiscere, & futurum interitum Hebræorum Hierosolymæ habitantium lamentari, qui de hoc non cogitabant, qui potius letitia gestiebāt. Fuit hoc ita effectum fortasse, vt ipsi Iudæi ab eo quærerent, quam ob causam lachrymas illas profunderet, vt cognita perniciem sua ob admissa flagitia ad deū tanquam ad arcē munitissimā confugerent. Eodē modo Christus deus noster in medio triumphi cōcinentibus alijs, eiusque aduētum mirificis laudibus celebrantibus, videns ciuitatem illam ingrātam, quæ illum erat occisurus, sciens esse eam ob immane illud flagitium penitus euertendam, vim lachrymarum profudit: vt Iudæi eius pietatem videntes, lachrymarum causam interrogarent, & sceleribus suis nuntium remitterent.

Pro auditu. Hoc est, pro rumore aduentantis exercitus Babylonicis: vt supra capite septimo: Conturbatio super conturbationem: veniet auditus super auditum. Vnde septuaginta pro auditu nuntium verterunt. Vel accipitur auditus pro prophetia, quā diuini vates audiunt ex deo: ex quo efficitur, vt sermo, & verbum domini appelletur: quemadmodum

Luc. 19.

sup. 7.

in

in principio huius capitis: Et factus est sermo dñi ad me, Prophetia in diuinis literis appellatur visio, verbum, sermo, auditus, onus, oraculum, vaticinatio.

Et aiescet omne cor. Hoc est, & animo cadent Iudæi videntes Babylonicorum exercitum. Manus præ nimio metu palpitabunt tremore, & arma tenere non poterunt: & fortitudo in stuporem conuertetur. Metus procedit ex corde: cū autem sanguis sit carnis amicus, & succurrat membris deliquium patietibus, subuenit cordi metu deficienti, & ita alias corporis partes derelinquit: quo fit, vt sanguine destitutę pallidę maneat & tremens.

Per cuncta genua fluent aqua. Solet enim ob nimium timorem vesica dissolui, ita vt vrina per genua fluat. Vel ita: Omnia genua tremēt instar aquarū agitatarū. Hoc tropo vsus est ep̄a supra. cap. 7.

sup. 7.

Ecce venit. Nimirum quod dico.

Et liniatus. Hoc est, tersus & expolitus, vt splendore suo terreat hostes.

Qui moues sceptrum filij mei. Alloquitur de Nabuchodonosorem, dicens: Tu qui conturbas regnum populi Israelitici, es gladius acutus, vt interficias omne lignum, tam viride quā aridum. Non parces plebeijs, nec nobilibus, sed totam Hierosolymam euertes, & incredibile ei cladem inferes ciuium suorum. Sceptrum filij sui apellat deus regnum populi Israelitici. Vbi aspicias populam Israelis vocari à deo filium suum. Eodē modo in Exodo scriptū legimus: Hęc dicit dominus: Filius meus primogenitus Israel. Et per Oseā: Ex Aegypto vocaui filium meum. Et per Esaiam: Filios enutriui & exaltaui. Conturbabat autem rex Babylonis sceptrum siue regnum Iudaicum, bellum illi inferendo, & sceptrum a Iudæa in Chaldæam transfutando. In Chaldæa enim non fuit sceptrum ablatum de tribu Iuda: nam ibi per gubernatores quosdā eiusdē tribus regebantur. Hebræi. N fuit sceptrū

Exo. 4.

Ose. 11.

Esai. 1.

ablatum nisi tempore Messia, iuxta id quod prædixerat Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat, qui mittendus est. Pro quo paraphrastes Chaldæus habet: Donec veniat Messias. Quem locum copiosè explicuimus in nostris commentarijs in Esaiam in annotatione ex hebraico in caput vltimum: vbi Iudæorum & catholicorum explanationes latè recensuimus. Et si in Sedechia regnum Hebræorum finem habuit quatenus ad vnctionem & successionem illam antiquam, semper tamen vsque ad Christi aduentum fuit in Iuda quidam principatus, & sceptrum at que dominium. Poteris hæc verba ad Ezechielem referre, vt ille Nabuchodonosorem alloquatur. Tu qui amouisti sceptrum Iechoniæ regis, omnes Iudæos, qui Hierosolymæ manserunt, interficies. Vocat Iechoniam filium suum, quod eius præcepto paruisset, tradens se Chaldæis. Solent nanque magistri eos, quos docent, filios vocare. Quidam per sceptrum intelligunt tributum, & per filium dei Christum deum nostrum, ac si dicat deus: Tu o rex Babylonis ducis in Chaldæam tribū Iuda, quæ est tribus filij mei, ex qua ille sumpturus est carnem. Est enim perspicuum Christum secundum carnem esse de tribu Iuda, vt ait diuus Matthæus primo capite sui euangelij, & diuus Lucas capite. 3. in catalogo maiorum eius, & diuus Paulus in epistola ad Hebræos.

Genes. 49.

Mat. 1. Luc. 3.

Hebr. 7.

Dedi eum ad leuigandum. Ne pondere premat manum, sed commodius teneatur. Vel ad complanandum & perpoliendum, vt melius occidat. Vt Nabuchodonosor & eius milites aptius eo vtantur ad cladem Iudæorum.

Clama et vitula fili hominis, quia hic factus est in populo meo. Hoc est, imminentes ærumnas o Ezechiel lamentatione testare, non tantum quia interficiendi sunt Iudæi, sed præcipue quia gladius,

Z

quo sunt interficiendi, ab ipsis conflatus est. Ipsi fabricati sunt arma, quibus sunt crudeliter occidendi. Quæ sunt arma hæc, nisi scelera, quæ commiserunt? Qui flagitia perpetrant, quid aliud efficiunt, quam arma, quibus sibi perniciem machinantur? Quemadmodum Goliath Philistæus fuit suo proprio gladio iugulatus eiusque caput proprio ferro præcisum in urbem fuit allatum, sic nefarii homines suis maleficijs animas suas occidunt, iuxta id quod est in libro Sapientie literis mandatum: Homo per malitiam occidit animam suam. Et non solum perdit homines animæ perniciem machinantur, sed etiam sæpenumero corpori. Quando infideles homines vrbes nostras expugnant, & de nobis victoriam reportant, nos illis arma porrigimus: flagitijs enim nostris nos oppugnant, & vincunt. Nec solum actiones impiæ nefariorum hominum, sed etiam eorum sensus & membra arma sunt, quibus se ipsos traiciunt, & crudeliter vulnerant & occidunt. Id intelligens diuus Paulus ait in epistola ad Romanos: Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo. Ac si dicat: Nolite membris vestris intemperanter abuti, nolite ex illis arma conflare flagitij ad peccati executionem, cum ea vobis deus tribuerit, ut sint arma virtutum, quibus aduersus animæ hostes pugnetis, sed illi seruite tanquam à morte culpæ ad vitam gratiæ suscitati, exhibentes membra vestra arma iustitiæ, actiones per illa virtutum exercentes. Homo vitij imbutus, & à virtute separatus vititur membris suis tanquam gladijs & hastis, quibus animam suam transfigit: sin autem vitia detestatur, & ad Christum confugit, gladios in vomeres conuertit, quibus suis ipsius agrum euangelicæ colit doctrina-

strina, & hastas in falces, quibus veritas virtutum fruges metit. Et hoc est, quod in Christi aduentu Esaias fore prædixerat, cum has voces emisit. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Ut enim ager quantum fertilis, sine cultura tamen fructuosus esse non potest, sic sine Christiana doctrina animus. Id autem quod est vomer apud iustum, est gladius apud impium. Sed aduerte: Non ait deus: Quia hic factus est in populo Iudaico, sed in populo meo: ac si dicat: non haberes tantam plorandi causam, si gladius hic conflatus esset in populo extraneo, at cum sit in populo meo conflatus, equifimum est lachrymarum copiam profundas, & perniciem hanc lanentis prosequaris.

Qui fugerant, gladio traditi sunt. Eos intelligit, qui relicta Hierosolyma se fugæ mandarunt, & contempto Ieremiæ consilio in Aegyptum contulerunt: vbi fuerunt à Babylonijs interfecti. Non de sunt, qui hoc intelligant de nonnullis, qui ex oppidis immunitis Hierosolymam confugerunt tanquam ad tutum asylum in aduentu Babylonijs, vbi fuerunt cum ciuibus gladio hostium immaniter occisi.

Plaudite super femur. Hoc est, ostende signum doloris, pulsans manu femur more hominum, qui ingenti cruciatu torquentur. Hoc hebraismo vititur Ieremias capite. 31.

Quia probatus est. Nimirum à me gladius Babylonicus. Castigabat deus Hierosolymam per Babylonios: ideo ait esse sibi gratam Iudæorum cædem. Sed quoniam Babylonijs diuinæ iustitiæ ministri iniquo animo iram suam in populum Iudaicum exercebant, fuerunt à deo grauiter puniti, & celebris eorum ciuitas à Medis & Persis funditus eversa. Ideo ait Ezechiel: Et hoc cum sceptrum subuerterit, & non erit. Ac si dicat: Potentia Babylonijs est mihi grata, qua-

Esa. 2.

simile.

Esa. 13.
14.

simile.

Prover. 12.

quatenus euerit sceptrum Iudæorum, eos affligendo, & in vincula conijciendo, & morte multando: sed non erit: nam finietur hæc Babylonijs potentia, peribit eorum gladius, delebitur eorum metropolis, & amplius non erit. Babylon enim ciuitas illa florentissima inter septem orbis spectacula numerata, fuit à Medis & Persis funditus eversa, quemadmodum prædixerat Esaias, & alij diuini vates: & Babylonijs regnum fuit labefactatum, & penitus conuulsam. Nam Babylon Aegypti, de qua loquitur Strabo libro 17. fuit à Babylonijs quibusdam condita, qui finibus patriæ expulsi sedem ibi delegerunt, & nomine Babylonijs eversa eam appellarunt, quæ hodie Cayro vocatur. Sed hæc est in Aegypto, illa autem antiqua, in qua Iudæi captiui detinebantur, erat in Chaldea ad Euphratem fluium sita: de qua ait hoc loco Ezechiel: Et non erit. Babylonijs Aegyptiæ meminit Stephanus & Ptolemæus, & post eos Cælius libro quinto lectionum antiquarum. Potest hoc referri ad populum Israeliticum: & tunc erit sensus: Hic populus probatus est calamitatibus. Quemadmodum aurum igne perspicitur, sic ego illum rebus aduersis explorabo, & tunc maximè, cum sceptrum suum labefactatum fuerit mortuo rege Sedechia. Nam etsi illis maneat sceptrum, & quidam principatus in tribu Iuda, non tamen illis manebit regia illa dignitas, & sacra unctio, quæ ante Babylonicam captiuitatem in Iudæa floruerat. Premetur igitur calamitate sceleratus populus, & non erit, hoc est, & ita non erit impius. Ita intelligitur Proverbiorum illud: Verte impios, & non erunt. Hoc est, conuerte domine impios, & non erunt amplius impij, sed iusti. Non erunt quales fuerint, sed quales esse debent: peribunt non quo ad substantiam, sed quo ad flagitia, non

amittendo vitam, sed impietatem. Eodem modo regius vates Christum venturum alloquens ac si eum iam venisse mentis oculis perspiceret, canebat: Increpasti gentes, & perijt impius: nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi. Id prædixerat in libro Numerorum ijs verbis Balaam: Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabit que omnes filios Seth. Ac si diceret: Veniet Christus, & percutiet demones, & peribunt peccatores. Per duces siue principes Moab diabolos intelligit, quos diuus Paulus principes appellat, & potestates, harumque tenebrarum rectores. Hos percussit Iesus Christus verus deus: de illis gloriose triumphans. Per filios Seth homines significantur impuri, & flagitijs contaminati, quos cum Christus ad se conuerteret, deleuit, non ab illis salutem auferendo, sed peccatum. Intelligi autem hunc locum de Christo aperte indicat paraphrasis Chaldaica, ita habes: Confurget rex de domo Iacob, & vincetur Christus de domo Israelis, & occidet principes Moab, & dominabitur super omnes filios hominum. Vbi vides vastationem illam & interitum filiorum Seth esse flagitiorum cædem, non personarum: esseque seruitutem deo debitam, quæ est vera spiritus libertas, magnaque claritas & amplitudo: seruire enim deo regnare est. Quare verba hæc: Et non erit, ad populum Israeliticum referuntur, quem deus calamitatibus exercuit, ut non esset impius, sed periret, non quo ad vitam, sed quo ad perfidiam, & contumaciam, & idolorum cultum. Nam postquam à Babylonica seruitute reuersus est in Iudæam, non coluit idola, imò templum dei instaurauit, vbi eum veneraretur.

Percute manu ad manum. Id est, manu percussione ingentem ostende dolo-

rem et calamitatem.

Et duplicetur gladius, atque triplicetur. Hoc est, annuntia magnam fore cladem interficiendorum. Fortasse ideo dixit triplicandum Babyloniorum gladium, quia Babylonij ter Hierosolymam expugnarunt, & stragem Iudæis intulerunt, nimirum sub rege Ioacim, & sub rege Iechonia, & sub rege Sedechia, ut literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

4. Reg. 24.
25.

Hic est gladius occisionis magnæ qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram, siue ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus. **Quin** & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam. Ego dominus locutus sum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis pone tibi duas vias, ut veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo. Et manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet. Viam pones, ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammó, & ad Iudá in Ierusalem munitissimam. **Stetit** enim rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens fagittas. Interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatione super Ierusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in ce-

de, eleuet vocem in vlulatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut ædificet munitiones. Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbatorum otium imitans. Ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco hæc dicit dominus deus: Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra, in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quod recordati estis, manu capiemi.

Hic est gladius occisionis magna. Id est, quo occidendi sunt principes & magnates Iudæorum.

In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij. Nulla erat porta, in qua non iaceret occisi aliqui. Ionathas Chaldæus habet: In omnibus portis eorum erant cædes gladij. Quod nostram explicat interpretationem.

Amicti ad cædem. Hoc est, præparati ad occidendum. Ille gladius dicitur amictus ad cædem, qui est capulo insertus. *Exacuere.* Verba sunt dei ad Babyloniorum gladium: acsi diceret: Tu o gladii esto semper acutus ad occidēdos Iudæos, qui me suis flagitijs offenderunt. Interfice ad dextram siue ad sinistram, quemadmodum volueris.

Quin & ego plaudam manu ad manum. Tu o Babyloniorum exercitus ingredere audacter, quò volueris, nam me habebis fautorem contra populum Iudaicum, à quo sum grauiter offensus. Plaudere manu ad manum hoc loco, est signis exterioribus alicui fauere, & congratulari, & signum lætitiæ ostendere. Vnde

verbum plaudite in fine comædiarum dicebatur. Non desunt tamen, qui dicant plaudere manu ad manum hoc loco idem esse quod manum ad manum percutere, qua locutione vsus est paulò antè propheta, volens manuum percussione acerbum dolorem significare. Et tunc est sensus: Tu o Ezechiel, inquit deus, deplora populi Israelitici vastitatem & excidium, ostende te esse dolore compressum, & ego etiam tecum dolorem ostendam, & perniciem Iudæorum lugebo. Dicitur autem deus plorare, & præ dolore ingemiscere, quando viros charitate præstantes sibi que amore unitos plorare, & ingemiscere permittit. Id quod illi patiuntur, ipse etiam dicitur pati. Eodem modo Saulo Christiano tormentis prosequenti dixit Christus deus noster: Saule Saule quid me persequeris? At prior expositio videtur aptior, & literæ congruentior, & tropo, loquendi que modo diuinæ scripturæ accommodatior. Est enim perspicuum plaudere manu, sibi manibus lætitiæ, & plausum, & risum significare: ut in psalmo: Omnes Gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Et in alio: Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini, quoniam venit iudicare terram. Quibus in locis regius ac diuinus vates, non solum omnes nationes, sed fluuios & montes, & res alias sensu carètes hortatur ad plausum & lætitiæ ob Christi in mundum aduentum, ob victoriæ eius de dæmone reportatam, & ob veri dei cultum toto terrarum orbe diffusum. Eodem modo Esaias ecclesiæ gaudium ob idolorum superstitione euulsam, & puram Christi religionem per cunctas mundi oras propagatam his verbis prædixit: Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Vbi per montes, & colles, & ligna poteris Christianos diuersi generis intelligere, qui ma-

sup. 29.

Act. 9.

Psal. 46.
Psal. 97.

Esai. 55.

nuum plausum erant in Christi aduentu gaudium ostensuri. Volens Ieremias summam populi Israelitici calamitatem in euerfione Hierosolymæ significare ait: Plauserunt super te manibus transeuntes per viam, sibilauerunt, & mouerunt capita sua. Ac si diceret: Cæteræ nationes, quæ fuerunt ærumnis exagitæ, habuerunt quò confugerent, vbi conquiescerent, & tandem inueniebant aliquem, in cuius sermone & suauitate partem curarum suarum deponere potuissent: at Hebræi nullum habuerunt consolatorum. Nam gentes, quæ præteribant, illos irridebant, gestientes lætitiæ de eorum calamitatibus, & manuum plausu gaudium significantes. Quibus ex locis, & alijs, quos breuitatis causa relinquo, intelliges planè, plaudere manu ad manum hoc loco actionem significare lætitiæ exultantis.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis. Repetit euerfionem Hierosolymæ sub rege Sedechia, de qua modo vaticinatus fuerat. Ad cuius intellectum sciendum est, regem Babylonis exiuisse ex vrbē cum exercitu suo, & stetit in quodam biuio. Via, qua fuerat egressus, in duas se diuidebat, quarum altera ducebat in Iudæam, altera verò in Ammonitarum regionem. Et quoniam Chaldæi dediti erant superstitionibus, eiecit sortes, per quam iret. Deceuerat quidē Iudæos euertere, & Ammonitas successiuè, & volebat videre, vtra via esset sibi prius eligenda pro victoria futura, an ea, quæ Hierosolymam tēdebat, an que in Ammonitas. Et quia cecidit fors & diuinatione super viam ducentem in Iudæam, ideo prius Nabuchodonosor aduersus eam exercitum direxit. Sed priusquam hoc euenisset, fuit ab Ezechiele prædictum, & literis mandatum.

Pone tibi duas vias. Excutes ab eodē loco. *Et manu capiet coniecturam.* Nimirum quæ illarum deberet ire.

In capite via ciuitatis conijciat. Explicatio est superioris. Sēsus est. Pōnet se in principio viarum, vbi illæ prope Babylonem coeunt: ibique coniectura consequetur, vtram sit electurus.

Vt veniat gladius. Idest, vtrum veniat prius exercitus Babylonicus Rabbath, an Hierosolymam. Rabbath est metropolis Ammonitarum. Existimant non nulli eam esse, que postea fuit Philadelphia appellata.

Commiscens sagittas. Miscuit in pharetra sagittas, quarum vna habebat nomen Hierosolymæ, altera Rabbath, & indifferenter erat vna extrahenda: si extraheretur ea, quæ habebat nomen Hierosolymæ, erat prius exercitus ad urbem illam ducendus, sin autem ea, in qua erat Rabbath similiter erat Rabbath prius oppugnanda. Sunt qui dicant, sagittas fuisse in aerem coniectas, vt aspicerent, in quam partem caderent, vtrum versus Hierosolymam, an versus Rabbath, & cecidisse versus Hierosolymam. Præter hoc erant apud Gētes duo genera diuinandi, alterum ex idolorum responsis, aliud ex extorum inspectione. Intuentes enim harioli viscera animalis immolati futura prædicebant, sed sæpenumero fallebantur, & fallebant. Harum superstitionum nullam reliquit Nabuchodonosor. Ideo ait Ezechiel: In interrogauit idola, exta consuluit. Omnia hæc tria diuinandi genera in hoc cōuenerunt, vt exercitus viam Hierosolymæ, que erat ad dexteram, sequeretur. Et ita factum est, suadētibus: hoc ipsum hariolis & Magis. Hi harioli & haruspices erāt in lege prohibiti Leui. 20. & Deutero. 18. & apud Ieremiam. 27. Imò morte multabantur. Leui. 20. 1. Reg. 28.

Et ponat arietes. Decreuerūt, vt rex arietibus muros Hierosolymæ concuteret. Est autem aries machina bellica, qua ædificia concutiuntur.

Vt aperiat os in cæde. Idest, vt milites ad

cædem Iudæorum hortetur. Vel vt voce furibunda hostes terreat. Quod statim explicat, dicens: Vt eleuet vocem in vlulatu.

Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum. Hoc est, Iudæi muris urbis suæ fidentes contemnent Nabuchodonosorem, dicentes eum frustra suas diuinationes consuluisse: nec plus effecturum esse quàm qui maximè quiescit, & in summo est otio. Et id quidem est, quod ait: Et sabbatorum otium imitās. Erat enim in sabbato magna quies. Vel sic: Hæc diuinatio videbitur Iudæis ridicula, & ipse rex sortes mittens videbitur illis ludere, & per iocum & otium sabbatorum illa facere.

Ipsæ autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idest, ipse Nabuchodonosor memor violatæ fidei à Sedechia decernet se esse Hierosolymam expugnaturam. Sedechias fregit fœdus inter seipsum & Nabuchodonosorem iureiurando confirmatum. Quam ob causam sperabat Babylonijs se esse de illo triumphaturum, quoniam deus non erat ei laturus opem, qui iura diuina & humana peruertisset. Hinc apud Ieremiam princeps militiæ regis Babylonis dixisse legitur ipsi Ieremiæ: Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum: & adduxit, & fecit dominus, sicut locutus est, quia peccastis domino, & non audistis vocem eius.

Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestre. Hoc est, quoniam iniquitate vestra gloriamini. Vel sic: Quoniam ea scelera admisistis, quibus perpetuam iniquitatis memoriam relinquetis, & in posteritatem propagabitis.

Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit dominus deus: Aufer cidarim, tolle coronam. Nonne hæc est,

quæ humilē subleuauit, & sublimē humiliavit? Iniquitatē, iniquitatē, iniquitatē ponam eā. Et hoc nō factum est, donec venerit, cuius est iudicium: & tradam ei. Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobriū eorum: & dices: Mucro mucro euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & fulgeas: cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt daretis super colla vulneratorum & impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam, in loco, in quo creatus es. In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam. In igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum. Igni eris cibus: sanguis tuus erit in medio terre, obliuioni tradaris, quia ego dominus locutus sum.

Tu autem prophane. Fidisfragum Sedechiam alloquitur, eiusque deiectionē prænuntiat: cuius perniciēs imminabat, & tempus excidij eius præfinitum aduentabat.

Aufer cidarim, tolle coronam. Prædicat expoliandum esse Sedechiam regem eius diademate. Potest verti. Auferam cidarim, &c. Ac si dicat deus: Ego te priuabo regno & principatu. Sunt qui dicant Sedechiam non solum regno præfuisse, sed etiam sacerdotium usurpasse: eamque ob causam prædixisse Ezechielem esse ab illo cidarim & coronam

auferendam, nam cidaris pertinebat ad pontificem, corona verò ad regem. In Exodo, vbi agitur de ornatu sacerdotis, præcipiebat deus, vt cidaris fieret Aaroni. Et in Leuitico scriptum legimus tenuisse Moysen caput pontificis cidari, super quam versus frontem posuit laminam auream consecratam. Erat autem cidaris vitta, qua sacerdotis caput erat redimitum, & circumuolutum. Accipitur tamen aliquando pro capitis tegumento, quo reges præsertim Persarum peculiariter utebantur. Quintus Curtius libro tertio suæ historiæ cidarim regum capitis insigne vocauit.

Nonne hæc est, quæ humilem subleuauit? Sēsus est: Hæc est corona regum Iuda, hæc est Sedechiæ potestas, quæ nihil effecit iustitiam: nam eos, quos deberet abijcere, extulit, eos autem, quos deberet extollere, abiecit. Accipitur hoc loco humilis pro homine infimo, virtute destituto, sublimis autem pro viro animi celsitudine excellenti, & virtute ac sapientia præstanti. Ideo Sedechias fuit regno priuatus, & patriæ finibus expulsus, quia iustitiam non seruauit. Est quidem iustitia habitus animi cōmuni vtilitate seruata, suam cuique tribuens aut pœnam aut dignitatem. De illa ait deus in libro Sapientiæ. Diligite iustitiā, qui iudicatis terram. Nam si rectores iustitiam cōtemnunt, labefactatur omnis status reipublicæ, quoniam, vt ait Ecclesiasticus, Qualis est rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Quemadmodum mare præsertim mediterraneum aerem imitatur, vt si aer est tranquillus, viget maris tranquillitas, si pcellulosus, est etiā mare pcellis exagitatum, sic populus regē plerūque sequitur: si princeps est iustus, colunt subditi iustitiam, si verò est sceleribus copertus, ipsa scelera amplectuntur. Merito igitur fuit à viris sapientibus obseruatum, literis & memoriæ proditum, esse populum principis vmbra. Quam ob causam rex teterrimus scelerūque ma-

culis notatissimus plus aliquando exemplonocet,quam peccato,quod permulti eius imitatores existat. Videmus enim, quacunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam. Non enim solum virtutes aut vitia concipiunt ipsi principes, sed ea quae concipiunt, in ipsam ciuitatem infundunt. Ut riuulus fontis sequitur naturam, sic populus principis ingenium. Turbato fonte turbatur riuulus, turbato rege turbatur populus. Id intellexit diuus Mathaeus, cum dixit: Turbatus est rex Herodes, & tota Hierosolyma cum illo. Illo regnate regnabat impietas; leges nihil valebant, iudicia iacebant, mos patrius occiderat: nulla vigeat tranquillitas, nulla pax, quae est finis humanae gubernationis: ad hoc enim gubernator eligitur, vt in pace uiuatur. Id intelligens Esaias, ait. Erit opus iustitiae pax. Et regius vates: Iustitia & pax osculatæ sunt. Et rursus: Oritur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Quemadmodum corrupta penitus arboris radice non possunt rami pullascere, & latus fructus suo tempore ferre, sic violata iustitia fieri non potest, vt floreat pax, & fructus vberes producat. Vt cum aliqua diuersa, quae sub vna virtute continentur, non disponuntur in proportione cuiusque parti debita, totus ordo labefactatur, vt licet in armonia lyrica videre, vbi nerui nisi a manu pulsatoris aequali proportione tangerentur, sonum reddunt dissonum & confusum dissipato musico concentu, sic in humana societate, vbi varia est hominum vita, varij mores, varia merita, diuersae virtutes, distantia flagitia, nisi praemia & poenae aequali proportione distribuuntur, magna in republica oritur dissonantia, & totus politicae ordo labefactatur, & corrumpitur. Vt sonus sit dulcis & temperatus, oportet vt interuallis coniectus imparibus sed tamen pro rata proportione distinctis impulsu ipsius prin-

cipis & gubernatoris efficiatur, qui nobiles & illustri laude celebratos cum obscuris & plebeijs, sapientia & virtute praestantes cum insipientibus & scelerum maculis notatis; temperans, tribuens vnicuique quod meretur, admirabilem efficit concentum. Hoc contemnebat Sedechias: qui potius viros illustres, quos ipsa virtus trahebat ad verum decus, despiciebat, eos autem, qui se voluptatum ministros praebuerant, atque dei, hominumque iura violauerant, fauore prosequeretur. Itaque iustitiam, quae est in principe fundamentum perpetuae commendationis & famae, cui inest maximus virtutis splendor, peruertebat.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Subaudi coronam. Quasi dicat deus: Deponam regiam coronam a Sedechia ob eius triplicem iniquitatem, nam iniquum egit aduersus me, & aduersus populum suum, & aduersus Babyloniorum regem, violans illi foedus iureiurando confirmatum. Quam ob causam eum penitus euertam.

Et hoc non factum est. Id est, sed hoc non faciam, nisi cum ex Babylonia venerit Nabuchodonosor, qui aduersus ipsum Sedechiam sententiam feret, vt filij eius luce communi priuentur, & ipse oculis orbetur, & per summum dedecus in Chaldaeam adducatur: & ipse Nabuchodonosori tradam eum. Quae omnia ita euenerunt, vt liber quartus Regum capite vltimo testatur. Poteris hoc ita interpretari. Ego, ait deus, auferam sceptrum & coronam a populo Iudaico, vt nullum penitus habeat proprium regem, sed hoc non erit nisi tempore Messiae, cuius est iudicium, & illi regnum tradam, eritque verus rex, cuius regni non erit finis. Verba sunt dei patris, a quo Christus quatenus homo fuit rex in ecclesia constitutus. Id praedixerat regius vates, inducens in psalmo in hunc modum ipsum Christum,

simile.

Mat. 2.

Esai. 32.

Psal. 84.

Psal. 71.

simile.

simile.

4. Reg. vii.

Psal. 2.

Act. 4.

Act. 13.

Heb. 1. 5.

Apoc. 2.

Genes. 49.

Genes. 22.

Gal. 3.

stum loquentem: Ego autem constitutus sum rex ab eo super montem sanctum eius. Vbi per Sionem montem sanctum ecclesia significatur, quemadmodum multis alijs in locis diuinarum literarum. Intelligi autem psalmum hunc de Christo, non de Dauide indicat diuus Lucas Actorum quarto: & diuus Paulus apud eundem Act. 13. & in epistola ad Hebraeos capite primo, & quinto, & diuus Ioannes in Apocalypsi capite. 2. Et licet hi sancti id silentio praeterirent, veritas tamen ipsa per se loqueretur. Nam qui fieri potest, vt verba ipsa, quae statim sequuntur, possint ad Dauidem referri? Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi Gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Quando dixit deus Dauidi: Ego hodie genui te? Quando dedit ei in haereditatem Gentes, & omnes terrarum oras in possessionem? Nunquam quidem. Christus deus noster est ille, cui Gentes obediunt: de quo dixerat Iacob: Ipse erit expectatio Gentium. Et deus Abrahamo: Benedicentur in semine tuo omnes Gentes. Per quod semen apostolus in epistola ad Galatas Christum ait significari. Sin autem verba haec ad Isaac referre volueris, ostende quomodo Gentes fuerint per Isaac benedictae. Cum autem admirabilem hanc dei promissionem in Isaac impletam esse haudquaquam possis ostendere, fatere fuisse Gentes in Christo, cuius typus fuit Isaac, illustratas & benedictas. Reliquerunt enim vanas suorum rituum superstitiones, & pestilentem commentitorum deorum cultum. Qui in errorum tenebris versabantur, fuerunt diuino splendore illustrati, & Christianam religionem veritatis ac puritatis plenissimam amplexati, fuerunt in diuina gratia constituti, vt vitam immortalem obtine-

rent, & ipso deo in aeterna beatitudine fruenterent. Non est passus deus eos diutius oberrare, & tenebris inextricabilibus cooperiri. Aperuit eorum oculos aliquando, & mortalibus errantibus viam immortalitatis ostendit. Haec fuit per Christum Gentium benedictio. Id praedixit Esaias, cum deum patrem inducit cum Christo ita loquentem: Dedit te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrae. Et rursus: Ecce testem populis meis dedit te: ducem ac praecceptorem Gentibus. Ecce Gentes, quas nesciebas, vocabis: & Gentes, quae non cognouerunt te, ad te current. Et rursus: Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiae tuae de latere surgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Ieremias in hunc modum alloquitur Christum: Ad te Gentes venient ab extremis terrae, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quae non profuit eis. Id intelligens iustus ille, ac venerabilis senex Simeon, cum dulcissimum puerum Iesum amplecteretur, voce cygnea cecinit: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Vbi vides esse Christum lumen ad reuelationem Gentium. Hic est ille, qui fuit a deo patre constitutus rex super Sion montem sanctum eius. Cui pater dedit omnem potestatem, & cuius est iudicium, vt hoc loco ait Ezechiel.

Esai. 49.

Esai. 55.

Esai. 60.

Ierem. 16.

Luc. 2.

psal. 2.

Z. 5. Id

Pfal. 71.

Id vaticinatus fuerat diuinus psaltes, dicens: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Intelligi autem verba hæc de Christo, non autem de Dauide, aut Salomone, indicant ea, quæ sequuntur: Et permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generationem. Ac si dicerent: Hic rex, de quo agitur hoc loco, tandiu permanebit in regno suo, tandiu eius sanctissimum numen mortales venerabuntur, quandiu sol astrorum princeps mundum lustrauerit, lunaque radijs solis incensa circulos suos confecerit. Nunquam regnum eius finietur, sed erit absque dubio perpetuum, quod ipsa æternitas semper intuebitur. Id quod indicat Daniel capite 7. & Michæas. 4. & angelus sacratissimæ virgini dicens: Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Qui fieri potest, ut possint verba hæc ad Salomonem aut purum aliquem hominem referri? & multa alia, quæ sunt in eodem psalmo, quemadmodum sunt illa: Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hoc est, ab oceano orientis vsque ad oceanum occidentis. Et illa: Adorabunt eum omnes reges, omnes Gentes seruient ei. Et alia nonnulla quæ ibi sunt literis mandata. Est igitur perspicuum, regem hunc, quem diuinus psaltes prædixit iudicium & iustitiam à patre accepturum, ut mundum iudicaret, Christum esse, qui ait apud Ioannem: Paternon iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Et apud Matthæum: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De illo dixit cœlestis pater hoc loco apud Ezechielem, non auferendam esse coronam à populo Iudaico, donec veniret Messias, cuius est iudicium, cui erat regnum traditurus. Similis huic fuit vaticinatio illa Iacob dicentis: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec

Dani. 7. Mih. 4.

Luc. 1.

Pfal. 71.

Ioan. 5.

Mat. 28.

Genes. 49.

veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium: Quæ verba interpretatio Chaldaica typis mandata iussu Leonis decimi pontificis maximi ita vertit: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec scriba à filijs filiorum eius, donec veniat Messias, cuius est regnum, & ei obedient populi. Vbi vides per eum, qui mittendus erat, intelligi Christum, quem deus pater erat iuxta humanitatem regem constituturus.

Ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Id est, ad Ammonitas in opprobrijs veratos, fuerunt enim ignominiosè victi & oppressi à Babylonijs: fuerunt eorum mœnia euersa, ipsique ferro ac flamma consumpti. Vel ad opprobrium, quo affecerunt Hebræos, videntes eos ærumnis laceratos, summoque mœrore confectos.

Micro micro euagina te ad occidendum. Prædicit Ammonitarum interitum & excidium. Chaldæi euerterunt Iudæos, & postea Ammonitas.

Cum tibi viderentur vana. Hoc est, cum tui vates tibi vana annuntiarent. Ea, quæ dei prophetæ prædicebant, mentis oculis intuebantur: quam ob causam appellabantur videntes, & prophetia visio vocabatur. Vt visio Esaiæ filij Amos. Et liber visionis Nahum. At falsus propheta dicebatur videns vana, eiusque vaticinium visio mendax. De huiusmodi vatibus ait deus per Ieremiam: Non sum locutus eis, visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant. Et per Oseam: Loquuntur verba visionis inutilis. Et per Ezechielem: Vident vana, & diuinant mendacium. Et hoc loco: Cum tibi videntur vana.

Vt daretis super colla vulneratorum impiorum. Falsi vates Ammonitarum prædixerant illis, non esse eos à Babylonijs superandos. Quam ob causam

sam Ammonitæ cum se ad bellum non pararent, capti fuerunt, & interfecti. Hoc vult hoc loco Ezechiel significare, ac si diceret: Falsi vestri prophetæ à Ammonitæ vaticinati sunt vobis falsa: ex quo effectum est, ut daretis colla & ceruicēs gladio impiorum vulnerantium, & ab immanibus Babylonijs occideremini. Sed quoniam hoc nondum euenerat, sed erat euenturum, subdit Ezechiel: Quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Hoc est, Interficiemini vos à Ammonitæ, sed erit, cum tempus, quod est à deo præfinitum ad excidium vestrum, venerit.

Revertere ad vaginam tuam in locum, in quo creatus es. Tu à gladio Babyloniorum, postquam & Iudæos & Ammonitas interfeceris, redibis ad vaginam tuam, ad locum tuum: reuerteris ad Babyloniam, vnde exiisti. Ibi te iudicabo, effundens super te furorem meum. Et ita factum est: nam cum Babylonijs superbia commoti, & cupiditatis stimulis exagitati Hebræos & Ammonitas immaniter occidissent, æquum erat, ut ipsi etiam crudeliter occiderentur. Ideo permisit deus ut essent à Persis & Medis superati, & incredibilibus calamitatibus affecti, & immaniter occisi, & eorum reliquæ omnium rerum egestate atque exilio perpetuo multarentur. De hac Babyloniorum euersione vaticinatus fuerat psalmographus, sed copiosius Esaias & Ieremias, & hoc lo Ezechiel. Huius euersionis historiam mandauit literis Herodotus Halicarnasæus libro primo, & Flavius Iosephus Antiquitatum decimo, & multi alij authores. Vnde dei arcana & iudicia, mundi que vicissitudines & varietates. Iudæi & Ammonitæ fuerunt per Babylonios superati, Babylonijs per Medos & Persas, hi per Alexadrū, Alexāder verò cū magnā nominis celebritatē cōsequeretur, & ad summum imperiū per omnes honoris gradus efferretur, eamque obtin-

Pfal. 136.

Esa. 13. 14. 21.

Ierem. 50. 51.

1. Reg. 9.

Esa. 1.

Nab. 1.

Ierem. 14.

Ose. 10.

Sup. 13.

neret potentiam, quam decepti mortales existimarent esse omnium seculorum memoria duraturam, ruit ad interitum voluntarium. Afferunt enim nonnulli fuisse eum tanto dolore compressum, ut se ferro traiceret, & vitam priuaret. Scio tamen, Solium capite quartodecimo dicere, eum qui alios superauerat, fuisse à vino superatum, & apud Babylonem morbo vinolentiæ extinctum: alios vero afferere eum fuisse ab Antipatro veneno infectum, & statim acerbo dolore consumptum, etiam si eius custodes causam morbi intemperiem ebrietatis fuisse disseminarent. Hanc opinionem cum alijs multis refert in eius vita Plutarchus. Itaque ille fuit victus, & miserè cōsumptus, & eius regna diuisa, & ciuitates seiunctæ, quæ dum imperare singulæ cuperent, imperium omnes amiserunt. Hæc sunt humanarum rerum commutationes. Cum igitur hæc ita se habeant, non debemus falsæ hominum potentie, mundi que opibus incertis, & in varietate sitis confidere, sed ad Christum deum nostrum confugere, & omnem nostram spem & cogitationem in eius infinita misericordia collocare. Mundi prosperitas est se renitas hyemis, tranquillitas maris, stabilitas lunæ. Quemadmodum hæc vacillant, & statim mutantur, ita opum, humanarumque rerum status nullam habet firmitatem, nullam perpetuitatem, nullam constantiam. Et, ut ait Sapia: Transiunt omnia illa sicut umbra, & tanquam nuntius præcurrens. Et Iob: Homo fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Fit enim aliquando, ut cum existimas te esse magnas diuitias & dignitates adeptum, & in honoris fastigio esse constitutum, spolieris in instanti omnibus tuis ornamentis, & ex illa sublimi mundi gloria præcipeteris. Nam ex eo loco, quem quietis & securitatis plenissimum esse existimabas, maxi-

similia.

Sap. 5.

Iob. 13.

maxi-

simile.

Luc. 4.

maximæ interdum calamitates, & turbulentissimæ procellæ subito oriuntur. Quemadmodum in ora Dalmatiæ specus est vasto in præceps hiatus, ex quo, si in illum leue pondus deiciatur, quavis die tranquillo, magna protinus, ut ait Plinius, oritur tempestas, sic in vita humana cum tranquillitas vigere videatur, ex leui quadam causa incredibiles molestiarum turbines, omnia turbantes repente excitantur. Eripiuntur voluptates, aufertur dignitas, deletur honor, omnes denique mundi opes & ornamenta in temporis puncto amittuntur. Eam ob causam narrat diuus Lucas ostendisse diabolum saluatori nostro omnia regna mundi in momento temporis, ut mentis oculis intueremur, esse mundi diuitias & voluptates caducas, & in momento fluere & euanescere, illud autem remanere, quod simus solida virtute, recteque factis consecuti. Considera quemadmodum obscurata sit Babyloniorum gloria & potentia, & quam cito omnia illa ex lætitia & voluptate in lachrymas & mœrorē reciderint. Id volens ostendere diuinus noster vates prædicit hoc loco luctuosum florentissimæ Babylonis excidiū, eiusque incredibilem vastitatem.

In igne furoris mei. Hoc est, in magna mea ira.

Dabo te in manus hominum insipientium, & fabricant: um interitum. Id est, tradā te Persis & Medis idolorum cultoribus, qui tibi perniciem machinabuntur.

Igni eris esus. Hoc est, igne consume- ris, incendio flagrabis.

Sanguis tuus erit in medio terræ. Id est, effundetur per terram. Vel erit absconditus intra terram. Ac si diceret: Nemo ulciscetur mortem tuam: non erit, qui de interitu tuo sumat ultionem. Quemadmodum mater cum vult, ut viri sui interfecti cædem filius ulciscatur, ei patris sanguinem, eiusque vestes cruore contaminatas ostendit, sic cum viri

occisi ultionem non vult, sanguinem abscondit. Eam ob causam sanguinis occultatio impunitatem significat, nullamque esse culpæ memoriam. Ita intelligunt nonnulli id, quod ait Iob. *Ter- ra ne operias sanguinem meum.* Existimo tamen voluisse Iob ijs verbis significare esse sibi in optatis notā omnibus esse calamitatem suam, neminemque latere suum casum.

Oblivioni tradetis. Id est, erit iniuria tua impunita. Non erit, qui cogitet calamitatem tuam, qui memoria repetat contumeliam in te iactam, ut eius pœnas velit ab aliquibus expetere. Vel sic: Eris penitus eversa: non eris amplius audita, nec laude vlla celebraberis. Id prædixerat ijs verbis deus per Esaiam: Perdam Babylonis nomen. Et merito quidem, nam, ut ait Salomon in Prouerbijs, Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet.

Annotations ex hebræo in caput XXI.

Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum. Quid his verbis propheta significare voluerit, ostendimus in explanatione. Septuaginta habent: Iugula, contemne, repelle omne lignum. Ut alloquatur deus gladium Babylonis, quo velit Iudæorum scelera punire, quod nec diuini numinis amore, nec metu voluerint se à maleficijs cōtinere. Pagninus totam hanc orationem ita vertit: Quomodo gaudebimus de hoc gladio tribum filiorū Israel abijciente, & omne lignū? Ac si diceret propheta: Qui fieri potest ò magnè deus, ut gaudeā, cum tu filios meos reprobaue- ris, excidēdo eos, ac si essent ligna? Sunt qui

qui hoc ita explanant: Præcipis mihi domine, ut annuntiem populo Iudæorū paratum esse gladium, qui eos terreat, & interficiat: quo nuntio ego acerbo dolore conficior, cum videam esse in manu Babyloniorum ferrum ad occidendum non solum sceptrum filij mei, hoc est tribum Iuda, sed ligna, hoc est multos ex alijs tribubus. Appellat propheta tribum Iuda sceptrum filij sui, quod soleant magistri discipulos appellare filios. Certè in hebraico hæc oratio est satis obscura, breuis & concisa, veluti prolata animo dolore ulcerato.

Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit. Pro qui obstupescere eos facit, est in hebraico: **החודרת להם** ha chodhereth lehem. Prima dictio deriuatur à nomine chedher, quod significat conclauē & cubiculam, siue locum interiorem & absconditum: ut in Canticis: Introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ. Iob capite nono de deo loquens, ait: Qui facit arcturum, & oriona, & hyadas, & interiora austri. Per arcturum intelligit constellationem vrsæ maioris circa polum arcticum, per oriona alteram in cancro, siue ut alijs placet, in tauro & geminis, per hyadas aliam in fronte tauri septem stellarum: per interiora austri intelligit sidera circa polum antarcticum, quod etiam polum meridianum, & austri seu australe appellatur. Et quoniam nec polum antarcticum, nec astra ei proxima à nobis videntur, qui sumus in opposito hemisphærio, quemadmodum etiam erat Iob, eam ob causam rectè interiora siue abscondita austri appellantur. Imò ipse auster siue meridies hebraicè dicitur chedher, hoc est absconditus, siue occultus. Id quod est apud Iob: Ab interioribus egredietur tempestas: & ab arcturo frigus, poterat verti: ab austro egredietur procella, & ab aquilone fri-

gus. Pro interioribus est in hebraico hoc nomen chedher, solet enim auster seu meridies procellas excitare: & quia polum antarcticum siue meridianus, siue australis est nobis occultus, appellatur chedher. Qua ratione ductus Pagninus vertit locum illum: A meridie veniet turbo. Ab hoc nomine chedher venit verbum chadhar quod significat penetrare & latere, siue occultum & absconditum esse, & terrere seu obstupescere. Solent enim ea, quæ sunt in locis obscuris, timorem iniicere. Ex hac verbi æquiocatione fluxit interpretum in hoc Ezechielis loco varietas. Quidam vertunt: Hic est gladius cædis magnæ penetrans eos. Alij: Hic est gladius occisionis magnæ, qui verfabitur in cubiculis illis. Hoc est, qui Iudæos latitantes occidet. Alij: Qui hactenus delituit in cubilibus. Hoc est, hic est gladius Iudæis occidendis incognitus. Pagninus: Qui percutit eos in cubiculis. Brixianus: Penetrans ad interiora eorum. Ac si diceret: Hic est gladius, qui Hebræorum viscera traiciet. R. Dauid in libro radicum: Qui insidiatur in cubili. In commentarijs verò exponit: Hic est gladius magnæ stragis, qui percutiet Iudæos in penetrabilibus domorum ipsorum. Tharghum habet: qui terret, vel obstupescit eos. Diximus enim verbū hoc & terrere & facere obstupescere significare. Hanc significationem secutus est interpres vulgaræ editionis, & rectè quidem: explicuit enim latinè verbi proprietatem aperte & distinctè, & secutus est paraphrasim Chaldaicam, & septuaginta interpretes, qui ita verterunt: **καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐρῆς.** Hoc est, & obstupescere facies eos. Quare est communis versio hoc loco amplexanda, & simpliciter & absolutè omnibus alijs anteponenda.

Exacuerit. In hebraico est: **התחדי** hi thachadi, Hoc est, vnicum facit ipsum. Nomen

Genes. 22. Nomen echadh significat vnum, vt in Genesi: Offeres eum in holocaustum super vnum montium. Et apud *Zacha. 11.* Zachariam: Vnam vocavi decorem, alteram vocavi funiculum. Id quod est apud *Esa. 65.* Esaiam: Lupus & agnus pascentur simul, est in hebraico: Lupus & agnus pascentur vt vnus. Hinc verbum ex hithpahal, quod significat vnicum. Vnde Pagninus vertit: Solus esto in aliquo loco. Septuaginta tamen vertit: Exacure. Quos secutus est noster interpres: & rectissime absque dubio: nam quandiu gladius intra thecam est, simul est cum vagina, cum autem est à vagina eductus & exacutus, vnus dicitur, & ad interficiendum paratus. Id explicare volens noster interpres, studens & claritati & breuitati, dixit: Exacure, vade ad dextram siue ad sinistram.

Commiscens sagittas. In hebraico est: **קלח בחרץ** cilcal bachitsim. à verbo calal, quod significat leuem & velocē esse, vt apud *Iob. 7.* Iob: Dies mei velocius transferunt, quam à texente tela succiditur. Vel vt potest verti ex hebræo: Dies mei fuerunt velocius radio textoris. Est quidem radius instrumentum textoris, quo subtegmen stamini inseritur: appellatur Lusitanè lançadeira. Et *Ion. 1.* Ionas, Miserunt, inquit, vasa, quæ erant in nauis, vt alleuiaretur. Hoc est, vt nauis maneret leuior & velocior, & ad nauigandum aptior. Ita apud *Esa. 9.* Esaiam: Alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim. Hoc factum fuit, quando Theglath phalasar abduxit duas tribus Zabulon & Nephtalim à Samaria in Assyriam. Comparat Esaias Samariam nauis mercibus onustæ, quæ cum ob nimium pondus naufragium minetur, alleuiatur coniectis mercibus in mare. Assyria est mare, quod fuerunt filij Zabulon & Nephtalini ob nimium peccatorum eorum pondus coniecti, vt terra Samariæ velox esset, & ad nauigan-

dum apta, eiusque habitatores possent tranquilla mente consistere. Significat etiam verbum hoc tergere & polire, & candidum reddere: vt apud Ezechielem. 1. Quasi aspectus aris candentis. Vel vt potest etiam verti: ^{sup. a.} Quasi aspectus chalybis politi, siue tersi, siue candidi. Eam ob causam vertit Pagninus: Tersit sagittas. Alij, vt perpoliat sagittas. Solebant enim veteres illi idolorum cultores ferrum sagittarum perpolire, & splendidum reddere, vt in eo harioli & diuinatores viderent futura, quemadmodum in speculo demonis artificio faciebant. Significat præterea verbum hoc proijcere, & miscere res aliquas ad proijciendum. Quam ob causam R. Ioseph hunc locum ita transtulit: Iecit sagittas, ac volare fecit in aere, vt videret, in quam partem caderent. Tharghū quoque vertit: Iecit sagittas. Et noster interpres: Commiscens sagittas, nimirum ad eas in aerem proijciendum.

Nonne hæc est, quæ humilim subleuauit, & sublimen humiliavit? Septuaginta habent: *αὐτὴ ὄν τοιαύτη ἔσαι.* Hoc est, ipsa non erit similis aut talis. Et postea sequitur: Humiliasti excelsum, & subleuasti humilem. Quorum verborum hic est sensus: Hæc tua corona ô Sedechia, hæc tua potestas longè diuersa est à Messæ corona. Ille nanque æquitate utetur, tu autem iniquitate: nam improbos solida & expressa bona contemnentes muneribus afficis, sed caducis illis, & celeriter interituris, viros autem virtute præditos, iustitia & pietate præstantes facibus calamitatum incendis, & ad interitum & vastitatem vocas. Deus autem contra viris charitate munitis amplissima præmia pro virtute & charitate persoluit, in eos autem, quos morum corruptela à recta viuendi ratione abducit, seuerus & vltor existit. Pagninus vertit: Hæc,

rum gloria præstantissimus.

Argumentum capitis. XXII.



Eplorat Hebræorum perniciem, qui virtutum presidio nudati, quas penitus abiecerant, terra committebāt flagitia, quorum exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuina impunitate muniebant. Vituperat impiam falsorum vatum, sceleratorumque sacerdotum doctrinam, & inexplebilem auariciam, qui opibus circunfluentes ea maxime cupiebant, quibus abundabant, quoniam non eorum satiebatur cupiditatis sitis. Inuehitur in principum tyrannidem, quorum fidei & potestati omnium ciuium salus, vita, libertas, diuitiæ, foci, & domicilia erant credita ac commissa, quibus illi intemperanter abutebantur, Hierosolymam vastantes, omneque Israeliticæ nobilitatis patrimonium diripientes

gita, quorum exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuina impunitate muniebant. Vituperat impiam falsorum vatum, sceleratorumque sacerdotum doctrinam, & inexplebilem auariciam, qui opibus circunfluentes ea maxime cupiebant, quibus abundabant, quoniam non eorum satiebatur cupiditatis sitis. Inuehitur in principum tyrannidem, quorum fidei & potestati omnium ciuium salus, vita, libertas, diuitiæ, foci, & domicilia erant credita ac commissa, quibus illi intemperanter abutebantur, Hierosolymam vastantes, omneque Israeliticæ nobilitatis patrimonium diripientes

Caput. X XII.



T factum est verbum domini ad me dicens: Et tu filij hominis non ne iudicas ciuitatem sanguinum, & ostendis ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc

Hæc, quæ modo est, non erit: humilem subleuabo, & superbum humiliabo. Ac si dicat deus: Hæc corona, qua nunc vteris ô Sedechia, non erit amplius tua: nam humilem Iechoniam, qui Ezechielis consilio instructus se tradidit Babylonijs, honoribus afficiam, te autem, qui superbia elatus me ipsum contemnis, deprimam, & ex sublimi regie dignitatis gradu præcipitabo. Quæ omnia ita euenisse, est in quarto libro Regum memoriæ proditum. Deus enim, vt verbis vtar virginis sacratissimæ, deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et vt aiunt apostoli, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. De eo ait Esaias: Humiliabit gloriam eius. Vel, vt potest verti ex hebræo: Deprimeret & eijciat superbiam elati. Et ipse deus apud Ezechiel cap. 17. Ego dominus, inquit, humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile. Et psalmographus: Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Solet enim deus viros pios, animi humilitate & demissione insignes, quando magis afflicti & iacentes videntur, extollere, eos autem, qui se ob superbiam efferunt in sublime, deprimere, aut præcipitare. Eos, qui se demittunt, ad altum dignitatis gradum erigit deus, eos verò, qui opinionibus inflati, sibi que præfidentes animos in excelsum sustulerunt, præcipites ad ima deturbat.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem. Pro iniquitate est in hebraico: **אונא** auach; quæ dictio iniquitatem significat & euerfionem. Primam significationem secutus est noster interpres cum septuaginta: secundam Pagninus cum nonnullis alijs. Sunt qui vertant diminutionem, vt sit sensus: Ego inquit deus, diminuam regiam Hebræorum dignitatem vsque ad aduentum Messæ, qui erit quatenus homo in regia, summaque dignitate constitutus, rerumque maxima

*4. Reg. 17.
Luc. 1.*

*1. Cor. 4.
1. Pet. 5.
Esa. 25.*

sup. 17.

Psal. 17.

Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola cōtra semetipsam, vt pollueretur. In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti, & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es. Et appropinquare fecisti diestuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem vniuersis terris, quæ iuxta sunt, & quæ procul à te. Triumphabunt de te, sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, patrem & matrem contumelijs affecerunt in te. Aduenam calumniati sunt in medio tui: pupilum & viduam cōtristauerunt apud te: Sactuaria mea spreuisti, & labbata mea polluisti. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te: scelus operati sunt in medio tui. Verecundiora patris dis cooperuerunt in te: immunditiam menstruatę humiliauerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominatorem: & focer nulum suam polluit nefarię, frater sororę suã filiam patris sui oppressit in te. Munera effuderunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram & superabundantiam accepisti, & auarę proximos tuos calūniabaris, meiq; obli-
Cta es, dicit dominus deus.

Jerem. 5. e.

EXPLANATIO.

ET tu fili hominis nonne iudicas, nonne iudicasciuitatem sanguinum? Repetit sæpe Ezechiel Iudæorum scelera, ne aliquis existimaret, eorum deũ aut crudelem esse in eorum supplicijs, aut non potuisse eos ab hostium manu liberare. Nihil in eorum ore nisi fraus inueniebatur, nihil in eorũ manibus nisi rapina, nihil in eorum corde nisi effrenatę cupiditates, & impię cogitationes. Nihil erat tã tetrum, tam nefarium, tam aspernam dum, quod non admitterent. Sitiabant ob impiam crudelitatem humanum sanguinem, violabãt dei, hominumque leges, & ad id amentię & perfidię progressi sunt, vt diuino numine cōtempto vana colerent simulachra, & idola propẽ infinita. Quam ob causam expulit eos deus de ciuitate sua, tradidit illos Babylonijs, summisq; calamitatibus oppressit, vt eos ad virtutem reduceret, & ad se ipsam conuertiret, & vt eius iustitię & seueritatis apud cunctos mortales immortalia monumenta permanerent. Et quoniam deus diuinum nostrum vatem Ezechielem populo illi præfecerat, & speculatorem constituerat, vt ipse deus ei capite tertio dixerat: ^{sup. 3.} Speculatorem dedi te domui Israel, ideo eum nunc alloquitur, vt ciuitatem crudelem, humanumque sanguinem passim effundentem iudicet & reprehendat, proponens Hebræis ante oculos impia eorum flagitia. Ait igitur deus: Nonne tu Ezechiel iudicas Hierosolymam immanem ciuitatem? Quasi dicat: iudicas profectò. Accipitur hoc loco iudicare pro instruere, cõcionari, viam veritatis aperire, vocibus & scriptis docere, reuocare à vitijs, cohortari ad virtutem, vituperare homines flagitijs contaminatos, excitare iacentes, laudare virtute præstantes. Hoc est speculatoris officium, quod tam

simile.

Esa. 21.

Esa. 52.

sup. 3.
Esa. 56.

1. Tim. 3.

2. Tim. 4.

Esa. 1.

Ipsal. 50.

tam ardentem exercere debet, vt non solum alios incendat, sed ipse sit diuino quodam amore inflammatus. Vt enim facilius gemmis insculpes, quæ volēs, si terebra ferueat, sic magis mouebit concionator, si exarserit, & diuini numinis charitate flagrauerit. Hoc est præfulis munus, non languescere, nõ tacere, sed clamare, & subditis consulere. Id volēs deus significare dicebat Esaiæ: Pone speculatorem, & quodcunque viderit, annuntiet. Per quem speculatorem ipse Esaias intelligitur: qui de ecclesię catholicę felicitate vaticinans, aiebat: Vox speculatorum tuorũ. Subaudi: audietur. Et subdit statim: Leuauerunt vocem, simul laudabunt. Nam si præfules & primates populi flagitia silentio præterierint, pœnas mortis eius ipsi persoluent, quemadmodum deus capite tertio dixit Ezechieli. Huiusmodi præfules vocat Esaias canes mutos non valentes latrare. Eam ob causam diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum, vbi episcopum & præfulem describit, ait eum debere esse doctorem. Et quoniam ipse Timotheus episcopus erat, ita illum in epistola secunda cohortatur. Prædica verbum, insta opportunè importunè: argue, obsecra, increpa, in omni paciẽtia & doctrina. Verũ Hierosolymam appellat hoc loco deus ciuitatem sanguinum, quoniam multa in ea homicidia committebantur, & innocẽtium sanguis fundebatur. Id obijciebat deus Hebræis per Esaiã his verbis: Manus vestrę sanguine plenę sunt. Est igitur sanguis cædes insontium. Ideo regius vates, Libera me, inquit, de sanguinibus deus deus salutis meę. Sanguines appellat crudelitatem, & scelus illud, quod in cæde Vrię commiserat, decernens, vt ille immaniter trucidaretur. Igitur ciuitas sanguinam ea respublica est, in qua potentes trucidant infimos, vt suę superbie & crudelitati satisfaciant, & alienas diuitias diripiant. Quæ respu-

blica mortua potius appellari debet, quàm viua. Vt enim corpus absque anima mortuum dicitur, quod nec neruis, nec mēbris vtatur, sic ciuitas absq; lege, quod nec iustitiam exerceat, nec virtutem, quæ sunt hominum societatis vincula, & præcipuę reipublicę partes. ^{Infra. 23.} Capite 24. appellat etiam deus Hierosolymam ciuitatem sanguinum. Hoc tropo Nahum propheta capite tertio vitur in Niniuem, & Habacuch in principes immanes.

Nabu. 3.
Habac. 2.

Ciuitas effundens sanguinem in medio sui. Id est, hæc est ciuitas, quæ publicè interficit innocentes.

Vt veniat tempus eius. Subaudi euerfionis. Particula, vt, non est hoc loco causalis, sed cõsecutiua: est enim sensus: Hæc ciuitas est homicidiorum perpetratrix: ex quo efficietur, vt citò veniat eius vastitas & euerfio. Deus eam breui funditus euertet, & vim ac furorem hominũ immanium, qui aliorum vitam ferro atque insidijs appetunt, infringet. Non igitur ideo Iudæi scelera admiserunt, vt punirentur, quim potius ideo puniti sunt, quia se sceleribus contaminarunt.

Et appropinquare fecisti diestuos. Id est, immanitate & sceleribus tuis fecisti, vt acceleraret finis dierum tuorum. Ob tua flagitia festinauit tempus tuę luctuosę euerfionis. Id ait etiam ijs verbis regius vates: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Excedunt enim è vita morte plerunque immatura.

Ipsal. 54.

Et adduxisti tempus annorum tuorum. Repetitio est superioris.

Sordida, nobilis, grandis interitu. Sordida vitiorum maculis: nobilis ob tẽpli magnificentiam & amplitudinem, & antiquorum regum, diuinorumque vatum celebritatem: grandis interitu, cui paratum imminet magnum exitium, & luctuosissima calamitas. Vel sic: Sordida nobilis, hoc est, quæ antea nobilis eras, & in omnium ore versabaris, in qua vera dei religio florescebat, & virtus redũ

Aa dabat,

dabat, modò iaces in obscuro, vitiorum labibus cooperta. Fuit tibi ob tetra facinora tua honor ablati, gloria obscurata, claritas extincta: quã ob causam magnus tibi imminet interitus. Vel accipitur nobilis pro insigni sceleribus: quẽadmodũ apud Matthæum: Habebat autẽ tunc victũ in signẽ, qui dicebatur Barabas. Nomen hoc nobilis, vsurpatur à Latinis authoribus eloquentia præcellentibus pro insigni in quacũque re etiã mala. Cicero in oratione quarta in Verrem, in qua eius tetra ac nefaria facinora commemorat, Accipite, inquit, nunc aliud eius facinus nobile. Et Titus Livius: Nobilis ille clade Romana locus. Potest hic locus verti ex hebræo: Sordibus nobilis, vel, flagitijs insignis.

Ecce principes Israel singuli in brachio suo. Idest, vnusquisque ex principibus tuis pro virili homicidia faciebat: periculum capitis innocentibus afferebat: & odium vsque ad sanguinem excitabat. Eodem modo Esaias Hierosolymam alloquebatur: Principes tui infideles, socij furum.

Patrem & matrem. Exponit eorum crimina sigillatim.

Sanctuarium meum spreuistis. Idest, templum meum violastis, in eo idola collocantes.

Viri detractores. Homines impij, qui alios maledictis vulnerabant, in odium & inuidiam arcessabant, vt eorum sanguinem profunderent. Ita de Ieremia dicebãt: Iudicium mortis est viro huic. Aliquando grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia aperte narrant, quam qui committant. Et sæpenumero accidit, vt qui alios maledicentia lacebant, ipsi grauioribus maderent vitijs. In Prouerbijs ait Salomon: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos, detractores deo odibiles. & in prima ad Corinthios: Nec maledici, nec rapaces regnũ

dei possidebunt.

Super montes comederunt. Quando idolis immolabant. Comedere in montibus hebraismus est significans idolorũ cultum: quo vsus est etiam Ezechiel capite 18.

Scelus operati sunt in medio tui. Hoc est. Quid plura? Omne flagitiorum genus publicè admiserunt.

Verecundiora patris discooperuerunt in te. Hebraismus est significans filiorum cum nouercis suis incestum. Id quod in Leuitico deus ijs verbis prohibuit: Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies.

Meique oblita es. Hoc est, in hæc flagitia incidisti ô Hierosolyma, quia mei oblita es. Aspice quæ mala ex obliuione dei procedant.

Ecce complosi manus meas super avaritiã tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuę in diebus, quos ego faciã tibi? Ego dominus locutus sum, & faciam: Et dispergam te in nationes, & vilabo te in terras, & deficere faciã immunditiam tuam à te: & possidebo te in conspectu Gentium: & scies, quia ego dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: fili hominis versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus: Eò quòd versifectis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti,

argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea ignem ad conflandũ. Sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam. Et conflabo vos: & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei: & conflagimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius. Et scietis, quia ego dominus, cum effuderim indignationẽ meã super vos.

Ecce complosi manus meas super avaritiam tuam. Loquitur deus more humano, vt eum intelligamus. Sensus est: Ego instar hominis dolore affecti ob avaritiã tuam ô Iudeorum synagoga, & ob alia scelera tua percussi, & coniunxi manus: Cum Balaac rex Moab esset mœrore pressus ob verba Balaam, ait diuina scriptura, cum complosis manibus fuisse aduersus Balaam locutum. Vel ita: Complosi manus meas super avaritiã tuã, hoc est, puniui te ob avaritiã scelus. Disposui manus meas ad vltionem avaritię tuę.

Nunquid sustinebit cor tuum? Nimirũ supplicium, quo sum te affecturus. Quasi dicat: non. Tanta erunt flagella, quibus te feriam, vt non possis ea sustinere.

Et possidebo te in conspectu gentium. Hoc est, non tu ô Iudeorum synagoga possidebis: non ero vt antea hæreditas tua: qui potius scient Gentem esse à me possessam, captiuam, & afflictam ob tetra facinora tua. Potest hoc in bonam accipi partem, vt sit sensus: Postquam te in Chaldæam disperfero, calamitatibus vlcerauero, & igne ærumnarum poliero, reducã te in patriam tuam, reuerteris Hierosolymam, vbi mea eris, vt antea: ibi te possidebo in

Gentium conspectu. Tanta est clementia mea, vt hæc procellæ tibi in tranquillitate vertantur, & placata ira meam experiaris misericordiam. Te affligo, vt abluaris ab immunditia tua, vt sis hæreditas mea, & in pristinam dignitatem restituaris. Eodem modo apud Esaiam ait deus: Hæreditas mea Israel. Ac si diceret: Auertam à te faciem meam ob scelera tua ô Israelitice popule: sed cum ad me conuersus fueris, oculos meos placatus ad te conuertam: non enim me peccantium interitus & pernicijs, sed adhibita correctione & poenitentia, conuersio & vita delectat. Non enim volo mortem impij, sed vt conuertatur, & viuat.

Versa est mihi domus Israel in scoriam. Ex puro argento conuersa est in immundam scoriam: eius fides conuersa est in perfidiam, eius prudentia in demeritiam, eius fortitudo in timorem, eius iustitia in iniquitatem, eius temperantia & perturbationum sedatio in turbulentiã appetitiũ immoderationem. Appetitus tui longius euagantur effrenati & indomiti, siue cupiendo, siue fugiendo, nullo modo à ratione retinentur. Cum fuisses populus meus electus, defecisti à me, & innumeriste vitijs contaminasti. Id dixerat ei deus his verbis per Esaiam: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ: argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. Et rursus idem Esaias: Plantauit vineã electam: & expectauit, vt faceret uas, & fecit labruscas.

Ommesisti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Aes proprie species est metalli rubro colore, similitudinem quandam habentis auri: cum aurum nõ sit. Stannum etiam argentum imitatur, cum nihil minus sit quam argentum. Huiusmodi sunt hypocritæ, qui specie sanctitatis flagitia cooperiunt.

Tunc tetriciores sunt, cum se candidiores ostendere nituntur. Totius enim improbitatis nulla perniciosior est, quam eorum, qui cum maxime fallunt, tum id agunt, ut viri virtute præditi esse videantur. Et quanuis cum laudantur ab hominibus, exultent, eorum tamen voluptas fluit statim, & euanescit. Id intelligens Sophar, dicebat apud Iob: Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ instar puncti. Et Salomon in Ecclesiaste: Vidi impios sepultos, qui etiã cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed & hoc vanitas est. Et Christus deus noster apud Mattheu: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et rursus: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. De his ait apostolus in epistola secunda ad Timotheum: Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Quemadmodum qui ficto boue perdices aucupatur, non est ille bos, sed sub specie illius simplicis animalis auibus illis infidiatur, ut eas capiat, & occidat, sic qui ficta virtute flagitia tegit, gloriam querens humanam, non est ille iustus, sed sub specie iustitiæ alijs perniciem machinatur, ut eorum diuitias possideat, & nominis celebritatem consequatur. Et quanuis ex hypocritis nonnulli opes suas relinquar eas in pauperes conferendo, hoc tamen efficiunt, ut alias multo ampliores obtineant. Ut enim falco accipitrum velocissimus arripere cupiens ardeam auem altè volantem, de qua ait Latinus poeta: Atque alta supra volat ardea nubem, non statim cum primum eam videt, ad eam recto tendit volatu, sed poris primo cursu & anfractu videtur eam relinquere, & contemnere, & ab ea fugere, & separari, at secundo volatu aut tertio ad eam admirabili tendit impetu, & incredibili velocitate, ut illam vngu-

bus rapiat in aeris altitudine, sic hypocritæ primo anfractu videntur aliquando mundi opes & dignitates relinquere & aspernari, sed hoc fingunt, ut eas altiores aucupentur, cum illustriore nominis amplitudine & celsitate: secundo enim aut tertio volatu mira celeritate & industria eas arripere conantur. Nihil est illis magis cordi, nihil magis in optatis, quam ea consequi, quæ despiciere videntur: Id quod in nonnullis conspeximus, qui ad ea quæ contemere, & pro nihilo putare fingeant, cupiditate incitati rapiabantur. Sed quoniã ea cum flagitiosi essent, consequi non possent, flagitia sua charitatis colore ornabant, & es vanitatis & malitiæ auro charitatis & virtutis cooperiebant. Est enim charitas aurum ignitum, de quo ait deus in Ioannis Apocalypsi: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum. Hypocrita est falsum numisma æneum, sed deauratum, virtutem fingens, cum sit vitio imbutus. Omnis homo numisma est, in quo est imago dei. Sed ut ait diuus Hieronymus, etsi ad imaginem & similitudinem dei conditi simus, ex vitio tamen nostro personas nobis plurimas induimus. Adami peccatum, ut ait Epiphanius, imaginem dei non perdidit, sed contaminauit. Tetrici & nefarii homines dei imaginem sceleribus suis quantum in se est, polluunt & contaminant. Et, ut ait in Lamentis suis Ieremias: denigrata est super carbones facies eorum. Nihilominus tamen numus dei sunt, eius imagine insigniti. Quare reddendi sunt deo, quemadmodum numus Cæsaris Cæsari. Quærit Christus numum suum, quærit Cæsar suum. Ille enim ait: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt dei, deo. At vult, ut numus suus sit ex auro aut argenro, non autem ex ære & stanno: Cupit virtutem solidam & expressam, non fictam & adulterinam: eos diligit, qui pietatem & iustitiam diligunt

ligunt & colunt, non qui harum rerum umbris solum vtuntur. Hi sunt, de quibus ait scriptura. Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus: & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Duabus vijs terram ingreditur hypocrita, cum aliud recondit in animo, aliud factis ostendit: aliud eloquitur, aliud agit. De eo dicitur in Deuteronomio: Non indueris vestimentum, quod ex lana linoque contextum est. Ac si dicat: quod subtilitatem malitiæ lino designatæ cooperit, & simplicitatem innocentiae lana significatæ exterius fingit. Quemadmodum fecit Herodes, qui Magis Orientalibus deuotionem in Christum exterius demonstrabat, sed gladium acuens, nefariam cordis immanitatem colore virtutis depingebat. Huiusmodi erant Hierosolymæ habitatores regnante Se dechia, qui dei legem gloriabantur, sed eam seruare nolebant. Vera virtus est æqualem ac parem verbis vitam agere, atque ita viuere, ut verba consonent factis. Sunt qui, cum iustitiam oppugnant, verbis consequi volunt, ut iusti esse videantur: Ut C. Gracchus cum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. Eodem modo Hebræi illi verbis protegebant virtutem, factis vero eam de medio tollere nitentur. Eo hoc loco deus non aurum & argentum, sed æs & stannum appellat. Vocat eos etiam ferrum ob cordis durtiem & contumaciam, & ob nimiam scelerum ferruginem: plumbum ob effrenatam libidinem, quoniam metallum hoc ad ignis colorem confestim liquefit: & ob graue peccatorum pondus. Nam Zacharias peccatum talentum plumbi appellat ob eius onus grauissimum. Vnde psalmographus: Iniquitates mee supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauate sunt super me. Non dicitur in libro deum.

me. Ac si diceret: Tanta vi, tam graui onere flagitiorum opprimor, ut humeros tanto ponderi pares non habeam: sed animus fractus & debilitatus penitus succumbet, nisi diuinam misericordiam adiuuetur. Vnde Esaias Iudæorum populum appellat grauem iniquitate. Cum his metallis comparat deus Hebræos Hierosolymæ habitantes, & ut eorum scelera exaggeret, ait eos non solum esse hæc vilia metalla, sed etiam scoriam argenti, quæ est spurcicia illa, quæ ex metallo inter coquendum veluti spuma quædam egreditur, nulli vsui seruiens, nullam penitus habens vtilitatem. Erant Hebræi illi nefarii, & scelerum maculis insignes, misit eos deus in calamitatis fornacem, ut expurgarentur: sed illi peiores euaserunt. Erant vilia metalla, & remanserunt inutilissimæ scorix. Eam ob causam ait deus: Omnes isti æs, stannum, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis, scoriam argenti facti sunt. Hac dicendi exornatione vtitur deus per Esaiam dicens: Exeoquam ad purum scoriam tuam. Et per Malachiam: Ipse erit quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emundans argentum &c. Deus est, ut ait diuina scriptura, ignis consumens, afflictio autem est fornax. Mittit deus homines aliquando in calamitatis fornacem, ut eos mundus exploret, & cognoscat, sint ne aurum, an æs, an stannum, sed nihil interdum inuenit nisi scoriam, sordes & immunditias metalli. Id volens significare Ezechiel, ait: Et scoriam argenti facti sunt. Ac si diceret: Et inuenit deus eos nihil esse præter vilem scoriam, & inutilem metallorum spumam.

Propterea ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti &c. Hoc est, quemadmodum solent congregari argentum, & æs, & cætera metalla, ut in ignis

ignis fornacem mittantur, & ibi probentur, sic ego vos in hac ciuitate explorabo. Erit Hierosolyma fornax afflictionum, vbi eritis congregati, & obsessi à Babylonijs, & infinitis ærumnis oppressi. Sufflabo flammam calamitatum, affligam vos fame, siti, peste, clade, & alijs molestijs acerbissimis. Et quoniam cum sceleratis afflicti etiam fuerunt nonnulli iusti, vt fuit capite superiore ostensum, ideo ait: Congregatione argenti: nam viri pij argenti nomine significantur. Accipitur aliquando argentum pro diuina lege, vt in psalmo: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum: aliquando pro viro virtute prædico & eloquente, vt in Prouerbijs: Argentum electum lingua iusti. Hoc autem loco accipitur pro viro candido & innocente.

Supra. 21.

Psal. 11.

Prouerb. 10.

Et requiescam. Instar hominis irati, qui postquam seruum iniquum flagellat, requiescit. Loquitur deus more humano. Quidam vertunt: Et relinquam vos in fornace. Quasi dicat deus: Permittam, vt diu duret calamitas vestra.

Et conflagrabit in medio eius. Hoc est, in medio Hierosolymæ liquefietis. Comparat Hierosolymam cum fornace ardente.

Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut leo rugiens rapientque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt: viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: in-

ter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt. Et à sabbatis meis auerterunt oculos suos: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento: videntes vana, & diuinantes eis mendacium: dicentes: Hac dicit dominus deus, cum dominus non sit locutus. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebat, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et quasi sui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi: ait dominus deus.

Mich. 3. d.
Sophon. 3. d.

Fili hominis dic ei. Nimirum Hierosolymæ.

Et non compluta. Hoc est non irrigata pluuia tempore opportuno, quia flagitij tuis dominum ad iracundiam prouocasti. Quemadmodum terra non compluta infrugifera est & infœcunda, ita Hierosolyma absque pluuia diuinæ gratiæ arida erat & sterilis. Poteris per hanc siccitatem defectum diuinæ doctrinæ intelligere: pluuia enim doctrinam significat. Ira intelligitur illud Esaiæ: Nubibus

bibus

bibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vbi per nubes significantur diuini vates & Christi apostoli, de quibus rursus ait Esaias. Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Vnde Moyses instar nubis terram irrigantis aiebat: Crescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Et Ecclesiasticus cum deo loquens has voces emittit: Aqua sapientiæ salutaris potabis eos.

Esa. 60.

Deut. 32.

Ecclo. 1.

Coniuratio prophetarum. Scilicet falsorum. Septuaginta habent: Cuius duces in medio eius quasi leones rugientes. Vt sit sensus: Hierosolymæ magnates sunt immanes & raptores. Pseudopropheta, & qui apud Hierosolymitanos potentia valebant, aduersus veros prophetas coniurarant. Excitarunt aduersus eos populum, illisque perniciem machinantes eorum opes rapiebant. Non vitupero rei familiaris amplificationem nemini nocentem, sed illud assero, non ferre naturam, vt aliorum spolijs nostras facultates & diuitias augeamus.

Animas deuorauerunt. Accipitur anima pro vita. Quasi dicat: vitam illis ferro eripiebant. Sin autem accipiatur pro anima, tunc est sensus: Pseudopropheta animas populi perdebat, eum ad necem diuinorum vatum incitantes.

Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam. Hoc est, inter dei templum & alias ædes nullam fecerunt differentiam. Ita idolis in templo immolabant quem admodum in locis prophanis. Nihil interesse putabant inter animalia munda & immunda, contra id, quod deus illis præceperat. Poteris per pollutum & mundum vitium & virtutem intelligere.

Leuit. 11.

Leuit. 20.

Deut. 14.

A sabbatis meis auerterunt oculos. Nolentes sabbati fractionem videre: non corripiebant eos, qui sabbata violabant. Arguit sacerdotum impietatem, qui ad humana aspirantes, diuina non curabant: de quibus ait deus per Ieremiam: Sacerdotes non dixerunt: vbi est domus

Ierem. 2.

deus? & tenentes legem nescierunt me. Vel auertere oculos à sabbatis capitur pro diuini cultus contemptione.

Principes eius. Nempe Hierosolymæ. Vt ex salutaris medicina nihil proficisci tur, nisi quod ad corporis sanitatem & vtilitatem pertinet, quoniam eius causa est instituta, sic à legibus, quas tulerit princeps, nihil debet exire, nisi quod ad reipublicæ commodum spectet, quoniam illius causa fuerunt instituta. Narrat Iudæorum principum legislatorum flagitia, qui leges iniquas ferebant, & populum spoliabant, iniuste ferentes sententiam, & aliorum incommodo suum commodum amplificantes: si commodum dici potest, quod aliorum augetur iniuria. Eodem modo inuehitur in principes iniustos Michæas capite tertio: & Sophonias eodem capite. Et si eos temeraria populi multitudo iudicat beatos, qui præstant valetudine, viribus, forma, qui possident diuitias, honores, imperia, opes, gloriâ, tamè si fuerint hi, qui hæc habent, improbi, iniusti, vitij cooperti, hi erunt profecto non solum infelices, sed infelicissimi, non solum miseri, sed miserrimi. Huiusmodi erant hi, quos hoc loco arguit propheta.

similes

Mich. 3.
Sopho. 3.

Et auarè sectando lucra. Arguit auaritiã, quam diuus Paulus appellat idolorum seruitutem, & omnium malorum radicem. Ex illa enim tanquam ex stirpe cetera flagitiorum pestes oriuntur, quæ cordis occupant terram, & admirabilia illa virtutum semina nostris ingenijs innata adulescere non sinunt. Beatus vir, inquit Ecclesiasticus, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Omnia animantia manus habentia illis terram attingunt præter hominem, qui manus à terra habet eleuatas. Cum enim bruta creata non sint ad possidendum cælum, sed terram, decet eam manibus terere & aratrigere: at homo ad dei imaginem & si-

Ephes. 5.
Coloss. 3.
1. Tim. 6.

Eccle. 31.

De. 10.

militudinem creatus ad cœlestem beatitudinem possidendam, non terit manibus terram, sed pedibus eam conculcat. Voluit deus ut ipsa nostra compositio nos moneret, ut vellemus contemnerere terram, & ad cœlum semper aspirare. Eam ob causam cum cæteros animantes natura abiecisset ad partem, solum hominem erexit, eius manus abduxit à terra, & oculos ad cœli conspectum quasi ad proprium domicilium excitauit. Si considerare velimus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, quid differat à cæteris animantibus, & ad quid fuerit creatus, intelligemus quàm turpe sit duci auaritia, diuitias ardentius quàm cætera omnia cupere, & pro rebus fluxis velle amittere æternas. Quemadmodum aquila fertur in sublime, ad terram autem non descendit nisi ad necessariam victum quarendum, capta autem præda statim volat, nec in ima terra detinetur: sic nos debemus in cœlo animo versari, & deposita superuacanea rerum humanarum solitudine, deum mentis oculis contemplari, & quietam ac tranquillam mentem consistere. Ad terram non debemus descendere, nisi ut ea, quæ sunt vitæ necessaria accipiamus: quibus obtentis, debemus ad ipsum deum cogitatione volare, & animo confugere. Ad id nos hortatur diuus Paulus ijs verbis in epistola prima ad Timotheum: Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Salomon ille, qui antiquitatis memoriam sapientia superauit, fundens ad deum preces suas, has voces emisit: Tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum: Et rursus: Melius est parum cum timore domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. Id quod his verbis dixerat eius pater: Melius est modum

cum iusto, super diuitias peccatorum multas. Eam ob causam dixit Ecclesiasticus: Noli anxius esse in diuitijs in-
iustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Paupertas, ut ait Chrysostomus in epistolam ad Hebræos, est manu ductrix in viam, que ducit ad cœlum. Et diuus Augustinus in psalmum 76: Omnis, inquit, philosophiæ magistra nobis est inopia. Sed quid mirandum, cum Gentium philosophi id ipsum contestentur? Plutarchus, Contemptus, inquit, diuitiarum est instrumentum philosophiæ. Bias: Quis diues? qui nihil cupit. Quis pauper? auarus. Seneca: Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est. Crates ille Thebanus, qui opibus affluens, cum se Athenas ad philosophandum tanquam ad bonarum artium mercaturam conferret, magnum dicitur auri pondus in mare coniecisse, quoniam non putauit, se posse simul & virtutes & diuitias possidere: & cum illud in altum gurgitem profunderet, dixisse aiunt: Abite pessum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Melius fecisset, si diuitias illas propter deum inter pauperes distribueret: nec ego in eo laudo perdere illas, sed eas aspernari. Felices illi, qui paucis contenti, opes suas propter Christum inopibus largiuntur, & ad eas opes aspirant, ex quibus credunt posse verum decus resplendere, veramque dignitatem redundare: qui possunt dicere cum apostolis: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Horum animi cum è vinculis corporum euolauerint, non ad æterna supplicia, & cæcas inferorum tenebras relegantur, sed gaudio exultantes, sedes illas cœlestes, & splendidissimam domum consequentur, ubi pulcherrimam diuinitatis obtinebunt: diuitijs nunquam in-

Eccle. 5.

Mat. 19.

teri-

terituris redundabunt, & deo ipso æuo sempiterno fruuntur. Auari homines contra cupiditatis stimulis concitati, dabunt suorum flagitiorum poenas: & qui posthabita animi cura, & diuinarum rerum contemplatione omnes cogitationes suas conferunt ad fallaces diuitias conquirendas, totoque studio in eam curam incumbunt, ut vitam alijs & opes per summum scelus eripiant, in æternum torquebuntur. Et ut ait diuinus psalter: Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Loca inferni, ubi impiorum animæ sunt sepultæ, vocat domum illorum in æternum. Erit illis seclusum iter à concilio cœlitum, excludentur à cœtu mentium beatarum, & æternis poenis in inferno cruciabuntur. Huiusmodi homines obiurgat hoc loco Ezechiel, eos præsertim, qui inter cæteros principatum obtinebant, qui cum deberent in alios conferre beneficia, lucra auarè sectabantur. Nullum est vitium terrius auaritia & insatiabili cupiditate, præsertim in ijs, qui rempublicam gubernandam susceperunt: habere enim quæstui rempublicam non solum non est laudabile, sed etiam crudele & nefarium.

psal. 48.

Prophetæ autem eius lineabant eos absque temperamento. Hoc est, falsi prophetæ decipiebant magnates Hierosolymæ sua falsa doctrina. Metaphora est sumpta ab ijs, qui parietes complanant luto absque firmitate. Cum enim parietes pulchri videantur, excidit lutum, & remanent deformati. Eodem modo pseudoprophetæ res prosperas promittentes fallebant magnates, & in erroribus suis confirmabant, sed statim fraus eorum apparebat. Pro absque temperamento verti potest, luto infuso, seu luto absque firmitate. Hac dicendi exortatione vsus est etiam supra Ezechiel capite 13.

sup. 13.

hinc videtur quod non est in domo magna buge

Populi terræ calumniabantur calumniam. Hoc est, scelerati erant, pleni fraudibus & dolis. Non erat in Iudæa iustitia in principibus, nec virtus in populo. Iam innocentiam, probitatem, rectis studijs nihil erat loci: Populus imitabatur regem. Et ut ait Ecclesiasticus, qualis est rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Inter populi flagitia prius numerat calumniam, quæ est vexatio alicuius in litibus præcipue, per fraudem & subdolum ac subtilem rationem, aut rei alicuius malitiosa interpretatio ad aliquem decipiendum. Cum Theatridas gladium cote acueret, interrogatus à quodam esset ne acutus, acutior, inquit, calumnia. Author est Plutarchus in primo apophthegmatum libro. In Leuitico sunt hæc dei verba: Non facias calumniam proximo tuo. Et quoniam impij virtutis splendorem extinguere, & iustorum pulchritudinem deformare cupiunt, aiebat Dauid: Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Et Ioannes Baptista: Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis.

Eccle. 10.

Leuit. 10.

psal. 118.

Luc. 3.

Quæstui de eis virum, qui interponeret sepem. Id est, quæstui aliquos, qui se ponerent pro sepe, ne ego totum agrum vastarem, sed non erat, qui instauraret interruptionem, & posset ingressum seueritatis meæ cohibere. Ac si diceret: Quæstui, qui me precibus suis placaret, ne euerterem Hierosolymam, & non inueni. Vide dei misericordiam. Exigebat diuina iustitia, ut Hierosolyma esset ob sceleta sua deleta: & ille quærebat aliquem, qui eum pro eius salute obsecraret. Illud est hoc loco aduertendum, virum iustum pro aliquo orantem, & feruentem preces ad deum fundentem sepem esse & murum illius. Moyse pro populo oranti dixit deus: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos. In libro Genesis scriptum legitur apparuisse dominum Iacobo, cum re-

Exo. 32.

Genes. 32.

simile.

1. Tim. 6.

Prou. 30.

Prou. 15.

psal. 36.

mansisset solus, & à familiæ frequentia se in solitudinem recepisset, & cum eo fuisse luctatum. Ex quo certamine effectū est, vt neruus femoris Iacobi emarcesceret, & ipse dominus ei benediceret. Quid aliud lucta hæc Iacobi cum deo significat, quàm vehementem orantis feruorem, & piarum precationum vim, & admirabilem effectum. Duo brachia luctantis sunt fletus & deuotio. Ideo ait Oseas hunc Iacobum & fleuisse & rogasse. Superauit autem deum, quia vsque mane orauit, & in precationibus permanfit. In hac contentione exaruit femoris neruus, quia vi & feruore orationis extinguitur carnis appetitus, aut saltem sedatur, & acquiritur benedictio, hoc est diuina quædam consolatio. Sed hoc loco occurrit difficilis quædam quæstio. Quomodo non inuenit deus virum iustum, qui oraret pro Hierosolyma, si in ea erat Ieremias, & Baruch, & viri alij virtute insignes, qui pro populo pias & ardentibus ad dominum preces fundentes, dies ac noctes inter mœstos gemitus, & amara suspiria consumebant? Et supra dixerat deus capite 21. se esse in clade Hierosolymæ interfectorum iustum & impium. Huic obiectioni respondet Nicolaus Lyranus hoc loco numerum singularem accipi pro plurali. Quæsiui de eis virum, pro quæsiui viros in numero sufficiente, propter quos parcerem ciuitati. Nam cum Abraham quæreret à domino vtrum parceret Sodomæ pro decem iustis, non ausus est quærare amplius de numero minore. Eam ob causam subditur hoc loco: Et non inueni. subaudi viros in numero sufficiente. Erant enim Hierosolymæ flagitia multa, quemadmodum dixerat propheta in principio huius capituli: & fusè scriptum est quarto Regum, & secundo Paralipomenon. Hæc est responsio huius doctoris sapientis quidem; qui in diuinis literis explanan-

ose. 12.

supra. 21.

Genes. 18.

4. Reg.
2. Paral.

dis etsi non fuerit verborum elegantia perpolitus, in eam tamen curam toto pectore incubuit, vt verum scripturæ intellectum explicaret. Paulus tamen Burgensis homo etiam doctus hac solutione minimè contentus aliam quærit. Ait enim hoc reuera de viro tantum vno intelligi, vt litera sonare videtur. Et quanuis tunc essent Hierosolymæ nonnulli viri iusti, qui deum orarent pro populo, nullum tamen ex illis tanti meriti fuisse, vt per eius precationes deus iratus placaretur. Alij, quibus hoc loco Burgensis nō arridet, quòd videatur eximia Ieremiæ sanctitati derogare, cuius merita sunt in literis diuinis perpetuis consignata monumentis, aiunt deum iustos aliquos in ciuitate inuenisse, insignes illos quidem, virtutibus & meritis præstantes, sed nullum, qui se poneret sepem pro ea, quoniam erat ciuitas illa definitiua dei sententia delenda. Non igitur hoc loco defectum aiunt fuisse virtutum aut meritorum intercedentium, sed eam ob causam neminem se murum constituisse ad ciuitatem protegendam, quoniam ob eius impia facinora decreuerat deus esse illam euersuram sententia irrefragabili & definitiua. Eam ob causam allocutus est deus ijs verbis prophetam Ieremiam: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orationem, & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Hæc verba mandauit Ieremias capiti septimo, & vndecimo, & quartodecimo. Capite autem quintodecimo ita facit deum loquentem: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et apud nostrum Ezechielem dixit euersurum esse urbem, etiam si Noe, Daniel, & Iob pro illa intercederent. Vaticinia comminatoria non semper adimplentur, quando non sunt definitiua, vt patet in Ninuitis apud Ionam: & in morte Ezechie apud Esaiam,

Ierem. 7.

Ierem. 11.

Ez. 14.

Ierem. 15.

supra. 14.

Ion. 3.

Esaiam,

Esa. 38.
4. Reg. 20.
2. Paral. 32.

Esaiam, & libro quarto Regū. At quia hæc dei sententia hoc vaticinio explicata de delenda Hierosolyma non erat comminatoria tantum, sed definitiua, ideo nullus inuentus est, qui eam protegeret. Harum opinionum nullam autem deo reijcere: omnes enim mihi placent. Quæ verior sit, docti viderint: mihi quidem vltima verisimilior videtur.

Et effudi. Pro effundam: præteritum pro futuro more prophetarum. Sensus est: Eos ob scelera sua grauiter puniam.

Viam eorum in caput eorum reddidi. Hoc est, vnunquenque affligam iuxta criminis eius magnitudinem. Pro qualitate & quantitate scelerum luet vnusquisque poenas. Homines immanitate barbari, humano sanguine cruenti, ingurgitati in flagitia, non solum occidunt corpore, sed seclusi à concilio coelitem sempiternis cruciatibus afficientur. Vel ita: Pernicies, quam alijs machinabantur, in eorum caput redundabit. Fortasse accipitur caput pro rege: & tunc erit sensus: Sedechias mihi poenas persoluet non solum suorum, sed etiam populi criminum. Eorum enim scelerum, quæ subditi exemplo impij regis committunt, ipse rex, qui fuit eorum causa, reddet rationem. Eam ob causam aiebat Dauid: Ab alienis parce seruo tuo. Hoc est, à peccatis aliorum, quæ meo malo exemplo fuerunt perpetrata. Pro alienis est in hebraico zedhim, quæ dictio superbum & superbiam significat. Quare hic potest esse huius loci sensus: A te domine mirandum in modum peto, vt qui mihi tolerantiam ad calamitates æquo animo tolerandas dedisti, animi etiam submissionem & humilitatē præstes, vt me à detestabili & intoleranda superbia eripias: nulla est enim capitalior pestis importunitate & superbia, nulla perniciosior, nulla detestabilior & immanior. Verum quia

Ipsal. 18.

dictio hebraica alienum etiam significat, merito septuaginta interpretes transtulerunt: Et ab alienis parce seruo tuo. Quoniam qui exemplo suo alios excitat ad peccandum, eorum sanguinem persoluit. Eodem modo apud Ezechielem ait deus præfule scelera subditi non curanti: Sanguinem eius de manu tua requiram. De hebraico ibi fusè disseruimus.

sup. 3.

Annotations ex hebræo in caput XXII.

Viri detractores fuerunt in te. Septuaginta habent *αὐτὸς περὶ ληστῶν* Hoc est viri latrones. Qui enim de aliorum vita detrahunt, eorum famam diripiunt, & latrones multò pestilentiores ijs, qui diuitias rapiunt: quò enim fama nobilior est opibus & diuitijs, tantò perniciosiores sunt latrones famæ, quàm pecuniæ: Nihil est velocius maledicto & detractio: nihil facilius emittitur, nihil latius dissipatur. Nulla res est, quæ facilius direptioni committatur, quæ breuius amittatur, quàm gloria, qua detractor spoliat possidentem. Quod de falsa mundi gloria intelligendum puto, quæ est temeraria, & inanissimis splendoris insignibus collecta, & à sapientibus omnibus repudiata. Vera enim gloria solida est & expressa, nō adumbrata: ea est verus virtutis splendor, benefactorum comes, consentiens laus bonorū, incorrupta vox bene iudicātū de excellenti virtute, quæ radices agit ac longius propagatur. In hebraico pro detractoribus est *רָכִיל* racil, quæ dictio detractorē significat, & mercatorem, & deceptorem. Vnde id, quod est apud Ieremiam: Ambulantes fraudulentet, vt æs & ferrum, poterat verti. Ambulantes-

Ierem. 6.

in detractioe, aut in fraudibus, similes sunt æri & ferro: Hoc est impudentes sunt, frontem habentes chalybeam & ferream. Id etiam, quod ait Ezechiel capite 17. In vrbe negotiatorum posuit illam, verti poterat: In ciuitate latronum, vel detractorum: Quæ dere ea poteris videre, quæ ibi annotauimus.

Snp. 17.

Et possidebo te. In hebraico est: וְנָחַלְתִּי בָךְ venichalt bac. Verbum est nachal, quod significat hæreditare, accipere, possidere: vt apud Zachariam: Et possidebit dominus Iudam partem suam.

Zach. 2.

Psal. 18.

Et apud psalmographum: Surge deus iudicæ terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Ac si diceret: Obsecro te domine deus, vt ex alto cœli fastigio descendas, & regendi negotium suscipias: intueor enim mentis oculis esse ad te gentes omnes peruenturas, quæ prius erant ob dæmonis tyrannidem oppressæ: tu eas possidebis, & erunt hæreditas tua. Hanc significationem secuti septuaginta interpretes transfulerunt: καὶ κατὰ κληρονομίαν. Hoc est, & hæreditatem possidebo. Quam etiam significationem secutus est communis interpres. Pagninus vertit: Et eris capiens hæreditatem in te. Et in Thesauro ait R. Dauidem in libro radicū hunc locum ita etiam vertere: vbi ait hunc esse sensum illius: Olim ô synagoga, inquit deus, fuisti hæreditas mea, & populus meus: at cum te sceleribus contaminaueris, non eris hæreditas mea, sed tua: non eris in me, sed in te. Sed quoniam radix huius verbi potest esse chahal, quod significat polluere, & prophanare, sunt, qui hunc locum ita vertant: Et pollueris, vel prophanaberis in te inter Gentes. Hoc verbo vsus est psalmographus in loco illo: Prophanasti in terra sanctuarium eius. Vel vt potest verti ex hebræo: Polluisti in terra diadema eius. Ac si diceret: Re-

Psal. 88.

gnum Dauidis, eiusque dignitatem penitus contempsisti. Voluit igitur significare Ezechiel fore, vt Iudæi in Babylonica captiuitate detenti se impijs Gentium ritibus, vanisque superstitionibus coinquinarent. Thargum habet: Et sanctificabor in te. Vt sit sensus: Reuerteris ô popule Iudaice ex captiuitate Babylonica, & me ipsum coles in Iudæa, vbi ego ero in te sanctificatus. Hæc interpretatio etsi verbis differat à vulgata editione, in sensu tamen coincidit cum illa.

Versa est mihi domus Israel in scoriam. Pro scoria est in hebraico וְסָרִיף siug, quæ dictio absque dubio scoriam significat, vt apud Esaiam. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam. Id quod est in psalmo: Præuaricantes reputauit omnes peccatores terræ, verti potest ex hebræo: Scoriã reputasti omnes peccatores terræ. Septuaginta tamen ita hunc Ezechielis locum transfulerunt: Facta est mihi domus Israel commissa, seu in commissionem. Vt sit sensus: Populus Israeliticus est nunc quædam metallorum mistura, non est purum argentum, sed cum stanno, & plumbo, & ferro mistum: at ego eum igne afflictionis purgabo, vt post captiuitatem remaneat argentum purum absque vlla idolorum cultus mistione. Hinc poteris colligere, quàm utilis sit calamitas. Hoc intelligens regius vates canebat: Proba me domine, & teta me: vte renes meos, & cor meum. Vbi pro tentare est in hebraico tsarphah, quod verbum explorare significat, more eorum qui igne experiuntur aurum & argentum, sit ne purum ab scoria. Per renes voluptates significat, quod libidinum sedes in renibus esse perhibeatur, per cor occultas cogitationes, quod earum officina & receptaculum cor sit. Quasi dicat: Scrutare domine, experire quis sim: explora igne non solum opera mea, sed animi cogi-

Esa. 1.

Psal. 108.

Psal. 25.

simile.

cogitationes & consilia. Fac periculum innocentie mee: nam quemadmodum aurum & argētum igne perspiciuntur, sic in ærumnarum fornace corporis opera, & intimæ animi affectiones explorantur. Hoc aiebat pius Dauid non temeraria audacia: sed cum falsis criminibus vocaretur ad interitum, quod necem Sauli regi moliretur, dominum appellabat, qui esset suæ causæ disceptator, cui erat compertum eum nunquam violasse Saulem, qui potius hac in re animum semper ab omni flagitio & scelere alienum habuisse. Id quod postea fuit omnibus cognitum & exploratum per id quod in spelunca Engaddi factum legimus, & in deserto, vbi hastã & scyphum Sauli dormienti eripuit: & per rerum aduersarum tolerantiam, & in virtute firmitudinem.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

Prou. 8.

Sacerdotes eius contempserunt legem meam. In hebraico pro contempserunt est וְחָמְסוּ chamefu, à verbo חָמַס chamas, quod significat contemnere, & rapere, & lædere. Vnde illud Prouerborum: Qui in me peccauerit, lædet animam suam, potest etiam verti: Qui in me peccauerit, expoliabit animam suam. Nam anima flagitum mortiferum committens manet bonis gratiæ, quæ verè sunt bona, spoliata. Eam ob causam poterat etiam locus hic Ezechielis ita verti: Sacerdotes eius subripuerunt legem meam. Ac si dicat deus: Nefarij Hierosolymæ sacerdotes legem meam populo nuntiare & explanare noluerunt: Qui eam tenebantur populo exponere, illam autem non exponebant, eam dicebantur populo furari. Vtinam hoc præfules illi ecclesiastici considerarent, & iterum ac iterum memoria repperent, vt furta sua viderent, & detestarentur: qui cum dei verbum subditis nuntiare teneantur, populumque diuina instruere doctrina, nec per se hoc, nec per alios efficiunt: qui potius dediti ventri & somno in perpetua igno-

minia versantur. Non loquor de illis, qui sunt virtute & sapientia præditi, qui populum vita, doctrina, & pietate ad diuinum amorem, Christi que euangelij obseruantiam excitare cõtendunt, quorum multos scio esse in ecclesia catholica. Illos solum duco obiurgandos, qui turpi otio diffluunt, terras sibi maculas inurunt, & populi sibi crediti salutem contemnunt. Non damno vacationem à laboribus aliquando, & honestam requiem. Vt enim aues aspiciamus cum labore & industria nidus construere, easdem autem post fatigationem leuandi laboris sui causã passim ac liberè solutas opere volitare, sic animi nostri magnis curis & laboribus defessi desiderant interdum quiescere, & vetuli laboribus vacui volitare, & honesto at pio otio vti. Illud est otium detestandum quod alit delicias & flagitia, & labor ille amplectendus, qui famam parit immortalem, qui ob Christi gloriam sumitur, quo ea conficiuntur, quæ vigent memoria omnium seculorū. Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet: si quid turpe cum voluptate, turpitudine manet, voluptas abit. In libro Genesis scriptum legimus: Tulit dominus deus hominẽ, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Et Salomon in Prouerbis: Egestateẽ, inquit, operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Vnde diuus Paulus in prima ad Corinthios, Laboramus, inquit, operantes manibus nostris. Et in prima ad Thesalonicensis: Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis, non este ac die operantes. Et in secunda ad Corinthios: Instantia mea cotidiana, & sollicitudo omnium ecclesiarum. Vtinam hanc diuini præfulis Pauli sollicitudinẽ præfules nostri temporis asperceret. Qui docet, inquit ille in epistola ad Romanos, in doctrina, qui præest-

simile.

Genes. 2.

Prou. 10.

1. Corint. 4.

1. Thess. 2.

2. Corint. 11.

Rom. 12.

in fo-

1. Thef. 2. in solitudine. Et paulò post: Solitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes. Et in prima ad Thesalonicensis: Fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos euangelium dei in multà solitudine. Et quoniam hanc in annuntianda dei lege solitudinem contemnebant sacerdotes & antistites Iudæorum, ait hîc deus per Ezechielem, eos legem suam furatos esse, aut, vt virtutis communis interpres, contempnissse.

Argumentum capituli. XXIII.



Nuebitur in Hierosolymam & Samariã sub nomine Ohola & Oholiba in continentiu sororu, qua neglecto pio dei cultu, repudiata vera religione adhaerunt vana Gentiu superstitioni, & falsos ac commentitios deos coluerunt. Ostendit impudenciosem esse Hierosolyma impietatem & perfidiam, quam Samaria. Deploret nefariam Iudæorum viuendi rationem: lamentatur eorum perniciem sibi ob scelera sua constatam, & de eoru luctuosissima euerfione per Chaldaeos variatur.

Caput. XXIII.



Factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis duæ mulieres filia matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto: in adolescentia sua for-

nicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammae pubertatis earum: nomina autem earum Ohola maior, & Oholiba soror eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. Porro earum nomina Samaria Ohola, & Ierusalé Oholiba. Fornicata est igitur super me Ohola, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquates, vestitos hyacintho: principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites, ascensores equorum: & dedit fornicationes suas super eos, electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus, in quos insaniuit, & in immunditijs eorum polluta est. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia sua, & illi confreguerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, & in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres: & iudicia perpetrarunt in ea. Quod cum vidisset soror eius Oholiba, plusquã illa insaniuit libidine: & fornicatione suã super fornicatione sororis suæ ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se venientibus

tibus indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolefcetibus forma cunctis egregia. Et vidi, quod polluta esset: via vna ambarum, & auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & thyaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt, insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eam in Chaldæam. Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammaram, polluerunt eam in stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudaui quoque fornicationes suas, & discooperui ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius.

EXPLANATIO.

D *Uæ mulieres filia matris vnius.* Hoc est Hierosolyma & Samaria, quæ fuerunt ab vna matre Sarah progenitæ. Populus Hebræorum mortuo Salomone fuit in duas partes diuisum: tribus Iuda & Benjamin obedierunt Roboam filio Salomonis, aliæ autem tribus secutaræ sunt Ieroboam. Et cum tempore Saulis, & Dauidis, & Salomonis vnum esset regnum, tempore tamen Roboam propter verborum eius duritiem decem tribus se ab eo segregarunt, & adhaeruerunt Ieroboam, vt literæ diuinæ

libro tertio Regum memorie prodiderunt. Et deinceps fuerunt duo regna diuisa, vnum erat duarum tribuum, quod appellatur regnum Iuda, regnum Ierusalem, & duæ tribus, alterum erat decem tribuum, & appellabatur regnum Samariæ, siue Israel, siue Ephraim, siue decem tribus. Samaria cum primum se tradidit Ieroboam, defecit à fide, & postea Hierosolyma: & ita Iudæorum populus varia Gætium simulachra colebat, exceptis quibusdam viris pietate præstantibus, in quibus diuinum quoddam fidei lumen cæteris extinctis infelicibus illis temporibus mirabiliter eluxit. Hos nullæ tentationes poterunt à virtute abducere, nec à fide remouere, nec ab honestatis cursu retardare. Hoc clarius elucebat Hierosolymæ propter dei templum diuino cultui dedicatum. Et quoniam obtinente Saule Iudæorum regnum, illud vnū erat, quanuis se postea diuisit in duo, ideo ait hoc loco diuinus vates duas has mulieres, hoc est duo hæc regna nempe Samariæ & Iuda fuisse vnius matris filias & sorores: præsertim cum omnes Iudæi fuissent ab vna matre, hoc est à Sarah vxore Abrahami progeniti. Eam ob causam Iudæos alloquens Esaias, aiebat: Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarã, quæ peperit vos. Sed quoniam supra Ezechiel capite 16. Hierosolymam per contemptum filiam appellauerat Cethæ; quæ fuerat idolorum cultrix, ideo fortasse hoc loco Hierosolymam & Samariam filias huius matris appellat, hoc est simulachrorum cultrices, quæ impiæ matris flagitia imitabantur. Cum Iudæi gloriarentur, se esse filios Abrahami, viri eximij, sapientia & charitate præstantis, cuius virtutes imitari volebant, vocat eos deus filios Cethæ, cuius impias superstitiones sequebantur. Ostendit

Ostendit illis deus, veram nobilitatem non consistere in maiorum celebritate, sed in propria virtute, à qua illi erant relictī. Vir nobilis, virtutum ornamentis decoratus est veluti cœlam serenum, pulchrorum syderum varietate distinctum. Et quemadmodum densæ tetraque nubes splendida obscurant sydera, sic posterī degeneres, & scelerum labibus contaminati maiorum splendorem, eorumque insignium virtutum claritatem extinguunt, suorumque vitiorum tenebras illis obfundunt: vt etiam si fuerint nobiles, certè veniant in obliuionem. Satius est proprijs rebus gestis florere, quàm maiorum opinione niti. Nō debent nobilium hi filij appellari, qui in perpetua versantur ignominia, sed nefariorum, quorum viuendi rationem imitari contendunt. Vnusquisque eius dicitur filius, cuius sequitur opera. Eam ob causam Christus deus noster impios Iudeos apud Ioannem filios diaboli appellat. Et idem Ioannes de Christianis ait: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et hoc loco Ezechiel idolorum cultores filios impiæ Cethæ meritò vocauit: in Christo enim Iesu, vt ait diuus Paulus, nec circuncisio aliquid valet, nec præputiū, sed noua creatura. Significat apostolus veram apud deum nobilitatem esse animæ renouationem per fidem charitate formatā, quæ non in stemmatibus maiorum, & generis amplitudine consistit, sed in nouitate vitæ, & in diuini numinis imitatione. Nos qui ex Gentibus originem ducimus, potiùs filij Abrahæ sumus, cum illius fidem referamus, quàm ij, qui se ortos ab illo putant, nec tamen domestico exemplo à scelere & impietate reuocantur. Cum enim in diuina cognitione omnia sint à sensu corporis ad mentis dignitatem conferenda, non multum refert, cuius sanguine procremur, sed cuius vestigijs ingressi vitam instituamus. Ita hoc explanat Hierony-

simile.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Gal. 6.

17. 20

21. 20

mus Oforius episcopus Algarbiorum dignissimus in libro, quem composuit de nobilitate Christiana, vbi dulci & admirabili eloquentia sua, veluti suauis quadam Orphei cithara veram Eurydicæ, hoc est pulcherrimam philosophiam ab obscuris tenebris tanquam ab inferis reuocauit.

Et fornicatae sunt in Aegypto. Hoc est, idolorum cultui se tradiderunt, cum essent in Aegypto. Perspicuū est in literis diuinis nomine fornicationis idololatriam significari, vt sæpe ostendimus: animus enim à vero deo per illam separatur, & ad falsos deos conuertitur. Hic habes locum apertè ostendentem fuisse multos ex Iudæis in Aegypto idolorum cultores. Non enim eis de Aegypto egrediētibz lex idolorum cultum prohiberet, nisi ibi fuissent Gentium superstitiones imitati. In Exodo dixit illis deus: Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Et iterum: Non adorabis deos eorum, nec coles eos, nec facies opera eorum. Et in Leuitico: Nolite conuerti ad idola, nec deos conflates faciat vobis. Ego dominus deus vester. Eodem modo in Deuteronomio. Et multis alijs in locis.

Oholam maior, & Oholiba soror eius minor. Samariam vocat maiorem non natiuitate, sed populi multitudine: comprehendebat enim decem tribus, Hierosolyma verò duas. Samaria erat ciuitas quædam metropolis, à qua totum regnum Samaria etiam vocabatur: quemadmodum Hierosolyma metropolis erat regni Iuda. Samariam appellat deus Oholam, hoc est tabernaculum eius. Ac si dicat: Non est tabernaculum meum, sed suum, quoniam templo meo relicto decem tribus coluerunt vitulos aureos, & templum Baal ædificauerunt. Hierosolymam verò appellat Oholibam, hoc est tabernaculum meū in ea: quoniam ibi erat templū diuino cultui dedicatum. At vtunque regnum deo vero cōtemp-

Exo. 20.

Exo. 25.

Leuit. 19.

Deut. 4.

3. Reg. 12.

4. Reg. 10.

pro deos cōmentitios venerabatur. *Habueruntque pepereruntque filios, & filias.* Hoc est, mihi quondā obtempetarunt, & varios virtutū fructus prodixerunt. *Inferuntque amatores suos, & filios propinquantes.* Hoc est, Samaria deperijt Assyrios sibi propinquos non tā loco, quam moribus, & turpi viuēdi ratione: eorū que superstitiones impatienter adauit. Manahen rex Samariæ petiuit à rege Assyriorum, vt illum in regno confirmaret: quam ob causam magnum illi tributum soluebat. Et contra dei præceptum Iudæi inito foedere cum Gentibus, omnia eorum idola coluerunt. Et vt ait psalmographus, commisi sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, & seruerunt sculptilibz eorum, & factū est illis in scandalum. Quemadmodum dulcis Iordanis flumens cum in Asphalitem insalubrem Palestinæ lacum ingreditur, redditur insuauis, & virtutem amittit, sic qui est cum sceleratis amicitia cōtinctus, & familiaritate copulatus, flagitiosus efficitur plerumque, eorū que vitijs contaminatur, etiam si antea in virtutem incubuisset. Meritò igitur dicebat Ecclesiasticus: Discede ab iniquo, & deficient mala ab te. Et apostolus in prima ad Corinthios, & in ea, quæ scripta ad Galatas: Modicū fermentum totam massam corrumpit. Non satis habuerunt Iudei omnia scelera moliri, quibus humanam lederent societate, nisi etiam summi dei religionem polluerent, & verum dei cultum penitus violarent. *Iuuenes cupidinis.* Hoc est ad libidinem prouocantes. *Fornicationes, quas habuerunt in Aegypto, nō reliquit.* Ceterat Iudæi in Aegypto lapides & serpentes, & idola propè infinita, quorū cultū in terra promissionis etiā obseruabant. Ideo sequitur: Nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia sua. Hoc est, ipsi Aegyptij suis idololatrijs Iudeorum nationem corrumperunt ut ad-

4. Reg. 15.

4. Reg. 17.

Isal. 105.

simile.

Eccle. 7.

1. Corint. 5.

Gal. 5.

lestēria sua. Appellat Ezechiel adolescentiam synagoge tempus illud, quo fuit in Aegypto sub Pharaone. Poterit hoc ita explanari: Iudeorū synagoga in Aegypto nō solum Aegyptiorū, sed Assyriorum coluit idola: nam illi, nimirum Assyrij non solum nunc eam contaminant, sed etiam in Aegypto eam suis superstitionibus corrumperunt. *Ipsam occiderunt gladio.* Quando Assyrij Samariam penitus euerterunt. *Et factæ sunt famose mulieres.* Hoc est, insignes flagitijs. Versabantur in dedecore & ignominia. Accipitur nomē hoc, famosum, in malam partē, vt apud Plautum: Qui etiam me miserum famosum facit flagitijs suis. *Iudei perpetuarunt in ea.* Assyrij tanquā diuina iustitiæ ministri ea varijs acerbisque calamitatibus oppresserunt. *Quæcumque visisset soror eius Oholiba.* Cum Hierosolyma vidisset, fuisse Samariam ob eius idololatriam merito euersam, nō solum se non recepit ad meliorem frugem, quin potius se in detestabiliora vitia ingurgitauit. Et facta est peior quam Samaria. Vnde Ieremias, Iustificauit iniquitatem animam suam aueratrix Israel cōparatione preuaricatricis Iudæ, Vide 4. Reg. 16. & 21. *Cum vidisset viros depictos in pariete.* Solent enim multibella, & insignia virorū illustrium facta, imò etiā ipsos illustres viros depingere in tabulis, aulis, & ad ianuarum parietibus. Narrat Vergilius primò Aeneidos, Troianos cum appellerent Carthaginem, se, suasque arumnas & varios casus, & Græcorum victorias vidisse in parietibus depictas. *Et saturata est anima eius ab illis.* Hierosolyma cum prius Babylonios vnicè dilexisset, postea fuit ab illorum amicitia diuisa: & omnem fœderis memoriam perpetua discordia delendam cœsit. Hinc colliges inter impios & flagitiosos homines amicitiam esse diu nō posse: cum enim ea utilitas aut voluptas inter eos

4. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

Ierem. 3.

4. Reg. 16.

21.

1. Reg. 17.

cōglutinet, ea cōmutata illā dissoluit. Vt flos solstitialis herbæ illius, quā ephemerā appellant, quo diē oritur, marcescit, & evanescit, & vrente sole penitus confumitur, ita multorū amicitia fluxa est, & adueniēte quacūque molestia statim arefcit, & omnino amittitur. Id quod Aristoteles etiā de ephemero animalculo prope Hypanim fluvijū narrat: cuius vitā spatij non excedit vnus diei. Quē admodū colūmbæ in domū dealbatam se vitro conferūt, & cādida tecta frequērant, terra autē domicilia cōtemnūt, sic infidi amici eorū amicitiam cōciliant, quorum opibus rebusque prosperis iuuentur, inopes & abiectos pro nihilo ducunt. Sed cū molestia aliqua eorū fallit opinionē, amicitiam etiam diuitū confestim abscindūt. De amico fideli ait Salomō in Prouerbijs: Omni tēpore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs cōprobat. De infidis autem ait: Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autē & hi, quos habuit, separātur. Est igitur perspicuū inter sceleratos nō permanere diu amicitia. Sed quid dico? Imō nullo modo inter nefarios homines amicitia potest vnquam esse: si de verā amicitia loquamur. Nā virtus amicitia gignit & cōtinet: quā sine virtute, quā cōglutinatūr, nullo pacto posse esse existimo. Ea est diuinarū humanarūque rerū cum beneuolentia & charitate consensus. Hanc viri sapientes in experendis ducūt, asserētēs nullā possessionem, nullam vim auri & argenti esse pluris æstimandam. Ideo ait Ecclesiasticus: Beatus, qui inuenit amicum verum.

Et recessit anima mea ab ea. Verba sunt dei dicentis se à Hierosolyma recessisse, vt iā à Samaria recesserat. Prius euerfa fuit Samaria ab Assyrijs, & postea Hierosolyma à Babylonijs. Et quoniā hoc fuit ob Iudæorum scelera, ait deus recessisse animā eius à ciuitate illa ingrata. Eodem modo per Ieremiam, Non est, inquit, anima mea ad populum istum:

Ac si diceret: Quoniam Iudæi recesserunt à me, & dijs falsis adhæserunt, recessit ab illis dilectio mea.

Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti: & insaniuit libidine super concubitus eorum, quorū carnes sunt vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum fluxus eorum. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & cōfractæ sūt mamme pubertatis tuæ. Propterea Oholiba, hæc dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus scilicet facta est anima tua, & cōgregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonijs, & vniuersos Chaldaos, nobiles, tyranosque, & principes omnes, filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos, principes principū, & nominatos ascensores equorū. Et veniēt super te instructi curru, & rota, & multitudo populorū: lorica, & clypeo, & galea armabuntur cōtra te vndiq;: & dabo coram eis iudiciū: & iudicabūt te iudicijs suis. Et ponam zelū meū in te, quē exercēt tecū in furore: nasum tuū, & aures tuas præcidēt: & quæ remanserit, gladio cōcidēt. Ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimū tuū deuorabitur igne. Et denudabūt te vestimētis tuis, & tollēt vasa gloriæ tuæ. Et requiescere faciam scelus

scelus tuū de te, & fornicationem tuā de terra Ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti nō recordaberis amplius. Quia hæc dicit dñs deus: Ecce ego tradam te in manus eorū, quos odisti, in manus de quibus latata est anima tua: & agēt tecū in odio, & tollēt omnes labores tuos, & dimittēt te nudā, & ignominia plenam: & reuelabitur ignominia fornicationū tuarū, scelus tuū, & fornicationes tuæ. Fecerūt hæc tibi, quia fornicata es post Gētes, inter quas polluta es in idolis earū. In via sororis tuæ ambulasti: & dabo calicē eius in manu tua. Hæc dicit dñs deus: Calicē sororis tuæ bibes profundū & latū: eris in derisum & in subsānationē, quæ est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illū, & epotabis vsque ad faces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego locutus sum, ait dominus deus. Propterea hæc dicit dñs deus. Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas.

Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ. Idest, auxit idololatrias suas, memor tēporis adolescentiæ suæ quādo in Ægypto infinita idola colebat. Itaque dictio, recordas, refertur ad regnū Iuda. Potest ad deum referri, vt sit sensus: Cū populus Hierosolymæ in dies se ingurgitaret in vitia, & impia coleret idola, ea que cotidie multiplicaret, meminit deus eius tēporis, quo populus

ille in Ægypto vana simulachra adorabat. Deus videtur obliuisci flagitiorum nostrorū, cū ea nō punit: cū autē nos calamitatibus exercet, videtur meminisse.

Insaniuit libidine. Idest adamauit Ægyptios omni superstitionū generi deditos. Vult significare Ægyptiorū idololatriā summā fuisse, eiusque insatiabile Iudæorū desiderij, sub libidinosorū persona.

Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te. Prædicat Hierosolymæ euerfionē per Chaldaos, quos ipsa fuerat amore profecuta, & quorū superstitiones elegerat. Hierosolyma post habito dei amore dilexit Babylonijs, a quibus postea fuit distracta & seiuncta, & tandē de uicta, & penitus deleta. Aequum est, vt ea, quæ deo relicto summē diligimus, pñiciē nobis moliarur. Vide quid inter se differat amor dei, & amor mūdi, de quo ait diuus Iacobus apostolus: amicitia huius mūdi inimica est deo: quicūque voluerit esse amicus seculi huius, inimicus dei cōstituitur. Amor dei confert in nos vitā, amor mūdi mortem. Ideo dicebat deus in Deuteronomio: Elige vitā, vt & tu viuas, & semē tuū, & diligas dominū deum tuū, vt que obedias voci illius, & illi adhæreas: ipse enim est vita tua, qui deū toto animo diligūt, eūque summo amore profequuntur, immortalē vitæ coronā obtinebūt, de qua ait apostolus Iacobus: Accipiet coronā vitæ, quā repromisit deus diligētibus se. Qui verò mūdū deo pro nihilo habito amplectitur, in eternas pœnas mittētur. Ideo ait diuus Ioānes: Nolite diligere mūdum, nec ea, quæ in mūdo sunt. Si quis diligit mūdū, non est charitas patris in eo. Et diuus Paulus: Scimus quoniā diligentibus deū, omnia cooperātur in bonū. In Deuteronomio dicebat deus: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et in euangelio ait Christus hoc esse maximū & primū mandatū. Cur eum non amabimus, qui nos amat, qui de se-

Luc. 10. ipso ait: Ego diligētes me diligo: & qui
Prover. 8. manē vigilant ad me, inuenient me. Et
Ierem. 31. rursum: In charitate perpetua dilexi te,
 ideo adtraxi te miserans. De quo ait di-
Apocal. 1. uus Ioannes: Dilexit nos, & lauit nos à
 peccatis nostris in sanguine suo? Eū de-
Prover. 14. bemus diligere non ex parte cordis, sed
 ex toto corde, Ipse enim ait: Præbe mi-
 hi fili mi cor tuum. Totum cor nostrū
 postulat à nobis. Non vult vt cū eius a-
 more mundi amorē copalemus: amor
 enim euerit amorem, corporalis spiri-
 tualem, terrenus cœlestem. Filij Aaro-
Leui. 10. nis quoniam in thuribus ignē alienum
 posuerunt, fuerūt igne cōbusti. Ignis a-
Simile. lienus in thuribulo, est amor mundi in
 corde. Si aues quērunt aērē, pisces aquā,
 ignis terrē ignem elemētarem, cuius lo-
 cus est spatium inter conuexum aëris &
 concauum lunę, si omnia deniq; quērūt
 suum locum & centrum, & illuc tēdūt,
 quare nos non quæremus deum, qui est
 quies nostra, nostrum centrum, & sum-
 mum bonū? Si flumina magno impetu
Eccle. 1. tendunt in mare, quia, vt ait Salomon,
 exeunt è mari, cur nos non amabimus,
 non aspirabimus, non tēdemus omni co-
 natu amoris in deum, in illud immēsum
 mare bonitatis diuinę, vnde pcedimus:
Genes. 1. ipse enim nos creauit ad imaginē & simi-
 litudinē suam? Si tenemur præcepta dei
 seruare, quanto magis hoc, quod est ma-
 ximum & primū, quod est præceptum
 charitatis, quæ tenet inter omnes virtu-
 tes principatum, cuius obiectū est deus,
 omnium obiectorum excellentissimū?
 Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad
 indagādum canis, sic, imò multò magis
 ad amandum deum natus est homo. Est
 enim deus excellens illud præstantissi-
 mæ bonitatis numen, summum & sem-
 piternum, perennis vitæ fons, vniuersi
 cōditor & opifex, qui cū sapiētix suæ
 opes hominibus cōmunicare decreuis-
 set, eos creauit immortalī anima illustra-
 tos, vt eum ipsum diligerēt, eum cōtem-
 plarentur, eius amore flagrarēt, quo vita

beatissima æuo sempiterno fruere-
 tur. Hic igitur est ad æternā beatitudinem
 certissimus aditus, si deū ardēter amaue-
 rimus, si id effecerimus, cuius causa nos
 deū sui sanctissimi numinis similes crea-
 uit, & naturam rationis participem im-
 pertiuit. At si eo cōtempto Babylonem
 vnicē dilexerimus, si mūdi amore incē-
 si ad inania & caduca aspirauerimus, ea
 ipsa, in quibus quietem & vitam inueni-
 re putabimus, perturbacionem nobis &
 interitum cōflabunt. Quemadmodum
 dei amor sedat effrenatas appetitiones,
 easque coerces, & efficit vt obtemperēt
 rationi, conseruatque recta animi iudi-
 cia, ita huic aduersarius mūdi amor, om-
 nem animi statum exagitat, incendit, &
 perturbat. Et mūdus ipse amatores suos
 dilacerat, exulcerat, affligit. Intuere Iu-
 dæos illos Hierosolymæ habitatores, eo-
 rūq; statū alta mente repete, & id, quod
 dico, in illis expletū apertissimē cogno-
 sces. Arserunt amore erga Babylonios,
 & contra dei præceptum impias eorum
 superstitiones susceperunt: dilexerunt
 eorum diuitias, contulerunt se ad eorū
 amicitia: & ipsi Babylonij eos vndique
 oppugnarunt, & ad interitum crudelis-
 simum vocauerunt. Ideo alloquens hoc
 loco deus Iudeorū populū ait: Ecce ego
 suscitabo omnes amatores tuos cōtra te.

Et dabo coram eis iudicium. Id est, permit-
 tam eis potestatem te suis legibus iudi-
 candi, faciā eos ministros iustitiæ meæ.

Et indicabunt te iudiciis suis. Explanatio
 est superioris.

*Et ponam Zelum meum in te, quem exercent
 tecum furore.* Hoc est, ostendam contra te
 iram meam, quam Chaldæi exercebūt,
 te grauitè punientes. Accipitur zelus
 aliquādo pro amore, vt in libro Nume-
 rorum: Zelo meo commotus est. Et ter- *Num. 25.*
 tio libro Regum dicebat Elias. Zelo ze *3. Reg. 19.*
 latus sum p domino. Quasi diceret: Ar-
 dente amore erga deum flagro: crucior
 ob dei amorem, quod videā multos ab
 eo deficere. Eodē modo Christus apud *Psal. 64.*
 psalmo.

psalmographū: Zelus domustuæ come-
 dit me. Id enim expletū in Christo fuis-
 se, diuus Ioānes testatur. Aliquādo ve-
 rò accipit zelus pro ira & furore, vt apud
Ioan. 2. Esaiam: Sicut vir præliator suscitabit ze-
Isa. 42. lum. Et apud Sophoniam: In igne enim
Sopho. 1. zeli deuorabitur omnis terra. Et apud
1. Corin. 3. diuum Paulum: Cū sit inter vos zelus
 & contentio, nonne carnales estis? Et
 hoc loco apud Ezechielem.

Nasum tuum, & aures tuas præcident. De-
 formabunt te, & mēbra tua mutilabunt.
 Poteris per nasum, qui eminent in facie,
 & mediū obtinet locum, regē intellige
 re: per aures verò, quibus discitur scien-
 tia, sacerdotes, de quibus ait Aggeus pro-
 pheta: Interroga sacerdotes legē. Et Ma-
Agg. 2. lachias: Labia sacerdotis custodiūt sci-
Malach. 2. riā, & legē requirēt ex ore eorū. Et noster
sup. 7. Ezechiel: Non peribit lex à sacerdote.

Et notissimum tuum deuorabitur igne. Id est,
 & templum tuum, quod eueris alijs edi-
 ficijs integrum remanebit, tandem ruet,
 & incendio flagrabit.

Et tollent vasa gloriæ tuæ. Hoc est, vasa tē-
 pli. Vel loquitur de monilibus, & vesti-
 bus pretiosis Iudæorum.

Et requiescere faciam scelustuum de re. Tā
 acerbis calamitatibus te opprimam, vt
 nulla tibi idola colendi detur facultas.
 Ideo te ærūnis lacerabo, vt impios Gen-
 tium ritus detesteris, & ad me ipsum cō-
 uertaris. Vide afflictionis vtilitatē. Ideo
 aiebat regius ac diuinus vates: Imple
Psal. 82. facies eorum ignominia, & quærent no-
 mē tuum domine. Ac si diceret: Permit-
 te domine eos in ærumnas incidere, &
 percipere luctus: afflige eos, & preme
 dolore, vt potentiam tuam sentientes di-
 uinum numen tuū venerentur, nomen-
 que tuum quærant, vt illud perpetua me-
 moria & obseruanria colant.

De terra Aegypti. Id est, quam didicisti
 in Aegypto.

In via fororistue ambulasti. Id est, secuta
 es à Hierosolyma flagitia Samarię: tur-
 pem eius viuēdi rationē amplexata es.

Dabo calicem eius in manu tua. Hoc est,
 eius calamitates subibis, cuius flagitia
 imitata es. Puniā te eadem pœna, qua
 puniui Samariam, quia eam imitata in
 eadem vitia te ingurgitasti. Versabimini
 à Hierosolymę cultores in eadem ca-
 lamitate cum decem tribubus. Illæ fue-
 runt captæ, vos etiam capiemini, sed de-
 cem tribus ab Assyrijs, vos à Babylo-
 nijs. Bibere calicem, est calamitatem su-
 stinere: perspicuū est enim in literis di-
 uinis nomine calicis afflictionem signi-
 ficari. Ita in psalmo: Pluet super pecca- *Psal. 10.*
 tores laqueos: ignis, & sulphur, & spiri-
 tus procellarū. Et subdit: Pars calicis eo-
 rum. Ac si dicat: Hæc erit eorum calami-
 tas: hæc erit portio, quæ in eos confere-
 tur. Metaphora est sumpta à vetere con-
 uuiorum consuetudine, vbi præses sym-
 posij cuiq; suam portionem vini in cali-
 ce impartiebat. Sed auerte obsecro, &
 impiorum supplicia alta mente perpen-
 de. Dicens: pluet, significat pœnarū mul-
 titudinem: Dicens: laqueos, ostēdit nul-
 lam esse spem declinandi supplicia, quæ
 à deo exhibentur: contra deū enim non
 est spes. Nominans ignē, sulphur, & ven-
 tum procellarum, terribilem supplicio-
 rum magnitudinem & acerbicatem de-
 clarat. Et in alio psalmo: Calix, inquit, *Psal. 74.*
 in manu domini, vini meri plenus mi-
 sto. Et inclinabit ex hoc in illud: verun-
 tamen fæx eius non est exinanita: bibēt
 omnes peccatores terræ. Ac si dicat: Ha-
 bet deus in manu sua iustæ vltionis di-
 spensationē, quam improbis propinat.
 Vinum huius calicis ira dei est: quod vi-
 num dicitur merū absq; mistione aque:
 & nihilominus dicitur mistum, hoc est
 turbulentum & fæcis plenum, ad atroci-
 tatem & amaritudinem pœnarū signi-
 ficandam. Ex hoc calice potum propi-
 nat deus omnibus impijs, quos simul dā-
 nat iudicio: ideo calicem hūc ex impio
 inclinat in impium: sed fæx eius semper
 durat, cū ex eo bibant omnes peccato-
 res. Volens Esaias acerbissimas Israeli- *Isa. 51.*

tici populi calamitates exprimere ait: Consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius: vsq; ad fundū calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad fæces. Primoribus labijs hunc calicē gustare est pœnam leuem suscipere: illū autem vsq; ad fundum, & fæces potare, est pœnas luere grauissimas, summisq; dolorib⁹ cruciari. Ieremias inducit deū sibi in hunc modum loquentē: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gentibus, ad quas ego mittā te. Et in Threnis alloquens Idumæam, Ad te quoque, inquit, perueniet calix. Diuus Ioannes in Apocalypsi de pœnis loquens, quas nefarius luet, has voces emisit: Hic bibit de vino iræ dei, quod mistum est mero, in calice iræ ipsius. Vinum furoris domini merum appellat, hoc est forte absq; aqua, & mistum, hoc est fæculentum, & turbulentum, tropum imitans psalmographi. Ex hoc calamitatū calice bibunt nō solum impij, sed iusti, quos deus per varias ærumnarum angustias ad vitam ducit immortalem. Sed quid dico? Imò ille, qui est ipsa iustitia, ipsa bonitas, ipse Christus deus noster, afflictionis calicē bibit, vt doloribus suis animos nostros expiaret. Quā ob causam ait diuus Bernardus: Super omnia reddit te amabilē mihi domine Iesu calix, quem bibisti.

Ierem. 15. Hic est calix, de quo ipse dixit diuo Petro: Calicem, quem dedit mihi pater, nō vis, vt bibam illum? Et Iacobo ac Ioāni primatum affectantibus: Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Hic est calix boni Ioseph inuentus in sacco

Thren. 4. Benjamin, quem Ioseph incredibili cōplectebatur amore: quoniam illis, quos bonus Iesus diligit, suum afflictionis calicem propinat. Quemadmodū magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriūtur, sed in aquis amaris, sic magni viri, excellenti virtute præditi, non falsis mūdi voluptatibus oblectantur, sed amarum calamitatibus, quas propter deum tolerāter

ferunt, nutriuntur. Et veluti est gloriosum & illustre militi, arma & stigmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominum memoriæ accommodatius, quàm esse Christi armis indutum, hoc est calamitatibus affectum, & tolerantia munitum. Audi strenuum illum ac diuinum militem Paulum aientem: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imò omnes, vt verbis vtar eiusdem apostoli, qui piē volunt uere in Christo Iesu, persecutiones patientur. Si eas passus est Christus, quid mirum si illas eius membra patientur? Has calamitates, & mortem ipsam propter deum æquo animo toleratā appellat diuina scriptura calicem. Hic est calix, ad quem recipiendum ob dei gloriā paratus erat regius vates, cum ita canebat: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Explicans autē quis esset hic calix, subdit: Pretiosa in cōspectu domini mors sanctorū eius. Habet Christus calicem suum, habet etiam mundus suum: Christi calix potionem habet amaram, sed salubrem, mundi vero contrā aureus est foris, & intus voluptatis plenus, sed pestilens & mortiferū: potionem habet sensibus dulcē, sed animæ lethalem. Quemadmodum medicus amara quædam & insuauia ægrotis propinat, vt noxius corporis humor expellatur, sic deus medicus cœlestis volens sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicem, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinam salutem restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno: oblectat oculos & gustum, sed perniciem animis infert, & interitū sempiternū. Id voluit diuus Ioannes in Apocalypsi significare, cum literis mādauit, se mulierem quandam vidisse nomine Babylonem, per quam mundo intelligebat, auro ornatam & margaritis, habentem poculum aureum in manu sua plenum

plenum abominatione & immunditia. Hunc calicem derestemur, non nos decipiat exteriore auro, & gustus suauitate, quoniā intus mors est, ducens ad excidium sempiternum. Calicem domini læti accipiamus, pœnas iustas, nostris flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Hunc calamitatum & molestiarum calicem propinavit deus Hierosolymæ, vt eam a maleficijs abduceret, & ad seipsum cōuerteret, dicens hoc loco: Dabo calicē eius in manu tua. Sed considera summā dei misericordiam, qui volens Hierosolymam punire, prius ei futuram annuntiavit calamitatem, vt præmeditatio futurorum malorum leniret eorum aduentū, sunt enim omnia repentina grauiora, & prouisio ac præparatio molestias extenuant & diluunt: subita maris procella plus terret nauigātes, quàm antea prouisa: & repentinus hostiū aduentus magis sæpenuerò perturbat quàm expectatus: & omnia denique mala improuisa acerbiora videntur.

Galat. 6. *2. Tim. 3.* *Psalm. 117.* *simile.*

Calicem sororis tuæ bibes profundum & lacum. Magnitudinem pœnæ significat intensiue, & extensiue. Sequitur: Et eris in derisum & in subsannationē, quæ est capacissima. Hoc est, incidet in maximā contempcionem opprobriorum omnium capacissimam. Potest dictio, capacissima, ad pateram siue calicē referri. Quā ob causam vertit Pagninus: Magnus, vt multum capiat vini. Potest ita verti locus hic: Eris in derisum & cōtemptum, quòd hic calix multæ sit capacitatis.

Et potabis vsque ad fæces. Innuat acerbissimam calamitatem. Et quemadmodum qui totum vinum bibit, videtur quodammodo vas ipsum deglutire, sic tu totam sustinens calamitatem, videberis ipsam deuorare. Id indicans ait: Et fragmenta eius, siue testas eius deuorabis. Hoc est, eris summē afflicta.

Proiecasti me post corpus tuum. Hoc est, auertisti à me faciem tuam, & me ipsum

fugiens ad mundum confugisti. Verba sunt dei aduersus Hierosolymam. Eodem modo apud Ieremiam: *Elongauerunt se à me patres vestri, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Et paulò post: Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ non valent aquas continere. Et rursum: Verterunt ad me terga, & non facies. Id lamentabatur Esaias, *has flebiles voces emittens: Væ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienari sunt retrorsum.* Et quoniam Iudæi deum suum eiecerunt, ideo eos eiecit deus, dicens per Oseam prophetam: *Propter malitiam adinventionum eorum de domo mea eiciam eos: non addam vt diligam illos.*

Tu quoque porta scelus tuum. Hoc est, tu etiam Hierosolyma perseques pœnas tuis flagitijs debitas. Cum hoc cohæret id, quod est apud Michæam prophetā: *Iram domini portabo, quia peccaui ei:*

Et ait dominus ad me, dicens. Fili hominis nunquid iudicas Oholam, & Oholibam, & annuntias eis scelera earū? Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum: & cum idolis suis fornicatæ sunt. Insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerunt mihi: polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt. Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederetur sanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad vi-

ros venientes de longè, ad quos nū-
tium miserant: itaq; ecce venerūt:
quibus te lauisti, & circumlinisti sti-
bio oculos tuos: & ornata es mun-
do muliebri. Sedisti in lecto pul-
cherrimo: & mensa ornata est ante
te: thymiama meum, & vnguentū
meum posuisti super eum. Et vox
multitudinis exultantis erat in ea,
& in viris, qui de multitudine ho-
minū adducebantur, & veniebant
de deserto, posuerūt armillas in ma-
nibus eorum, & coronas speciosas
in capitibus eorum. Et dixi ei, quæ
attrita est in adulterijs: Nunc forni-
cabitur in fornicatione sua etiam
hæc. Et ingressi sunt ad eam quasi
ad mulierem meretricem: sic ingre-
diebantur ad Oholam, & ad Oho-
libam mulieres nefarias. Viri ergo
iusti sunt: hi iudicabūt eas iudicio
adulterarum, & iudicio effunden-
tium sanguinē: quia adulteræ sunt,
& sanguis in manibus earum: & cū
idolis suis fornicatę sunt. Hęc enim
dicit dominus deus: Adduc ad eas
multitudinem: & trade eas in tu-
multum, & in rapinam: Et lapiden-
tur lapidibus populorum, & confo-
diātur gladijs eorum: filios & filias
earum interficient, & domos earū
igne succendent. Et auferam sce-
lus de terra, & dicent omnes mulie-
res, ne faciant secundum scelus ea-
rum. Et dabunt scelus vestrum su-
per vos: & peccata idolorum ve-
strorum portabitis: & scietis, quia
ego dominus deus.

Nunquid iudicas Oholam & Oholibam? Quæ
fidicat: iudicas: tu debes iudicium suo-
rum scelerum illis nuntiare. Vel sic. Nō
ne absque singulari influ nuntiabis Iu-
dæis esse ob scelera sua iuste affligēdos?
Non proferes eorum interitus iudiciū,
nisi ego tibi hoc præcipiam?

Sanguis in manibus earum. Hoc est, inno-
centes interficiunt. Sic apud Esaiam: Ma-
nus vestræ sanguine plenæ sunt. Vel lo-
quitur de sanguine animalium, quæ Iu-
dæi idolis immolabant: nō enim solum
bruta, sed filios etiam suos in idolorum
honorem interdū trucidabant. Ita enim
ait psalmographus: Immolauerunt fi-
lios suos, & filias suas dæmonijs: & effu-
derunt sanguinem innocentem, sangui-
nem filiorum & filiarum suarum, quas
sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
Solebant Gætes sanguine humano aras
imbuere, nec solum eæ, quæ erant bar-
baræ & incultæ, sed illę etiam, quę erant
literis & doctrina perpolitæ. Nam Græ-
ci ferē omnes, priusquam bellum hosti-
bus inferrent hominum cæde templa
funestabant, & Romani interdum, etiā
si minus frequenter, dijs suis homines
immolabant, quibus diuinum numen
placari credebant. Quid dicam de na-
tione Scythica ab omni humanitatis
cultu relicta, & de alijs huiusmodi na-
tionibus ab omni doctrinæ cultu abhor-
rentibus, quæ nulla crudelitate satiaban-
tur? Dæmonum enim impulsu exagi-
tatæ Gentes illæ filios suos, quos singu-
lari amore prosequabantur, in magnis
erumnis suis iugulabant. Hęc nefariam
& funestam consuetudinem secuti sunt
Iudæi, quam ob causam eis obijcit diui-
nus vates sanguinem, in quo impij ho-
mines versabantur. Quæ de re alibi lo-
cuti sumus.

Polluerunt sanctuarium meum. Id est, con-
taminauerunt templum meum, in eo
idola collocantes. Hoc factum fuit præ-
cipuè tempore Achaz, & Manassés.

Miserunt

Miserunt ad viros venientes de longè. De-
scribit superstitionem & idolorum cul-
tum Samariæ & Hierosolymæ sub no-
mine harum duarum mulierum, tanta
libidine ardentium, vt non solum ho-
mines præsentis ad libidinem excita-
rent, sed absentes quærerent, & ad eos
etiam longè distantes nuntios mitte-
rent, vt ad eas ingrederentur. In quo-
rum aduentum se abluunt, & ornant, &
oculos stibio fucant, & lectum pulcher-
rimum parant. Denique nihil omitunt,
quo possint homines ad se turpiter alli-
cere. Exaggerat diuinus vates Iudæo-
rum idololatriam.

Thymiama meum. Præcipiebat deus in
libro Exodi vt ipsi soli efferretur thy-
miama, at Iudæi illud idolis offerebant.
Verba dei sunt hæc: Sanctum sanctorum
erit vobis thymiama. Talem composi-
tionem non faciatis in vsus vestros,
quia sanctum est domino. Erat autem
Thymiama compositio quædam, odo-
rifera, quæ in ignem coniecta suffitum
& vaporationem efficiebat suauissimi
odoris.

Et vox multitudinis exultantis erat in ea. De-
scribit hominum multitudinem, qui
congregabantur ad laudes idolorū con-
cinendas.

*Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudi-
cio adulterarum.* Hierosolymam & Sama-
riam comparat cum duabus mulieribus
nuptis, viros contemnentibus, & infini-
tis se propè adulterijs contaminantibus.
Et quoniam fuerant grauiter punite ea-
rum more, quæ adulteria & homicidia
perpetrarunt, ideo ait: viros earum iu-
stos esse, qui eas grauissimis pœnis mul-
tarant. Nominat propheta viros nume-
ro multitudinis, quoniam duarum mu-
lierum fecerat mentionem, sed vnus re-
vera erat earum vir, nimirum deus, qui
cū eas antea ardēter amaret, & incre-
dibilibus beneficijs afficeret, postea ta-
men eas magnis calamitatibus oppres-
sit, & Assyrijs ac Babylonijs capiendas

& iugulatas tradidit ob earum supersti-
tiones, & idololatrias, & cætera flagitia,
quibus pascebantur. Nec mirandum est,
si deum, quem Ezechiel vnū esse scie-
bat, numero plurali appellauerit, quo-
niam eam esse credebat trinum in per-
sonis. Tres sunt, inquit diuus Ioānes, qui
testimonium dant in cœlo: pater, ver-
bum, & spiritus sanctus: & hi tres vnū
sunt. In psalmo. 49. vbi nos habemus:
Deus deorum dominus locutus est: est
in hebraico: el elohim iehouah. diuer-
sæ verba ita possunt rectissime verti:
Deus, deus, deus, locutus est: Dicens ter,
deus, ostendit trium personarum di-
stinctionem, sed vt essentia vnitate
significaret, dixit: locutus est, non au-
tē locuti sunt. Diuus Antonius quæ-
ta parte theologali titulo decimo asse-
rit fuisse à Mercurio Trismegisto ho-
mine ethnico hæc verba literis manda-
ta. Monas genuit monadem, & in seip-
so reflectit ardorem. Hoc est, vnus ge-
nuit vnū, pater ingenuus genuit fi-
lium vnigenitum: & spiritus sanctus
procedit ab vtroque. Ardor reflexus
sue amor ille à patre & filio procedens
est absq; dubio spiritus sanctus. Fieri po-
tuit, vt ethnicus ille verba illa nō intelli-
geret, quoniam A Egypti sapientes post
quam virgæ suæ fuerunt à virga Moy-
si deuorata, in tertio signo defecerūt, hoc
est Gentium philosophi admirabile tri-
nitatis sanctissimæ mysterium ignora-
runt: quemadmodum multis verbis asse-
rit libro primo magister Sententiarum:
Nihilominus tamen id, quod Trismegi-
stus dixit, deo ita disponente, qui as-
inæ Balaam dedit loquelam, admirabi-
le trinitatis arcanum continere videtur.
Persona significat in diuinis relationē
vt rem subsistentem in natura diuina,
cū autem in diuinis sint plures rela-
tiones reales, apertè concluditur, plures
esse res subsistentes in diuina natura: &
hoc est, esse plures personas in diuinis.
Id intelligens Ezechiel, deum hoc lo-

co numero multitudinis expressit, dicens: Viri &c.

Adducas multitudine. Hoc est, vaticinare me aduersus eam magnum Chaldaeorum exercitum esse adducturum, qui eas oppugnet, & funditus euertat. Sed dices: Quomodo deus per exercitum Chaldaeorum erat euersurus decem tribus, siue Samaritam per Oholam significatam, si ea iam per Assyrios euertat. Huic objectioni respondendum est, multos ex decem tribus se fugam mandasse in vastatione Samaritae, seq; Hierosolymam contulisse: Est enim perspicuum multos confugisse ad regem Iuda, fuisseq; in Iudaea seruatos. Et ita ex omnibus tribus fuerunt Hebraei in Babyloniam adducti, & inde in Iudaeam reuocati, etiam si plures fuerint ex tribu Iuda & Benjamin. Vnde legimus in euangelio fuisse Hierosolymae Annam prophetissam filiam Phanuel de tribu Asser, cum virgo deigenitrix puerum Iesum illuc ferret, vt sisteret eum domino.

Et trades eam in tumultum & rapinam. Hoc est, vaticinaberis esse Hierosolymam magno cum tumultu vastandam, & direptioni committendam.

Et discent omnes mulieres. Et aliae nationes videtes Hierosolymam ob flagitia sua deleram, discent in virtutem incumbere, eiusq; scelera non imitari.

Et dabunt scelus vestrum super vos. Hoc est, videntes caeterae nationes aeternas vestras, eas vestris maleficijs imputabunt: vos autem luetis eorum poenas. Alloquitur diuinus vates Iudaeos, quorum luctuosissimam calamitatem lamentabatur.

Annotations ex hebraeo in caput XXIII.

Iuuenes cupidinis. In hebraico est: Iuuenes Iam chamedh: quod nomen significat

desiderium. Eam ob causam, vertit Pagninus: Iuuenes desiderabiles. Deriuatur a verbo חמד chamadh, quod significat desiderare, vt in Cantici: Sub umbra illius, quem desideraueram, sedi. Illud Genesis: Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum. potest etiam ita verti: Vestibus desiderabilibus Esau, &c. nam in hebraico est חמדה hachamudhoth, ab hoc verbo chamadh, pro quo noster interpres vertit valde bonas, & recte quidem: nam vestes illae dicuntur desiderabiles, quae valde bonae & pretiosae sunt. Illud etiam Danielis: Vir desideriorum es: poterat verti: Vir desiderabilis es. Hoc est bonus, & deo gratus. Pro quo quidam vertunt: Rerum expendarum cupidus es. Et quoniam Ezechiel hoc loco elegantem Assyriorum ornatum & decorem describit, quos Oholam & Oholiba ardentem amabant, poteris vertere: Iuuenes elegantes, seu pulchritudine ornati. Solum enim apta membrorum compositio oculos mouere & oblectare. Septuaginta habent: Iuuenes επιλεκτους hoc est selectos. Id enim dicitur selectum, quod est cum iudicio inter alia electum: quemadmodum Romani iudices selectos eos appellabant, qui erant cum delectu & magna deliberatione ex ordine equestri electi, & in honore constituti. Vnde Cicero pro Cluentio, Iurati, inquit, debent optimum quemque in selectos iudices referre.

In immunditijs eorum polluta est. Pagninus habet: In cunctis idolis eorum polluit se. Dicitio hebraica gillulim & fordes significat & idola. Septuaginta autem explicantes quid per haec idola, & per has immunditias significaretur, transfulerunt. In omnibus desiderijs suis polluta est.

Indutis veste varia. Pro veste varia est in hebraico dicitio vna nimirum מכיל micelol, quae significat vniuersitate, perfectione, & venustate, & pulchritudine.

Canti. 2.

Genes. 27.

Dani. 9.

Isal. 49.

Esa. 2.

Sensus est: Erant quidem induti omni genere pulchrarum vestium. Ita vertit hunc locum Pagninus. Potest verti. Indutis venustate & decore. Septuaginta habent: Induti speciosis. Illud psalmi: Ex Sion species decoris eius, deus manifeste veniet, potest ita transferri: Ex Sione vniuersitate decoris eius deus respiciet. Vt sit sensus: Deus ex terra Sionis, in qua est vniuersus decor, vbi receditur omnis aliarum regionum pulchritudo, lucem suam emittet, quae vniuersas orbis terrarum oras illustrabit. Id quod ita euenisse est omnibus cognitum & perspectum. Nam Christus deus noster ex Sione discipulos suos ad omnes mundi prouincias concionaturos misit, qui mortaliu animos veritatis splendore illuminarunt. Misit deus ex Sione lucem dei, & splendidissimam suae sapientiae claritatem. Ex illo enim loco egressa est euangelij praedicatione, & vt dixit Esaias: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Vocat psalmographus Sionem vniuersitatem decoris, seu perfectionem pulchritudinis, quia mentis oculis intuebatur fore, vt in ea regione crux resplenderet, euangelium inciperet, nouae legis sacramenta constituerentur, & alia multa a Christo preclare gesta micarent. Illic edita sunt signa & miracula: illic fuit Christi praedicatione, mors, reditus ad vitam, ascensus in caelum: illic inceperunt proemia & initia nostrae salutis, & nuntiata fuerunt arcana diuina, & alta redemptionis humanae mysteria.

Saturata est anima eius ab illis. Septuaginta habent: Recessit anima eius ab illis. Quos sequitur Pagninus, Brixianus, & alij. Sed eadem est sententia. Qui enim amicitiam diluit & deponit, & ab eo, quem amore comprehendebat, animum distrahit, dicitur esse satur, & fastidio plenus.

Et visus est scelus adolescentiae tuae. Pro & visitasti est in hebraico: וביקרת vaticedhi: a verbo בקר pacadh, quod significat visitare. Et hanc significationem secutus est communis interpres: & ante eum se-

ptuaginta. vt sit sensus: Iterum redijsti ad scelera, quae commiseras in Aegypto, cum adhuc esses in tenera aetate. Ad ea te flagitia retulisti, quae longo temporis intervallo intermissa reuocasti. In Genesi capite quinquagesimo, vbi nos habemus: Post mortem meam deus visitabit vos, est verbum hoc pacadh: & capite tertio Exodi, vbi nos habemus: Visitans visitaui vos. Et multis alijs locis, vbi haec retinet significationem. Significat etiam verbum hoc praeter alia recordari, & respicere. Eam ob causam Pagninus ita hunc transfert locum: Et recordatus es foeditatis adolescentiae tuae. Ideo locus ille Genesis paulo ante citatus ita poterat conuerti: Postquam excessero a vita, deus recordabitur vestri. Et illud Exodi: Respiciens respiciat vos. Id, quod est apud Zachariam: Visitauit dominus exercituum gregem suum. vertit R. David: Recordatus est dominus exercituum. Et eodem modo paraphrastes Chaldaeus. Vnde illud psalmi: Visita vineam istam, potest verti: Recordare vineam hanc. Populum Israeliticum comparat cum vinea. Qua similitudine vitur etiam Esaias capite quinto: & Christus in euangelio. Similiter illud psalmi: Quid est homo, quod memores eius, aut filius hominis, quia visitas eum? potest in hunc modum transferri: Quid est homo, quod memor sis eius, aut filius hominis, quod illum intuearis? Ac si dicat diuinus vates: Consideranti mihi domine, & incredibilem tuam erga nos beneficentiam memoria repetenti illud mirabile in primis videtur, quod hominem memoria teneas, & in illum oculos tui fauoris conijcias. Cum enim sis omnium rerum dominus & effector, libertatis nostrae causa suscepturus es formam serui, & vt nobis immortalitatem largiaris, nostram mortalitatem es induturus. Quare tanti beneficij admirabilitate stupefactus exclamo: Quid est homo, quod eius a te non excidat memoria, aut filius hominis, quod eum tam admirabili benignitate prosequaris?

Genes. 50.

Exod. 3.

Zach. 10.

Isal. 97.

Esa. 5.

Matth. 27.

Mar. 12.

Luc. 20.

Isal. 8.

Argumentum capitis.
XXIII.

Nomine olla liquefacta significatur Hierosolyma incendium. Explicatur parabola de vxore Ezechielis, quæ excesserat à vi-
ta. Ostenduntur Iudæorū scelera, propter quæ pœnas debitas persoluerunt.

Caput. XXIII.

A T factum est verbum dñi ad me, in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens: Fili hominis scribe tibi nomē diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersus Ierusalem hodie. Et dices per prouerbium ad domum irritatricē parabolā: & loquēris ad eos: Hæc dicit dñs deus: Pone ollā, pone inquā, & mitte in eam aquā: congere frustra eius in eā omnē partem bonā, & femur & armū, electa, & ossibus plena. Pinguissimū pecus assume: compone quoq; strues ossiū sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dñs deus. Væ ciuitati sanguinū, ollæ, cuius rubigo in ea est: & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eijsce eā: nō cecidit super eam fors: sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimā petrā effudit illū: non effudit illū super terrā, vt possit operiri puluere. Vt superinducerem indignationē meā, & vindicta vlcisce-

rer, dedi sanguinē eius super petrā limpidissimam, ne operirerur. Propterea hæc dicit dñs deus: Væ ciuitati sanguinū, cuius ego grandē faciā pyrā. Cōgere ossa, quæ igne succendā: cōsumētur carnes, & coquetur vniuersa cōpositio, & ossa tabescēt.

EXPLANATIO.

ET factum est verbum domini ad me in anno nono. Quando Ezechiel hæc literis mādauit, erat in Babylonia cum Iudæis, qui cum Iechonia illuc transmigrauerant. Cū autē Sedechias defecisset à Nabuchodonosore, qui eū in regia dignitate cōstituerat, parauit ipse Nabuchodonosor exercitū aduersus illum: & obsedit Hierosolymā, eamq; euertit, & incēdio cōsumpsit. Hoc Hierosolymæ excidiū ostendit nūc Ezechiel sub ollæ liquefactæ metaphora. Et describit ac designat diē, quo Hierosolyma obsessā fuit, cū ipse tūc in Chaldæa habitaret: vt Iudæi, qui cum eo erāt, & alij intelligerent eū esse verū prophetā, qui in Chaldæa existens ea, quæ Hierosolymæ fiebant, mētis oculis intuebatur. Diuini vates nō solum de futuris vaticinātur, sed etiam de præteritis, quæ admodū Moyses, qui mūdi constitutionē descripsit. Et de præsentibus, quemadmodū hoc loco Ezechiel, qui ea, quæ alio loco longo interuallo distante fiebāt, apertè ostendebat, & diē designabat, dicens: Scitote, hodie obsessam esse Hierosolymā. At propriè vaticinatio est futurorum prædictio.

In anno nono. Subaudi, trāsmigrationis Iechonię, qui alio nomine appellabatur Ioachin, qui fuit annus etiā nonus regni Sedechię eius successoris. Narrat diuina scriptura libro. 4. Regū, & capite trigesimo nono Ieremię fuisse Hierosolymā obsessā à Babylonijs anno nono regis Sedechię, mēse decimo, qui fuit nonus à trāsmigratiōe, vt ait hoc loco Ezechiel, &

& durasse obsidionem vsq; ad annū vndecimū, quo ciuitas fuit funditus delata.

Scribe tibi nomen diei huius. Vt hæc tua enuntiatio sit perpetuis monumentis cōsignata. Non solum Ezechiel diem obsidionis designauit, sed quotus esset, literis ac memoriæ prodidit.

In qua confirmatus est rex Babylonis. Hoc est, quo die se Nabuchodonosor aduersus Hierosolymam roborauit, eaq; cœpit obsidere. Pagninus habet: In qua appropinquauit rex Babel aduersus Ierusalem ipsomet die.

Ad domum irritatricem. Hoc est, ad Iudæorum populum, qui ob scelera sua misericordem deum ad iram prouocauit.

Pone ollam. Nimirum vt poni solet ad ignē, vt in ea carnes excoquantur. Appellatur Hierosolyma olla, quia in eam cōuenerunt Iudæi omnes, qui erant per Iudæā dispersi, vt in ea se possent à Babylonijs protegere. Vel quia in illa deo ita disponente fuerunt calamitatum igne instar carniū concocti, & diluti.

Emitte in eam aquam. Per hanc aquam, quā Ezechiel fudit in ollā illā, intelligebatur Babyloniōrū exercitus, qui Hierosolymam obsidebat. Prædicens Esaias aduentū Assyriōrū in Iudæā, qui eā præter Hierosolymam vastarūt, has voces emisit: Dñs adducet super eos aquas fluminis, fortes, & multas. Explicans autē quid aquarum nomine intelligeret, ait: Regem Assyriōrū, &c. Vbi aspicias per aquas intelligi populos, iuxta id, quod ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Aquæ, quas vidisti, populi sunt: & ex consequēti hanc aquā, de qua hinc loquitur propheta, esse Babyloniōrū populum Hierosolymæ bellum inferentē. Poteris nomine aque calamitatē, & pericula, & res aduersas intelligere: id enim sæpe in literis diuinis per aquas significatur. Id volēs innuere regius vates aiebat: Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Ac si diceret: Cū ego essem maximè afflictus, vndiq; oppu-

gnatus, & in summū capitis periculū falsis criminibus adductus, misit deus manū suā de cælo, & ex profundis aerūnarū gurgitibus, quæ me propè obruerant, extraxit. Et alio in psalmo: Saluū me fac deus, quoniā intrauerunt aquæ vsq; ad animam meā. Et paulò post: Libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarū: Nō me demergat tēpeestas aque, nec absorbeat me profundū. Et in alio: Cū iraceretur furor eorū nimis, forsitan aqua absorbuisset nos. Torētē pertrāsuit anima nostrā, forsitan pertrāsisset anima nostra aquam intolerabilē. Hæc sunt aquæ, de quibus in Canticis: Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatem. His aquis fuerunt Gedeonis milites explorati. Et quoniam has calamitatum & tentationū aquas non possumus absq; diuino auxilio firmiter transire, & securè penetrare, ait diuina scriptura Iacobū patriarcham Iordanis aquas baculo trāsisse, cū molestijs angeretur, per quē baculum crux Christi significatur, in quo innixi poterimus ab afflictionū pelago liberari. Hic est baculus ille, quo amaræ aquæ Mara sunt in dulcedinē cōuersæ. Elisæus absq; pallio Elię Iordanis aquas nō trāsiiuit: quia absq; Christi fauore nemo potest à tētationū & molestiarum fluctibus eripi, & profundas ac inuidantes calamitatum aquas constanter penetrare. Id intelligens Ieremias, aiebat in suis lamentis: Inundauerunt aquæ super caput meū: Dixi, perij: inuocaui nomen tuū domine de lacis nouissimis, vocem meā audisti. Lacus nouissimos appellat altissimos dolorū gurgites, quib⁹ erat penitus obruendus, nisi eum dominus liberaret. Has aquas significauit hoc loco Ezechiel esse in ollam Hierosolymæ mittēdas. Hanc ollā collocauit Ezechiel inter ossa, quæ erant loco lignorū: fecitq; ea, quæ sunt huic capiti mandata, vt per ea Hierosolymæ obsidionem & calamitatem, & luctuosum denique excidium significaret.

Congere frustra eius in eam. Hoc est, mitte Iudæorum partes & frequentiam in illam. Maiora frustra erant Iudæi nobiles, illustri aliqua laude celebrati, minora verò erant ij, qui in silentio iacebant, obscuro loco nati, in nulla dignitate cõstituti. Carnes positæ in olla erant indifferentes Iudæi, vrbis mœnibus septi, vndique oppugnati.

Omniem partem bonam, femur & armum. Per femur, quod dicitur à ferèdo, quòd femora totum corpus ferant, & præcipuè sustineant, intelligitur rex, qui debet totius regni corpus & pondus sustinere. Quam ob causam appellatur græcè Basileus: basis sedes & fundamētum est, laos populus: quasi rex populum sustentet: quantò enim sublimius rex iustus & clemens collocatus est, tantò amplius laborum pondere grauatur. Illud psalmi, quod nos iuxta septuaginta translationem habemus: Quoniam quæ tu perfecisti, destruxerunt: potest verti ex hebræo: Quoniam fundamenta euertunt. Vbi per fundamenta pij principes, & iustitia præstantes intelliguntur.

Quamquam R. Selomoh doctus inter Iudæos intelligat sacerdotes deo seruiantes, quos ait esse mundi fundamenta, pondus omne sustinentia. Nec mirandum accidat alicui, esse reges femora, & bases, ac fundamenta appellatos, cum eos diuina scriptura clypeos appellet, quòd in se ictus pro subditorum salute recipiant, eorumque virtuti & tutelæ sit regnum commendatum. Deplorās David luctuosum Hebræorum interitum in montibus Gelboe, has lamentabiles voces emisit: Ibi abiectus est clypeus fortium: intelligens per clypeum regem Saulem. Id quod est apud Osæam: Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius: potest verti ex hebræo: Dilexerunt inferre alijs ignominiam clypei eius. Vt sit sensus: Principes Israelis, qui scuta sunt populi, non solum illum non tuebantur, sed etiam

opprobrijs afficiebāt. Nomen enim magen, quod est in hebraico, clypeum significat, vt in libro Iudicum: Clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israel. Illud etiam psalmi: Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt: transferri potest: Quoniã principes, qui sunt clypei terræ, vehementer erecti sunt. Vel, vt vertit diuus Hieronymus, Dij scuta terræ vehementer eleuati sunt. Quibus verbis significat diuinus ac regius vates fore, vt principes & reges essent veram dignitatem & amplitudinem cõsecuturi, quoniam erant in Christo congregandi, qui est verus ille deus, quem coluit Abraham: qui exultauit, vt videret diem eius: vidit, & gauisus est. Aspicias igitur reges clypeos appellari: quibus illud potest accommodari, quod est primo Machabæorum libro mandatum: Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis. Debet enim virtutum splendor in magnatibus micare, vt vita, doctrina, & exemplo montes terræ illustrent, hoc est subditos terram colentes excitent ad cœlestia contemplanda, & ad desiderium æternas beatorum sedes possidendi. Rex igitur, qui basis populi, & fundamentum, & scutum vocatur, per femur hoc loco intelligitur. Per armum autem, hoc est per humerum, intelliguntur nobiles & magnates. Per electa ossibus plena viri fortes & robusti. Per pecus pinguisimum diuites, & opibus affluentes. Omnes hi erant in olla, hoc est in vrbe concludendi, & calamitatum igne diluendi, atque summo dolore lacerandi.

Compone quoque strues ossium sub ea. Hoc est, loco lignorum pones sub olla magnam ossium multitudinē, quæ incensa efficiet, vt carnes intra ollam concoquantur. Per hæc ossa intelliguntur cedes innocentium, quos immanes Iudæi cruciatibus affectos ad interitum vocauerāt. Quod fuit in causa, vt Hierosolyma. noie ollæ significata, ærum

strumiarum igne torqueretur. Fortasse per hæc ossa incensa, quæ non facile ab igne consumuntur, voluit propheta significare, esse obsidionem Hierosolymæ longo tempore duraturam. Permāsit enim ab anno nono vsq; ad vndecimum principatus Sedechie, sunt qui existimant hæc ossa non esse extra ollam struenda, ignorum loco, sed intra ollam: vt sit sensus: Pones in fundo ollæ ossa, & partes duriores, quæ alias sustentent. Ac si diceret deus: Ita erunt dispositi habitatores Hierosolymæ, vt fortiores sint fragilibus fulcimentum. Et effervuit coctio eius. Præteritum pro futuro. Sensus est: Effervescat olla vehementer, & ebulliat: tam concitata sit coctio, vt non solum carnes, sed etiã dura ossa concoquantur. Tantus enim erit calamitatis ignis, vt non solum debiles & imbecilli, sed fortes & robusti sint acerbissimis doloribus pressi, summisque eranis exagitati: quã ob causam effervescet extra ollam exhibit. Nam multi fracto muro se in fugam contulerunt: vt est quarto libro Regum memoriam proditum: sed fuerunt capti a Babylonijs, varijsque poenis cruciati. Ieremias etiã per olla succendam significauit succendendam esse Hierosolymam, & igne per Babylonijs comburendam. Quã ob causam ait se faciem illius ollæ bullientis à facie aquilonis vidisse.

Va civitati sanguinum. Explicat quodam modo parabolam. Olla est Hierosolyma, aqua Babyloniõrum obsidio, ignis calamitas, carnes & ossa intra ollam Iudæi tan nobiles, quam obscuro loco nati, ossa incensa cedes innocentium, ob quas Hierosolyma, hoc loco civitas sanguinum vocatur. Eã ob causam illa alloquens Christus aiebat: Ierusalè Ierusalè, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Hoc significauit etiã in parabola de vinea agricolis locata, qui seruos dñi occiderunt, varijsque modis vulnerauerunt. Solent diuini vates vrbes in quibus cedes innocentibus inferantur, sanguinum civitates appellare: vt hoc loco Ezechiel, &

paulò post hoc eodem capite: & Nahum. 3. capite. & Habacuch. 2. Cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiit de ea. Hæc olla ænea plena est rubigine: nam nec aqua nec ignis eam purgant. Significat Hierosolyma malitiam & obstinationem, in qua etiã afflictæ permāsit. Ille dicitur rubigine affectus, qui est peccato cõtaminatus. Quemadmodum gladius rubigine inquinatus ablititur cinere & oleo, sic anima sordibus peccatorum polluta mudatur cinere, hæc est memoria mortis, & poenitentia, atque oleo misericordiae & elemosynarum. Et ita remanet anima perpolitã, & splendida. Quemadmodum sunt nonnulli, qui cõprimũ vident gladium rubigine aliqua affectum, illum statim exacuunt & perpoliunt, alij semel in anno, alij nunquam, nisi sint in extrema necessitate constituti, & tunc accidunt sæpe, vt non possint gladium è vagina educere, ex quo efficitur, vt ensis cū vaginam sterquilinum mittatur, sic sunt nonnulli, qui cum animam intelligunt esse crimine aliquo contaminatam, confestim se cõferunt ad expolitorem, vt eam excolat & perpurgent, hoc est ad confessarium, ad sanctum poenitentiae sacramentum, ubi anima expietur & perpoliatur. Preclare illi quidem, qui illico ad confessionis lauacrum confugiunt. Alij semel in anno minus pij, Christiani tamen. Alij nunquam, nisi fortè cū iam habent mortem visceribus conceptam, tunc enim magis metu commoti quam Christiana pietate confessionem petunt, sed accidunt plerumque, vt non possint de peccatis confiteri: tanta enim rubigine cõtaminatus est gladius, vt non possit educi è vagina, & ostendi sacerdoti, & ita absque contritione, absque confessione, absque satisfactione, absque ecclesie sancte sacramentis discedit è vita, & in sterquilinum poenarum eternarum projicitur, quoniam migrat sceleribus polluta, à qui

4. Reg. VI.

Ioan. 8.

1. Mach. 6.

4. Reg. VI. Jerem. 1.

Mat. 23.

Lucæ. 13.

Mat. 21.

a quibus senſu abluit. Lauamini, inquit
 Eſa. 1. Eſaias, mundi eſtote: auferte malum
 cogitationum veſtrarum. Et diuus Pau-
 Ephe. 4. lus in epiſtola ad Ephesios: Renouami-
 ni ſpiritus mentis veſtræ. Et in ſecunda
 2. Corin. 7. ad Corinthios: Mudeſmus nos ab omni
 inquinamento carnis & ſpiritus.
 Per partes & per partes ſuas eijce eam. Id eſt,
 oſtende eſſe carniſus partes, que ſunt in
 oſſibus extra eam eijciendas abſq; discrimi-
 ne. Hoc eſt, annuntia occidendos eſſe
 habitatores Hieroſolymæ, & extra mu-
 ros ſine deſpectu proijciendos: non enim
 cadet ſuper eorum cadauera forſis: ſed ab-
 ſque ordine & conſideratione dignita-
 tis eijciuntur extra urbem. Hoc ideo ait,
 quia in obſidione illa factæ ſunt magnæ
 cedes & immanitates à Babylonijs: &
 intra urbem ex Hebræis multi perierunt
 fame, multi peſte, multi gladio: & eo-
 rum cadauera ob nimium foetorem ex-
 tra urbem per muros proijciabantur.
 Similis erit in medio eius eſt. Senſus
 eſt. His calamitatibus opprimitur Hie-
 roſolyma, quia plena eſt ſanguine pro-
 phetarum, & aliorum virorum pieta-
 te præſtantium, quos ad interitum pu-
 blicè vocauit. Ideo ſubdit: Super limpi-
 diſſimam portam effudit illum. Aſſi-
 ceret. Non effudit ſanguinem in locum
 occultum, ſed ſuper lapidem purum &
 luculentum, ut ab omnibus videretur. Ex-
 plicat publicam Iudeorum immanitate.
 Dedit ſanguinem eius. Quoniam ipſa pu-
 blicè aliorum ſanguine ſandeſcit, ideo
 ego perimam, ut Babylonij eius ſan-
 guinem publicè etiam fundant. Aegy-
 tioproſtrabant filios Hebræorum aquis
 fluminis, & poſtea aquæ illæ verſæ ſunt
 in ſanguinem: & bibebant Aegyptij ſan-
 guinem, qui videbatur eſſe eorum inſan-
 tum innocentiſimum, quos illi in flumine
 ſuffocauerat. Sed quid dico? Imò idem
 Aegyptij fuerunt maris rubri aquis ob-
 ruti, & in profundum demerſi. Aquis
 peccarunt, aquis penas ſuorum ſcele-
 rum lucent.

Exo. 1.
 Exo. 7.
 Exo. 14.
 Sap. 18.

Cuius ego grandem faciam pyram. Hoc eſt,
 quam ego magno incendio coſumam.
 Et eius habitatores concoquentur. Indi-
 cat acerbiffimas Iudeorum erumnas.
 Oſſa rabeſcent. Viri fortitudine pollen-
 tes labefactabuntur, & timore hoſtium
 penitus rabeſcent. Babylonij feri & im-
 manes furore incitati ad Hebræorum
 cædem rapiabantur.
 Pone quoque eam ſuper prunas
 vacuum, ut incaleſcat, & liqueſcat
 eſ eius: & conſletur in medio eius
 inquinamentum eius, & conſu-
 matur rubigo eius. Multo labore
 ſudatum eſt: & non exiuit de ea ni-
 mia rubigo eius, nec per ignem. Im-
 munditia tua execrabilis, quia mû-
 dare te volui, & non es mundata à
 ſordibus tuis. Sed nec mundaberis
 prius, donec quietſcere faciam indi-
 gnationem meam in te. Ego domi-
 nus locutus ſum. Veniet, & faciã,
 non tranſeam, nec parcã, nec plã-
 cabor. Iuxta vias tuas, & iuxta ad-
 inuentiones tuas iudicabo te, dicit
 dominus. Et factum eſt verbum
 domini ad me, dicens: Fili hominis
 ecce ego tollo à te deſiderabile ocu-
 lorum tuorum in plaga: & non plã-
 ges nec plorabis, nec fluent lachry-
 me tuæ. Ingemifce tacens, mortuo-
 rum luctum nõ facies. Corona tua
 circumligata ſit tibi, & calciamen-
 ta tua erunt in pedibus tuis, nec a-
 mictu ora velabis, nec cibos iugen-
 rium comedes. Locutus ſum ergo
 ad populum manẽ, & mortua eſt
 vxor mea veſperi. Feci que manẽ ſi-
 cut præceperat mihi. Et dixit ad me

popu

populus: Quare nõ indicas nobis,
 quid iſta ſignificent, quæ tu fa-
 cis? Et dixi ad eos: ſermo domini
 factus eſt ad me dicens: Loquere
 domui Iſrael: Hæc dicit dominus
 deus.
 Pone quoque eam ſuper prunas vacuum. Id-
 eſt, diceſeam eſſe ponendam vacuum
 ſuper prunas, ut ab igne abſumatur. Ex-
 plicat Hieroſolymæ incendium. Non
 modo carnes & oſſa intra ollam lacerã-
 buntur, ſed etiam ipſa mœnia incendio
 flagrabunt. Voluit deus uti potetia ſua,
 & oſtendere vim ſeueritatis & iuſti-
 tiæ contra magnitudinem ſcelerum Iu-
 deorum.
 Et conſletur in medio eius inquinamentum
 eius. Hoc eſt, & malitia eius erit in ea.
 Aſſi dicat, in flagitijs ſuis peribit.
 Multo labore ſudatum eſt. Loquitur deus
 more humani, aſſi diceret: Dedi ope-
 ram, ut mundaretur Hieroſolyma: ſed
 ipſa noluit mundari. Eodem modo ap-
 pud Eſaiam, Laboraui, inquit, ſuſtinẽs.
 Et rurſum: In vacuũ laboraui, ſine cau-
 ſa, & vanẽ fortitudinem meam coſum-
 pſi. Et apud Ieremiam: Laboraui rogãs:
 & diſperdam eos ventilabo in portis
 terræ. Vbi per portas terræ intelligen-
 tur fines, & egreſſus, atque limites terre
 ſanctæ, ut ſi ſenſus: Laboraui, rogãs:
 eos, ut relictis flagitijs ad me confuge-
 rent: ſed qui a mihi parere noluerũt, mit-
 tam eos in exiliũ extra terrã promiſſio-
 nis. Poterit hoc de diuinis vatibus in-
 telligere, ut ſi ſenſus: Fero peccatore in-
 ſtutum hoc incubuere diuini vates, ut
 Hieroſolymam à vitijs abducerent, &
 ad virtutem impellerent: ſed oleum &
 operam perdidit. Legetur Iere-
 miam, & videbis eius cõciones. nihil Iu-
 deis profuiſſe, quia nequitia & obſtina-
 tione indurati prophetam cõtemnebat,
 cuius labores fruſtra ſiſceproſ, proſ il-
 los quidem, & ſanctos, vitio tribuant;

Eſa. 1.
 Eſa. 49.
 Ierem. 15.

eumque ad odium, & interitũ ſalis cri-
 minibus vocabant. Nemo eos cohorta-
 batur ad virtutem ardentius, nemo eo-
 rum flagitia vituperabat aſperius, ne-
 mo viros virtute præſtates laudabat or-
 natiũs, nemo in vanas nefariorum ho-
 minum ſuperſtitiones inuehebatur ve-
 hementius. Et pro ijs laboribus in eum
 procellas excitabant. Quid dicam de di-
 uino illo Eſaia, tanta eloquentia excul-
 to, ut non ſolũ homines ſed etiam
 antiquitatis memoriam vi admirabili
 dicẽdi ſuperauerit? Hic pro recte factis,
 & conſtantibus diuinarum ſuarum con-
 tionum laboribus fuit à Iudeis negle-
 ctus, & ad interitum luctuoſiſſimum re-
 ſeruatus. Audi diuum Paulum in epiſto-
 la ad Hebræos ita de viris iuſtis aientẽ
 Alij ludibria & verbera experti, in ſuper
 & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſe-
 cti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij
 mortui ſunt. Circũierunt in melotis, in
 pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, af-
 flicti, quibus dignus non erat mundus.
 Multi damnantur mundi iudicio, quos
 dei iudicium laudabiles oſtendit. Suſan-
 na à laſciuis ſenibus accuſata, damnata
 mundi iudicio, fuit per Daniele m ere-
 pra, Daniel enim ſonat iudicium dei.
 Multi mundi iudicio dampnãtur, qui dei
 iudicio abſoluuntur. Sed quãuis impio-
 ram gladius viris iuſtitiam & pietatem
 colẽtib; vitam eripuerit, eorum tamẽ
 laudes nulla vnquã obſcurabit obliuio:
 qui potius vigeant memoria omniũ
 ſeculorum. Cœlum primũ mobile ap-
 pellatum vehementi ſuo impulſu & in-
 eitata cõuerſione alios globos ætherios
 coercet, & rapit, atque efficit, ut ab oriẽ-
 te ad occidentem violenter, & per acci-
 dens moueantur. Nihilominus tamen
 hæ inferiores cœli inuito primũ mobili
 mouentur. ſuapte natura proprio motu
 ab occidentẽ ad orientem: ſic quãuis
 tempus ſuo diſcurſu omnia, que poſſunt
 labefactari, conſumat, ea rapiens, & ad
 occaſum adducens, tamen velit nolit, re-

Hebr. 11.
 p. 120
 Dani.
 Similitudo
 1. 2. 1. 1. 1.

cōfecta & admirabiles virtutes semper
 habent suū cursum & motum in sphaera
 famæ immortalis, quæ veluti cœlū va-
 rijs syderibus ornatum, pulchrisq; lumi-
 nibus distinctum de tēpore ipso trium-
 phat, quoniā illam ipsa perpetuitas sem-
 per intuetur. Nec solum viri iusti, qui se
 se à contagione corporis integros cas-
 stosq; seruarunt, totosque sese diuini nu-
 minis venerationi dederūt, in homi-
 nū coetu in hac vita celebratur, sed etiā,
 quod illa strius est, in cœlū peruolant,
 vbi requiescunt, in beatissimis ac splēdi-
 dissimis sanctorū sedibus, nullo dolore
 affecti, nulla deformitate maculati, sed
 ferū superarū contēplatione fruētes, &
 gloria immortalī redūdantes. Et tamen
 hi sunt, qui dū in hoc mūdo vitā agerēt,
 nō poterāt nefarios hominēs à vitijs de-
 terrere. Scribens diuus Paulus ad Gala-
 tas, aiebat illis: Timeo vos, ne fortē sine
 causa laborauerim in vobis. Et Timo-
 theo: In hoc enim laboramus, & maledi-
 dicimur. Potest etiā locus hic ita expla-
 nari. Multo labore sudauit Hierosoly-
 ma. Hoc est, multis se flagitijs contami-
 nauit. Nullus labor maior est impieta-
 te. Eos, qui animū à corporis cōtagio
 non seuoantes fuerunt summis cupidi-
 tatis stimulis concitati, & infinitis fla-
 gitijs cooperti, inducit liber Sapientiaē
 in hunc modum loquentes. Lassati su-
 mus in via iniquitatis et perditionis, am-
 bulauimus vias difficiles. Alloquens E-
 saias nefariam Babylonem sceleribus
 imbutā, ait: Sta cum multitudine maledi-
 ciorum tuorum, in quibus laborasti ab
 adolescentia tua. Et Ieremias de Hebreis
 illis, qui erant scelerum nota iniusti, &
 in facinoribus impijs versati, aiebat: Vt
 iniquē agerent, laborauerunt. Et regius
 vates verba faciens de anima flagitiosi
 hominis, quam ciuitatem nequitia &
 controuersia plenā vocat, Iniquitas, in-
 quit, & labor in medio eius, & iniusti-
 tia. Qui se vitijs dedūt, & tetras fraudes
 concipiunt, non possunt vitā tranquille

leniterq; traducere: qui potius turbu-
 lentis animi permotionibus exagitati,
 semper inani sollicitudine, aut effrenata
 cupiditate cruciātur. Et licet videantur
 foris latitia gestientes, intus tamen do-
 lore torquentur: nam aut odio & inui-
 dia ad vltionem, aut violento auaritiaē
 impetu ad diuitias, aut incitata aduersus
 rationē libidine ad pestiferas volupta-
 tes rapiūtur. Ex quibus omnibus gignū-
 tur poenæ illæ interiores, quas poetæ &
 philosophi furias vocabant. Hinc vo-
 ces Didonis apud Vergilium Aneidos
 quarto: Heu furijs incensa feror. Et mul-
 ta apud Euripidem in Oreste. Id intel-
 ligens diuus Hieronymus, Quot, in-
 quit, sunt vitia, tot sunt animi tormen-
 ta. Et diuus Ambrosius: Impius ipse si-
 bi poena est, iustus gloria. Et diuus Ber-
 nardus: Nihil est in hac vita laborio-
 sius, quā desiderijs terrenis æstuarē,
 & nihil quietius, quā seculi huius ni-
 hil appetere. Hæc viri hi & sanctitate
 & sapientia insignes. Sua quæque frans,
 suus terror, suum scelus vexat, & exagi-
 tat: suæ conscientiaē & pestilentes cogi-
 tatus, eos qui aliquid impiē commise-
 runt, veluti ardentes rædæ vtrunt, ter-
 rent, & excruciant. Hæ sunt canes illæ
 latrantes, de quibus ait Latinus poeta
 sexto Aeneidos: Visæque canes vlula-
 re per vimbram. Quid acerbius, quid
 plenius dolore & labore, quā memo-
 ria peccati? Contrā verò quid potest
 esse vel ad vitæ suauitatem dulcius, vel
 ad animi tranquillitatem comparan-
 dam accommodatius, quā colere vir-
 tutem, amplecti deum, suauissimo eius
 amore inflammari? Nec solum scele-
 ra, priusquam dimittantur, sed etiam
 postquam sunt per poenitentiam dimis-
 sa, & acerbio fletu deleta, poenam in a-
 nimo relinquunt. Vt enim abstracto à
 corpore telo non statim sanatur vul-
 nus, sic remisso peccato non statim ne-
 cesse est remitti poenam peccati. Re-
 mittitur tamē in purgatorio: & tanta ac-
 talis

simile.

talis potest esse poenitentia, vt etiam in
 hac vita remittatur. Quemadmodum
 non est idem abstrahere telum, & vul-
 neri mederi, sic non est idem condona-
 re peccatum, & poenam illi debitam re-
 mittere. Duplex est poena, prima debi-
 ta culpæ, altera verò, qua homines affi-
 ciuntur, dum se peccasse recordantur.
 Et vtraque potest post peccatum in ani-
 mo remanere. Cum igitur vita scelerati
 sit laborum plenissima, & non solum
 ipsa culpa sit labor, sed etiam nutrix la-
 boris, recte dixit hoc loco Ezechiel,
 Hierosolymam, quæ se vitijs contami-
 nauerat, multo labore sudasse. Possunt
 itaque verba hæc referri ad deum, & ad
 Hierosolymam: si ea referas ad deum, si
 significant, illum laborasse in Iudæorum
 salute, si ad Hierosolymam, significant
 eam in vitijs suis exercendis laborem su-
 biuisse, & peccando laborasse.

Mundare volui, & non es mundata. Ver-
 ba sunt dei ad ingratham & fidi fragam
 Hierosolymam. Eodem modo Chri-
 stus in euangelio: Ierusalem Ierusalem
 quæ occidis prophetas, & lapidas eos,
 qui ad te missi sunt, quoties volui con-
 gregare filios tuos, quemadmodum gal-
 lina congregat pullos suos sub alas, &
 noluisti. Sed dicet aliquis: Si deus vole-
 bat Hierosolymam expiare, quomodo
 illud non fecit? Quomodo non imple-
 ta est voluntas eius: cum ipse dicat apud
 Esaiam: Consilium meum stabit, & om-
 nis voluntas mea fiet. Et dicat per psal-
 mographum: Omnia, quæcunque vo-
 luit, fecit deus? Huic obiectioni facile
 respondebis, si dixeris, voluntatem dei,
 quæ in ipso est, quæ est ipsemet volens,
 semper habere effectum suum: non au-
 tem eam voluntatem, quæ voluntas si-
 gni appellatur. Fieri quidem potest, vt
 aliquid fiat extra ordinem alicuius cau-
 sæ particularis agentis, non autem extra
 ordinem causæ vniuersalis, sub qua om-
 nes causæ particulares comprehendun-
 tur: nam si accidat, vt causa aliqua parti-

cularis effectum suum non obtineat,
 hoc erit ob alicuius causæ particularis
 impedimentum, quæ sub ordine causæ
 vniuersalis necessario cōtinēatur. Cum
 autem voluntas dei sit causa vniuersa-
 lis omnium rerum, fieri non potest, vt
 suum effectum non consequatur. Eam
 ob causam id, quod recedere videtur à
 diuina voluntate iuxta quendam ordinem,
 relabatur in ipsam iuxta alterum: quem-
 admodum qui tetra facinora commit-
 tit, seque à deo abducit & separat, & si
 secundum ordinem gratiæ recedit à vo-
 luntate diuina, tamen secundum ordi-
 nem iustitiæ incidit in eam, cum poenas
 luit suis sceleribus debitas & iustas. Vo-
 lebat deus mundare Hierosolymam à
 delictis suis, imò vt verbis vtar aposto-
 li, vult omnes hominēs saluos fieri, sed
 hoc, vt ait Damascenus, intelligitur de
 voluntate antecedente, non autem de
 voluntate consequente. Quicumque iu-
 stus iudex vult omnem hominem viuere
 voluntate antecedente: sed volunta-
 te consequente vult, vt homicida vita
 priuetur. Eodem modo vult deus ante-
 cedenter, vt omnes gloriam immorta-
 lem consequantur, at consequenter vult,
 illud diuina iustitia exigente, quosdam
 in cæcas tenebras relegari, vbi ob nefa-
 ria facinora sua in æternum crucientur.
 Volebat voluntate antecedente munda-
 re & conseruare Hierosolymam, sed
 quia illa noluit, voluit voluntate conse-
 quente eam vastare & euestere. Et hæc
 voluntas eius impleta est, quæ est pro-
 priè voluntas. Nam voluntas antece-
 dens non est simpliciter voluntas, sed
 secundum quid: & vt verbis vtar scho-
 lasticis, potius dicitur velleitas, quā
 simpliciter voluntas. Ex quibus con-
 cluditur, omne id, quod deus simplici-
 ter vult, fieri, etiam si id, quod antece-
 denter vult, aliquando non fiat. Hæc
 dei voluntas, quæ propriè voluntas est,
 appellatur voluntas bene placiti, & vo-
 luntas consequens, altera verò volun-

tas signi, & voluntas antecedens.

Veni, & faciam. In libris nonnullis est, Venit: vt subaudiatur calamitas tua. Et subditur: Non transeam. Hoc est, non deiciat à sententia mea: sed implebo, quod dico. Verba sunt dei promittentis se esse Hierosolimam euerfurum.

Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga. Hæc est altera metaphoræ cuius hic est sensus. Ecce ego auferam à te vxorem tuam charissimam interitu repentino: & tamen non plorabis. Solent homines oculos in rem dilectam conijcere: & Ezechiel, vt par erat, vxorem suam magno prosequatur amore. Viri, inquit apostolus in epistola ad Ephesios, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Et in epistola ad Colossenses: Diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Et tamen præcepit illi deus, ne mortem vxoris suæ, quam ardentem in deo amabat, lachrymis & lamentis prosequeretur. Quemadmodum sanies vlceris intus latitans ægrotum magnopere angit, & exagitat: sin autem exeat, & erumpat, mitigatur dolor, sic mœror in corde inclusus vehementer affligit, sed si per lachrymas & suspiria fundatur, animum placat & lenit. Quo fit: vt illi mirum in modum crucientur, quibus sit erepta flendi & suspirandi facultas. Excessit è vita charissima Ezechielis vxor, & fuit ei mors hæc grauis & acerba: & insuper augebat illi dolorem, non posse suum dolorem deplorare.

Est in corde fons doloris, cuius aquæ nisi fluat per oculos, obruit cor ipsum, & cogitationem à langoribus auertere non sinunt. Vt magnus frequensque fumus ex nigro igne exhalans nisi habeat luculentum caminum, aut apertam ianuam, qua egrediatur foras, totam domum denigrat, sic mœror ex igne calamitatum procedens, in cordis domo inclusus eam afficit nigredine, & atrabile corrumpit, nisi per os &

oculos erumpat, & fiat suspiriorum exhalatio, quæ ab imo pectore egredietur. Non laudo muliebrem eiulatum, non gemitus lamentabiles, abiectos, & feruiles: turpe enim viro est muliebriter lamentari, dolore omnino debilitari, & frangi: at deplorare mortuos, eos præfertim, quos in vita charissimos habueras, idque moderatè & honestè, nõ solum non vitupero, sed pium esse & laudabile existimo. Oportet tamen nõ ita operiri dolore, vt temperantia amittatur: sed quod allatura est ipsa diurnitas, quæ sensim progrediens dolorem extenuat & diluit, id nos præcipere debemus consilio, nec expectare temporis medicinam, quam consequi ratione valeamus. Notum est illud Anaxagoræ, quem ferunt nuntiata filij morte dixisse: Sciebam me genuisse mortalem. Et illud Lacænz illius clarissime, quæ cum filium, quem vnice amabat, in prælio interfectum audisset, Idcirco, inquit, genueram, vt esset, qui pro patria non dubitaret mortem subire. Illud tamen velim tibi persuadeas, nõquam mihi gratam fuisse illam Stoicorum opinionem: Sapientem nõquam moueri: nec misericordia, nec dolore, nec ira concitari. Nam commotiones animi ratione, & consilio, & prudentia oportet moderari, non autem radicibus euellere. Illud enim præclarum est, & in potestate nostra cum diuino fauore situm, hoc autem fieri nec potest, nec si fieri potuisset, expectandum esset, & in bonis connumerandum. Quemadmodum in mari non ea optatur tranquillitas, quæ est omnis venti expers omnino, sed illa potius in qua perflat aura, qua fluctus mouentur, & nauis prospero cursu impellitur, sic in animo non eam debemus cupere quietem, quæ sit languida, & ab omni sensu abhorrens, sed temperatam commotionem, qua animus in vasto mundi gurgite ad æternæ gloriæ portum

portum tendat, & felicem vitæ cursum conficiat. Illa est eximia ac præclara virtus, quæ procedit ab animo commoto amore Christi, & studio æternæ beatitudinis consequendæ incitato. Quare non sunt audiendi, qui omnem animi commotionem penitus euellendam dicunt, qui asserunt neminem debere mortem alicuius deplorare. Quanquam enim Ezechiel necem vxoris suæ nullis lachrymis prosecutus est, hoc fuit particulari quadam ratione, quæ rarò inuenitur: communiter autem laudabile est pro ijs, qui excedunt è vita, lachrymas fundere, & signa mœroris ostendere. In libro Ecclesiastici ait ita diuina scriptura: Mortuum lamenteris, quod sit luce priuatus. Et rursus: Fili in mortuum produclachrymas: & quasi dirapassus, incipe plorare. Cum Maria Magdalena mortem Lazari fratris eius deploraret, & alij cum ea lachrymas etiam funderent, tantum absuit, vt Christus hoc reprehenderet, vt potius ipse desleret: Ita enim ait diuus Ioannes: Et lachrymatus est Iesus: Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Corona tua circumligata sit tibi. Hoc est, contine intus dolorem tuum: non illum signis exterioribus ostendas. Solebant olim, qui rem aliquam sibi charam amittebant, non solum lachrymas fundere, sed etiam capita pileis & coronis nudare. Quod erat doloris aspectissimum signum. Id quod prohibet hoc loco deus Ezechieli. Pro corona vertunt nonnulli tiam, quæ erat capitis ornamentum, quo sacerdotes utebantur. Erat enim Ezechiel sacerdos: Ieremias deplorans miseram Iudæorum excidiam, aiebat: Versus est in luctum chorus noster, cecidit corona de capite nostro. Poteris per coronam coinam intelligere: nam antiqui in signum doloris capillos tondebant. Vnde Iob cum oves & filios ami-

fisset, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. Volens Ieremias summum Moabitum in cœrorem explicare, ait: Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. Et per Amos prophetam annuntiat deus ijs verbis Iudæis suam luctuosam calamitatem: Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne dorsum vestrum sacco, & super omne caput caluitium. Huic expositioni fauet translatio septuaginta, qui pro corona habent crines. Et paulò post, ubi nos habemus: Coronas habebitis in capitibus vestris, habent illi: Comæ vestræ super capita vestra.

Calciamen. tatum erunt in pedibus tuis. Hoc est, non ambulabis nudis pedibus more lugentium & afflictorum. Qui quondam angorem suum ostendere volebant pedes nudabant. Dauid in magna calamitate versatus, cum fugeret Abolonem, ascendit cliuum oliuarum scandens, & flens, nudis pedibus incedens. Volens deus vt Esaias ostenderet imminentem Iudæis calamitatem, dixit illi: Calciamen tua tolle de pedibus tuis. Soliti etiam erant mœsti homines die funeris caput velare pannis tætris, & non comedere nisi cibos missos ab alijs, qui appellabantur cibi lugentium. Hoc etiam Ezechiel prohibet deus, dicens: Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Sed cur deus præcepit ei, vt in die funeris vxoris suæ, quam ardente complectebatur amore, nec ploraret, nec signa aliqua mœroris ostenderet? Nimirum vt Iudæi huius rei tam insolite admirabilitate stupidi, ab eo causam quærerent: tam portosa & infuete nouitatis, & ita intelligerent summam sibi imminere calamitatem.

Locutus sum ergo ad populum manè. Id est, manè prædixi populo, vxorem meam esse illo die à vita migraturam, & ita eti-

Ephes. 5.

Coloss. 3.

simile.

simile.

Eccle. 22.

Eccle. 38.

Ioan. 11.

Thren. 5.

Iob. 1.

Ierem. 48.

Amos. 8.

2. Reg. 15.

Esa. 10.

nit: nam vespere eiusdem diei mortua est.

E Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra, & filij vestri, & filia vestra, quas reliquistis, gladio cadent. Et facietis, sicut fecit: ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis: coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus: & non plangetis, nec flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum: eritque Ezechiel vobis in portentum. Iuxta omnia quae fecit, facietis, cum venerit illud: & scietis, quia ego dominus deus: Et tu fili hominis ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animae eorum, filios & filias eorum: in die illa cum venerit fugiens ad te, vt annuntiet tibi: in die inquam illa aperietur ostium cum eo: qui fugit, & loqueris, & non silebis vltra: erisque eis in portetum: & scietis, quia ego dominus.

Explicat parabolam cuius hic est sensus. Querentibus Iudaeis, inquit diuinus vates, cur ego contra omnium morem haec facerem, ita respondi. Quemadmodum deus abstulit a me vxorem meam, qua singulari amore prosequer, ita auferet a vobis templum Hierosolymae, & filios ac fratres, & ceteros, quos ibi re-

liquistis, quibus estis admirabili amicitia deuincti. Et cum inter Babylonios habitetis, non audebitis deplorare calamitatem vestra, & Hierosolymae euerfionem, ne videamini ob Babyloniorum victoriam comprimi dolore, eorumque triumphum prosequi lamentis. Si enim vos intellexerint dolore angere eorum gaudium, torquebunt vos; & ad excidium crudelissimum vocabunt. Praeterea tantus erit dolor vester, cum audieritis cladem & stragem amicorum & consanguineorum vestrorum, & patriae vestrae vastitatem & incendium, vt veluti stupidi & admirantes ob summam vestram miseriam & calamitatem nec flere possitis, nec ordinem ac consuetudinem moestorum seruare, cum dolor vester aliorum superet dolorem, & ea vos solatia deficiant, quae ceteris, qui poterant lugere, in arumnis suis non defuerunt. Verum illud est hoc loco aduertendum per sanctuarium intelligi templum Salomonis, de quo deus ait: Ecce ego polluam sanctuarium meum. Hoc est pollui permittam, finam enim Babylonios illud contaminare & euertere.

Superbiam imperij vestri. Hoc est, templum, quo superbe & arroganter gloriamini. Tanta erat Iudaeorum insolentia, vt non modo rebus humanis, sed etiam diuinis intemperanter abuterentur, non ad dei cultum, sed ad eorum superbiam. Eam ob causam fuerunt victi, abiecti, & calamitosi, ita deo permittente, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt eius apostoli testantur. Et, vt ait psalmographus: Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Solet enim deus homines humiles, submissos de se sentientes, extollere, insolentiam autem superbiorum sese efferentium deprimere. Nam vt ait Ecclesiasticus: Odibilis coram deo & hominibus est superbus. Et paulo post: Initium omnis pecca-

Iob. 41.

4. Reg. 5.

Esa. 14.

simile.

simile.

sap. 5.

peccati est superbia. Et Iob de diabolo loquens, ait: Ipse est rex super omnes filios superbiae. Egressi latrunculi quidam de Syria captiuam duxerunt puellam Israeliticam, quam Naaman Syriarum principi tradiderunt. Syria cuius Naaman princeps erat, sonat elationem & superbiam, cuius daemon princeps est, qui dixit: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Naaman idem est quod pulcher, siue praeparans motum. Talis fuit lucifer, admirabili pulchritudine decoratus, sed praeparans motum sibi a caeli fastigio ad inferni profunditatem, imò ipse est, qui in hominum cordibus motus superbiae, & perturbationes arrogantis praeparat. Latrones sunt appetitus nostri, qui puellam hoc est animam nostram principi Syriarum tradunt, cum superbia elati omnem nobis excellentiam famimus & arrogamus, & in domicilio & arce insolentiae collocati omnia contempnimus, nobisque inferiora ducimus: atque ipso dei templo vanè & superbe gloriamur. Tanta est mortalium superbia, vt etiam opera alioquin bona deprauent, cum in illis iactantiam, & populi rumusculos quaerant, eaque ob vanitatem efficiant. Quemadmodum Athenienses, vt illis obiecit Anacharsis philosophus, non habebant numos, nisi vt eos numerarent, sic multi non aliam ob causam in virtutum actiones incumbunt, nisi vt eas arrogantur praedicent, & mundi gloriam aucupenter. Fumus initio ingens & densus, sursum ascendens facile dissipatur & amittitur: sic gloria superbiorum sensim obscuratur, & penitus euanescit. Id fatebantur impij poenis aeternis cruciati, quos liber Sapientiae ita facit loquentes: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa sicut umbra, & tanquam nuntius praecurrens. Nos igitur caelestia spectemus, humana fluxa &

fragilia contempnamus: si enim voluerimus aliter considerare, & aeternam beatitudinem contueri, nec nos dabimus sermonibus vulgi, nec vanos hominum rumusculos aucupabimur, nec in praemijs humanis locabimus spem rerum nostrarum, sed ad deum ipsum aspirabimus, qui semper est, quem nulla conficit & consumit vetustas, de quo ait David: Tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent: Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Eam ob causam dicebat dominus Moyfi: Ego sum, qui sum, Sic dices filij Israel: Qui est me misit ad vos. Hoc est: Qui semper fuit, qui est, qui semper erit, cuius sempiternitas nullis finibus comprehenditur, ille me misit ad vos. Si nos humana mouent, quorum nulla est tanta vis, quae tempore non debilitetur & penitus consumatur, si id quod non est stabile in vita, sed subito frangitur, & perit, aut saltem sensim deflorescit, & vetustate extinguitur, nos excitat ad labores magnos subeundos, cur nos ad eos, imò ad multo maiores non mouebit, non excitabit ille, qui semper est, quem ipsa aeternitas semper intuebitur, qui seipsum summo amore prosequentibus praemia largitur immortalia, eosque in caelesti beatitudine collocat & constituit, vbi eo in aeternum fruuntur? Relinquamus igitur ea, quae sunt caduca & mortalia, & studio immortalitatis inflammati, deum ipsum, sempiternam illam pulchritudinem contemplemur, & amore ardentissimo amplectamur, ne Iudaeos imitantes, conijciamur in vincula Babyloniorum, qui lapidibus templi gloriantes, & in rebus etiam spiritalibus vanam mundi gloriam quaerentes, deum verum repudiarunt, & gloriam imperij sui amiserunt.

Desiderabile oculorum vestrorum. Hoc est, quod magnopere diligatis. Idem repe-

tit sequentibus verbis, dicens: Et super quo pauet anima vestra. Solent enim amantes timere, ne rei amatę aliqua veniat calamitas.

Quas reliquistis. Nempe in Iudęa, cum vos contulistis in Chaldęam.

Ora amictu nō delabitis. Hęc suprà explicuimus.

Eritque Ezechiel vobis in portentum. Hoc est, in signum calamitatis, qua opprime mini: nam vt ille vxoris suę interitum non deplorauit, sic vos nec amicorum cędem, nec patrię euerfionem flere poteritis, sed afflicti & ærūnosi in doloribus acerbissimis versabimini.

Fortitudinem eorum. Templū, quod paulo antē appellauerat sanctuariū, & gloriam imperij Iudęorum, & desiderabile oculorum, super quo pauebant, appellat modō fortitudinem Hebręorum, & gaudium dignitatis suę, & desiderium oculorum, & requiem animarum.

Cum venerit fugiens ad te. Id est, cum aliquis, qui euaserit, fugerit, & venerit ad te, vt tibi Hierosolymę narret euerfionem. Potest totum hoc referri ad tempus Titi Vespasiani, qui Hierosolymę vastauit, & funditus euertit: quoniam Iudęi. Christum deum nostrum, qui eos liberatum venerat, immaniter occiderunt. Eam ob causam ait hoc loco Ezechiel: Vx ciuitati sanguinum. Hic sanguis est cędes agni innocentissimi, de quo sanguine aiebat Esaias alloquēs Iudęos: Manus vestrę sanguine plene sunt. Ipsi enim dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et

Esa. 1.

Mat. 27.

1. Corint. 10.

quoniam Christus est petra illa, de qua ait apostolus: Petra autem erat Christus, ait hoc loco propheta, fuisse hunc sanguinem super limpidissimam petram effusum, hoc est super Christū innocentissimum & purissimum, qui plenus & aspersus sanguine suorum vulnerum nostra vulnera sanauit. Hic est filius hominis, cuius vxor, hoc est synagoga mortua est vesperi, hoc est in fine

temporis: nam à Christo ad mundi finem vltima ætas est. Hi sunt vltimi illi dies, de quibus vaticinatus fuerat Iacob, cum iam mortem in visceribus conceptam teneret, dicens filijs suis: Congregamini, vt annuntiem, quę vëtura sunt vobis in diebus nouissimis. Et Esaias: Et erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus domini in vertice montium. Et quemadmodum Ezechiel Iudęis prędixit euerfionem Hierosolymę per Babylonios, ita eis Christus prędixit vastitatem & incēdium eius per Romanos. Quod ita absque dubio euenit.

Genes. 49.

Esa. 2.

Luc. 19.

Annotations ex hebręo in caput XXIII.

Componere quoque strues osium sub ea. Pro componere strues est in hebraico vnum tantum verbum, nimirum, *וּבְנָה* dur, quod significat struere ligna ad pyram, aut incendere rogam: vnde medurah significat pyram, vt paulo post: Grandem faciam pyram. Vel, vt potest etiam verti, crebrescere faciam combustionem. Et quoniam vita consumitur instar pyrę, ponitur hoc nōmē dor pro tempore vitę. Vnde verba illa Ezechie apud Esaiam: Generatio mea ablata est. possunt verti: Tempus vitę mee ablatum est. Vel peregrinatio mea finita est: Septuaginta hunc Ezechielis locum ita transferunt: Succende ossa sub eis. Pagninus: Incende ossa sub ea.

Esa. 38.

Super limpidissimam petram. Pro limpidissima est in hebraico *תְּהִי־כִי־אֵשׁ* tsechiach: quod nomen significat locum eleuatum & eminentem in petra. Eam ob causam vertit Pagninus: Super eminentem petram. Septuaginta habent: *ἐπιλειοπετραία*. Hoc est super lenissimam

pe-

petram. Thargum habet: Super lenitatem petrę nudę. Ac si dicat: Super petram puram, in qua nullus sit puluis. Potest verti: Super petram aridam, vbi emineat, & non possit occultari. Significat enim dictio hęc locum aridum: pro quo septuaginta alibi transtulerunt sepulchrum. Vnde illud psalmi: Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris, potest transferri: Similiter rebelles, qui habitant in locis aridis. Quem locum diuus Hieronymus ita transtulit ex hebręo: Incredible autem habitauerunt in siccitatibus. Vt sit sensus: Viros iustitia munitos, & virtutum pręsidio septos abducit deus à locis incultis & agrestibus ad terras fertiles & amœnas, nefarij autem & dei contemptores loca incolunt sterilia & arida. Et licet ij, qui ad id flagitij & furoris perducuntur, vt quicquid imperet effrenatus appetitus, quicquid suadeat insatiabilis intemperantia, expendum ducant, in florentibus ciuitatibus, atque in summa rerum omnium affluentia vitam ad extremam senectutem perducant, verum est tamen, eos vastas & incultas terras habitare, quoniam etiam in hominū cœtu soli sunt. Quomodo non erunt soli, qui absque temperantia sunt, sine charitate, ab omni virtute penitus derelicti? Quemadmodum viri pij, honestate & charitate pręstantes, quocunque loco vitam degant, in cœlo commorantur, iuxta id quod aiebat apostolus: Conuersatio nostra in cœlis est, sic impij, vitij contaminati vbi que miseri sunt, & tanquam relegati in sterilem solitudinē, vitam degūt aridā & infructiferā. Omnes enim scelerati, & flagitij dediti, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiā si solum non mutarunt.

Psal. 67.

Philip. 3.

Multo labore sudatum est. Septuaginta habent. Humiliabitur, siue affligetur rubigo eius. Vt sit sensus: Contundetur Hierosolyma ob eius nequitiam.

Solet enim deus improbos coercere & affligere: ne ob diuturnarum impunitatem tetiora scelera admittant. Pagninus habet: Mendacia faciendo laborare fecit seipsam. Vt sit sensus: Dedit Hierosolyma operam mendacijs. Et ita R. David hunc locum interpretatur. Dictio hęc auen hebraica mendacium significat, & nihil, & iniquitatem, & afflictionem. Nihil est enim, quod magis animum affligat, quàm conscientia malefactorum. Pro labore accipitur à psalmographo dicente: Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Ac si dicat: Anni vitę nostrę ad summum sunt octoginta in viris robustis, post quos quicquid est, labor est & molestia. Vel, vt alij interpretantur. Tota vita nostra non excedit spatium octoginta annorum, quorum pręcipuum plenum est laboris & calamitatis. Quid est enim vita humana, nisi quędam rota viuens laborum? Alij verba illa: Amplius eorum labor & dolor, ita exponunt: Fortitudo eorum est nihil. Dictio significans amplius, significat etiam pręcipuū, & fortitudinem, & dictio significans laborem significat etiam nihil. Id quod fortius, & pręcipuum, & magnificentius apparet in vita vanitas est, & nihil, non vita solida, sed vitę quędam vmbra & imago. Ideo aiebat idem diuinus vates: Viuersa vanitas omnis homo viuens: veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Non solum hominem appellat vanum, sed ipsam vanitatem: nec ait eum in substantia pertransire, sed in imagine, per quam intelligit inanem quandam vmbra rerum. Et alibi: Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut scœnum arui. Pro iniquitate accipitur nomen hoc ab Habacuc propheta, cum ait: Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopię. Ac si dicat: Aspicio mentis oculis fore, vt propter iniquitatē tētoria

Psal. 89.

Psal. 38.

Psal. 104.

Haba. 3.

inferni conturbentur, cum Christus humanum genus morte sua ex mortis faucibus liberauerit. Non desunt tamen qui loco illo pro iniquitate vertant nihilum, ut sit sensus: Quemadmodum Aethiopiae tentoria tempore Gedeonis fuerunt irrita & euerfa, sic mentis oculis intueor futurum esse tempore Messiae, coelestis Gedeonis: morte enim sua coetus Gentium idolorum cultricium dissipabuntur, & in nihilum redigentur. Ab hoc nomine deriuatur dictio teunah, qua utitur hoc loco Ezechiel, quae significat laborem, & mendacium: primam significationem secutus est noster interpres, secundam Pagninus.

Veni, & faciam. Veni visum scelera hominum, & faciam, quod illis minitatus sum. Verba sunt dei more humano loquentis. Eodem modo cum diuina scriptura impiam eorum temeritatem narraret, qui Babylonis turrim aedificabant, ait: Descendit autem dominus, ut videret ciuitatem & turrim, quam aedificabant filij Adam. Docet nos deus, ne temere solo rumore fratres damnemus, nisi prius certi reddamur. Ideo ait capite decimo octauo Genesis: Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. At in non nullis codicibus est. Venit, in tertia persona, ut sit sensus: Venit Hierosolymae calamitas: seu venit, quod deus decreuit. Septuaginta habent. Veniet, de futuro. Et subditur: Et faciam. Quasi dicat deus: Veniet excidium Hierosolymae, quemadmodum dixi, & faciam, quod promitto. Pagninus habet: Venit, quod decreuit, nimirum deus.

Super quo pauca anima vestra. Septuaginta transfulerunt: Quibus parcunt animae vestrae. Hoc est, quibus nimium indulgetis. Pagninus habet: Indulgentiam animae vestrae. Quod idem est. Accipitur enim indulgentia pro molli permissioe opposita seueritati, quae in

dulgentia neruos allidit virtutis, & nimium ostendit amorem.

Super quo requiescunt animae eorum. Pro super quo requiescunt est in hebraico solum vna dictio, nimirum נשן massa, quae significat requiem, eleuationem, prophetiam, pondus siue onus. Esa. 13. ^{Esa. 13.} Onus Babylonis, Hoc est vaticinium nuntians futuram Babylonis calamitatem. Septuaginta verterunt: Elationem animae eorum: quos secutus est Pagninus, & alij. Significat Ezechiel templum, quod Iudaei diligebant, & quo magnopere oblectabantur. Solent enim homines, ad rem, quam amore complectuntur, animum extollere, in eamque mentis oculos conijcere, atque in illa conuiescere. Verbum est נשן nasa, quod significat extollere, recipere, condonare. Utitur eo diuina scriptura capite quarto Genesis pro recipere. ^{Genes. 4.} Cum enim Cain iratus esset, & vultus eius concidisset, dixit ei deus: Nonne si bene egeris, recipies? Subaudi mercedem a deo. Potest tamen locus ille ita verti: Nonne si bene egeris, condonabit tibi deus peccatum tuum? Vel sic: Nonne si bene egeris, attolles vultum? Thargum habet: Nonne si benefeceris, remittentur tibi opera tua? sin autem non benefeceris, ad diem iudicij peccatum tuum referuatur. Sunt, qui ita vertant: Nonne si bene egeris, exaltatio seu gloria erit tibi? Ac si dicat: Fers animo iniquo esse te a fratre tuo superatum, quod ego eum maiore fauore prosequar, quam te: sed si in virtutum studium incubueris, eris ad honorem euectus, ut ille, eris a me eodem fauore affectus, & in eadem gloria constitutus. Significat etiam verbum hoc quiescere, & nomen ab eo deriuatum quietem. Et hac significationem secutus est noster interpres.

Super quo pauca anima vestra. Septuaginta transfulerunt: Quibus parcunt animae vestrae. Hoc est, quibus nimium indulgetis. Pagninus habet: Indulgentiam animae vestrae. Quod idem est. Accipitur enim indulgentia pro molli permissioe opposita seueritati, quae in

Argumentum captiuitatis. XXV.



Accinatur de futura Ammonitarum, Moabitaram, Idumaeorum, & Palaestinarum vastitate & euerfione: qui cum opibus & potentia florent, & diuturnam scelerum suorum impunitatem obtinerent, se latiria extulerunt, videntes decem tribus e Samaria in Assyriam adductas, & in miseram captiuitatem coniectas: & duas tribus tempore Iechoniae partim Hierosolymae afflictas, partim in Babyloniam translatas. Et postea Hebraeorum calamitatibus insultarunt, intuentes Hierosolymam a Babylonijs expugnatam, & templum contaminatum tempore Sedechiae, quando vrbs fuit direptioni commissa, & penitus deleta, & templum incendio flagrauit: & Hebraei fuerunt partim immaniter occisi, partim in miseram captiuitatem abstracti, & summis doloribus oppressi.

Caput. XXV.



Factus est sermo domini ad me, dicens: fili hominis pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetaabis de eis, & dices filijs Ammon: Audite verbum domini dei. Haec dicit dominus deus: Pro eo quod dixisti: euge euge su-

per sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem: idcirco ego tradam te filijs orientalibus in hereditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria tua. Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lactuum. Daboque Rabbam in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum, & scietis, quia ego dominus: quia haec dicit dominus deus. Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel, idcirco ecce ego extendam manum meam super te: & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & eorundem terrarum: & scietis, quia ego dominus. Haec dicit dominus deus: Pro eo quod dixerunt Moab & Seir: ecce sicut omnes Gentes domus Iuda, idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas terrae: Bethlesimoth, & Beelmeon, & Carithaim filijs orientis cum filijs Ammon.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contra filios Ammon: A secundo capite vsq; ad hunc locum vaticinatus est Ezechiel contra Hebraeos, pauca inferens de Gentibus: nunc aduersus eas

eas suam dirigit vaticinationem: impi-
 mis contra Ammonitas, qui cum debe-
 rent dolore affici ob Israelitarum ærum-
 nas, qui afflicti & oppressi, atq; auxilio
 humano destituti in luctu & mœrore
 iacebant, eosque aliqua saltem ex par-
 te angore & molestia leuare deberent,
 quod descenderent ab Ammone filio
 Lothi consanguineo Abraham, à quo
 Iudæi genus suum ducebant, eorū cala-
 mitatibus insultabant. Non solum non
 opitulabantur illis, sed ob eorum exci-
 dium efferebantur lætitia. Eam ob cau-
 sam permisit deus, vt ipsi in ærumnas
 acerbissimas inciderent, & in eisdem ca-
 lamitatibus versarentur. Non enim
 debemus aliorum aduersitate lætari.
 Volens Iob innocentiam suam osten-
 dere, non vt virtutes suas prædicaret,
 aut iustitiam iactaret, sed vt qui eum ob-
 iurgabant, in quo accusabatur, culpa
 vacare cognoscerent, aiebat: Si gau-
 sus sum ad ruinam eius, qui me oderat,
 & exultauit, quod venisset in eum ma-
 lum. Vbi particula, si, ponitur pro nō,
 vt in psalmo: Quibus iurauit in ira mea,
 si introibant in requiem meam. Hoc
 est, iurauit, impios Hebræos non esse
 terram promissionis ingressuros, quam
 ipsorum quieti destinaueram. Et mul-
 tis alijs in locis, vbi hæc particula, si,
 vis inest negandi. Cum immanis Saul
 ne verbo quidem violatus, à Davide
 animum alienasset, illumque ad cru-
 delissimum excidium vocauisset, tan-
 tum abfuit, vt pius David iniurias gra-
 uissimas vinceretur, vt cum illi bis e-
 ius occidendi facultas accideret, nolue-
 rit eum tangere, qui potius eius vi-
 tam seruauit, & propriæ suæ præpo-
 suit. Et postea audito tristi cædis Sau-
 lis nuntio elementissimus ille, & illu-
 strissimus rex David non solum eius ca-
 lamitati & excidio non insultauit, sed
 etiam dolore confectus vim lachry-
 marum profudit. In Proverbijs ait ita
 Salomon: Qui in ruina alterius læta-

tur, non erit impunitus. Et rursus:
 Cum ceciderit inimicus tuus, ne gau-
 deas, & in ruina eius ne exultet cor tuū.
 Et Ecclesiasticus: Non desis ploranti-
 bus in consolatione, & cum lugenti-
 bus ambula. Et iterum: Laqueo peri-
 bunt, qui oblectantur casu iustorum: do-
 lor autem consumet eos, antequam mo-
 riantur. Et diuus Paulus in epistola ad
 Romanos: Benedicite persequentibus
 vos: benedicite, & nolite maledicere:
 gaudere cum gaudētib; fletu cum flē-
 tibus. Sed quoniam Ammonitæ huic
 doctrinæ repugnantes deum grauer
 offenderunt, præcepit hoc loco domi-
 nus Ezechiel, vt contra eos poneret fa-
 ciem suam, ac si diceret: Dirige aduer-
 sus Ammonitas vultum tuum mina-
 cem, & vaticinare contra eos. Vo-
 cat eos filios Ammon, quemadmodum
 Vlyssipponenses appellamus filios: Vly-
 sipponis, siue Vlysiæ: ita enim Strabo
 libro tertio hanc celebrem ciuitatem
 vocat. Et Lusitanos vocamus filios Lu-
 sitaniæ: Ammon fuit quondam ciui-
 tas Arabia, quæ postea, vt ait diuus He-
 ronymus in libro de nominibus hebrai-
 cis, appellata fuit Philadelphia. Ab hac
 ciuitate denominata est tota illa pro-
 uincia Ammon: de qua hic agit Eze-
 chiel: cuius etiam supra meminisse capi-
 te vigesimoprimo. Aduersus eam va-
 ticipinatus est etiam Ieremias capite qua-
 dragesimo nono multis verbis. Et Amos
 capite primo in hunc modum inducit
 deum loquentem: Super tribus scele-
 ribus filiorum Ammon, & super qua-
 tuor non conuertam eum. Ac si dice-
 ret: Ammonitæ luēt poenas suorum sce-
 lerum: euerant eos, quoniam nullum
 peccandi finem faciunt. Per tria & qua-
 tuor intelligit numerum septenarium,
 qui apud Hebræos infinitam multitudi-
 nē significat. Vt sit sensus: Si semel, aut
 bis inciderent in flagitia, & iterum ac-
 iterum se polluerent vitijs, & agerent
 poenitentiam, ego illis omnia maleficia con-

condonarem. Sed quoniam eorum deli-
 cta nullum habent terminum, nec fo-
 lum ipsi nullam agunt poenitentiam,
 sed flagitia cumulant, & in dies augent,
 sum ego de omnibus illis ultionem sum-
 pturus.

Euge euge. Interiectiones sunt exulta-
 tium & plaudentium, quibus Ammoni-
 tæ Iudæorum calamitati insultabant, vi-
 dentes eorū templum à Babylonijs con-
 taminatum, quod hic, quemadmodum
 alijs in locis appellatur sanctuariū. Con-
 taminarunt illud Gentes ingressu suo,
 & eius vasa rapientes, & illud postremo
 penitus vastantes.

Et super terram Israel. Hoc est, super de-
 cem tribus: alias autem duas appellat do-
 mum Iuda. Ammonitæ torquebantur
 inuidia, videntes res Iudæorum secun-
 das & florentes. Et rectè illis congrue-
 bat nomen Ammon, quod præter alias
 significationes sonat populum mœro-
 ris: erant enim mœrore affecti ob alio-
 rum felicitatem. Et videntes eos postea
 magnos luctus percipere, & in miserijs
 incredibilibus versari, lætitia gestie-
 bant. Magnum est profecto inuidorum
 malum, qui alienis malis insultant, alie-
 nis autem bonis cruciantur. Magna est
 eorum infelicitas & miseria, qui alio-
 rum infelicitate & miseria perfundun-
 tur gaudio, felicitate vero & prosperita-
 te infelicitate & aduersè torquentur. In-
 uidus est sepulchrum sui ipsius, ipse est
 suus hostis & carnifex. Sed quid dico?
 Est sui ipsius infernus. De eo ait Iob:
 Paruum occidit inuidia. Et Salomon
 in Proverbijs: Putredo osium est inui-
 dia. Quemadmodum rubigo ferrum,
 sic inuidia inuidum consumit. Torque-
 tur inuidi felicitate superioris, quoniā
 illi non æquantur: inferioris, ne sibi æ-
 quetur: par, quia sibi æquatur. Diuus
 Basilus, & post eum diuus Bernardus
 comparant inuidum cum vipera: vt e-
 nim illa concipit prolem, quæ, vt aiunt,
 abrupto matris ventre nascitur ipsam

matrem occidens, sic inuidus eam con-
 cipit inuidiam, quæ eum ipsum corro-
 dit & lacerat, illique interitum machi-
 natur. Inuidia est imago inferni, dam-
 num absque vilo commodo. Huius sti-
 mulis concitatus Cain occidit iustum
 Abelum fratrem suum. Et filij Iacob in-
 nocentem Iosephum, suum etiam fra-
 trem inuidia exagitati vendiderunt.
 Ea perturbatus Saul fideli Davidi vi-
 tam ferro eripere cupiebat, eum ad pe-
 riculum capitis arcessens, qui vt eum ab
 hostibus liberaret, mortis periculum in
 singulari certamine non timuit, qui im-
 potius pro eius salute se in asperam di-
 micationem, & fortissimi Goliæ, va-
 sta proceritate terribilis impetum obie-
 cit. Et, vt est in libro Sapientiæ literis
 mandatum, Inuidia diaboli mors intra-
 uit in orbem terrarum. Quid plura? Pha-
 risæorum inuidia Christum deum no-
 strum ad interitum crudelissimum fal-
 sis criminibus vocauit. Id quod etiam
 impius Pilatus intellexit, vt euangeli-
 ca contestatur historia. Est enim hu-
 ius seculi labes quædam & macula vir-
 tuti inuidere, velleque ipsum florem
 decoris labefactare, & honestatis splen-
 dorem extinguere. Si volueris legere
 historias, & annalium replicare memo-
 riam, videbis apertissime nullum fuisse
 hominem ingenio excellenti, doctri-
 na exquisita, fortitudine admirabili, ani-
 mi magnitudine illustri, virtute præ-
 stante, qui non fuerit ab inuidis oppu-
 gnatus, & eorum telis sæpenumero per-
 cussus. Hoc intelligens Pittacus phi-
 losophus aiebat, vt refert Stobæus, Tan-
 diu mihi videbor felix, quandiu inui-
 diosus fuero. Quemadmodum iter fa-
 cientes per solem necessariò comita-
 tur umbra, sic incedentibus per gloriā
 comes est inuidia. Nulla, inquit Va-
 lerius Maximus, tam modesta felici-
 tas est, quæ inuidiæ dentes vitare possit.
 Vnde cum quidam virum doctum in-
 terrogaret, quomodo inuidos non ha-
 beret,

Prov. 24.

Eccle. 7.

Eccle. 27.

Rom. 12.

Ierem. 49.

Amos. 1.

Iob. 5.

Prov. 14.

Simile.

Simile.

Simile.

Genes. 3.

Genes. 33.

I. Reg. 18.

I. Reg. 17.

Sap. 2.

Mat. 27.

Mar. 15.

Simile.

beret, si nihil, inquit ille, ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter gesseris. Virtutis focia est inuidia, & viros præcellentes plerunque insectatur: sola miseria non admittit inuidiam. Omnis inuidus etsi alijs in rebus sit inuidioso superior, in hoc tamen quod inuidet, inferior est. Vt enim planeta inferior superiorem obscurat eclipsi, non autem contrà, sic qui minus sapientia, & fortitudine, & virtute valent, digniorum decus nituntur maculare, eorumque splendorem extinguere. Ideo Iob, eum qui inuidia discruciat, paruulum appellat. Inuidus tam inutilis est ciuitati, quam lolium tritico, ignauus bello. Inter omnes labores, quos vetustas tribuit Herculi, nullus fuit maior illo, quæ subiuit aduersus hydram. Erat hydra, vt antiqui scriptores fictis fabulis memoriam prodiderunt, serpens multorum capitum in Lerna palude vians, qui ob id inuictus dicebatur, quia pro vno capite exciso multa ei capita continuò renascebantur. Per Herculem ideam virtutis intelligebant. Quam ob causam aiebant eum magnos subiuisse labores, & terribilibus certaminibus obiectum fuisse, quia virtus magnas habet in hac vita ab impijs aduersus se ipsam contradictiones: accumulanti namque omnes impij cõtra eam suarum detractionum acervos, & in illam inuehuntur. Sed præcipua aduersus virtutem contradictio est inuidia per hydram significata, quæ ideo fingitur palustris, & è cœno fordido pullulare, quòd non nisi in abiecto & polluto animo reperitur. Non in terra fertili & feraci, sed in paludibus, & aquis stagnantibus: hoc est, non in cordibus nobilibus, & fructuosis nutritur, sed in sordidis, impuris, vitiorumque luto infectis. Et quoniam inuidus, si eum in vno conuincas, & rebus addicas necessarijs, iterum inuidet, & ex victoria, quæ de illo reportasti, alia atque alia illi ori-

tur inuidia, dixerunt veteres, parum prodesse capita hydræ secare; cum ei alia confestim orientur. Eam ob causam asserunt, Herculem in nullo mōstro domando magis laborasse, quàm in hoc. Qui in virtutum studium toto pectore incumbunt, non debent cadere animo, cum se viderint inuidorum pondere premi: premantur, sed nõ opprimantur: non cedant oneri, sed surgant aduersus illud instar palmæ, cui Plutarchus in octauo Symposiacorum, & Aristoteles in octauo Problematum, & Gellius in tertio Noctium Atticarum, eam vim & naturam tribuunt, vt oneribus impositis renitatur. Si Christus verus ille deus noster contradictionem sustinuit, & vt de illo dixit iustus Simeon, positus est in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum, cui contradicetur: quid mirum, eos, qui illi adhærent, à mundo contradictiones subire? Sed debent recogitare, vt ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus, eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus seipsum cõtradictionem: & iustorum calamitates ab impiorum inuidia ortas aditum aliquando ad gloriam & nominis celebritatem aperuisse. Nisi fuisset inuidia filiorum Iacob, non obtineret Ioseph Aegypti principatum. Inuidia fuit bestia illa, & hydra palustris, de qua aiebat Iacob: Era pessima deuorauit eum. Sed quæ illi perniciem machinabatur, eiusque lucem extinguere volebat, in causa fuit, vt ipse consequeretur nominis claritatem & amplitudinem, essetq; in omnium ore cū illustri laude versatus, & in magna dignitate constitutus. Cùm autem postea eius fratres calamitatibus premerentur, aiebant inter se: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Philo Platonicus in libro qui inscribitur πολιτικός βίος ait, id quod Gentium literæ sub Herculis ænigmatè significarunt, fuisse re vera in Iosepho

pho adimpletum, & hydram illam in Lerna fuisse fratrum inuidiam. Per Iosephum etiam qui rectè factis aduersus seipsum incitauit æmulationem, eos intelligendos censet, qui rerum publicarum tractant gubernacula, & in præclara virtutum facinosa incumbunt, per fratres verò Iosephi existimat inuidos omnes significari. Huiusmodi fuerunt Ammonitæ, qui quoniam in Hebræos peccauerunt, eorum pristinae felicitati inuidentes, & postea eorum ærumnis insultantes, fuerunt calamitatibus oppressi, & incredibilibus doloribus lacerati.

Tradam te filijs orientibus in hereditatem. Hoc est, Persis & Medis, qui sunt ad orientem respectu terre Ammonitarum. Sunt, qui per filios orientis intelligant Chaldæos. Quod potest eum prima opinione cohærere: nam Persæ & Medi euerfa Babylone in Chaldæa habitauerunt. Ego existimo hos filios orientis fuisse milites Nabuchodonosoris, qui Ammonitas superarunt, vt supra explicuimus, capite vigesimo primo. Etsi Iudæi fuerunt ob scelera sua in captiuitatem adducti, erant tamen inter eos nonnulli, in quibus lumen fidei elucescebat, iustitia insignes, & in omni virtutum genere admirabiles. Quare impium fuit gaudere Ammonitas eorum calamitatibus. Et quæuis omnes illi Hebræi impij essent, non tamen Ammonitæ eos deberent odio habere, sed scelera eorum, nec eorum ærumnis latari ob inuidiam & maleuolentiã, sed ob iustitiam, & dei gloriam. Sed quoniam iniquo animo illis insultabant, fuerunt in manibus Babylonijs traditi, & in cæcis inferorum tenebris detrusi, indigni luce, quoniam lucis largitorem aspernabantur.

Et collocabunt caulas suas in te. Hoc est, pecorum habitacula.

Dabique Rabbath in habitaculum camelorum. Id est, in vastam regionem Am-

monitarum, vt vbi erant vrbes insignes, sint foueæ & pascua iumentorum. Eodem modo Esaias de regione alia deua standi dicebat: Erit cubile draconum, & pascua struthionum. Rabbath ciuitas fuit Ammonitarum, & vt ait diuus Hieronymus, totius regni metropolis.

Et sciatis quia ego dominus. Nimirum cum iustitiam meam senseritis. Tanta est dei misericordia, vt etiam ad hostes nominis sui respiciat: non tantum deus est vnus nationis, sed omnium. Ideo non solum eorum, qui ipsum colunt, curam gerit, sed impiorum etiam, qui ab eo animam habent penitus alienatam. Eos puniunt, vt intelligant eum esse deum, & ad illum conuertantur: eos coercent, vt cognoscentes diuinam iustitiam & potentiam se non efferant in sublime, sed timeant, & diuitijs, rebusque prosperis, & ad voluntatem fluentibus non abutantur ad excidium miserorum, sed intelligant aliquando, & animo perspiciant esse se mortales & caducos, ea lege natos, vt flores eorum res possint marcescere, & in luctum ac moerorem mutari. In Prouerbijs ait Salomon: Pestilente flagello stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam.

Extendam manum meam super te. Hoc est, puniam te. Hebraismus est, de quo alibi differuimus.

Moab & Seir. Vaticinatur aduersus Moabitas & Idumæos. Moab est vrbs Arabiæ, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipse testatur, vocabatur Arcopolis: dicta Moab ab vno ex filijs Loth appellato Moab, hoc est à patre: filia enim Loth eum habuit à patre suo. Quod ijs verbis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Cõreperit duæ filias Loth de patre suo: peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsq; in presentem diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon

Ammon &c. Ab vrbe Moab appellata est tota illa regio hoc nomine. Seir mōs est in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena: quæ quia Esau pilosus erat, appellata est Seir, hoc est pilosus. Meminit Esaias montis Seir in visione Idumææ: & Malachias capite primo, & noster Ezechiel capite trigesimo quinto.

Ecce sicut omnes Gentes domus Iuda. Id est, derelictus est populus Israeliticus, sicut populi idolōrum cultores. Gloriarī solebat populus Iudaicus esse se populum dei, & sibi ipsi tantum notum, esse dominum, iuxta illud psalmographi: Notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomen eius. Sed videntes Moabites eum esse calamitatibus pressum, & in seruitutem adductum, illum irridebant, existimantes forsasse, deum nulla tangi cura rerum humanarum, nullum iustorum iniustorumque habere delectum. Hæc opinione erant imbuti nonnulli, qua nulla est deterior pestis, nulla capitalior, de let enim fundamentum religionis, omniaque iura diuina & humana peruertit.

Ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus. Hoc est, aperiam muros & arces munitas ciuitatum Moab, vt in eas ingrediantur hostes, easque capiant, & direptioni committant. Humerum appellat quemcunque locum fortem & munitum. Vel sic: Ego puniam vrbes Moab; nam aperire humeros alicuius est eum flagellis grauius vulnerare. Vel sic: Ego infringam omne robur vrbiū Moab. Verba illa dei apud Esaiam: Dorſa regum mortua, ita possunt verti: Humeros regum aperiam. Hoc est, reddam reges imbecillos, & auferam ab illis vires & fortitudinem. Quæ verba septuaginta in hunc modū transtulerunt. Fortitudinem regum confringam. Hunc autem Ezechielis locum ita verterunt: Ecce ego dissoluam humerum Moab. Hoc est, omne robur eius labefactabo.

& confringam. *Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim.* Ciuitates erant Moab insignes, quibus deus euerſionem minatur. *Fily orientis cum filijs Ammon.* Constructio pēdet à superioribus. Dixerat se esse aperturū muros ciuitatū Moab: nūc eos explicat, quibus erat illos aperturos, vt per illos introirēt, & vrbes expugnant. Hi erant filij orientis, qui ingressi sunt ciuitates Moabitarū cum filijs Ammon. Nam postquam milites Nabuchodonosoris, qui per filios orientis intelliguntur: victoriam reportarunt de Ammonitis, nonnullos ex ipsis captiuis secum duxerunt ad Moabitas expugnandos. Vel cū filijs Ammon, hoc est, quæ admodum dixi tradēdos esse filios Ammon. Potest totum hoc ita verti ex hebraico: Idcirco ecce ego aperiam muros ciuitatum Moab, ciuitatum, in quæ quæ sunt in finibus, seu limitibus eius in clytæ, & nobiliores: quæ sunt Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim: & tradam eas filijs orientis euntibus contra Moab, & contra filios Ammon.

Et dabo eam in hereditatem, vt non sit vltra memoria filiorū Ammon in Gentibus: Et in Moab faciam iudicia, & scient, quia ego dominus. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod fecit Idumæa vltionē, vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitque delinquēs, & vindictam expetiuit de eis, idcirco hæc dicit dominus deus: Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum: & faciam eam desertam ab austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent. Et dabo vltionē meam super Idumæam per manum populi mei: Israel & facient in Edom iuxta iram meam

D meam & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres, propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: faciamque in eis vltiones magnas, arguens in furore. Et scient, quia ego dominus, cum dederō vindictam meam super eos.

Et dabo eam. Subaudi Ammon ciuitatem, seu regionem. Totam illam regionem dedit deus Babylonijs.

Vt non sit vltra memoria filiorū Ammon in Gentibus. Hoc est, vt nulla sint inter gentes illustri laude celebrati. Euanescet & obscurabitur eorum memoria. Vidi impium superexaltatū, ait diuinus psalter, & eleuatum sicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Et Salomon in Prouerbijs: Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Scelerati homines, qui maleficijs pascuntur, etsi exitus prosperos aliquando, & nominis celebritatem consequantur, non diu tamen permanent in illo florente rerum statu. Qui illos laudibus efferebant, postea de illis penitus conticescunt. Nam illi gloriam illam falsam, positam non in virtute, sed in populi temeritate amittunt in vita, aut saltem post vitam, quando in æternas miseras præcipitantur. Nō est igitur in falsa mundi gloria nitendum: quoniam, vt ait Esaias, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et Ecclesia-

sticus: Omnis caro, inquit, sicut fœnū veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia deiiciuntur. Loquens Dauid de impio potente, & mundi fama celebrato, ait: Cum interierit, non sumer omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Quod ait non sumet omnia, hebraismus est, pro quo nos dicimus: nihil sumet. Et Ecclesiasticus: Memoriam superbiorum perdidit deus: & reliquit memoriam humilium. Ideo aiebat Esaias: Auferetur gloria Moab. Et rursus: Auferetur gloria Cedar. Et postea inducit deum ijs verbis loquentem: Ego gloriosos terræ humiliabo. Similiter Oseas ita aduersus impios Iudæos deum hæc verba dixisse testatur: Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Oportet nos dei gloriam quærere, & vt admonet apostolus, omnia in gloriam eius facere, vt gloriam immortalem comparemus. Nam mundi gloria fluxa est, & caduca, quoniam obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Audi diuinum Paulum aientem: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidēs. Si gloriam cupis, inquit Chrysostomus, gloriā despice: & omnibus eris gloriosior. Et Hieronymus: Si verè laudabilis esse cupis, laudes hominum non requiras. Falsa gloria est veræ pœnæ procreatrix: & quauis te dilaret, & magnum oculis populi efficiat, in summo te tamen periculo constituit. Quemadmodum sagittarius scopum magnum facile attingit, à paruo autem aberrat, sic diabolus eum, qui se inani mundi gloria amplificat, iectu sagittarū suarum facile percussit, submissum autem & abiectum non item. Omnis inanis gloriæ cupidus insipientis est, quoniam apud dæmonem inflatur, vt eius transfigatur telo & sagitta. Ideo ait in Prouerbijs Salomon: Nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec nec transfigat sagitta iecur eius. Vera gloria

Dd gloria

gloria in virtute consistit, quæ radices agit, ac longius propagatur: vana omnia celeriter decidunt, nec inane quicquam potest esse perpetuum. Ammonitæ & Moabitæ in omnium ore quondam cum gloria versabantur, sed ita ab illa deciderunt, ut non esset eorum memoria in gentibus, ut ait hoc loco Ezechiel: Sed dices: Nonne Ieremias postquam de Ammonitarum euerfione vaticinatus est, subdidit: Post hæc reuertamur faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait dominus? Subdidit quidem: Imò postquam Moabitaram excidium prædixit, adiunxit: Et conuertamur captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait dominus: Sed hæc non repugnant huic Ezechielis vaticinio: nam Ezechiel loquitur de vana mundi prosperitate & amplitudine, in temeraria vulgi opinione constituta, quam Ammonitæ & Moabitæ amiserunt, quæ usque adeo euanuit, ut postea longo temporis spatio nulla esset eius memoria: Ieremias autem loquitur de vera nobilitate, in virtute collocata, quam erant in tempore gratiæ per Christi fidem consecuturi. Multi enim ex regionibus illis per apostolorum prædicationem fuerunt ad Christi fidem conuersi, & repudiatis idolis ad numen sanctissimum confugerunt. Ideo dixit Ieremias illud implendum esse in nouissimis diebus. Solent namque diuinæ literæ tempus Messias nouissimos dies appellare. Ita patriarcha Iacob, quo nemo tunc erat sanctior, nemo sapientia illustrior, nemo charitate feruentior, cum ad exitum vitæ vocaretur, conuocatis filiis suis has voces emisit: *Genes. 49.* Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Et tunc mysteria Christi venturi illis altè prædixit. Hi sunt dies, quos apostolus in epistola prima ad Corinthios fines seculorum vocauit, & in epistola ad Galatas, temporis plenitudinem. *1. Corin. 10. Galat. 4.*

In Moab faciam iudicia. Idest, eos grauius castigabo. Septuaginta habent: In

Moab faciam vltionem.

Pro eo quod fecit Idumæa vltionem: Idumæa appellatur etiam Edom, sumpto nomine ab Esau illius regionis habitatore, qui vocabatur Edom, hoc est rufus, & terrenus. Et quoniam Iacob obtinuit primogenituram & benedictionem paternam, quam fratri suo Esau maiori nato subripuit, fuit vexatus ab illo. Similiter Idumæi posterius Esau Israelitas à Iacob originem ducetes odio prosequerantur. Et in vltionem primogenituræ & benedictionis insultarunt Hebræorum calamitatibus, eosque oppugnarunt, & opprobrijs affecerunt. Quæ ob causam euertit deus Idumæos: nam ipse ait: Mihi vindictam, & ego retribuam. Quem locum affert diuus Paulus in epistola ad Romanos, dicens: Non vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Vbi participium, defendentes, non accipitur pro se protegere, vimque vi repellere, & bona sua tutari, id enim cuique licet, dammodo bono fiat animo. Nam ipse apostolus dedit operam, ut se à Iudæorum coniuratione per milites tribuni tueretur. Vult enim natura esse conseruatrici sui, estque omnium animantium generi à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueantur, declinentque ea, quæ eis nocitura videntur. Estque lex hæc non solum scripta, sed nata, quam non solum didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non modo docti, sed facti, non solum instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in hostium incidat insidias, si vim nobis inimici inferant, si nos ad excidium vocauerint, liceat nobis defendere nos ipsos cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quis non videt honestam esse rationem expediendæ salutis? Potest accidere aliquando, ut laudabilius sit seipsum non protegere, iuxta id,

Matth. 5. ra id, quod dixit dominus: Si quis te percussit in vna maxilla, præbe ei & alteram. & id quod ait apostolus in prima ad Corinthios: Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudè patimini? Verum id, quod ait Christus de maxilla altera præbenda est in animi præparatione præcipue obseruandum, ut cum opus fuerit, non solum maxillam, sed corpus & vitam pro dei fide & honore iniurijs, & opprobrijs, & vulneribus, & gladijs, & flammis offeramus. Sed cõmuniter vnicuique se protegendam facultas. Quare defendere loco illo apud diuum Paulum non significat protegere, sed vlcisci. Id quod ostenditur ex sequentibus: subditur enim: sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam. Vbi vides vindictam esse prohibitam, non autem defensionem. Solent tamen literæ diuinæ verbum defendere pro vindicare & vlcisci aliquando vsurpare, ut in libro Iudith, vbi scriptum legitur iurasse Nabuchodonosorem se esse defensurum de regionibus his, à quibus nuntij sui fuerant cum dedecore repulsi. Et loco illo apud apostolum modo citato. Nec existimes prohibitam esse omnem vltionem, sed eam, quæ propria sit potestate, potest enim quis iure per publicam potestatem aduersarij punire, ut iustitia exerceatur, & hominum societas cõseruetur: dammodo absit ira, & spiritus non iustitiæ, sed vltionis. Ideo ait: Sed date locum iræ. Hoc est deponite iram, cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Vel date locum iræ inferentis iniuriam. Vel relinquite locum iræ dei, ipse enim vltionem sumet, qui ait: Mihi vindictam, & ego retribuam. Sed quoniam Idumæi se ipsos cum Babilonijs ad Iudæorum euerfionem & excidium coniunxerunt, & propria auctoritate eos vlti sunt, in eosque ventos excitarunt, nulla iustitia moti, sed odij & inuidiæ stimulis concitati, quoniam quæ vitia in alijs reprehende-

bant, in ijs ipsis deprehendebantur, merito fuerunt puniti, & ab iisdem Iudæis superati, & in summam ignominiam adducti. Per quæ enim quis peccat, ut dicitur in libro Sapientiæ, per hæc & torquetur. *Sapient. 11.*

Extendam manum meam in Idumæam. Hoc est, animaduertam grauius in illam. Excedere deum manum in aliquem est in eo facere iudicium: qua dicendi exornatione vsus est paulò antè, cum dixit: In Moab faciam iudicia.

Ab Austro, & qui sunt in Dedan gladio cadent. In hebraico pro Austro est Theman, quæ dicitio austrum significat. Est etiam nomen cuiusdam ciuitatis, Latine Auster appellatæ. Igitur Auster & Dedan nomina sunt vrbium insignium Idumææ. Sunt, qui dicant non esse vrbes, sed loca quædam ita vocata. Diuus Hieronymus ita ait: Theman regio est principum Edom in terra Gebalitica à Theman filio Eliphaz, filij Esau sortita vocabulum. Sed & vsque hodie est villa nomine Theman, distans ab vrbe Petra quinque millibus, vbi Romanorum militum præsidium sedet. Hæc ille in libro de locis Hebraicis. In libro autem de nominibus Hebraicis ait Theman sonare austrum.

Et dabo vltionem meam. Idest, sumam vltionem de Idumæis per manus Hebræorum. Solet enim deus aliquando homines per homines punire. Vnde impium & immanem Assyriorum regem vocat *Esa. 10.* virgam furoris sui, quoniam eo sceleratos castigabat. Vbi autem scripta sit victoria hæc, quam Iudæorum populus obtinuit de Idumæis, non inuenio in sacra scriptura, nisi sit ea, de qua agitur libro primo Machabæorum. capite quinto. *1. Machab. 5.*

Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam. Prædicit Palæstinorum excidium. Philistim fuit quædam ciuitas celebris, quæ postea amisso nomine tempore diui Hieronymi, ut ipse testatur, vocabatur Ascalon, à qua tota regio denominata est

Philistæa, & Palæstina, eiusq; habitatores Palæstini, & Philistij, & Philistini: de quorum excidio vaticinatur hoc loco Ezechiel, quod eò passi sunt, quòd de filijs Israelis ultionem sumpserant. Hi fuerunt antiqui Iudæorum hostes, qui cum vidissent Babyloniorum exercitum aduersus Hierosolymam, adhæserunt illis, vt omnes simul Iudæos oppugnarent, & acerbis calamitatibus opprimerent.

Et prædã reliquias maritimæ regionis. Id est, Palæstinæ, quæ sita est ad mare mediterraneum. Vaticinans Sophonias de Palæstinorum excidio ait: Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum. Verbum domini super vos Chanaã terra Philistinorum. Quasi dicat. Væ vobis, qui habitatis in ora maritima terræ sanctæ, hoc est, in Palæstina. Væ vobis, qui estis gens vastatrix & perdita: latum est contra vos verbum domini à Chananæi, quo indicat statuisse perdere vos, & totam terram Chanaan euertere & deuastare. Vbi nos habemus: gens perditorum, potest verti ex Hebræo gens Cerethæorum, ita enim appellabantur Palæstini.

Et scient, quia ego dominus. Per experientiam diuinæ iustitiæ.

Cum dederò vindiictam meam super vos. Id est, cum vos puniero: cum mihi dederitis pœnas scelerum vestrorum. Tunc enim apparet gloria dei, cum de impijs sumit ultionem. Eodem modo loquens Esaias de sceleratorum Iudæorum excidio, ait: Exaltabitur autem dominus solus in illa die. Et rursum: Exaltabitur dñs exercituum in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Et psalmographus: Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Pro cognoscetur est in Græco & in Hebraico cognoscitur, sed parum refert, dummodò intelligas, falsam esse & impiam eorum opinionem, qui somniantes aiunt, deum

non curare res humanas, sed sinere mundum temerè ferri, impios impunè grafari, innocentes affligi & opprimi, nullamque esse dei prouidentiam, nullum iudicium, cum appareat sapienter inuentibus deum mundi esse opificem & gubernatorem, & iustitiam ac potentiam suam in sceleratorum hominum castigatione ostendere: tunc enim cognoscitur, cum iudicia facit. Tunc eum gentes miris laudibus efferunt, cum impios superbos deiectos vident, & publicorum malefactorum suorum iustas pœnas persoluere. Solent tum homines, deum iustum esse experimento cognoscere, cum eum vident confringentem vires & opes improborum ferocitate exultantium, eosque calamitatibus insignibus opprimentem. Nihil est, quod vulgi animos magis excitet ad diuinam religionem colendam, quàm ultio diuina, vbi deus iustitiæ suæ manifesta documenta constituit, bonos eripiens, iniquos autè delens. Ideo ait Dauid: Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Exurge domine deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. Ac si diceret: Ostende domine iustitiam tuam, ne me finas tandiu impiorum hominum calamitatibus exerceri, & vndique oppugnari: extolle te ipsum in ira contra hostes meos immanes. Tu iuste deus mundi gubernator & rector fac quod rerum publicarum gubernatoribus faciendum præcepisti: vlciscere impios bellum & interitum innocentibus publicè inferetes: & ita populorum cœtus te toto ore laudabit, cum aperta tuæ seueritatis moniméta cospexerit.

Annotations ex hebræo in caput XXV.

Ecce ego tradam te filijs orientalibus. Pro orientalibus est in hebraico 𐤀𐤓𐤁𐤀 cedem

Genes. 2.

cedem, quæ dictio significat orientem: & quoniam oriens appellatur mundi principium, accipitur pro principio: & quoniam principium rei est antiquius medio & fine, accipitur etiam pro antiquitate. Capite secundo Genesis vbi nos habemus: Plantauerat autè dominus deus paradysum voluptatis à principio, est in hebraico: Plantauerat autè dominus deus paradysum גן עדן behedem mi cedem. Dictio hedem significat voluptatè, & delicias: pro quo Symmachus transtulit paradysum florentem. Cedem est dictio, de qua agimus: pro qua Aquila transtulit: ἀπὸ ἀρχῆς, Hoc est, à principio: Symmachus verò ἐκ πρώτης, quod idem ferè est. Eodem modo paraphrasis Chaldaica: Plantauit dominus deus hortum in loco voluptatis ab exordio. Hos omnes secutus est noster interpres. & rectè quidem. At septuaginta verterunt: κατὰ ἀνατολὰς, hoc est ad orientem: Ita enim habent: Et plantauit dominus deus paradysum in Edem ad orientem. Quos præter authores Græcos secutus est diuus Ambrosius in libro de paradiso, cuius ad literam hæc sunt verba: Legimus in Genesi à deo paradysum esse plantatum secundum orientem. Et diuus Hieronymus in quæstionibus in Genesim: Et plantauit dominus deus paradysum in Edem contra Orientem. Eodem modo legit diuus Augustinus octauo de Genesi ad literam. Qui legunt plantatum fuisse paradysum voluptatis à principio, non ita intelligunt à principio, vt eum plantatum fuisse credant ante coelum & terram, sed à principio, hoc est à tempore creationis mundi, quando deo iubente terra herbam lignaque genuerunt. Ita Rupertus abbas, & Hugo de sancto Victore locum illum interpretantur. Eodem modo apud Ioannem, vbi dominus de diabolo loquens ait: Ille homicida erat ab initio, hoc est a sexto die, in quo homo per peccatum incidit in mortem, quam illi diabolus machina-

Ioan. 8.

tus fuit. Aspicias igitur nomē hoc cedem orientem significare & principium. Capite vigesimo nono Genesis, vbi nos habemus: Profectus ergo Iacob venit in terram orientalem: pro orientali est in hebraico dictio hæc cedem: pro qua etiã septuaginta transtulerunt orientem: & similiter paraphrastes Chaldaus. In Hebraico ita est, si verbum verbo reddere volueris: Et erexit Iacob pedes suos, & abiit in terram filiorum orientis. Vbi per filios orientis gentes illæ significantur, quæ ultra Euphratem habitabant, & Mesopotamiam incolebant, quæ respectu Iudææ erant ad orientem. Accipitur nomen hoc cedem pro re antiqua capite trigesimo tertio Deuteronomij, vbi ita scriptum est: De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium. Vel vt potest ex hebraico verti ad literam: de vertice montium antiquitatis. Quorum verborum hic est sensus: Sit terra Ioseph benedicta à deo, plena excellentibus fructibus, qui solent produci & maturefcere beneficio caloris solis, & influentiæ lunæ, & fructibus prouenientibus in cacuminibus montium antiquorum, vel montium orientalium, seu respicientium ad orientem, vel montium, qui fuerant à principio mundi. Ab hoc nomine cedem deriuatur nomen cidmath, quod significat principium, orientem, antè, contra. Capite secundo Genesis, vbi nos habemus: Nomen fluminis tertij Tigris: ipse vadit cōtra Assyrios. Pro cōtra est in hebraico cidmath: Eam ob causam paraphrasis Chaldaica habet: Ipse fluit ad orientem Assyriæ. Et reuera hic fluuius, vt ait Strabo, fertur in partem Assyriæ, quæ spectat ad orientem. Noster autem interpres transtulit: Contra Assyrios: secutus septuaginta, qui eodem modo verterunt: & rectè quidem, quoniam perspicuum est, dictionem hanc id etiam, vt diximus, significare. Appellatur autem fluuius hic Tigris, vt ait diuus Hieronymus de lo-

Genes. 29.

Deuter. 33.

Genes. 2.

cis Hebraicis instar bestiarum hoc nomine appellatē admirabili pernitate currentis: qui fluuius, ut asserit Iosephus, post multos circuitus influit in mare rubrū. Et quoniam dictio cedem, qua hoc loco videtur Ezechiel, significat, ut dictum est, antiquitatem, poterat hic locus ita verti: Ecce ego tradam te filiis antiquitatis, vel filiis antiquorū. Hoc est, Chaldaeis: nam ab illis ducebant Idumaei genus, & originem suam: Idumaei enim descendebant ab Esau, Esau ab Isaac, Isaac ab Abraham, Abraham verò à Chaldaeis, Ergo à primo ad vltimum antiquitatē suam ducebant à veteribus Chaldaeis qui hoc loco antiqui appellantur. Filij autem antiquorum erant recentiores Chaldaei, à veteribus Chaldaeis principium familiae suae afferentes: qui quidem veteres Chaldaei fuerunt maiores & antiqui Idumaeorum. Septuaginta interpretes noluerunt dictionem mutare, sed eandem intactam relinquentes verterunt: Ecce ego tradam vos filiis Cedem.

Ecce ego extendam manum meam super Palaestinos, & interficiam interfectores. Pro interfectoribus est in hebraico כרתים Cerethim, à verbo carath, quod significat praecidere, vastare, perdere, interficere. Ut apud Ezechielem decimosexto: Non est praecisus umbilicus tuus. Vnde Cerethim significat vastatores, praecisores, & interfectores. Et hanc vltimam significationem secutus est noster interpres. R. David in libro radicū ait Cerethim siue Cerethaos esse familiam quandam, & nomen gentilitatis, ac magni generis apud Palaestinos: posseque hunc locum ita verti: Castigabo Palaestinos, & occidā Cerethaos, qui sunt apud eos nobiles, & magnae atque illustri gentilitatis & familiae. Vbi communis versio apud Sophoniam habet: Vae qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: habet litera hebraica: Vae qui habitatis ad tractum maris,

gens Cerethaeorum. Quidam existimant Cerethaos idem esse quod sagittarios: nam secundo Regum octauo, ubi communis versio habet: Benaias autem filius Ioiadae erat super Cerethi, & Phelethi: habet paraphrasis Chaldaica: Erat super sagittarios, & fundibularios. Sunt, qui arbitrentur fuisse duas nobiles familias & cognationes, quae ab aula Davidis nunquam recedebant. Diuus Hieronymus duas asserit fuisse legiones, quarum vna ideo Cerethaeorum vocabatur, quod homines interficeret & iugularet. Aquila, Symmachus, & Theodotio pro Cerethim siue Cerethaeis vertunt interfectores. Pagninus nomen ipsum non mutat: ita enim hunc Ezechielis locum vertit: Succidere faciam Cerethaos. At septuaginta pro Cerethaeis habent Cretenses. Ita enim transtulerunt: Et disperdam Cretenses. Locum etiam Sophoniae paulò ante citatum ita verterunt: Vae qui habitatis funiculum maris aduenae Cretensium. Hi Cretenses sunt hi, de quibus ait Epimenides: Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri. Quem locum citat diuus Paulus in epistola ad Titum. Etiam si non desint, qui testimonium hoc ad Callimachum Cyreneum referant, apud quem initium huius carminis inuenitur. Erant Cretenses vafri & fallaces. Vnde ortum est tritum vetustate proverbium: Cretiza cum Cretensi. Quo usus est Plutarchus in vita Lyfandri, & in vita Pauli AEmilij. Creta est insula in mari mediterraneo, quae hodie appellatur Candia, celebris centum urbium fama, quarum praecipua fuit Gnoſſus, Minois regia, & Strabonis cosmographi patria. Fortasse fuit apud Palaestinos ciuitas aliqua vel regio appellata Creta, cuius habitatores appellarentur Cretenses, de quibus iuxta editionem septuaginta loquitur hoc loco Ezechiel: quemadmodum apud Scythas teste Valerio Flacco oppidum est appella-

appellatum Creta. Sed in diuinis literis huiusmodi urbis mentionem factam non inuenio, nec talium Cretensium: nisi fortasse sint illi, de quibus ait in Actis diuus Lucas: Iudaei quoque, & profelyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Sed credibilis est Cretes illos esse insulae Cretae habitatores, qui tempore apostolorum negotia Hierosolymae gerebant.

Argumentum capituli. XXVI.

Trum nobilem Phoenicia ciuitatem, totius regni metropolim euertendam praedicit, quod in Hierosolymam delerā insulauerit: & in Iudaeos calamitosos, arumnis acerbissimis oppressos insolentes contumelias iecerit.

Caput. XXVI.

A factum est in vno decimo anno prima mensis, factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem: Euge, confraetae sunt portae populorum: conuersa est ad me, implebor, deserta est, propterea haec dicit dominus deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans. Et dissipabunt

muros Tyri, & destruet tures eius. Et radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram: siccatio lagenarū erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait dominus deus, & erit in direptionem Gentibus. Filiae quoque eius, quae sunt in agro, gladio interficientur, & scient, quia ego dominus: quoniam haec dicit dominus deus: Ecce ego adducam ad Tyrū Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regū cum equis & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno. Filias tuas, quae sunt in agro, gladio interficiet, & circūdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum, & vineas: & arietes temperabit in muros tuos: & tures tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equitum, & rotarum, & curruū mouebūtur muri tui. Cum ingressus fuerit portas tuas quasi introitum urbis dissipatae, ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cadet: & statuae tuae nobiles in terram corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent muros tuos, & domos tuas praeclearas subuertent, & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio ponent. Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus

cithararum tuarum non audietur amplius.

EXPLANATIO.

ET factum est in undecimo anno. Subaudi transmigrationis Iechoniz, quo anno captus est Sedechias, ut ultimo capite quarti libri Regum diuine literæ memoriæ prodiderunt. In fine capitis superioris vaticinatus est Ezechiel aduersus Palæstinos: & quia Palæstine succedit Phœnicia, cuius metropolis & emporium erat Tyrus, aduersus eam dirigit nunc vaticinium suum. Vocata fuit quondam hæc vrbs Sarra, ut refert Aulus Gellius libro quartodecimo noctium Atticarum. Meminit eius Plinius libro quinto, capite decimonono ijs verbis: Tyrus quondam insula, præalto mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens. Huius vrbs fuit colonia Carthago illa insignis, Romani imperij æmula, terrarum orbis auidissima, ut ait idem Plinius, & Iosephus contra Apionem, & ostendit ijs verbis Virgilius: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenere coloni: Carthago, Italiam contra, &c. Fuisse Tyrum ab Alexandro magno expugnatam asserit Iosephus libro Antiquitatum undecimo, Nicolaus Damascenus, & Pomponius Mela libro primo de situ orbis, capite duodecimo: vbi ait fuisse illam quondam insulam in corde maris sitam, sed ab Alexandro propter expugnationem multis breui temporis aggeribus, & in fretum iactis factam fuisse terram cōtinentem: quod Plinius antea dixerat, & Diodorus in vita Alexandri, vbi eam appellat dominam maris, & orbis emporium. Iosephus libro primo contra Apionem asserit seruatas fuisse etiam suo tempore apud Tyrios epistolas multas Salomonis regis ad Hiramum Tyriorum regem, & Hiram ad Salomonem. Fuisse enim hos duos reges amicitia con-

iunctos literæ diuine libro tertio Regum testantur. Berofus Chaldæus ait, vrbs hanc à quodam, qui Tyrus vocabatur, conditam fuisse anno post diluuium. 189. Iosephus ait constructam fuisse ante templum Salomonis anno. 240. Iustinus libro decimo octauo refert fuisse conditam à Sidonijs. Fuit hæc vrbs à Mauris exusta, à Dominico Veneto capta, & à Soldano anno à virginis partu. 1290. incendio tradita, & funditus euersa. Huius ciuitatis meminit diuina scriptura libro Iosue, capite decimonono, dicens, Reuertitur in Horma vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum. Et libro. 3. Regum capite quinto. Et apud Esaiam capite. 23. vbi eius euersio prædicitur. Et apud Ieremiam. 47. Et apud Amos. 1. & multis alijs in locis.

Pro eo quod dixerit Tyrus de Ierusalem: euge. Id est, quia Tyrij videntes Hierosolymam euersam, illi verbis insolentibus insultarunt, lætitia gestientes ob eius vastitatem.

Confractæ sunt portæ populorum. Id est euersa est vrbs, quæ erat porta omnium gentium. Periphrasis est Hierosolymæ, quæ ideo porta populorum dicebatur, quia ex omnibus terrarum oris multi ad eam continebant. Id indicat diuus Lucas Actorum secundo, vbi ait fuisse ibi tempore apostolorum Parthos, & Medos, & Elamitas, & Mesopotamios, & Cappadoces, & qui incolebant Pontum & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam: Aegyptios, Libyos, Romanos, Cretes, & Arabes. Iosephus libro septimo de bello Iudaico ait in euersione Hierosolymæ fuisse numerum captiuorum nonaginta & septem millia, mortuorum verò undecies centum millia, quorum multi Gentiles erant. Poteris per portas fortitudinem & robur intelligere, ut sit sensus: Euersa est vrbs, cuius fortitudinem homines admirabantur. Apud veteres enim in portis vrbiū agitabantur iudicia: quam ob causam ait sal-

Deutero. 22. Et scriptura in libro Deuteronomij: Deferent signa virginitatis eius ad feniores vrbs, qui in porta sunt. Et in psalmo: Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Ac si dicat: Non timebit vir iustus, cum ei aduersarij intenderint litem, nulla afficietur ignominia, cum responderit accusatoribus suis in iudicio, quod fieri solet in vrbs porta. Ibi erant iudices & satellites, & arma, & tormenta bellica. Vnde dixit deus Abrahamo: Possidebit semē tuum portas inimicorum suorum. Volens Ieremias significare nullum esse Hierosolymæ robur, nullam fortitudinem, dixit: Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Ex quo effectum est, ut portæ pro fortitudine & potentia accipiantur. In hanc significationem accipiuntur apud Matthæum, cum Christus dixit: Tu es Petrus: & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Fortitudo inferi, eius potentia, vires, & arma sunt tentationes dæmonum, immanitates tyrannorum, hæreticorum perfidiæ, & impiorum hominum fraudes & scelera: quæ omnia non poterunt dei ecclesiam delere. Hoc enim dei templum vigeat memoria omnium seculorum: nullo poterit incendio amitti, nulla vi tempestatum obrui, nullis dæmonum machinis expugnari. Hæc est enim arca Noë, quæ nullis potuit diluuij fluctibus submergi. Hæc est vera illa specula, de qua ait diuinus psalter: Diligit dominus portas Sion, super omnia: tabernacula Iacob. Hæc est turris illa Davidis, quæ ædificata est cum propugnaculis, ut dicitur in Canticis, ex qua mille clypei pendunt, & omnis fortium armatura. Hæc est domus illa dei, ut ait apostolus, columna & firmamentum veritatis, quam diuus Ioannes in Apocalypsi appellat tabernaculum dei cum hominibus. Hæc est vera Hierosolyma inexpugnabilis, non terrena illa, quæ fuit

in cineres conuersa, sed cœlestis, quam ipsa perpetuitas semper intuebitur: quæ diuus Ioannes vidit descendentem de cœlo, à deo paratam, sicut sponsam ornatum viro suo, admirabilibus ac pulcherrimis ornamentis magnificentissime decoratam, & deo ipso munitam. De ea ait Esaias: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea, murus & antemurale. Et ipse saluator ait apud Zachariam prophetam: Ego ero eis murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Hæc est aduersus quam inferorum portæ nunquam poterunt præualere.

Conuersa est ad me: implebor: deserta est. Verba sunt Tyri dicentis: Conuersa est ad me Hierosolyma, tota eius opulentiæ & negotiatio ad me transibit. Ideo eæuersa ero ego in magna dignitate constituta: implebor diuitijs & delicijs, abudabo mercibus: eius euacuatio erit mea: impletio, eius vastitas erit mea: celebritas, eius ignominia redundabit in meam gloriam. Illa deserta est, ideo ego ero frequentiore mercatorum multitudine referta. Intuere mundi conditionem & qualitatem: non ornat hos, quin spoliat illos: si quendam cumulat diuitijs, alium premit inopia, non potest impleri hic, quin euacuetur ille, nec vnus affluat diuitijs, quin alius opum suarum naufragium faciat. Quemadmodum fieri non potest, ut sol hemisphærium nostrum compleat splendore, quin alteri hemisphærio tenebras obfundat, quò fit, ut cum nobis dies est, illis sit nox, qui è regione nobis, è contraria parte terræ stant: contra nostra vestigia, quos antipodas vocamus: & è contrario: sic non his effulget dies prosperarum rerum, quin alios atra calamitatum nox tenebris obscurat: quo fit, ut cum quidam lucrantur, alij amittant, cum quidam lætitia efferruntur, alij mœrore comprimantur. Vnde in haustorum rota non possunt quidam modioli impleri, quin alij euac-

cuentur, ita in huius mundi varietate si quidam opes & dignitates consequuntur, alij eas amiserunt, & sine miseria horum non possunt illi mundi amplitudinem comparare: sine tenebris vnius non potest alter splendorem adipisci. Ideo monet Salomon in Ecclesiaste, ut creatoris nostri meminerimus, antequam tenebrescat sol & lumen, hoc est dum fluunt secundæ res, dum micat claritas prosperitatis, priusquam veniat atra & tristis rerum aduersarum caligo. Nemo confidat, semper sibi illud stabile & firmum permanfurum, quod in alijs fluxum & fragile intuetur. O vanam mundi gloriam, incertam & fallacem, & tertris ignominix maculis deformatam, ad quam sine alterius ruina nemo ascendit! Nos igitur ad eas opes & dignitates aspiremus, quas absque aliorum detrimento comparare possimus, quas nec casus eripit, nec invidia labefactat, nec vetustas vlla consumit. Hæ a viro iusto possidentur, de quo ait diuinus vates: *Psalm. 111.* Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculam seculi: Et alibi: *Psalm. 36.* Spera in deo, & fac bonitatem, & inhabitat terram, & pacseris diuitijs eius. Ac si dicat: Superbiam & virtutem colueris, velim tibi persuadeas, esse te vitam placidæ & tranquillæ traducturum, & magnis diuitijs abundaturum, non illis, quæ transeunt, & fluunt, & tanquam flosculi decidunt, sed quæ permanent, & animum verè diuitem faciunt, ex quibus vera nobilitas reflorescit. His carebant Tyrii; & eam ob causam Iudæorum mæstitia latabantur, ut humanas diuitias augerent, & portum suum varijs mercibus amplificarent.

Ecce ego super te Tyre. Subaudi veniam, ut te euertam. Potest verti: Ecce ego contra te. Quasi dicat deus: Quoniam tu aliorum euersione delectaris, ego te euertam. Considera quàm mesatum sit aliena perniciæ delectari. Quia de re distulimus initio capitij superioris: moab

Sicut ascendit mare fluctuans. Idest, quem admodum procellosum mare exollit in aerem fluctus suos turbulentos & innumerabiles, sic ego efficiam, ut Babylonia aduersus te mittat milites immanitate barbaros, & numero infinitos. Comparat Babyloniæ cum mari seuo atque tempestuoso, milites verò eius cum fluctibus innumeris, vi ventorum concitatis.

Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius. Euertent enim Babyloniæ moenia omnia vrbs. Poteris per muros & turres magnates intelligere & superbos, quemadmodum apud Esaiam. *Esai. 2.* Super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum. Explicans autem seipsum ait. Super omnem superbium & excelsum. Ita potest illud Ieremix in Lamentationibus explicari: *Thren. 2.* Cogitauit dominus dissipare murum filix Sion. Et id, quod sequitur: Luxit antimurale, & murus pariter dissipatus est. Vel ut potest etiam verti ex hebreo: Luxerunt propugnacula, & muri pariter euersi sunt.

Et dabo eam in limpidiſſimam petram. Hoc est, non manebit in ea lapis super lapidem: ita eius ædificia delebo, ut solum remaneat rupes, vbi vrbs sita est, & nullum appareat pristinx ciuitatis vestigium.

Siccatio sagenarum erit in medio maris. Vbi nunc est Tyrus ciuitas frequentissima & florentissima, erit locus desertus, vbi piscatores retiâ expandant. Nonnulli codices ad marginem pro siccatione habent expansionem.

Filia quoque eius, quæ sunt in agro. Hoc est eius oppida, quæ sunt in continente. Vrbs præcipua dicitur mater, villæ verò & oppida filix, ut primo capite Iudicum: Manasses quoque non deleuit Bethsan, & Canath cum viculis suis: vbi pro viculis est in hebraico cum filiabus suis. Vbi Esaias ait: Sic erunt filix Moab in transensu Arnon, per filias Moab intelligit

intelligit oppida & vicos. Eodè modo Ieremias: Oculis meis deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbs meæ. Quasi dicat: Oculi mei dolore affecterunt animam meam in omnibus oppidis regni Iudææ & deuastatis: fleui amare ob oppidorum Hierosolymæ excidium. Quæ verba ita vertit paraphrastes Chaldæus: Fletus oculi mei ascendit, ut noceat animæ meæ propter desolationem regionis populi mei, & propter euersionem filiarum Ierusalem vrbs meæ. Ezechiel etiam capite. 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum: seu filiarum Palæstinæ. Vbi vidēs filias oppida esse, & villas, & vicos, respectu ciuitatis metropolis. Accipitur etia filia pro ipsa metropoli, si eam ad totam contuleris regionem, cuius ipsa metropolis pars est. Hinc efficitur ut Hierosolyma appelletur filia Ierusalem, ut apud Ieremiam: Mouerunt capita sua super filiam Ierusalem. Et apud Sophoniam: Latere & exulta in omni corde filia Ierusalem. Et apud Zachariam: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Et apud psalmographum. Filia Babylonis misera. Et alibi: Et filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Vbi in hebraico est filia Tyri, similiter in Græca translatione. Voluit enim diuinus vates significare fore, ut Tyrus idolorum cultrix, donâ offerret Christo, & templum conderet diuino cultui dedicata, cum se ad Christi fidem apostolorum prædicatione conuerteret. Accipitur etiam filia pro tribu: ut apud Lucam: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, hoc est de tribu sacerdotali. Hoc tamen loco apud Ezechielem accipitur filia pro oppidulo & vico.

Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor. Dixerat missurum Gentes aduersus Tyrum: modò explicat, quæ essent Gen

tes illæ. *Et comportabit aggerem in gyro.* Idest, circumdabit vndique vallo, & circumaceruatione lapidum & terræ. Id enim significat agger.

Et vineas & arietes temperabit in muros tuos. Hoc est, collocabit è regione ad muros tuos machinas bellicas, quibus te concutiat. Vineæ est bellicum instrumentum, ex lignis compactum, crudis ac fortibus corijs exterius contextum. Arietis tormētum est instar capitis arietis, quo hostes solent muros diruere.

Statuæ tuæ nobiles in terram corruent. Hoc est, idola tua aurea & argentea decident in terram. Poteris per has statuas trophæa intelligere, & monumenta à victoribus erecta in signum victoriæ. Vnde Pompeius deuictis Hispanijs, ut narrat Sallustius, trophæa in iugis Pyrenæi montis collocauit. Et Romæ solebant veteres trophæorum loco fornices siue arcus triumphales construere, quorum nonnulli nunc extant, ut est arcus Constantini imperatoris in radicibus montis Palatini versus amphitheatrum, quod nunc appellatur Colosseum, erectus ob victoriam de Maxentio reportatam. Et arcus Seueri in radicibus Capitolij versus aquilonem & zephyrum: & arcus Vespasiani in via sacra, ob deuictâ Hierosolymam extractus. Et arcus Domitiani ad sanctum Syluestri, qui vulgo dicitur arcus Portugallix. Quos ego vidi Romæ, cum ibi ordinis nostri negotia gererem. Cum Saul mirabilem de Amalachitis victoriam reportaret, ait diuina scriptura libro primo Regum eum sibi fornitem triumphalem erexisse, etiam si aliqui interpretentur eum trophæum in loco victoriæ collocasse. Sunt, qui per has nobiles statuas excelsas turres intelligant, & munita propugnacula. Alij aiunt esse imagines virorum illustrium. Solebant enim antiqui simulachra ex lapide, aut ære, aut aliqua alia materia illis discernere,

Thren. 3.

sup. 16.

Thren. 2.

Sophon. 3.

Zach. 9.

Psalm. 136.

Psalm. 44.

Luc. 1.

Esai. 2.

Thren. 2.

Iudic. 1.

Esai. 16.

cernere, & in loco conspicuo collocare; qui facto aliquo insigni rempublicam illustrabant, ut nulla de illis obmutesceret vetustas, & ut alijs adderent stimuli ad virtutum labores. Quemadmodum vt globus ferreus expandatur, vt ex eo fiat extensa lamina, oportet illum in ignis fornacem mittere, & in dura incude postea contundere, & recudere, sic non potest fama extendi & propagari, nisi sit in honestorum laborum ignem coniecta, & calamitatum ictibus percussa. Et si enim veteres illi cognoscerent satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructum esse, tamen mortalibus immortalitatem illam non existimabant esse contemnendam. Sed quoniam multi ad id idololatriæ perducti sunt, vt statuas colerent, illis summum honorem, & latriam venerationem soli deo debitam tribuentes, prohibuit deus, ne simulachra erigerent, ne idola venerarentur. Ait enim diuus Paulus eos mutasse gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis, hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Non tamen prohibuit deus imagines sanctorum. Imò pius est & laudabile eas venerari: eas autem cōfringere, detestari, & delere impium est, & hæreticum, & diabolicum. Quare de re copiosè disseruimus in nostris in Esaiam commentarijs, verba illa capituli sexagesimi quinti explanantes. Qui ponitis Fortunæ mensam.

Et quiescere faciam multitudinem cantuum tuorum. Eodem modo Esaias euersionem prædicens Moabitarum, ait: Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, nec iubilabit. Et Ieremias deum in hunc modum inducit loquentem. Quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ.

Et dabo te in limpidiſſimam petram: siccatio sagenarum eris: nec

ædificaberis vltra, quia ego dominus locutus sum, dicit dominus deus: Hæc dicit dominus deus de Tyro: Nunquid non a sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, commouebuntur insulæ, & descendunt de sedibus suis omnes principes maris, & auferet exuuias suas, & vestimenta sua varia abijcient, & induentur stupore? In terra sedebunt, & attoniti super repentino casu suo admirabuntur, & assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi, quæ habitas in mari vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi? Nunc stupebunt naues in die pauoristui, & turbabuntur insulæ in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te: quia hæc dicit dominus deus: Cùm dederò te vrbem desolatam, sicut ciuitates, quæ non habitantur, & adduxero super te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cum his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his, qui deducuntur in lacu: vt non habiteris. Porro cùm dederò gloriam in terra viuētium, in nihilum redigam te, & non eris: & requisita non inuenieris vltra in sempiternum, dicit dominus deus.

Et dabo te in limpidiſſimam petram. Explica vt supra paulò antè.

Nec

Esa. 23.

Nec ædificaberis vltra. Esaias capite vigesimo secundo, ubi de Tyrivastatione & excidio vaticinatur, ita ait: In obliuione eris à Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnus. Post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. Ac si dicat: Septuaginta annis eris euerſa à Tyre, tot enim annos durabit captiuitas Babylonica, in qua erant filij Israhel detenti, quorū calamitatibus tu insultasti. Sed finito hoc tēpore instauraberis: dabisq; operam, vt ad te negotiatores allicias, quemadmodum solet meretrix canticis suis ad se amatores excitare. Cùm autem Ezechiel dicat hoc loco non esse Tyrum vltra ædificandam, nõ videntur prima fronte hæc duo vaticinia cohære. Præterea quæ fieri potest, vt verum sit id, quod hîc ait Ezechiel, non esse Tyrum vltra instaurandam; cùm constet eam post euersionē à Nabuchodonosore sibi illatam instauratā fuisse, & ab Alexandro Magno iterum deletam, & postea ad pristinam dignitatem restituta? Nam quo tempore Christus deus noster humanam formam induit, & terras lustravit, ac cum hominibus vixit, extabat Tyrus, vt ex multis locis euāgelij cōstat. Ait enim Mattheus: Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et Marcus: Qui circa Tyrum & Sidonem audientes quæ faciebat, veniebāt ad eum. Huic obiectiōni respondendum est, particulam vltra non significare hoc loco in æternum, sed longum tempus, quemadmodum multis alijs in locis, vt in explanatione quinti capituli supra ostendimus. Dicens Ezechiel, non esse Tyrum vltra ædificandam, intelligit hoc esse spatio septuaginta annorum. Et ita non dissentit ab Esaiâ, imò vtriusq; oracula maxime cohærent. Poteris etiam dicere fuisse instauratam post septuaginta annos iuxta Esaiæ vaticinationem, sed non eodem loco, nec eadem struētura & magnificentia iuxta Ezechielis oraculum. Fue-

Matth. 23.

Mar. 3.

rat prius in mari sita, postea in terra firma coniecta in mare innumeris aggeribus: prius excelsis muris, fortibus propugnaculis, munitis arcibus, pulchris mœnibus cōstructa, postea abiecto muro septa, & humilibus edificijs instaurata.

Commouebuntur insulæ. Id est, qui insulas incolunt tuam euersionē audientes terrebuntur. Metonymia est, ponitur enim locus pro locato.

Omnes principes maris. Hoc est, omnes insularum dominatores. Vel omnes dices classium in alto nauigantes.

Auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abijcient. Describit admirationem & stuporem, quo illi tenerentur, qui euersionem Tyri audirent: & multò magis qui eam viderent: nam oculi augeant dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, aspicerè coguntur, nec sinunt cogitationem ab ærumnis separare. Exuuiæ sunt vestes, etiam si pro spolijs hosti detractis propriè sumantur. Vestimēta varia sunt ex multis licijs confecta, varijsque coloribus distincta, quæ polymitæ vestes appellantur: qualis erat, quæ induebatur

Genes. 37.

Exod. 36.

Exod. 28.

Exod. 39.

Sup. 16.

Sup. 16.

Joseph. Huiusmodi erat velum tabernaculi, & superhumerale sacerdotis, & rationale, & vestis ea, qua induta erat Hierosolyma, iuxta id, quod supra dixit Ezechiel capite sextodecimo. Scientes igitur principes maris excidium Tyri, ornamenta sua abijciebant: & admirati ac stupidi reddebantur. Id solent diuinitates literis mandare, cùm volunt magnam alicuius ciuitatis vastitatē significare.

Ita Esaias prædicens Babylonis ruinam has voces consignauit monimētis: Corruit, cùm audirem, conturbatus sum; cùm viderem: emarcuit cor meum: tenebræ obstupefecerūt me. Et Nahum de euersione Niniue, Omnis, inquit, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue. Quis commouebit super te caput? &c. Verūm pro exuuijs habeat septuaginta interpretes coronas: & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.

Esa. 26.

Nahum. 3.

ru. Solent enim repentina videri grauiora: nō est enim dubium, quin omnia quæ mala existimentur, sint improvisa acerbiora. Eam ob causam sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant: oportet enim, cum res ad voluntatem fluunt, meditari, quo pacto aduersarum rerum moles declinetur, aut feratur. In humanis historijs scriptum legimus imperatorem Adrianum anulum gestasse, quem aiebat fuisse Drosij Germanici, in quo erant hæ litteræ sculptæ: Illis grauis est Fortuna, qui bus est repentina. Augustinus de singularitate clericorum, Vbiunque, inquit, fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria: vbi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur. Et Gregorius in homilia: Minus iacula feriunt, quæ præuidentur, & tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per prouidentiam clypeum munimur. Et Seneca in Prouerbijs: Grauis nocet, quodcunque in expertum accidit: melius est præcadere, quam cauerè. Et Scipio Maior dicere solebat, turpe verbum esse: Non putaram. Ideo oportet consilio uti, quod est veluti oculus futurorū: Nam vt ait Salomō in Prouerbijs: Astutus omnia agit cum consilio. Et Ecclesiasticus 32. fiaisticus, Fili, inquit, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Et Deuero. 32. Moyes: Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent.

Prouerb. 13.

Ecclesi. 32.

Deuero. 32.

Non stapebunt naues. Hoc est nauigātes. Metonymia est.

Eò quod nullus egrediatur ex te. Hoc est, quod nullus mercator exeat ex portu tuo. Quidam vertunt: Terrebutur insulæ, quæ sunt in mari ab exitu tuo, hoc est ob exilium tuum, quod ciues tui captiui ducantur.

Et adduxero super te abyssum. Hoc est, aquarum multitudinem, quæ te obruant, & penitus operiant. Erat Tyrus insula: quæ ob causam ait deus adducturum se esse super eam abyssum aquarū: solent enim

aliquando oppida maritima insularum fluctuum maris inundatione subuerti. Sed per has aquas intelligit diuinus vates afflictiones: & nominans abyssum in nuit summam calamitatum magnitudinem. Volens regius vates describere rerum aduersarum angustias, & vim erūnarum, atq; calamitatum multitudinem, quibus penè fuerat demersus, Exaudiuit inquit, preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto facis. Vbi pro lacu miseriæ, potest verti ex hebreo, cister na strepitus. Quasi dicat: Cum essem periculis cinctus, eripuit me deus de cister na calamitatum, in quam turbulentæ & impetuosæ molestiarum aquæ vndique irruebant, & cum ingenti strepitu decidebant, ac præ nimia agitatione resonabant. Cum autem aquarum nomine intelligantur ærumnæ, dolores, & cruciatus, par est, vt per abyssum summa calamitatum magnitudo significetur: abyssus enim aquam significat profundissimam. Id quod est in libro Genesis scriptum: Tenebræ erant super faciem abyssi, significat esse aquarum vim & profunditatem tenebris coopertam. Et de Aegyptijs in mari rubro mirabiliter obrutis ait diuina scriptura in Exodo: Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundū quasi lapis. Est igitur abyssus aduersitas acerbissima, periculis plenissima, & ferè intoleranda. In hanc significationem accipitur à regio vate in psalmo dicente: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Hoc est calamitas magna alteram secundam ducit non minus ingentem calamitatem, in voce nubium pluuiam vehementem effundentium. Vna afflictio alteram secum trahit, te domine plente super me calamitates: finis vnius est principium alterius. Infinita imbrium copia, & ingens aquarum cella me ferè obruit & submergunt. Et subdit statim. Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. Achi dicat: Eheu quare me torpētis ærumnis

Psal. 39.

Genes. 1.

Exod. 15.

Psal. 41.

ærumnis, refugium meum, & singularis spes mea? nam excelsa tua, hoc est tonitrua, & fulmina, & grandines, quæ te disponente in aere fiunt, & fluctus aquarum in terræ fluuijs agitarum, omnia denique aspera & aduersa, plena molestiarum & dolorum ita decidunt super me, vt nulla detur à miserijs intermissio. Quod ait: in voce cataractarum tuarum, potest transferri: ad imitationem vocis cataractarum tuarum. Sunt autem cataractæ ianæ pensiles, & vasa pensilia, vbi aquæ sisti solent, & vnde demittuntur pro hominum arbitrio. Imò ipsæ aquæ ex alto cum impetu defluentes, & nubes in aquas resolutæ, & ipsæ pluuiæ ex nubibus vehementer decedentes cataractæ appellantur, atque in hanc significationem hoc loco accipiuntur, vt horribiles calamitates significant. Sed quoniam in his ærumnis confugiebat ad diuinum numen, & in eius suauissima memoria conque scebat, fuit ab illis ereptus, vt ipse ijs verbis in alio psalmo testatur: Quantas ostendisti mihi domine tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssi terræ iterum reduxisti me. Vbi etiam per abyssos calamitatum profunditas & immonitas significantur.

Psal. 70.

Et detrahero te cum his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum. Hoc est, cum te interfecero. Potest verti: Tunc detraham te cum descendentes, &c. Sensus est: Cum te vastauero, & abyssos calamitatum oppressero, tunc te deponam cum his, qui descendunt in sepulchrum ad eos, qui ante multa seculā vitamigarunt. Accipi lacum pro fouea & sepulchro indicat locus ille psalmographi: Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me: & assimilabor descendentes in lacum. Hoc est, ne ad preces meas absurdescas deus meus: præbe mihi aures misericordiatuæ, ne si mihi opem non tuleris, similis sim il-

Psal. 27.

lis, qui demittuntur in sepulchrum. Et illud: Aestimatus sum cum descendentes in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vel accipitur hic ab Ezechiele lacus pro inferno: in quam significationem accipitur in loco illo Esaiæ: Veruntamen ad infernum detraheris, ad profundum lacu. Et à Zacharia: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Christum alloquitur, qui sanguine suo mundum redemit, & patres detrahit à limbo, quæ vocat carcerem siue lacum sine aqua. Noster etiam Ezechiel capite trigesimo primo infernū his verbis lacum appellat: Traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos, qui descendunt in lacum: Populum sempiternum vocat Ezechiel eos, qui in cæcas inferorum tenebras relegantur, vbi in æternum torquentur. Ibi cruciantur omnes, qui absque gratia decedunt à vita, etiam si dum viuerent, in virtutum nonnullarum actiones incumberent. Nulla enim virtus absque charitate perfecta est. Quemadmodum sol lunam illuminat & stellas, sic charitas illustrat, & perficit virtutes. Audi Paulum apostolum dicentem: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Hæc autem charitas sine gratia esse non potest, gratia autem cum peccato mortifero nunquam est. Quicumque ergo est funesto delicto contaminatus, est charitate & gratia alienatus, & vinculo diaboli astrictus: & migrans hoc modo à vita, in mortem æternam, & poenas semper duraturas relegatur, & in lacum inferorum proicitur.

Et collocauero te in terra nouissima. Hoc est, in inferno. Est enim infernus locus poenarum impiorum in medio terræ: ideo eum hic vocat terram nouissimā: &

Psal. 87.

Esa. 14.

Zachai. 9.

Inf. 31.

simile.

I. Corint. 13.

Infra. 31. & capite. trigessimoprime terram ultimam, quod est idem. Vide periphraſes inferni. Præterea appellatur in literis diuinis gehenna, terra obliuionis, vmbra mortis, abyſſus, puteus interitus, lacus mortis: Quidam pro terra nouiſſima vertunt inferiorem terræ: at ex hebraico rectius verti poteſt: in inferioribus terræ. *Pſal. 62.* Quemadmodum in pſalmo: Ipsi verò in vanum quaſierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ. Ac ſi dicat diuinus vates: Hoſtes mei fruſtra conati ſunt eripere mihi vitam, ne quicquã machinati ſunt mihi perniciem, quoniã tu domine protexiſti me: ipſi autem ad inferos detrudentur. In hebraico pro in vanum eſt Iſoah, quod poteſt rectè verti in excidium: vt ſit ſenſus: Inimici mei ad excidium quaſierunt vitam meam, ſed ego ereptus ſum, ipſi autem æternos ſuorum ſclerum cruciatus in inferno perſoluent.

Sicut ſolitudo veteres. Descendes ad inferos: & locus, vbi nunc ſita eſt vrbs, erit diu deſertus inſtar ſolitudinum antiquarum. Eodem modo dixit deus per Ieremiam, loquens de Iudæis, qui erant in Chaldæam captiui ducendi: Ponam eos in ſtuporem & in ſibulum, & in ſolitudo ſempiternas. Sempiternas vocat eas vaſtitates, quæ durauerunt ſpatio annorum ſeptuaginta. Nam tot annis durauit captiuitas Babylonica: quibus elapſis reuerſi ſunt Iudæi in terram ſuam, quæ erat in ſolitudo redacta.

Porrò cum dederò gloriam in terra viuentium. Hoc eſt, cum per vltionem, quam ſumpſero de te, oſtenderò gloriam meam in mundo. Ac ſi dicat deus: Ego te ò Tyre ciuitas opulenta euertam ob ſuperbiã & immanitatem tuam, & ob cætera flagitia, quibus es contaminata: & in hoc apparebit iuſtitia mea, & gloria mea, cum oſtenderò me eſſe iuſtum & potètem. Oſtendere autem deum gloriam ſuam in hominum ſcleratorum punitione oſtendimus copioſè in fine capi-

tis viceſimiquinti. Hunc medium mundi globum appellat propheta terram viuentium, ad differètiã inferni, qui vocatur terra mortuorum & obliuionis: vt in pſalmo: Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis? *Pſal. 87.* Appellari autem hanc terram, in qua viuimus, terram viuentium, indicat locus ille pſalmographi: Propterea deus deſtruet te in fine: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentiũ. Quæ verba ita poſſunt ex hebraico in latinum conuerti. Deus etiam perdet te in æternum, conſternabit te, & euellet te de domicilio tuo, & generationem tuam de terra viuentium, vt nulla tibi in vita poſteritas relinquatur. Ac ſi dicat: Nò ſolùm tu, ſed domus tua, & poſteri tui, omnes peribitis. Vbi vides terram viuentium eſſe terram hanc, in qua vitam degimus. In eãdem ſignificationem accipitur ab eodem propheta in verſiculo illo: Credo videre bona domini in terra viuentium: cuius hic eſt ſenſus: Eſti me video periculis expoſitum, & ab inimicis meis vndique oppugnatum, qui me ad cædem crudeliſſimam vocant, & hanc lucem mihi eripere conantur, tamen credo eſſe me viſurum in hoc mundo ea bona, quæ mihi promiſit deus, nimirum regnum ſecurum, vitam tranquillam, & cæterorum bonorum abundantiam. *Eſaias etiã volens Chriſti Ieſu mortem ſignificare, ait: Abſciſſus eſt de terra viuentium. Eſa. 53.* Quare non eſt dubium, quin terra viuentium mundum hunc ſignificet. Sũt, qui hunc Ezechielis locum ita interpretentur. Ego te ò Tyre delebo, cum aſſecero gloria Hieroſolymam, eamque ſinita captiuitate Babylonica inſtaurauero, & ad priſtinam dignitatem reſtituero. Dixerat deus euerturum ſe eſſe Tyrum: ſed quoniam poterat quis interrogare, quando futura eſſet euerſio hæc, reſpondit tunc fore, cum Hieroſolyma amiſſam

amiſſam gloriam recuperaveſſet. Tunc enim aiunt euertam fuiſſe Tyrum, cum Iudæi reuerſi ſunt ex babylonica captiuitate in patriam ſuam. Et hoc modo accipitur terra viuentium pro ſola Iudæa, in qua tantum erat verus cultus, & facrificia deo vero oblata: ibi erat fides & religio, & vera vita: quare terra viuentium vocabatur. Illi enim viuere dicuntur, qui fide, quæ per charitatem operatur, muniti, deo ſeruiũt, eumque ſummè venerantur. Illi verò mortui ſunt, qui ſcleribus imbuti, maleficijs paſcuntur, & omnes, qui ſunt à fide alienati. Non enim viuunt, qui deo grati non ſunt: atqui ſine fide, vt ait apoſtolus, impoſſibile eſt placere deo. Eorum enim quæ dicitur vita, mors eſt. Hæc terra viuentium eſt illa, de qua ait regius pſaltes: Placebo domino in regione viuorum. Appellabatur igitur Iudæa terra viuentium, & terra ſancta, quia ſolum fideles viuunt, & ibi fides erat. Vel quia viri iuſti, qui ibi è vita migraverat, reſurrexerunt cum Chriſto. Ita enim ait diuus Mattheus: Monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Fortaſſe id intuentes mètis oculis ſpiritu prophético illuſtratis Iacob & Ioseph, illuſtres patriarche, qui in Aegypto exceſſerunt è vita, dederunt operam, dum viuerent, vt eorũ oſſa ad terram promiſſionis afferrentur, vt ibi ſepulti cum Chriſto ad vitam redirent. Sed tunc inſurgit difficilis quædam quaſtio: Si Tyrus euertam eſt, cum Hieroſolyma fuit per Iudæos à Chaldæa in Iudæam reuerſos inſtaurata, quomodo verum erit id, quod hic dixit Ezechiel eam euertendam eſſe per Nabuchodonoforem, ſi iam Nabuchodonofor erat mortuus, cuiusque memoria extincta? Nam, vt literæ diuinæ teſtantur, Perſæ & Medi Babylonem ex-

pugnauerunt, & vaſtauerunt, cuiusque regem vita priuarunt. Et tunc Cyrus rex perſarum Iudæos liberauit, & in patriam miſit, vt Hieroſolymam inſtaurarent, & ad antiquam magnificentiam reſtiterent. Huic obiectioni reſpõdebis facile, ſi per Nabuchodonoforem intelligas Cyrum, qui rex fuit totius Babylonix: qui & Iudæos liberauit, & Tyrios deuicit. Nec eſt inconueniens, Cyrum vocari Nabuchodonoforem: nam conſuetudo eſt ſcripturarum reges omnes Babylonios Nabuchodonofores appellare. Eodem modo reges Palæſtinæ quondam Abimelech appellabatur, vt aſſerit Lyppomanus vir omni ſapientia & virtute præſtanti in Catena ſua in Geneſim, explicans locum illud capitis viceſimi primi: Abijt Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum. Abimelech, inquit ille, non perſonæ nomen eſt, ſed regix dignitatis nomenclatura apud Palæſtinos: eſt enim Abimelech idem quod pater meus rex. Huiusmodi enim debent eſſe, qui populis præficiuntur, patres, & reges. Eodem modo reges Aegypti dicti ſunt Pharaones, & poſtea Ptolemæi, & reges Perſarum Arſacidæ, & Athenienſium Cecropide, & Romani imperatores Auguſti, & Cæſares. Sed quoniã non inuenimus in hiſtorijs Cyrum euertiffe Tyrum, cum Iudæos miſit in patriam ſuam: & multi ſcriptores magni & graues aſſerunt fuiſſe Tyrum ab Alexandro Magno deletam, per Nabuchodonoforem intelligunt Alexandrũ. Nabuchodonofor rex Chaldæorũ capta Hieroſolyma templum incendit: quod, vt ait Eufebius de temporibus, & Clemens in primo ſtomate ab initio ædificationis ſuæ manſerat annis. 442. Mortuo Nabuchodonofore obtinuit imperium Euilmarodach, cui ſucceſſit frater eius Balthaſar, qui vidit ſcripturam in pariete mirabiliter oſtenſam, quam Daniel interpretatus eſt, ſignificans imperium Chaldæorum eſſe ad Perſas &

Medos transferendum. Et eadem nocte mortuus est Balthasar: & Babylō capta fuit. Et regnaverunt in Chaldæa Cyrus rex Persarum, & auunculus eius Darius rex Medorum: sed postea totū imperium fuit ad Cyrum redactum. Hic Hebræorum captiuitate soluta eos misit honorificè in Iudæam: & fuit primus rex Persarum, Medorum, & Chaldæorum. Post eum consecuti sunt principatum duo fratres, qui Magi appellabantur: quibus successit Darius: post quem regnaverunt Xerxes, Artabanus, Artaxerxes, Xerxes secundus, Sogdianus, Darius cognomento Nothus, Artaxerxes secundus, Artaxerxes tertius, Arses, Darius Arfani filius, in quo fuit imperium Chaldæorū & Persarum euersum: fuit enim victus ab Alexandro, qui Dario interfecto Babyloniā obtinuit, & Tyrum expugnauit, & euerit: & de illa euerfione loquitur hoc loco Ezechiel. Vide chronica Eusebij de temporibus, ubi hæc copiosius inuenies. Cū igitur à Cyro, à quo fuerunt Hebræi in pristinam dignitatem restituti, & gloria Hierosolymæ instaurata vsque ad Alexandrum Magnum, qui Tyrum deleuit, quatuordecim reges regno Chaldææ præfuerint, & inter Nabuchodonosorem & Alexandrum, tot anni interfluxerint, in quibus Tyrus non fuit deleta, nisi tempore Alexandri, videtur concludi, hunc Nabuchodonosorem, de quo hic loquitur Ezechiel, Tyri euerforem, esse Alexandrum Magnū, qui Dario interfecto imperium totius Chaldææ fuit magnificentissimè adeptus, qui more aliorum Babyloniæ regum fuit etiam Nabuchodonosor ab Ezechiele hoc capite meritò appellatus. Præterea omnibus illis veterestribuebant nomen Nabuchodonosoris, qui per insolentiam & immanitatem viribus imperij abutebantur. Talis fuit Alexander Magnus, qui fratribus suis, & vxori patris sui, & Amintæ confan-

guineo suo cædem immaniter intulit. Insuper amicum suum Parmenidem, & Philotam, & venerandum senem Clitum patri suo multis de causis amicissimum, & condiscipulum suum Calisthemem, & Attalum, Eurilochum, Pausaniam, multosque alios Macedonię principes, & viros sapientes, animique magnitudine præstantes crudeliter occidit, & quos ne verbo quidē violare deberet, ferro vita priuauit, quia ei veluti deo diuinum cultum tribuere noluerūt. Quam ob causam eum Paulus Orosius magnum miseriarum gurgitem vocat, & totius orientis atrocissimum turbinem. Et eadem ratione Ezechiel eum hoc capite Nabuchodonosorem appellauit. Sed dices: Qui fieri potest, vt de euerfione Tyri per Alexandrum loquatur hic Ezechiel, cū dixerit, hoc futurum esse, cū deus daret gloriā Iudææ? Quæ fuit gloria hæc? Respondendum existimo hanc Hierosolymæ gloriā fuisse, cū idem Alexander, qui vt libro primo Machabæorum scriptum le-

1. Mach. 1.

psal. 9.

Hebr. 1.

psal. 35.

Apoc. 18.

Esa. 23.

esse, non quò ad moenia, sed quò ad peccata. Peribis, non quò ad personas, sed quò ad impietates. Ita intelligitur locus ille psalmographi: Increpasti gentes, & peristi impius, nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi. Increpauit deus Tyrios idolorum cultores per apostolos suos: & relicta vana idolorum superstitione fidem receperunt: & animorum pulchritudinem, quam flagitijs deformauerant, fidei, ceterarumque virtutum ornamentis instaurarunt. Eā ob causam loquens hoc capite deus de hac scelerum euerfione, dixit eam futuram esse, cū ipse in terra viuentium gloriā suam ostenderet: hoc est, cū ad terras ex cæli fastigio filium suum mitteret, quem diuus Paulus splendorem gloriæ in epistola ad Hebræos appellauit. Et hoc est, quod ait Cū dero gloriā meam in terra viuentium.

In nihilum redigam te, & non eris. Potest hoc referri ad ædificiorum euerfionem, vt sit sensus: Delebo te o Tyre: & longo tempore non habitaberis. Sequitur: Et requisita non inuenieris. Ita dicitur in psalmo: Vidit impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiit, & ecce non erat: quæsiuit eum, & non est inuentus locus eius. Et in Apocalypsi: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur. Vel, non eris quò ad flagitia, & idolorum cultum, vt paulò antè dicebam. Id autem quod sequitur. Vltra in sempiternum: non æternitatem significat, sed longi temporis spatium, nimirum septuaginta annorum, iuxta Esaiæ vaticinium. Dictio Hebræa, pro qua noster interpret vertit in sempiternum, significat temporis continuitatem vsque ad terminum præscriptum rei, de qua agitur. Vnde si attribuatur deo, qui nullum habet præscriptum terminum, quoniam ipse est sua vita, & suum esse, & semper fuit, est, & erit, significat veram

sempiternitatem. Sed si attribuatur temporis spatium, significat totum ætatis interuallum vsque ad rei, de qua agitur, præscriptum finem. Singularem attribuatur homini viuenti, significat eius vitę curriculum. De deo ait Ieremias: Ipse est deus viuens, & rex sempiternus. Et Daniel: Potestas eius potestas sempiterna. Et diuus Paulus: Sempiterna quodque eius virtus. De ætate ad spatium præfinitum intelligitur id, quod deus dixit filijs Israel de festo paschali: Habebitis hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam solennem domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Hoc est, vsque ad Messiam, quousque durabant veteris legis sacrificia, & ceremoniæ. Eodem modo de sabbato: Custodiant filij Israel sabbatum, & celebrēt illud in generationibus suis: pactum est sempiternum inter me & filios Israel. Similiter illud Numerorum: Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis: agnos anticulos immaculatos duos cotidie in holocaustum sempiternum. Tres sunt ætates, in quas Hebræi mundum diuidebant: prima à principio mundi vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto, & legem Moyfi: altera à lege ad Christum: tertia à Christo vsque ad finem seculi. Et quoniam sacrificia, & ceremoniæ, & iudicia, quæ deus illis constituit, duratura erant tota illa ætate secunda vsque ad Messiam, ideo æterna vocabantur. Significari verò æternum & sempiternum vitæ humanæ spatium indicat verba illa Achis regis Get: Erit mihi David seruus sempiternus. Hoc est, quādiu vixerō. Ita intelligunt nonnulli versiculum illum regij vatis: Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur. Vt sit sensus: Tu domine promisisti Dauidi, esse misericordiā tuam cū illo duraturam, quādiu ipse viueret: hoc est, te illi vsque ad mortem regnum Israeliticum, potentiam, diuitias, & opes daturum. Et quoniam

Ierem. 10.

Dani. 4.
Rom. 1.

Exo. 12.

Exo. 31.

Num. 28.

1. Reg. 26.

psal. 88.

1. Reg. 26.

Esa. 23. niam Esaias prædixerat, duraturam esse Tyri vastitatem spatio annorū septuaginta, quod est vitæ humanæ curriculum, iuxta illud psalmi: Dies annorū nostrorum in ipsis septuaginta anni: & toto illo spatio desertā esse urbē illā, & non inueniendā, ideo ait hoc loco Ezechiel: Et requisita nō inuenieris vltra in eternū. Hoc est annis septuaginta, siue toto vitæ spatio vnus hominis, quod idē est. Eodem modo vaticinās Ieremias de captiuitate Iudæorū in Chaldæa, vbi fuerūt septuaginta annis detenti, inducit deum ita loquentē: Interficiā eos, & ponā eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Sēpiternas eas vocat, quæ annos septuaginta durarunt.

Ierem. 25.

Annotations ex hebræo in caput XXVI.

Confracta sunt porta populorum. Septuaginta habent. Contrita sunt: perierunt Gentes. Iudæos vocat Gētes, quod Gentium idola colerent, eorumque ritibus & superstitionibus adhererēt. Ad id amēritæ & perfidiæ deuenerūt Iudæi, vt deo suo, verō vniuersi cōditore relicto falsos & vanos Gentium deos adorarent. Eodem modo Esaias: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis, dereliquerunt dñm, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

Esa. 1.

Implebor, deserta est. Septuaginta vertunt: Quæ fuit plena, deserta est. Poterat hoc ita transferri: Quæ fuit excisa, cœrsa est. Pro implebor est in hebraico מלאה immalēah. Verbum est מלא male, quod significat implere, excidere, & perire. Pro implere accipitur etiā à Iobiente: Nunquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachū suū? Ac si dicat: Loque

Iob. 15.

tur ne sapiens verba inania, & vento similia? Stomachabitur ne, & implebit se furore? Quasi dicat: non. Pro ardore seu furore potest verti ex hebraico eurus. Paraphrasis Chaldæa habet: Et replebit tanquam vento orientali ventrem suum? Per ventrem siue stomachum intelligit animum, per ventum orientalem vanas opiniones. R. Moyses ita vertit hunc locum: Nunquid sapiens respondebit socijs suis verba vëtosa, & eius cogitationes erunt ventus & vanitas? Et paulò post in eodem capite: Antequam dies eius compleantur, peribit. Pro peribit est in hebraico idem verbum. Loquitur de homine sceleribus imbuto, quem ait morte immatura excedere: è vita. Id quod dixit regius vates: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Mors immatura viro iusto nunquam accidit: nam integritas vitæ ipsam adolescentiam in senectutem cōuertit. Nec dicendus est aliquis parum vixisse, si vitam ad certam rationis normam direxit, & officiorū momēta perpendit. Poterat versus ille Iob ita verti ex hebraico: Ante diem suum succidetur. Tharghum vertit: In die non suo implebitur sepulchrum eius. R. Abraham Perusol: In non die suo complebit impius diem suum: & implebit sepulchrum suum. Illic iacent à vermibus deuorati qui in hac vita homines deuorabant: illic conuertuntur in terrā, qui in hoc mundo terram cupiebant, & terra pompis & diuitijs abundabant. Vox *simile.* quando profertur, quia multa ad eius articulationem concurrunt, vt dētes, lingua, guttur, palatū, labia, videtur quippiam magnum, existens, solidum, & admirabile: at in domo testudine cōcamerata, vbi nihil præter sonum quendā percipitur, statim iudicas id, quod magnū videbatur, nihil esse præter aerem quendam percussum, & inanē tonū. Eodem modo principes & magnates quādiu vitam degunt, quoniā multa conueniunt,

quæ

quæ eos augere & amplificare videtur, vt opes, potentia, dignitates, mundi gloria, & celebris nominis amplitudo, videntur magni, stabiles, & permanentes: at positi in sepulchro, in domicilio illo concauo, & veritatem ostendente, confestim cognoscis, & animo comprehendis, eos, qui illustres videbātur, puluere esse foetidum, & parum quippiam ventri. Vbi est inanis eorum gloria? vbi eorum pulchritudo? vbi eorum pompa? Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tanquā nuntius præcurrens. Nihil in vita semper florēt: nemo est, quauis sit adolescēs, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum. Sed quauis in terram conuertamur, & naturalia corpora eò abeant, vnde orta sunt, tamen ea manēt, quæ rectè factis obtinentur. Moriuntur viri iusti, sed nō moritur eorum virtus, quoniā nec obliuione eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum potest esse sepulta. Breuis est vita & mortalis, sed gloria, quæ vita beneacta comparatur, magna & sempiterna. Exiguum nobis vitæ curriculum deus dedit, immeritum gloriæ, cuius spe mortales ad immortalitatem excitantur. At homines nefarij, in lethali crimine migrantes in die non suo implent sepulchrum suum cadaueribus, & eorum animæ descendunt ad inferos, æternis cruciatibus torquendæ.

sup. 5.

Psal. 54.

Et dabo eam in limpidiſsimā petram. Pagninus habet. Et ponam eam, vt est summus petra. Brixianus: Dabo eam in eminentem petram. Paraphrasis Chaldæica: Dabo eam super lenitatem petrae nudæ. Quæ omnia in idem recidunt. Vult diuinus vates significare Tyri euersionem. Ac si dicat: Publicè punietur ciuitas hæc: non sub testō occulto, sed super lapidem lenem & eminentem, vt ab omnibus videatur. Hac dicendi exornatione usus est etiā capite vicesimo quarto. Lapis accipitur aliquando pro eo, quod est totū, quod lapis sit corpus

sup. 24.

vnū iuxta sententiam R. Kimhi. Vnde effectum est, vt id quod habet communis editio quadragesimonono capite Genesis: Inde pastor egressus est, lapis Israel, vertant nonnulli: Inde pastor est lapidis Israelis. Quasi dicat Iacob. Filius meus Ioseph diues, & pulcher, varijs calamitatibus fuit pressus à fratribus, & domina sua, sed ex omnibus illis eum eripuit deus Iacob: obtinuit enim magnum in Aegypto principatum, & ipse paut totum Israel: pastor fuit totius lapidis, hoc est totius corporis, seu omnis congregationis Israelis. Potest tamen locus ille ita explicari. Etsi Ioseph fuit multis ac acerbis ærumnis expositus, semper tamen stabilis ac firmus permansit: nullæ eum tentationes potuerunt de gradu constantiæ deijcere. Quimpotius ex voluntate dei Iacob fuit pastor & princeps totius Aegypti, ille qui semper fuit lapis immobilis Israelis, qui fuit firmamentum sustentans Israelitas, cuius firmitas & fortitudo lapidi firmo & valido comparantur. Sed quoniā præcedūt verba hæc. Et dissoluta sunt vincula brachiorū & manū Ioseph per manus potentis Iacob, hoc est, per manus dei Iacob, qui potēs est, & subditur statim: Inde pastor egressus est lapis Israel, possunt hæc verba ad deū de quo loquitur, referri: vt sit sesus: Multa perpeffus est Ioseph, sed protexit eū deus Iacob, ex quo Iacob egredietur secūdm carnē Messias, qui erit pastor, & lapis Israelis, qui Israelitas nō solum pascet, sed firmiter sustentabit, qui verè credēs & fideles doctrina, gratia, & virtutū dapibus oblectabit, & firmiter tuebitur. Ipse est lapis ille, de quo dixerat cœlestis pater apud Esaiā: Ecce ego mittā, *Esa. 28.* in fundamētis Sion lapidē, lapidē probatum, angulārē, pretiosum. De eo prædixerat Dauid: Lapidē, quē reprobauerūt, *Psal. 117.* ædificātes, hic factus est in caput agulæ. Quem locū diuus Paulus in epistola ad Romanos, & diuus Petrus in prima sua *Rom. 10.* *1. Petr. 2.*

Mat. 21.

Deut. 25.

Micha. 6.

Sup. 11.

Genes. 29.

4. Reg. 17.

Jerem. 31.

epistola de Christo exponit: imò ipse Christus de seipso apud Matthzū interpretatur. Accipitur etiā lapis pro pōdere. Ideo cap. 25. Deuteronomij pro eo quod est in hebraico: Non habebis in sacco diuersos lapides, vertit communis interpres: Non habebis in sacco diuersa pondera. Illud etiam Michę: Nūquid iustificabo stateram impiam, & facelli lapides doli? vertit ille & rectè quidem: Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli pondera dolosa? Accipitur etiam lapis pro re pertinaci & obstinata: vnde cor lapideum apud Ezechielem capite vndecimo significat animum impium & induratū. Hic autem petra limpidissima capitur pro publica punitione: idem enim est, dabo eam in petram limpidissimam, ac publicè eam euertam.

Et statua tuæ nobiles in terrā corruent. Pro statuis est in hebraico: מַצֵּבֹת matseuoth, à verbo יָצַב iatav, quod significat stare, statuere, erigere: vt ca. 29. Genesis: Vidit scalam stantem super terrā, siue erectam. Illud quarti Regum: Fecerunt sibi statuas, poterat verti: Eregerunt sibi statuas. Vbi Ieremias habet: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, pro statue est in hebraico hoc nostrum verbum. Estque horum verborum sensus. Erige speculam o Israelitice popule, pone te in excelsa quodam loco, vnde vias omnes circumspectas, & videbis te nō virtutum sed vitiorum vias percurrissē: aspicias infinita scelera tua, intueberis vias, quibus ambulasti, impias, & ad infernum ducentes. Et cum hoc perspexeris, pone tibi amaritudines in animo tuo, dole flagitia tua, & dolore confectus ob tuas impietates, age poenitentiam, & ad viam veritatis conuertere. Pro specula est in hebraico tfinuim, pro quo quidam vertunt titulos, alij, signa, alij, acervos lapidum. Pro amaritudinibus est in hebraico: tamrum, pro quo nonnulli vertunt lapides

erectos, seu titulos. Quibus verbis aiunt deum velle populum Iudæorum in captiuitatē Babylonicam euntē consolari, ac si diceret: Vias has, quibus iter facis ductus in Chaldæam signa titulis, & altis lapidum acervis, vt cum in patriam tuam redieris, possis vias, quibus transiisti, facillè cognoscere: reuertes enim Hierosolymam, & in dulcem patriam tuam longo interuallo intermissam reuocaberis. Nec est inconueniens, dictionem pro qua noster interpres, posuit amaritudines, titulos erectos significare, nam deriuatur à verbo marar, quod & amarum esse, & erigere significat. Vnde illud Osee: Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, hoc est, in suis sceleribus, quibus conscientia amarescit & torquetur: potest verti ex hebræo: Ad iram me prouocauit Ephraim in titulis, et statuis suis. Quasi dicat deus. Volebam ob pietatem meam decem tribus magnis honoribus afficere, illisque libertatem ac quietem largiri: at ipsæ me derelicto statuas ac simulachra coluerunt, quibus me ad iram prouocarunt. A verbo hoc יָצַב deriuatur dictio מַצֵּבֹת quæ statuam significat, & titulum erectum in rei alicuius insignis memoriam, & permanenturum monumentum, vt quarto Regum: Ipse dissipauit excelsa, contriuit statuas: & capite trigesimo quinto Genesis: Hic est titulus monumenti Rachel. Significat etiam stationem, vt primo Regum: Egressa est autem statio Philistijm. Est autē statio locus, in quo milites confederunt, qui præsidium dicitur, & capitur pro ipsis militibus cum suo præfecto præsidētibus vniuerso exercitui, vel custodiæ arcis, seu oppidi, seu principis. Quam ob causam stationes significant antesignanos, & præcipuos milites castra custodientes. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis: Et duces tui nobiles, seu præcipui tui milites corruent in terram. Pro quo septuaginta tran-

ofe. 12.

4. Reg. 18.

Genes. 35.

1. Reg. 13.

15. 23. *transiuerunt* *quasi dicat deus.* *Euertes o Tyre ciuitas celeberrima, & exercitus horum tuorum prostermet in terram robustiores & fortiores milites tuos, qui sunt tota substantia fortitudinis tuæ.*

Argumentum capituli. XXVII.



Dem est argumentum huius capituli. Superioris nimirum enersio Tyri. Sed additur altera causa, quæ est superbia ex nimia opum rerumque prosperarum affluentia proueniens.

Est hoc caput aia apertum & clarum, ut nulla ferè indigeat explanatione, nisi in aliquorum nominum significationibus.

Caput. XXVII.

A



Factum est verbum domini ad me, dices Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum, & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas: Hac dicit dominus deus: O Tyre, tu dixisti Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum, abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulis maris: Cedrum de Lybano tu

lerunt, vt facerent tibi malum: quæruerunt de Basan dolauerunt in renes tuos: transfugas fecerunt tibi ex ebore Indico, & piperis de insulis Italiae. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo, hyacinthus & porpora de insulis. Et facta sunt operimentum tuum: Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui: sapietes tui Tyre facti sunt gubernatores tui, senes Biblij, & prudentes eius præbuerunt nautas ad ministerium variæ suppellectilis tuæ. Omnes naues maris & nauæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ: Persæ, & Lydi, & Libyes erant in exercitu tuo viri belatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cū exercitu suo super muros tuos in circuitu, sed & Pygmaei, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthaginenses negotiatores tui. A multitudine cunctarum diuitiarum, argenti, ferro, stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas: Græcia, & Thubal, & Mosoch ipsi in stitores tui. Mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo de domo Thogorma: equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui. Insula multa negotiatio manus tuæ. Denteseburneos & hebeninos co-

mutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus. Propter multitudinem operum tuorum guttam, & purpuram, & leuciam, & hyssum, & sericem, & chiodidod pofuerunt in mercatu tuo. Iuda & serababab, ipsi in stibres tuis in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam propoluerunt in nudis tuis.

EXPLANATIO.

Vergo fili hominis assume super Tyrum lamentam. Praecipit deus Ezechiel, ut Tyrum euerendam lamentetur. Ut effe coeli proprium in orbe moueri, & ignis sursum ascendere, & terra in ima sede veluti mundi centro coglobari, ita est in animo hominis inuicem misereri afflicto ru, eorumque calamitates deplorare, aut saltem dolere. Erua appellari potest, & non homo, qui hominum argumentis non mouetur. Agreste est & immane non tangi moerore eos, qui in aliorum gemitu, & ruina, & flebilibus querelis versantur. Esi Israelitae fuerant a filiis Benjamin grauius offensi, tamen videtes eorum cladem, & luctuosum excidium, omnes lamentabilibus vocibus plorauerunt. Audientes David eadem Saulis hostis sui acerrimi, & cladem populi Iudaici planxit amara, & lachrymarum affluentiam profudit. Hoc excidium in tuens mentis oculis Samuel lamentis illud prosequatur, ut ait ijs verbis divina scriptura. Lugebat Samuel Saullem, quonia dominu poenitebat, quod constituisset eum regem super Israel. Praedicens Elias Moabitarum excidium has voces plenas doloris emisit: Super hoc plorabo in fletu Iazer. Et paulo post: Super hoc veter meus ad Moab

quasi cithara sonabit. Et Babylonis super Eza. 21. lionem his verbis deplorauit: Reperi sunt lombi in meridore, angustia passendi me, sicut angustia partu meos. Et Isrenias. Cor meum ad Moab quasi tibia resonabit. Et alio in loco, Quis inquit dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem. Ieremias inquit, & plorabo die nocte interfectos filie populi mei. Eius lachrymarum abundantiam ostendunt tristes illa lamentationes; quae dicens, & amaro animo suspirans composuit, ac moestissimis literis madauit. Et Christus deus noster videns euerendam ciuitatem fleuit super illam. Eodem modo Ezechiel intuens animo futuram Tyri vastitatem, eam hoc capite lamentatur, inquit esse sibi a deo iustum sumere lamentum super illam. Sed ut planctus tristior appareat, describit huius ciuitatis nobilitatem, opulentiam, diuitias, & celebritatem ex situ, & moerum pulchritudine & magnificentia, & magnatum frequentia, & mercatorum varietate. Fuit enim haec vrbs florentissima, vt capite superiore ostendimus, & celebre totius orbis emporium. Sed quonia pro hac prosperitate, cuius memoriam Tyri beneuolentia & pietate perpetua colere tenebantur, deo nullo modo gratias agebant, qui impotius immo moeres, & ingrati, & impij extiterunt, fuerunt merito vi calamitatum oppressi, et victi, & partim captiui, partim ferro trucidati, & ciuitas prostrata, ac diruta, & funditus euerfa. Eam etiam ob causam connumerat diuinus vates eorum opes, rerumque secundarum abundantiam, vt eorum appareat ingratitude, & in eorum poenis diuina iustitia ostendatur.

Que habitat in introitu maris. Id est, quae est insula iuxta ostia maris. Erat Tyrus cincta mari, sed littori propinqua. Negotiationi populorum. Negotiatione populorum eam vocat, quia ad eam vndiq; mercatores conuenerant. O Tyre, tu dixisti. Scilicet te iactando, &

Et diuitias tibi arroganter tribuendo. Cuius est bona sua non deo attribueret, sed sibi. In corde maris fra. Hoc est intra mare. Ita intelligitur, veniculus ille psalmodographi: Non timebimus, dum turbabitur terra, & transferetur montes in cor maris. Quasi dicat: Nos diuino praesidio freti vna in animi securitate & tranquillitate degemus, etiam tera ferribilibus motibus tremat, & excutitur, & montes intra mare proijerat. Magnus Basilius haec verba dicta existimat sub omni illorum persona, qui fiducia roborati, & vinculis charitatis astricti, deo adherunt, propter quem nihil obtemperant, nihil intolerandum ducunt. Ad illius Augustinus per terra intelligit Idem, quae Christi praedicatione perturbata est, ac tandem adeo commota, vt montes, hoc est apostoli transferretur in de interior maris, hoc est in corda gentilitatis, quae cum mari magno comparatur. Felicit haec Augustini expositio pia sit, vera, & preclara, illa tamen Basilij patitur magis ex litera, quae per cor maris profundu maris intelligit. Ita illud intelligitur euangelij: Sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Vbi cor terrae significat intra terra, hoc est fovea, & sepulchru. Cor etiam accipitur aliquando pro opinione: vnde furari cor alicuius, est aliquid efficere eo incio, idque non opinante. Hebraeus est, quo vtitur diuina scriptura, capite trigesimo primo Genesis, dicens: Iacob furatus est cor Laban Syri, quod fugam suam ei non indicasset. Pro quo noster interpretes transtulit: & recte quidem: Noluitq; Iacob confiteri scro suo, quod fugeret. Ancibus de Samir extruxerunt te. Loquitur cum Tyro, quasi cum nauis in medio maris. Samir mons est abietum proceritate insignium plenus, qui auctore diuo Hieronymo appellatur etiam Samor: vnde afferebantur ligna abietina ad construendas naues Tyri cum omni

bus silis raris & tabulatis. Ut faceret tibi malum. Id est, in arboribus ubi volat expanditur. Ex Libano monte Rhocetis deducebantur ligna cedrina ad nauium mala. In hac Phoenicia regione sunt Tyrus & Sidon, & Carmelus & Libanus montes. Quae de Basili. Basan est regio trans Iordanem, vnde quereus procedunt in signes deducebantur. Tyrum ad eorum conficiendos. De ijs loquitur Elias sapienter secundo. Transstra sunt remigia, sed uia in manibus. Praetoria vero sunt cellaria nauium, & reconditoria, vbi uelut stabula seruantur. De insulis Italiae. Quae sunt Sicilia, Corsica, & aliae, & quibus ligna pulchra deferebantur ad vrbes Tyriorum, ad praetoria nauium construenda, & ad naues ipsas ornandas. De insulis Elfa. Elfa fuit filius Iuan, qui cu alijs fratribus suis insulas coluit, vt in libro Genesis memorie proditum est. Ab hoc Elifa denominatae sunt nonnullae insulae, quae sunt haec, de quibus hic loquitur Ezechiel. Ionathas Chaldaeus per Elisam intelligit Italiam. Alij insulas maris Ionij. Habitatores Sidonis & Aradij. Sido vrbs est Phoeniciae, cuius paulo ante meminimus, Chananeorum terminus. Aradus est insula in mari Phoenicio, cuius meminit Plinius libro 5. capite trigesimo, & Strabo libro sextodecimo. Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui. Effert laudibus Tyrum, quod viros eligeret sapientes, a quibus gubernaretur. Vere sapientes nihil admirantur, cum accidit, nihil priusquam accidat, non euenire posse arbitrantur. Non pendunt ex insipientium sermone, nec extrinsecas ab imperita & temeraria multitudiue aut bene aut male viuendi suspensas habent rationes, sed incumbant in virtutum actiones, & quicquid homini accidere possit, praeneditatur, & priusquam calamitas adueniat, eam de

Indic. 21.
2. Reg. 1.
1. Reg. 15.
Esa. 16.

psal. 45.
Mat. 12.
Genes. 31.

Esa. 2.
Genes. 10.
1. Reg. 1.
2. Reg. 1.
1. Reg. 15.
Esa. 16.

clināt, aut salte moderatē & moderatē ferunt. Eam ob causam sunt eligendi sapientes ad rempublicā gubernandā, qui eam conseruēt, qui intercludant omnes seditionum vias, qui sic ea viderint labefactari, valeant opē ferre patriæ, succurrere communi omnium saluti, occidētā rempublicæ opitulari. Et, cui rempublica committitur, necessaria est sapientia, quæ regat populum, leges ferat, puniat scelerosos, fauore prosequatur viros virtutis præditos, reuocet a vitijs, cohortetur ad virtutes. Tu ait Plato posse ciuitates appellari felices, eam aut philosophi regnāt, aut reges philosophantur. Volens Moyses gubernatōes populi cōstituerē, in hūc modū fuit Hebræos allocutus. **Dante vobis viros sapientes, & gnaros, quorū cōuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponā eos vobis principes.** Sapientēs Moyses sapientia in principibus populi imprimis optabat. Debet enim, qui alios regit, eos sapientia antecere. Hoc intelligēs Salomō nō diuitias a deo postulat, sed sapientia. Id illi optauerat eius sapiēs pater, cum ad deū has preces emisit: **Deus iudicium tuum regi da, & iustitiā tuā filio regis.** Et in alio psalmo: **Erudi mini, qui iudicatis terrā.** Per Oseam ait deus: **Quoniā tu scientiā repulisti, repel hā ego te.** Cū Salomō nō solum hominēs suæ ætatis, sed antiquitatis etiā memoriā sapientia superaret, aiebat in libro illo Sapiētuz, quæ viri & sanctitate & eruditione præstātes illi tribuerūt: Si delecta mini sedibus & sceptris o reges populi, diligite sapientia, vt in perpetuū regnetis: Diligite lumē sapientia omnes, qui præestis populis. Et paulo post: **Rex sapiens stabilimentum populi est.** Et Ecclesiasticus: **Rex, inquit, insapiēs perdet populum suū.** Eam ob causam dicebat deus per Ieremiam: **Introducā vos in Sō, & dabo vobis pastores, secundū cor meum, & pascēt vos scientia & doctrinā.** Intuere animo, quam necessaria sit sapientia rempublicam gubernantibus,

Deut. 1.
3. Reg. 3.
psal. 71.
psal. 3.
ose. 4.
sap. 6.
Eccle. 10.
Ierem. 3.

cum afferat ipse deus, eos sibi placere, qui populū scientia & doctrina pascunt. **Gubernator reipublicæ absque scientiā est nauis absque clauo, & auis absque pennis.** Gubernandi dignitas magisteratus appellatur a magistro, vrait Varro quod niam qui alijs præest, eorum vitæ debet esse magister. Vnde dicit Paulus in epistola ad Ephesios, **Deus, inquit, dedit quosdam apostolos, quosdam autē prophetas, alios verō euangelistas, alios autē tempore pastores & doctores.** Pastores & doctores simul copulat & cōnectit. Nō ait: alios pastores, alios doctores, sed alios pastores & doctores, significans debere illos præditos esse doctrina, quæ rempublicam gubernandam suscipiunt. Id quod in epistola prima ad Timotheū, & in epistola ad Titum in episcopi, descriptione apertissime offendit. Apud Plutarchum ait Antisthenes: **Nō solum sapientia præstare eum par est, qui antecedit alios imperio, sed religione etiā & pietate.** Et Vegetius de arte militari, **Nullus, inquit, est, quæ oporteat vel plura, vel meliora scire, quam principem, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.** Prometheus fuit sapientia præstanti: promithias enim idem est quod prudentia. Ideo ficti historijs dixerunt poetæ hūc fuisse hominum creatorem, quod cū sapiēs esset, hominum feritatem & imperitiam ad humanitatem & sciētiam traduxerit: vt asserit Eusebius de temporibus. Non eos vocabant homines, qui inculti, indocti, ab omni eruditione alienati vitam debebant. Eum verō qui eos vagos & errantes ratione quadā compulit in vnū locum, docuit, instruxit, & mites reddidit, hominum conditorem appellauere. Vide quātum principi erudito tribuerint. Sed debet princeps cū viris sapientibus cōmunicare, & sermones cōferre, ac philosophis doctrina præstātibz familiaritē vti, vt scientiā cōsequatur. Hinc natū est verbum illud Prouerbiū: **Cōmercio sapientium**

similia.
Ephes. 4.
1. Timo. 3.
Tit. 1.

tiū rex sapit: quod Zenodotus refert ex Aiace Locrēsi: et Plato tribuit Euripidi. Si princeps fuerit sapientia munitus, nō solum dū vixerit, populum in tranquillitate & iustitia gubernabit, sed etiā post eius mortē durabit aliquo tempore eius regendi ratio, & gubernandi institutio. Vt enim sol post occasum suū nō statim lucē penitus abscondit, qui potius claritatem quandā relinquit, quæ aduentate nocte sensim euanescit, donec tetra caligine penitus obscuratur, sic princeps sapientia ornatus, & virtutum præsidio septus etiā postquam excedit e vita, relinquit pacē & iustitiā, et admirabilē illam gubernandi rationem, quæ aliquādiu durat, donec sensim labefactatur, & adueniente alterius principis tyrānide penitus cōsumitur. Quemadmodū triremis nō solum mouetur, dum a remigibus vibrachiorū exagitur, sed etiā quiescētibus illis ea currit, & vi prioris impetus aquas scindit & fulcat, sic rempublica nō modò eo rege viuente, qui eā sapientia & iustitia illustrauit, & vi suæ virtutis ad summā amplitudinē perduxit, rectē gubernatur, sed vbi ille migrat e vita, formā illam præclarā administrandi aliquo tēporis spatio cōseruat. Non aliam ob causam veteres mathematici, eruditione insignes, dixerunt Iouē & Saturnū esse in cœlo cōiunctos, nullo eos sydere diuidente, nisi vt significarent nō debere potentiā a sapientia separari: per Iouem enim potētiam, per Saturnū verò sapientia intelligebant. Illa rempublica poterit dici beata, quā viri sapientia præstantes administrandā suscipiūt. Talis esset Tyria illa, quam hoc loco ait diuinus vates fuisse a sapientibus gubernatam, nisi eorum sapientia humana fuisset, & cum malitia cōiuncta: de qua ait apostolus: **Sapientia carnis inimica est deo.** Vera sapientia cœlestis est, & cum virtute copulata, & vt v erbis vtar Lactantij Firmiani libro primo de diuinis institutionibus, **Omnis sapientia hominis**

simile.
simile.

in hoc vno cōsistit, vt deū cognoscat, & colat. Cū autem Tyri sapientes a veri dei cultū deuiarēt, & sceleribus imbuti, in idololatrijs & erroribus intolerādis versarentur, perspicuū est eorum sapientiam fuisse potius ignorantiam. De huiusmodi sapientibus dicitur in libro Iob: **Apprehendit deus sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.** Et Esaias, **Sapientes, inquit, consilij Pharaonis dederunt cōsiliū insipientis.** Prudentia carnis, inquit apostolus, mors est. Et alibi: **Scriptum, inquit, est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.** Et rursus: **Sapientia huius mundi stultitia est apud deum.** Non est vera sapientia ea, quæ est a fide, spe, & charitate separata. Vnde Gentes illæ, quæ fide carebant, non fuerunt veram sapientiam cōsecutæ: ipsi enim philosophi confusionem suam aspicientes id aliquando veritate coacti fatebantur. Nam Socrates, cui Apollinis oraculum primas sapientia tribuit, in Apologia planē asseruit esse se mortales vera sapientia destitutos, & se nihil scire nisi id ipsum. Et iudicatus fuit cæteris præstare, quod illi, quæ nescirent, se scire putarent, ille se nihil scire, id vnum sciret. Id quod etiam asseruit postea Carneades. Hinc fluxit Academicorū secta, qui nihil omnino assererebant: quoniā nullam esse sapientia existimabāt. Hoc significare volentes antiqui dixerunt Mineruā, quam sapientia deā finxerunt, virginē fuisse, a nullo homine tactam, vt a nullo cognita esse veram sapientiam ostenderent. Quod ita reuera erat in ijs, qui erāt a fide alienati. Democritus et Empedocles, & alij veteres philosophi aiebāt, nihil verè percipi, nihil sciri: angustos esse sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ: in profundo veritatē esse demersam: opinionibus omnia teneti, nihil solidē veritati relinqui: omnia denique tenebris circūfusa esse dixerunt. Arcesilas, qui altero nomi-

Iob. 5.
Esa. 9.
Rom. 8.
1. Corin. 1.
1. Corin. 3.

Eccle. 1.

nomine Arcefilaus appellatur: negabat esse quicquā, quod sciri posset, ne illud quidē ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Laelius apud Ciceronē asseruit à nemine fuisse possessam sapientiam, quam Stoici interpretantur. Vide quibus tenebris cooperiebantur homines illi miseri, qui veri dei fidē carebant. Christus est sapientiae fons, & ut verbis utar Ecclesiastici: fons sapientiae verbū dei in excelsis. Cū autē Gentiles hoc dei verbum ignorauerint, apertē cōcluditur, eos fontem sapientiae nō cognouisse, & ex consequenti nō esse verā sapientiā consecutos. Et quoniam eā mortales inquirebant, non est passus deus eos diutius oberrare, aperuit eorū oculos aliquando, & errantibus ac vagis viam adipiscendae immortalitatis aperuit. Misit filium suum unigenitū, doctorem coelestem, ducē virtutis, fontem sapientiae, cuius haustu ac potu possent homines diuinā philosophiā comparare, conceptā visceribus sitim sedare, ardoremq; rerum humanarū restinguere. Illi sunt verā instructi sapientia, qui huic diuino parenti praeceptorum, qui Christi dei nostri doctrinā sequuntur, eumq; pro viribus cum eius gratia imitantur. Christiana philosophia medetur animis, vanas sollicitudines detrahit, impijs cupiditatibus liberat, noxios timores expellit. Hec est vitæ mortaliū dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiōrū, quæ conscientiae tranquillitatem largitur, & mortis terrorem docet auferendū, & viam ostendit ad beatitudinem sempiternā comparandā. O mortaliū philosophiā magistra, o vera animorū cultura, quid sine te esse potuissimus? Christe sancte, splendor gloriae, & figura substantiae eius, tu nobis hanc coelestem tradidisti doctrinā, tu nos ad verā sapientiam inuitalisti, tu ut nobis vitā tribueres, mortem subire nō dubitalisti, sed te in crucis ara pro nobis hostiā constituisti. Quare nulla erit memoria, nullas ingenij, nulla magnitudo obseruan-

tiae, quæ tot tantisque beneficijs possit vniquam respondere.

Perse & Lydij, & Libyes. Persia regio est orientalis, delicijs abundans, quā Ptolemæus libro 5. describit. Lydia regio est Asiae minoris Croeso rege notissima, Phrygiae vicina. Libya est tertia pars orbis, quam Africā vocamus. Ex omnibus his oris conueniebant Tyrum milites strenui, qui eam defenderent, & aduersus eius hostes pugnarent.

Pygmaei. Hi erant homines paruae staturae, qui, ut Plinius ait libro 7. cap. 2. ternos dodrantes nō excedebant. Aristoteles ait eos in cauernis habitare. Verum pro Pygmaeis verterunt septuaginta, cutodes: Symmachus, Medos: Aquila tamen transtulit Pygmaeos.

Carthaginenses negotiatores. Carthago fuit vrbs Africae celeberrima, à Didone condita, à Scipione Aemiliano penitus euerfa.

Græcia, & Thubal, & Mosoch. Græcia Europæ regio est, omnium bonarum artium quondam mercatura, & Musarum domiciliū: nunc impijs Turcis subiecta. Thubal est Hispania, Mosoch Cappadocia, cuius metropolis appellabatur Mazaca: quæ postea ab Augusto Cæsare fuit vocata Cæsaria. Insulae & regiones post diluuiū obtinuerunt nomina à conditoribus, & primis occupatoribus, ut in libro Genesis scriptū legimus. Noe habuit tres filios, Sem, Chā, & Iaphet. Iaphet habuit septem filios, vrbiū principes & conditores, Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mosoch, Thiram. Iauan coluit Ioniam & Græciā, Thubal Hispaniam, Mosoch Cappadociā: de quibus regionibus hic loquitur Ezechiel. Gomer habuit quēdam filium nomine Thogormā. Iauan genuit Elisam, Tharsim, Citium, & Dodanim. Gomer occupauit Galatas, Thogorma Pyryges & Troianos, Elisam Aelios, siue Italiā, Tharsim Ciliciā, Citium Cyprios, Dodanim Rhodios. Filij Chā fuerunt Chus, Mesraim, Phut, Chanaan.

Genes. 10.

Genes. 6.

Genes. 10.

Hebr. 1.

naā. Chus constituit Aethiopiā, Mesraim Aegyptum, Phut Africam, & Libyam, Chanaan populum Chananeorum. Chus habuit filium nomine Saba, vnde Sabæi: & alterum nomine Regma, vnde Regmaei populi in Arabia. Hic Regma habuit filium nomine Dadan, qui constituit veteres Idumæos, priusquam Idumæi appellarentur. Chanaan genuit Sidonem, qui condidit urbem eo nomine appellatam: & Aradium, qui Aradum insulam coluit, & Hethæum, & Iebusæum, & Amorrhæum, & alios, qui populum Chananeorum deseminarunt. Sem habuit filios Aelam, vnde Aelamitæ, & Persæ: Assur, vnde Assyrii: Lud, vnde Lydij: Aram, vnde Aramæi. Aspicias igitur per Thubal Hispanorum constitutorem Hispaniam significari. Hic Thubal, ut ait Berofus libro quinto deflorationis Chaldaicæ floruit tempore Nini filij Beli, & Celtiberos, qui nunc Hispani vocantur, legibus instruxit. Diuus Hieronymus & Eusebius aiunt eum fuisse primum Hispanorum regem. Quod etiam ex Hebræis concedit Iosephus, quemadmodum ex Chaldaeis Berofus. Prima vrbs Hispaniae, ut aiunt, appellata est Thubal ab ipso conditore nomine desumpto, quam viri docti eam dicunt esse, quæ nunc Setubal appellatur, in hac nostra Lusitania sita, ad occidentem in littore pulcherrimo maris Oceani, circumdata muro admirabili, toto iaspideo. Omnes eius lapides sunt pretiosi, & magna pars templorum & ædium est ex iapidibus constructa. Prope Setubalum est magna quædam ciuitas euerfa, & solo adæquata in pulchro illo & spatioso littore, quam incolæ Troiam appellant, vbi hodie multa antiquitatis signa conspiciuntur. Illuc ego me contuli appetitu has ciuitates videndi, de quibus memoranda non nulla audieram, quæ ibi oculis aspexi. Sed licet viri magni contendant, ciuitatem Thubalum à Thubal conditam esse

se hanc, de qua loquor, in nostra Lusitania sitam, non tamen me fugit esse nonnullos, qui testimonio quodam Pomponij Melæ perperam meam quidem sententia intellecto, eam in Bætica sitam esse contendunt. Est autem Bætica pars quædam Hispaniae in tres partes distributa, Tarraconam, Lusitaniam, & Bæticam.

De domo Thogorma. Hoc est, de Phrygia, quæ fuit postea à Troo rege vocata Troia. Vel à Thogorma Troia dicta fuit, & Teucra, quæ hodie appellantur Turcia: nam Iudæi nostri temporis pro Turcia Thogormā dicunt. Diximus patrum Iō ante Thogormā fuisse filium Gomer, & Phryges ac Teucros constituisse.

Filij Dedan. Id est Idumæi. Pro Dedan scribunt nonnulli Dadan, sed idem est. Diximus supra fuisse Dadan filium Regmae, & Idumæam coluisse. Hic condidit urbem quandā in Idumæa, quam à nomine suo Dedan appellauit, cuius supra meminimus Ezeiel cap. 25.

Hebeninos. Hebenus est arbor in India & Aethiopia nascens, quæ, ut ait Plinius libro duodecimo, capi. 4. durefcit in lapidem.

Guttam. Lachryma est ab arbore quaedam fluens in Libya, quæ destillans decidit in subiectam arenam, vbi in grumos instar thuris cōcrefcit. Est odorifera, & appellatur etiam ammoniacū, sine ammoniacā. De ea dicitur in psalmo: Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. Vbi Basilius ait guttam esse speciem myrrhæ tenuissimam: ex hoc enim aromate cōtuso omne quod exit liquidum in guttā separatur, reliquum, quod restat crassius appellatur myrrha. Dioscorides asserit eam esse eximiam guttam, magniq; pretij, quæ ex myrrhæ flore exprimitur. Eius meminit Ecclesiasticus, dicens: Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta.

Scutulata, & byssum. Scutulata sunt vestes

Psal. 44.

Eccle. 24.

stes habentes quosdam orbes, quasi scutulibus distinctos, quales habet fericū Damascenum. Sunt qui existimant esse indumenta varijs coloribus depicta. Byssus genus est lini tenuissimi, ex quo delicatissime fiunt vestes. Sunt qui duas habitationes ita coniungant: polymitam byssum.

Chodchod. Dicitio est hebraica, quam interpretes ferē omnes ita reliquerunt, ut erat in hebræo: Aiunt nonnulli ex Hebræis significare pretiosas merces, alij existimant esse carbūculum pretiosum lapidem: alij margaritum: quos secutus Pagninus vertit: vniones.

D. Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nūdinis tuis, proposuerunt ferrum fabricatum, stactem, & calamum, in negotiatione tua. Dedan instiores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia, & vniuersi principes Cedar ipsi negotiatores manus tuæ, cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui.

Venditores Saba, & Rema ipsi negotiatores tui, cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod proposuerūt in mercatu tuo. Aram, & Chāne, & Edē negotiatores tui. Saba, Assur, & Chelmach venditores tui, ipsi negotiatores tui, multiphariam inuolucris Hyacinthi, & polymitorū, gazarumque pretiosarum, quæ uolutæ & astrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, prin-

cipes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis maris adduxerūt te remiges tui, ventus auster contriuit te. In corde maris diuitia tua, & thesauri tui, & multiplex instrumentū tuum. Nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebant suppellectilem tuā, & populo tuo præerāt, viri quoque bellatores tui, qui erāt in te cū vniuersa multitudine tua, quæ est in medio tui, cadent in corde maris, in die ruinæ tuæ.

Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum. Hoc est, Damascenus negotiatur tecum propter copiam rerum miro artificio effictarū, quæ inter alia præclara videtur. Damascus est ciuitas florentissima, caput Syriæ: & regio ipsa, quæ totā illā Syriæ partem cōplectitur, quæ adiacet mōti Libano, Damascene appellatur. Autores sunt Pōponius Me la libro 1. & Strabo libro 16.

In vino pingui. Hoc est, excellenti. Soller diuina scriptura res optimas pingues appellare. Ita in libro Genesis, capite 27. dicebat Isaac filio: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Præposuit cœlum terræ, nam per rorem cœli intellexit bona animi, per pinguedinem terræ ea, quæ in terra electa sunt & optima ad corpus pertinentia. Capite etiam Genesis 45. vbi nos habemus: Vt comedatis medullam terræ, habet litera hebraica: Vt comedatis pinguedinem terræ. Et capite 49. eiusdem libri, id quod habet editio vulgata: Aser pinguis panis eius, potest verti ex hebræo: Ex Aser pingui terra panis eius. Quasi dicat. Abundabit. Aser omnibus ad vitā necessarijs, nam terra eius erit electa & frugifera, & frumentum huberrimum producet. Sacrificium pingue appellatur

psal. 19.

tur illud, quod est electum & deo gratum, ut in psalmo: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Ac si dicat: Gratum sit deo munus tuum, & holocaustum tuum sit optimum. Quidam vertendum ducunt: Et holocaustum tuum pingue faciat, nimirum deus: seu pingue æstimet. Alij vertunt: Et holocaustum tuum in cinerem conuertat. Ut sit sensus: Immittat deus ignem de cœlo, qui holocaustum tuum deuoret & absumat: atque ita illud gratum sibi esse ostendat. Eodem modo te status est deus gratam sibi esse primam illam Aaronis oblationem, cuius meminit scriptura nono capite Leuitici: & sacrificiū Eliæ, cuius meminit capite decimo septimo libri Regum tertij.

1er. 9.

3. Reg. 17.

Genes. 3.

Dan, & Græcia, & Mozel. Dan locus est, in quo habitauit tribus Dan. Fuit Dā filius Iacob, à quo & tribus, & locus nomen acceperunt. Græcia & Mozel regiones sunt, quarum habitatores ad nūdinas Tyri conueniebant.

Arabia. Regio est inter Iudæam & Aegyptum. Iuxta Plinium triplex est Arabia, vna felix, altera Petraea, tertia deserta.

1erem. 49.

Genes. 25.

Cedar. Regio est Agarenorū, aduersus quam vaticinatus est Ieremias. Fuit autem Cedar filius Ismaelis, à quo provincia nomen accepit.

3. Reg. 3.

Mat. 12.

psal. 17.

Mat. 2.

Ipsi negotiatores manus tuæ. Id est tecum negotiantur manibus mutuo datis.

Venditores Saba. In hac regione regnauit regina Saba, quæ venit visum Salomonem. De ea dicitur in psalmo: Reges Arabum & Saba dona adducent. Pro quo alij vertunt. Reges Arabiæ felices, & reges Aethiopiæ munera honoraria offerēt. Quod Tertulianus libro vno aduersus Iudæos de Magis orientilibus exponit, qui Christo aurum thus & myrrham obtulerunt. Et, ut ait diuus Augustinus libro quarto de symbolo ad Catechumenos, non solum hæc, verum etiam, animas suas obtulerunt

domino.

Chelmach. Paraphraustes Chaldeus existimat esse Mediam. Est autem Media regio Asiæ terminata à septentrione mari Hyrcano, à meridie Perfide:

Multiphariam, inuolucris hyacinthi & polymitorum, gazarumque pretiosarum. Totum hoc potest ita verti: In multis generibus rerum, in pallijs hyacinthinis, & polymitis, in scrinijs vestium pretiosarum.

In aquis multis adduxerunt te. Hoc est, ad multas te adduxerunt calamitates. Significari calamitates aquarū nomine ostendimus capite 24. & 26.

Ventus auster contriuit te. Hoc est exercitus Babylonicus: Babylonia enim est ad orientem respectu Tyri.

A sonitu clamoris gubernatorum tuorum cōturbabūtur classes, & descendēt de nauibus suis omnes, qui tenebant remum. Nautæ, & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, & eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè. Et superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur, & radent super te caluitium: & accingentur cilicijs. Et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & affument super te carmen lugubre, & plangēte te. Quæ est vt Tyrus, quæ obmuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationū tuarū de mari implesti populos, multos in multitudine diuitiarū tuarū, & populorū tuorū: ditasti reges terræ. Nūc cōtrita es à mari: in profundis aquarū opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt.

Vni-

Vniuersi habitatores insularū obstupuerunt super te, & reges eorum omnes tēpestate percussi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum sibilauerunt super te. Ad nihilum deducta es: & nō eris vsq; in perpetuum.

Conturbabuntur classes. Hoc est, tantus erit nauarum clamor, vt classes omnes maris conturbentur. Veri potest ex hebræo: Conturbabuntur suburbia. Tyrus erat insula prope littus, in littore autem erāt ædes suburbanæ Tyri, quæ ob horribilem nauarum clamorem turbabantur.

Superiacient puluerem capitibus suis. Hoc erat quondam signum doloris & luctus. Cum capta esset arca fœderis à Philistæis, ait diuina scriptura: Currens autem vir de Benjamin ex acie venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Eodem modo interfecit Saule in prælio, apparuit homo veniens de castris Saulis veste conscissa, & puluere cōsperus caput. Id etiam, quod sequitur: Et cinere conspergentur, idem significat. Sedere in cinere signum erat plāctus & miseræ. Ideo dicebat Esaias: Sede in puluere virgo filia Babylon. Quasi diceret: Indica clarissima doloris signa ciuitas Babylon, quia funditus euerteris. Et Ninuæ rex audita Ionæ prophetæ cōcione indutus est sacco, & sedit in cinere.

Radent super te caluitium: Hoc erat quoque signum luctus & mœroris, vt alibi ostendimus: quemadmodum etiam accingi cilicijs, seu saccis.

Quæ est vr Tyri, quæ obmutuit in medio maris? Hoc est, quænam ciuitas fuit vnquam similis Tyro, quæ præ timore obmutuit, cum esset in medio maris. Potest verti: quæ succisa est, seu euersa est, in medio mari. Vt sit sensus. Nulla vrbs fuit vnquam similis Tyro, quæ cum in

expugnabilis esset in medio maris, fuit tamen expugnata.

Et non eris ultra in perpetuum. Hoc est, annis septuaginta, vt prædixerat Esaias. Quæ de re in fine capituli superioris disseruimus.

Annotations ex hebræo in caput XXVII.

DE *insulis Italia.* In hebraico est: De insulis **צִיִּים** Cittijm. Paraphrastes Chaldæus habet: De insulis Apulię. Quod cum lectioe communi maxime cohæret: est enim Apulia Italię regio mari Adriatico contermina inter Dauniam & Calabriam in regno Neapolis. Insulæ Italię sunt Sicilia, Corsica, & aliæ huiusmodi, sitæ in mari Mediterraneo, littoribus Italię propinquæ. Septuaginta habent: *ἀπὸ νῆσων τῶν χερταίων.* Hoc est, de insulis Chettijm. Pagninus: De insulis Cittim. Sunt qui existiment Cittijm est numeri pluralis, & significare eos, qui incolunt insulas maris Ionici & Græci. R. Dauid Kimhi asserit esse in numero singulari, etiamsi formam habeat pluralem. Ex literis diuinis constat Cittim fuisse filium Iauan, Iauan autem fuisse filium Iapheth: Iapheth autem filium Noe. Habuit hic Iauan quatuor filios, quorum hæc sunt nomina: Elisa, Tharsis, Cittim, & Dodanim: vt in libro Genesis literæ diuinę memoriæ prodiderunt. Et ab ijs, vt tibi asserit diuina scriptura, diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis. Et quoniam ex his insulis quædã est Cyprus, existimant nonnulli eam esse Cittijm. Quam ob causam per has insulas, de quibus hic loquitur Ezechiel intelligunt Cyprum, & nonnullas paruas insulas illi subiectas. Huc accedit, esse in Cypro urbem quãdam celebrem nomine Cittium,

tium, patriã Zenonis philosophi, cuius meminit Laertius in eius vita: quam ob causam Zeno Citieus appellabatur. Hæc sunt coniecturæ, quibus inducti nonnulli possunt existimare Cittim esse Cyprū insulam nobilem in Carpathio mari sitam inter Syriam & Ciliciã: hodie Venetijs subiectam. At rectius est meo quidem iudicio, vt per Cittijm Italia intelligatur: nam capite vicesimo quarto Numerorum est hoc idem nomē Cittijm, per quod absq; dubio Italia intelligitur: & eam ob causam Latinus interpres pro illo Italiam vertit, dicens: Veniēt in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabūtq; Hebræos. Verba sunt Balaam, qui vbi vaticinatus fuit de Christi aduētu in mundum, vidit mentis oculis eum esse à Iudæis crucifigendum, & eam ob causam Iudæos à Romanis vastandos tempore Vespasiani, & venturum esse exercitum ab Italia, qui de Assyrijs victoriam reportaret, & Hierosolymam funditus euerteret. Et quoniam exercitus Romanorum vectus fuit nauibus vsque ad portū Iudææ, dixit Balaam: Venient in trieribus de Italia. Sunt enim trieres naues oblongæ, quas Latini à tribus remorum ordinibus trieres vocarunt. Vbi septuaginta habent: Et exhibit de manu Italorum, & affligent Assur, & affligent Hebræos. Paraphrasis Chaldaica Oncelli ita hunc locum vertit: Et naues venient à Romanis. Tharghum Hierosolymitanum vertit: Egredientur copię multę ex prouincia Italię vnã cum multis legionibus Romanorū. Est etiam dictio hæc Cittijm apud Danielem capite vndecimo, pro quo etiam noster interpres Romanos transtulit, dicens: Et veniēt super eum trieres, & Romani. Quem locum R. Abraham in cōmentarijs de Romanis etiam interpretatur. Inuenitur quoq; dictio hæc apud Ieremiam capite secundo dicentē: Trāsite ad insulas Cettim: vbi in hebraico est Cittijm, non Cettim. Eodem modo

apud Esaiam capite. 23. De terra Cittijm reuelatum est eis: & paulò post: In Cittijm confurgens transfrēta. Quibus in locis per Cittijm intelligitur Italia. Quare rectè hoc loco transtulit noster interpres: De insulis Italię. Berofus Chaldæus libro quinto deflorationis Chaldaicę asserit Cittim regnasse apud Ianigenas, à quibus fuit Italus vocatus. Ianigenæ verò appellabantur hi, qui Italiã colebant à Iano antiquissimo rege denominati: à quo nomen desumpsit Ianiculum mons trans Tyberim prope Romam, & antiquum oppidum in eo ab eodem Iano conditum, Ianiculum vocatum. Hic Italus Cittim authore Fabio Pictore in libro de Aureo seculo regionem illam Italiam vocauit. Et ab eo fuit etiam vocata Cittim, cum antea Oenotria a Iano vocaretur: quem enim Aramæi Ianum dicunt, vocant Græci Oenotrium. Duo igitur fuerunt Cittijm, vnus filius Iauan, qui insulam Cyprum coluit, qui fuit Nepos Iapheth filij Noe, alter postea appellatus Italus, qui in Italia obtinuit principatum, à quo regio illa denominata fuit Cittim, de qua loquitur hoc capite noster Ezechiel. Scribitur autem Cittim cum litera, i, non autem cum litera, e, nam Cethim, quæ per, e, scribitur, vrbs est Macedonię, cuius meminit scriptura capite primo libri primi Machabæorum.

Senes Biblij. Bibliina est Thraciæ regio vino excellenti quondã insignis. Huius regionis senes & viri prudentes, terræ administratores præbuerunt nautas ad ministerium nauium Tyri. Vel loquitur, de Byblo vrbe Phœnicię, quæ, vt ait Strabo. 16. libro, sita est in excelso quodam loco non procul a mari. Est etiam quædam parua insula maris Mediterranei vocata Byblis: cuius meminit Plinius libro quarto, capite duodecimo. Quidam vertunt: Senes Gebal: est enim Gebal regio quædam Palæstinæ: authore Stephano. In hebraico est: Et senes

1. Reg. 4.

2. Reg. 1.

Esa. 47.

Ion. 3.

NUM. 24.

Deute. 11.

Ierem. 2.

1. Mach. 1.

Exod. 28. **אזל**: à verbo **אזל** gaual, quod significat terminare: Vnde illud Exodi: Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo: potest veru: Facies in rationali catenas termini opere tortili ex auro purissimo. Catenas termini seu terminales vocat, quia erant in fine & termino pectoralis. Alij dicunt eas appellari catenas termini, quia erant parua, & terminatae magnitudinis. Ab hoc verbo deriuatur gebelim, quae dicitio significat dolatores lapidum ad terminum & mensuram, dicit à gebul, hoc est à termino, quod terminum mensurę lapidibus imponant. Ita intelligunt non nulli id, quod est in tertio libro Regum capite quinto: Porro giblij præparauerunt ligna & lapides ad edificandam domum. Hoc est latomi periti & fabri solertes præparauerunt lapides & ligna ad construendum templum Salomonis. Et hunc Ezechielis locum ita vertendum ducunt: Senes & latomi prudentes instaurauerunt in te ruinas tuas. Existimo tamen & in tertio Regum, & hic apud Ezechielem Giblios accipi pro hominibus Gebal, qui erant optimi artifices, & in nauibus efficiendis, ac ædibus fabricandis principatum tenebant.

A *Dentes eburneos & hebenios* Pro hebeninis est in hebraico **הובנין** hoobenim. Existimant nonnulli esse genus ligni, de quo locuti sumus in explanatione. R. Abraham ait esse bestias quasdam, ex quarum cornibus fiebant opera elaborata & subtilia. Alij arbitrantur esse pauones, inter quos est Ionathas Chaldeus, & Pagninus Lucensis. Diuus Hieronymus ait esse ligna nigra pretiosa.

Gutta. In hebraico est: **אזל** nophec. Pagninus vertit carbunculum. Est autem carbunculus lapis pretiosus, splendidus. In Exodo præcepit deus, ut in rationali sacerdotis essent quatuor ordines gemmarum, in quorum primo esset sardius, topazius, smaragdus, in secundo no-

phec, saphirus, iaspis. Vbi pro nophec posuit noster interpret carbunculum. Et ita transtulerunt septuaginta, & paraphrastes Chaldeus. Quare hoc loco pro gutta poterat transferri, carbunculus. Et nonnulli codices habent ad marginem gemam pro gutta. Dicitio hæc absq; dubio vtrunq; significat, & guttam, & gemam. Quare recte vertit interpret noster. Quid autem sit gutta, diximus in explanatione.

Græcia, & Mozel. Pro Mozel est in hebraico **אזל** meuzal, à verbo **אזל** azal, quod significat abire, & transire, & proficisci. Capite nono libri primi Regum, *1. Reg. 9.* ubi æditio vulgata habet: Panis defecit in cistarijs nostris, pro defecit est in hebraico verbum hoc azal. Ideo poterat locus ille ita verti: Panis abiit è vasis nostris: Ac si diceret: Panem iam non habemus. Capite. 32. Deuteronomij *Deute. 32.* pro azal vertit noster interpret infirmari, dicens: Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Quę verba poterant in hunc modum in Latium conuerti: Videbit abiisse fortitudinem, & nullos esse clausos, neminemque relictum esse, qui non sit in captiuitatem ductus. Per manum intelligitur fortitudo & robur, per clausos ij, qui erant in arcibus conclusi, per relictos hi, qui à pugna euaserunt. Est igitur sensus Postquam deus oppresserit populum, illumque hostibus traderit, miserebitur eius, cum eum aspexerit fortitudine destitutum, & eius arces expugnatas, & vacuas habitatoribus, & eos, qui superstites euaserint, esse in vincula coniectos. Libro primo Regum, ubi communis versio habet: Sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel, existimant nonnulli dictionem Ezel esse à hoc verbo azal, esseque illorum verborum sensum: Sedebis prope lapidem transeuntis, hoc est, qui indicat viam transeuntibus. Quidam vertunt: Moraberis iuxta lapidem vię, indicem itineris: quod idem est.

est. Cum igitur verbum hoc azal abire significet, & transire: potest hic locus Ezechielis ita verti: Græcia abiens, siue inquieta, siue vagabunda. Erant enim Græci negotiatores, diuitiarum cupidi, quam ob causam huc atq; illuc gradiebantur. Symmachus transtulit: Græcia deferens, vt subintelligas, merces ad nundinas.

Argumentum capitis. XXVIII.



Atcinatur aduersus principem Tyri, qui cum in domicilio superbia, & in sede insolentia collocatus omnia eximia sibi attribueret, & arrogaret, incidit in summam abiectiorem & calamitatem: & ciuitatem suam funditus euerit. Inuitatur diuinus vates ad eius miserias deplorandas. Et postea Sidonis euerfionem prædicit. Multa tamen dicit sub nomine regis Tyri, quæ ad literam de diabolo, eiusque superbia & casu intelliguntur.

Caput. XXVIII.



A factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit dominus deus: Eo quod eleuatū est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non deus: & dediisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. In fa-

cientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisisti aurum, & argentū in thesauris tuis, in multitudine sapientie tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuū in robore tuo. Propterea hæc dicit dominus deus: Eo quod eleuatum est cor tuum, quasi cor dei, idcirco ecce ego adducā super te alienos, robustissimos gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientie tuæ, & polluent decorem tuum. Interficient, & detrahent te, & morieris interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicens loqueris: deus ego sum coram interficientibus te, cum sis homo, & non deus, in manu occidentium te? Morte incircuncisorum morieris, in manu alienorū, quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis leua plañctum super regem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus deus: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis: chrysolithus, & onyx, & beryllus, saphirus, & carbunculus, & smaragdus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, quæ conditus es, præparata sunt. Tu cherub extētus, & protegens, & posuisti te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfe-

ctus in vijs tuis, à die conditionis tue, donec inuēta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eieci te de monte dei, & perdidisti te à cherub, protegens de medio lapidum ignitorū.

EXPLANATIO.

EO quod eleuatum est cor tuum. Regis Tyri superbiā arguit, qui tanta se extulit insolentia, vt deū seipsum vocaret. Detestabilis est homo superbus, & vt ait Ecclesiasticus, Odibilis corā deo & hominibus est superbia. Eam ob causam illam deus opprimit: & vt ait diuus Iacobus apostolus: Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Ideo ait Ecclesiasticus: Humilia valde spiritū tuū, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. Et rursus: Quid superbit terra & cinis? Et Iob: Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Cum Alexander magnus ad superbiā deuenisset, vt solus vellet esse totius orbis imperator, & Dario dimidium regni sui offerenti responderet, nec terram duos soles, nec Asiam duos reges ferre posse, decreuit, vt illū omnes deū appellarent. At ostendit ei deus fragilitatem suam: nam cum in prælio vulnus sagittæ acciperet in crure, multis accurrentibus, qui ei diuinitatē tribuebant, dixit: Vos vocatis me deum, impatibilem, & immortalem, at hic sanguis ostendit me esse hominē, fragilem, & caducum. Id euenit principi Tyrio, qui cum se efferret in sublime, summamq; sibi potestatem usurparet, tum cognouit se esse hominē, cum fuit vulneratus, & varijs calamitatibus oppressus. Cecidit animo, amisit vires, ruit præceps in ignominiam, & fuit desperatione penitus labefactatus. Vt ostrea & conchylia cum luna crescunt pariter, & decreſcūt, sic insipientes homi-

nes, qui à mundi pendent opinione, nūc se superbia extollunt, nūc penitus imbecillitate debilitantur, cum inopinato accidentium rerum euentu seipſos mutant. Nunc turgescunt, & intumescūt, seque magnos iactant, nunc animo fracti quacunque calamitate se abijciūt, & turpiter deprimunt, & paruos ostēdunt. At viri sapientes semper ijdem sunt: & contra omnes mundi ictus muniti nihil intolerandū putant, nihil, à quo culpa absit, in malis numerandū ducunt. Ea, quæ habent speciem gloriæ, collecta, ex inanissimis splendoris insignibus contemnant, breuia, fugacia, caduca existimāt: verum decus in virtute, & diuini numinis imitatione collocant & constituūt. At cum Tyri princeps à vana & temeraria diuitiarum fiducia penderet, & in mundi potentia beatitudinem collocaret, ea mutata mutatus est, rempublicam suam funditus euertit, & ipse languit animo, & cum mundi gloria vires & fortitudinem amisit. Vide eius superbiæ finem, & ad quam miserum casum eum adduxerit eius arrogātia. Humilitas homines sanctis angelis quodammodo efficit similes, superbia angelos in demones conuertit. Superbia turrem contra deum erexit: sed illam euertit ille, eamque ædificantium linguas cōfudit. Hæc obruit Pharaonem in mari rubro, prostrauit Goliath, suspendit Aman, interfecit Sennacheribum, euertit Antiochum, Nabuchodonosorem eiecit è regnō, vt fœnum comederet, & cum bestijs habitaret. Hæc denique regem Tyri ex alto dignitatis fastigio in profundum ignominie barathrum præcipitauit. Non rueret fortasse Tyrus, si regem haberet prudentia munitum, humilitate præditum, iustitia ornatum, cæterisque virtutibus tanquam moenibus septum, quas subditi aspicerent, & imitarentur. Quales enim in republica principes sunt, tales solent esse & ciues. Vt anima in corpore omnibus membris

motum

motum tribuit & vitā, sic optimi regis prouidentia omnibus regni sui partibus adest, excitans ad virtutem totam rempublicam, eamque tanquam præfens iuste gubernans. Duabus rebus dicebat Solon contineri rempublicam præmio & pœna. Vt oportet viros virtutē præstantes præmijs afficere, ita flagitiosos pœna multare. Vt medici membrum putrefactum sæpenumero incidunt, ne alia membra corrumpat, & labefactet: sic oportet, si rempublicam saluam esse volumus, homines pestilentes ex illa extirpare, ne corrupti integris, violati castis, impij iustis labem infringant. Sed nulla debet esse in principe temeraria festinatio, nulla inconsiderata celeritas, sed maturitas & prudentia. Vt enim Saturnus, qui ex astris errantibus summū obtinet locum, quanuis motu violento & rapto celerrimè circumagatur, motu tamen proprio & secundum naturam tardissimè mouetur, sic princeps & quicūq; est in excelsa dignitate constitutus, quauis cura & cogitatione debet omnia diligentissimè percurrere, vt possit omnibus cōfulere & prouidere, debet tamen præcipitatione longissimè abesse, & cum prudentia magna & deliberatione gubernare. Hoc significare volentes veteres philosophi bouem pingebant humano vultu præditum cum delphino super caput, per delphinum velocitatem, per bouem tarditatem significantes. In omnibus enim rebus consilium prius cum deliberatione, deinde factum cum celeritate, postea felices euentus spectantur. Sed regnante superbia hæc omnia excluduntur, non enim admittit cōsiliū, nō regitur ratione, expellit æquitatem. Quare in rebus secundis & ad voluntatem nostram fluētibus superbia magno pere cum omni insolentia & arrogantia fugienda est. Si hoc considerare & imitari vellet Tyrius princeps, non se efferret in excelsam aerem, vnde miserè in calamitatum mare decideret. Id quod

Icaro euenisse veteres fictis fabulis memoria prodiderunt. Vnde ingeniosus poeta cantat: Dum petit infirmis nimium sublimia pennis, Icarus Icareas nomine fecit aquas. Cum Phaethon patri suo in regno successisset, illudq; ob superbiā & temeritatem perderet, iunxerunt antiqui esse eum filium Solis, cui pater currum tradidisset, vt eius cursum conficeret, eumque, cum excessisset viam solis, ruisse, totumque orbem incēdio vastasse. Id accidit regi Tyri, qui ob insipientiam suam regnum a maioribus suis partum & cōseruatum, funditus euertit. Verum est id, quod ait Ecclesiasticus: Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates habitabuntur per sensum prudentium. Et paulò post: Sedes ducum superbiorū destruet deus, & sedere faciet mites pro eis. Et Esaias, Dissipatione, inquit, dissipabitur terra, & direptione prædabitur, quia transgressi sunt reges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.

Et dixisti: Deus ego sum. Non poterat maior superbia & impudentia excogitari. Hoc vel secum cogitauit, vel ore protulit. Duo sunt, quæ deus sibi retinet, vltio & gloria: de primo ait deus in libro Deuteronomij: Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Et Ecclesiasticus: Qui vindicari vult, à domino inueniet vindictam. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Eam ob causam dominus deus vltionum appellatur. De secundo autem ait deus per Esaiam: Gloriam meam alteri non dabo. Et Dauid primo Paralipomenon: Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria. Quam ob causam eum in psalmo regē gloriæ vocauit, cum angelos Christum in ascensu cœlū comitantes in hunc modū facit loquentes. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Vel, vt po-

Ff 3 test

Eccle. 10.

Iaco. 4.

Eccle. 7.

Eccle. 10. Iob. 15.

simile.

simile.

simile.

Genes. 11.

Exod. 14.

1. Reg. 17.

Ester. 7.

1. Mach. 6.

Danic. 4.

Eccle. 10.

Esa. 24.

Deute. 32.

Eccle. 28.

Roma. 12.

Psal. 93.

Esa. 42.

Et Dauid

1. Paral. 29.

Psal. 23.

test verti ex hebreo: Attollite portæ capita vestra, & tollamini portæ, quæ ab æterno fuistis clausæ, & ingredietur rex gloriæ. Vt sit profopocœia, figura in literis diuinis non infrequens. Qui igitur vltionem à contumelijs in se iactis sumere vult, & gloriam sibi de diuitijs, pulchritudine, scientia, & rebus gestis vendicare, hic dei officium vsurpat, & deũ seipsum appellat. Talis fuit princeps, de quo hic loquitur Ezechiel. Fortasse ob nimiam superbiam volebat, vt sibi diuinus cultus exhiberetur, quemadmodum Nabuchonosor apud Daniele m præcepit, vt omnes statuam eius adorarent. Narrat Suetonius Tranquillus Iulium Cæsarem fuisse ad id arrogantia perductum, vt ampliores honores humano fastigio decerni sibi pateretur, nimirũ tēpla, aras, simulachra iuxta deos, & è suo nomine mensis appellationem. Fuerunt etiam multalij ex Romanis imperatoribus, qui diuinitatem sibi per summam insolentiam tribui voluerunt. Populus verò eos deos appellabat, & summis honoribus venerabat. Sed quid mirũ, cum Iouem, Saturnum eius patrẽ, Martem, Venerem, Iunonem, Bacchum, & alios huiusmodi maxima veneratione coluerint, diuina esse numina asserentes, quorum acta eos non solum mortales fuisse indicant, sed mortalium omnium terribios, & cunctorum scelerum maculis notatissimos? Illi ipsi hoc fatentur, qui eos deos prædicauerunt, & eorum res gestas monumentis mandarunt. Iupiter rapuit Ganymedem, corrupit Iunonem sororem suam, quam & vxorem habuit, & sororem in Lædam, Alcmenam, Dianam, Maiam, Danaem, Anthiopam stupra, & scelera portentosa patrauit. Nulla erat turpis voluptas, cui non succumberet. Insuper patrem suum vulnerauit, & ea admisit flagitia, quæ nullæ humanæ leges impunita reliquerunt. Quis erit tam agrestis, & incultus, & ab omni intellectu alienatus, qui hæc audiens nõ

ipsum vituperet, & mortemultan dum censeat? Et tamen tanta fuit hominum cæcitas, tanta infania, vt eum quem funestam terræ pestem, & vitiorum voraginem esse crederent, pro summo deo adorarent. Fatebantur Martis cum Veneri adulteriũ, & Vulcani contra vtrunque insidias, & alios deos fuisse à Vulcano ad stupri spectaculum vocatos, qui etiam scelere & maleficio pascebantur, & nihilominus tantis tenebris erant miseri homines circumfusi, vt quos ea committere crederet, quæ erant pestilentia & execranda, & suis legibus prohibita, & perpetuam ignominiam secum ferentia, illos esse deos immortales censerent, ad eorum aras supplices accederet, eosque numina sanctissima vocarent. Et non solum homines pro dijs coluerunt, sed, vt ait diuus Paulus in epistola ad Romanos, mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentium. Et paulo post, ait: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Pro quo vertunt nonnulli in improbam mentem, aientes rectionem esse hanc suam versionem. Sed mihi magis placet translatio nostra. Mens enim, quæ dicitur spiritus, cõcupiscit aduersus carnem: & quauis caro præualeat praua adiuta consuetudine, non videtur tamen spiritus ipse, qui est in homine quippiam supremum, fieri posse reprobum, cum semper aspiret ad bona, & mala detestetur. Sensus tamen reprobus dici potest, per quem intelligitur intellectus, vt diuus Bernardus in sermone de intellectu & affectu ait. Ita accipitur in loco illo Sapientia: Deprimit terram inhabitatio sensum multa cogitantem. Nec improbus sensus, sed reprobus illic dicitur ab apostolo: nam etsi quandiu quis in crimine lethali dei permissione permaneat, sensum habeat improbum, quemadmodũ diuus Petrus in trina negatione, non tamen statim necessarium

sarium est, reprobum habere sensum, vel in sensum reprobum tradi: quod nõ nisi obfirmatis in malitia sua, & in sceleribus obstinatis conuenire videtur. Grauius enim est tradi in sensum reprobum, quàm in sensum improbum. Quare non illis assentior, qui vulgatam editionem ab ecclesia approbatam reprehendunt. Non damno versiones, ex quibus fructus vberrimus colligitur, sed omnibus illis eam anteposendam duco, quæ communis est, qua vtitur Romana ecclesia, quæ est in concilijs vniuersalibus approbata. Huiusmodi est ea, quæ habet: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Nonne reprobum habebant intellectum, qui execrandarum impietatum authores tanquam sanctitate plenissimos colebant, & in deos referendos putabant? Nonne reproba erat in illis vis rationalis secundum inferiorem sui portionem, cum se affectu corrupto, firmo cum carne fœdere coniungens, bruta animalia, & res insensibiles deos esse iudicabat? Ait diuus Athanasius in oratione, quam habuit aduersus idola, non apud omnes eosdem existimari deos, sed quot essent gentes, totidem deorum genera confingi. Nam crocodilus apud quosdam vt deus colebatur, apud alios habebatur abominationi. Leo apud nonnullos habebatur loco dei in summa veneratione, apud alios vt bellua immanissima necabatur. Vt ij, qui Solẽ ob lippitudinẽ auersantur, oculos aperire non audentes delectantur locis vmbrosis & obscuris, & cum solẽ non videant, circumferuntur per multa inuia, sic qui verum deum contemnunt ob animi caliginem, tenebris errorum reficiuntur, & veram illam ac diuinam lucẽ non considerantes, per multas opiniones falsas deorum incedunt. Hæc, & multa alia pulchra, & lectu dignissima Athanasius Alexandrinus. Sed si insanum gentilitiorum deorum cultum, & deplorandam deceptorum hominum cæcitatẽ co-

piose videre volueris, lege Blondum libro primo de Roma triumphante: vbi præter alia refert solitos fuisse duces in prælio effigies animalium in galeis sculptas ferre, & ea animalia, quorum imagines gestassent, parta victoria in deos referre, & adorare. Et ait, dixisse Hesiodum poetam, fuisse suo tempore in terris triginta deorum millia, præter ea quæ postea culta fuerunt. Nam ligna & lapides, & æra, & infinitas res alias pro dijs venerabatur. Sed illi erant omni superbia & insolentia elati, qui dum viuerent in terris, se deos faciebant, sibi que diuinum cultum arrogabant, cuiusmodi fuit rex Tyri, cui hoc loco ait Ezechiel: Et dixisti: Deus ego sum.

In cathedra dei sedi in corde maris. Hoc est, quemadmodum deus inhabitat lucem inaccessibilem & securam, ita ego locum tutum possideo: ille in loco celesti, ego in vrbe sublimi. Nemo potest ad ciuitatem meam me inuito accedere, cum sit intra mare sita, & vndique munita, tuta, & inexpugnabilis. Cor maris medium maris, seu intra mare significat, vt ostendimus superiore capite.

Cum sis homo. Hoc est, fragilis, imbecillus, caducus, miserijs, laboribus, & calamitatibus obnoxius. Hoc explicuit Iob planè his verbis: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Vide quam breuiter & aperte hominem describat, omnemque eius imbecillitatem, & vitæ breuitatem complectatur. Et alibi: Memento domine, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Et psalmographus, Homo, inquit, vanitati similis factus est. Et rursus: Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Et Salomon in Ecclesiaste: Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem me te requiescit: & hoc nonne vanitas est?

Cum quidam philosophus interrogaretur, quid esset hominis vita, mouit se subito in orbem, & statim disparuit, significans esse breuissimum circulum, non quietum sed perturbatum, & laboribus plenum. Volens Ioannes Damascenus hoc idem ostendere, hac vitur similitudine ab Antonino in primam partem theologalem relata. Fugiens quidam a facie rhinocerotis sauisissimi animalis, ne ab illo deuoraretur, incidit in quoddam profundum barathrum, & ruens, arbusculam quandam manibus apprehendit, & in basi lubrica & instabili pedes affixit. Respicuens verò vidit duos vermes, vnum album, alterum nigrum radicem fruticis, quem apprehenderat, continuo corrodescentes, & propè resecantes. In imo autem barathri vidit draconem terribilem, spirantem ignem, apertis faucibus ipsum deglutire cupientem. Cum autem oculos extolleret, exiguumque mellis in fruticis ramis aspiceret, oblitus periculorum, quibus erat vndique cinctus, totum se voluptati dedit, mel illud exiguum suauissimè gustans. Rhinoceros est mors, quæ hominem sequitur, & apprehendere cupit, vorago est mundus malorum multitudine plenus, qui, vt ait diuus Ioannes, totus in maligno positus est: arbuscula est vniuscuiusque vita, quæ per dies & noctes, tanquam per vermes albos & nigros corroditur, & consumitur: basis lubrica est corpus fragile & caducum: draco terribilis est infernus omnes deuorare desiderans: dulcedo ramusculi melliti est fallax mundi voluptas, qua deliniti mortales seducuntur, ne pericula, quibus sunt expositi, intueantur. Et ita cum voluptas vincat rationem, blandèque deliciae, quæ celeriter deflorescunt & consumuntur, homines teneant impeditos, illique seipsum libentissimè tradant pestiferis mundi oblectationibus & illecebris, non vident se esse à vita excessuros. Et hoc modo consumpta arbusculæ radice, corrupta & euersa base terrena

in voraginem precipitantur, & à leonis faucibus absorbentur. Si volueris planè hominis miseriam & fragilitatem intueri, lege ea, quæ literis madauimus, verba illa secundi capituli huius diuini vatis explanantes: Fili hominis sta supra pedes tuos: & commentaria nostra in quadragesimum caput Esaiæ, vbi verba illa explicuimus: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri.

Et dedisti cor tuum, quasi cor dei. Hoc est, existimasti diuinum esse cor tuum, eiq; diuinam tribuisti sapientiam.

Ecce sapientior est tu Daniele. Ironia est. Eodem modo postquam Adam funestas epulas comedit, ad quas eum Heua inuitauit, dixit deus: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Cum quondam tractabatur de extrema sapientia, afferebatur in mediū Daniel quasi loco prouerbij: fuit enim admirabili sapientia præditus, vt ex eius libro apertissimè constat. Potest hoc legi per interrogationem.

In sapientia. Quæ erat apud deum stultitia, quoniam erat à virtute seiuncta. Initium enim sapientiae timor domini. Sapientes huius seculi insipientes sunt: de illis ait Esaias: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Et Ieremias: Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax.

Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta. Vel vt potest verti ex græco: inimicitia est deo. Et ita vertit Erasmus. Sed Origenes legit inimica est deo, quemadmodum est in editione vulgata. Eodem modo Theophilactus. Et ex Latinis Hieronymus & Augustinus. Quare est versio nostra communis hoc in loco, imò in omnibus translationibus alijs præferenda, cum sit à coetu omnium doctorum recepta, & ab ecclesia comprobata,

bata, & omnibus alijs grauior, conuenientior, & præstantior.

Fecisti tibi fortitudinem. Hoc est, parasti milites fortitudine præstantes. Vel construxisti mœnia, & arces munitissimas, & fortissimas. Quidam vertunt: Parasti tibi diuitias. Mûdus enim fortitudinem in opibus constituit.

Adducâ super te alienos robustissimos gentium. Hoc est Chaldaeos, qui cæteris hominibus præstant robore & fortitudine.

Nudabunt gladios super pulchritudinem sapientiae tuae. Hoc est, super Tyrum civitatem tuam, quam sapientia tua pulchram fecisti, & varijs mœnibus & ornamentis decorasti. Vel super te, qui sapientem te esse arbitraris. Ac si dicat: Perdent tuam pulchram sapientiam.

Et morieris in interitu occisorum in corde maris. Hoc est, morieris vulneribus confusus in vrbe tua, quæ est in medio maris sita, quam tu inexpugnabilem putabas, & in qua fiduciam tuam figebas. Vel sic. Vbi fueris hostium gladijs traictus, proijceris in cor maris, vbi sepelieris. Mare erit frigidum & inquietum sepulchrum tuum, vbi à piscibus deuoraberis, in quorum ventre erit cadaver tuum miserè sepultum. Vide obsecro superbi regis infelicissimum finem: & alta mente considera, in quam miseram calamitatem fuerit eius insolens potentia conuersa. Vidit urbem suam euersam, opes suas dirptioni commissas, & seipsum inimicorum relis traictum, qui eum in profundum maris gurgitem proiecerunt. Quid illi profuit potentia, quid sapientia, quid opum abundantia? Merito dixit Salomon: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et rursum: Risum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Moriantur potentes, & aiunt in inferno: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa: sicut umbra, & tanquam nuntius præcurrens. Extulit se princeps Tyri in superbiam, sed

eum dedit deus partem piscibus. Eodem modo de Pharaone ait diuinus psalter cum deo loquens: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Et in alio psalmo: Deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem! subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Et si impij valuerint potentia, omniumque affluentibus rerum copijs floruerint, tamè eorum exitus infelix fuit: fluxit eorum prosperitas, euanuit eorum memoria, obscurata est eorum claritas & nominis amplitudo, & ipsi fuerunt tandem in æternas poenas precipitati. Hæc eorum miseriam expressit Esaias, alloquens ijs verbis Nabuchodonosorem: Detracta est ad inferos superbia tua: concidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes &c. Confert diuinus vates regem Babylonis cum Lucifero, qui ob superbiam suam de dignitate, in qua fuerat constitutus, decidit in infernum.

Nunquid dicens loqueris: deus ego sum coram interficientibus te? Quasi dicat: non. Tunc te esse hominem fateberis, cum te summis ærumnis pressum videris.

Morte incircuncisorum morieris. Hoc est, mors tua erit infelicissima, non solum temporalis, sed æterna. Morieris, quem admodum mori solent homines sceleribus imbuti, qui fide carent, & à veri dei cultu sunt omnino alienati. Incircuncisos appellat Gentiles, qui nec corpore, nec animo circuncidebantur. Incircuncisi etiam appellabantur Iudei illi, qui etsi erant corporis circuncisione à Gentibus distincti, cor tamen non circuncidebant, nec malas cogitationes, & impia facinora rescebant. In Deuteronomio sunt hæc dei verba literis mandata: Circuncidite præputium cordis vestri, Et apud Esaiam: Auertere malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Jerem. 4. meis. Et apud Ieremiam: Vsq̄quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Unde diuus Stephanus in oratione, quam habuit apud Iudæos, Dura, inquit, ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. In libro Deuteronomij sunt hæc verba literis consignata: Si mulierem pulchram post bellum victis hostibus captam voluerit, qui eam ceperit, habere vxorem, introducet in domum suã: quæ radet cæsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est, & flebit patrem & matrem mēse vno: & sic erit illi vxor. Mulier hæc anima nostra est, pulchra dei imagine decorata, quam victo mundo, & tenebrarum principe eiecto foras Christus cepit in prælio passionis suæ. Hæc si Christo cupit desponsari, in eius domum, hoc est ecclesiã, debet per fidem introduci. Deinde pilos superuacanearum & inutilium cogitationũ est diligenter abrasura, & vngues, hoc est prauarum actionum sordes circuncidenda. Sed oportet deponere vestẽ, hoc est veterem peccandi cõsuetudinem relinquere, iuxta id, quod ait diuus Paulus: Deponite vos secundum pristinam conuersionem hominem veterem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Demum ob patris & matris separationem, quod se à dei, & ecclesiæ præceptis aliquando separauerit, vim lachrymarum profundat. Anima hoc modo circuncisa erit per charitatem Christo copulata. Ipse etiam Christus voluit octauo die circuncidi, quia nos erat suo sanguine redempturus. Insignis mercator nundinis magnis cum ab alio etiam noto mercatore merces emit, nõ statim pretium omne persoluit: sed relicto signo, soluta parte aliqua pretij, cum postea sunt nundinæ, reliquum persoluit. Hic mundus est emporium,

ad quod venit ex cœli fastigio filius dei cœlestis ille mercator, vt animas nostras emeret suo sanguine: octauo die partem eius disperfit in nostræ redemptionis signum, & pretium, sed postea in crucis nundinis totum ipsum profudit, & in pretium emptionis nostræ persoluit. Ideo ait diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Empti enim estis pretio magno. Et diuus Petrus in prima sua canonica: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Hic est agnus ille, qui dixerat per Ieremiam: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Solent aliquando periti medici, cum ægrotus totius corporis torpedine laborat, capitis venam scindere, vt sanguinis effusio possit corpus morbo illo leuare. Christus est caput nostrum, vt ait diuus Paulus, nos autem membra: scinditur vena capitis, vt totum corpus sanetur, patitur Christus, vt genus humanum redimatur. Cum venit plenitudo temporis, ait apostolus, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Mortuo autem Christo, mortua est corporalis illa circuncisio, & euangelio promulgato non solum mortua est, sed mortifera: nam, vt ait diuus Paulus in epistola ad Galatas: Si circuncidamini, Christus vobis nihil prodest. Relictum est nobis id, quod illa adumbrabat, nimirum baptisimus, & vera cordis superfluitatum refectio. Id præuidens Ieremias, has voces emisit: Nouate vobis nouale, & nolite ferere super spinas: circuncidimini domino, & auferte præputia cordium vestrorum. Et rursum: Ecce dies venient, dicit dñs, & visitabo super omnẽ, qui circuncisum habet præputiũ. Aspicias igitur circuncisionẽ deo gratã spiritualem esse, rerũq; inutilium & pestilentium amputationem.

rationem: Fuit circuncisio corporalis necessaria ad salutem ante aduentum Christi, at nunc pestilens est, sed nihilo minus ab impijs & pertinacibus Iudæis obseruata, qui incircuncisi appellantur, quod non refecent flagitia, impietatem, & perfidiam.

Leua planctum super regem Tyri. Inuitatur propheta ad regis Tyri mortem lugendam, eiusq; luctuosam perniciem deplorandam. Pium est mortuos deplorare. Nam diuina ostendit historia venisse Abraham in ciuitatem Arbeæ, vt vxorẽ suã Saram, quam singulari amore fuerat profecutus, mortuam lugeret. Isaac matrẽ suam fleuit: & Iacob scisis vestibibus luxit Ioseph filium suum, quẽ è vita migrasse arbitrabatur. Ipse autem Ioseph, cum cognouit patrem suum Iacob clausisse suum diem, flens & de osculans eũ prorupit in lachrymas, pro quo factus fuit planctus septuaginta diebus. Filij Israelis videntes Aaronem excessisse è vita, eum deplorarunt triginta diebus, & totidem Moysem in Campesribus Moab. David ille, quo nemo tunc sapiẽtior, nemo charitate illustrior, nemo pietate præstantior, non solum mortem Ionathæ, quem singulari comprehendere rat amore, sed Saulis, qui eum afflixerat, & ad excidiũ vocauerat, fuit lachrymis & lamẽtis profecutus: & filium suũ Absalonem acerbissimo luctu defleuit. Martha etiam & Maria Magdalena sorores Lazari, eius mortem deplorarunt. Et in Actis apostolorum euangelio coruscante fecerunt fratres Stephano protomartyri planctum magnum. Et Ecclesiasticus ait: Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. Sed quia oportet calamitates toleranter ferre, nihilq; quod accidere possit, intolerandum putare, monet statim, ne nimis & absque temperantia lugeamus, dicens: Modicum plora super mortuum, quoniã requieuit. Memoriam proditum est diuum Ambrosiũ lachrymas continere non posse, cum ali-

cuius iusti viri mortem audiebat, tum quod præcesserat ad præmium, tum quod ablata esset à fidelibus talis colũna. Nec repugnat hoc verbis illis diui Pauli in prima ad Thessalonicenses epistola: Non contristemini de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem non habent: nam apostolus eos reprehendit, qui desperatione futuræ resurrectionis eos, qui è vita migrabant, intemperanter lugebant. Non prohibet amicorum obitum deplorare, moderatè, & affectu pietatis, & humanitatis intuitu, sed desperationẽ, & intemperantiam reprehendit. Nos qui reditum ad vitam, & animæ immortalitatem credimus, debemus absorbere dolores, quibus pro amicorum interitu angimur, ne videamur argumentum infidelitatis præbere in nimia lachrymarum effusione. In epistola ad Paulam super obitu Blefillæ ait ita diuus Hieronymus: Ignoscimus matris lachrymis, sed modum quærimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo, quod plangis, si Christianam & monacham, istis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste quod blandior, non tam curat, quam exasperat: attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur? Hæc ille. Illud est hoc loco aduertendum, dixisse scripturam factum fuisse planctum super Moyse, non autem super Iosue eius successore. Nam in Moyse hoc est in lege vetere per Moysem significata omnes ad inferos descendebant: in Iosue verò, hoc est in euangelio per illum designato, cum fuit apertus paradysus, non describitur planctus, quia iustorum animæ ad cœlestem beatitudinem cœtu angelorum comitante ingrediuntur. Merito flebant antiqui, quia nõdũ de cœli fastigio venerat dei filius, qui fontem illum lachrymarum, sua resurrectione siccaret: merito lamentabantur, quia adhuc cœlum clausum erat, & inferorum portæ patebant.

At modo nos qui fide instructi, sanctorum animas scimus ad coelum euolare, eorum mortem moderate lugeamus, & quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ summos luctus verustate deler, id nos præripere consilio & prudentia debemus.

Tu signaculum similitudinis. Eius dotes commemorat, & laudibus extollit, ut inferior appareat eius calamitas: nihil est enim infelicius, quam fuisse felicem. Horum verborum hic est sensus: Tu eras perfecta imago, quam alij imitari deberent: tu eras omnibus numeris absolutum exemplar. Poterat hoc ita verti ex hebraico: Tu eras sigillum figuræ. Et quoniam qui sigillum imprimit epistolæ, eam perficit & absoluit, accipitur sigillum pro re perfecta, in quam debemus oculos conijcere, ut similem alteram faciamus. Quare poterat locus hic ita verti: Tu eras perfecta figura, aut consummata imago ad imitandum proposita.

Vel potest hoc ita intelligi: Etsi omnes homines sint ad dei imaginem & similitudinem creati, tamē in te hoc expressius apparebat. Loquitur ad literam de rege Tyri, sed ita, ut etiam de primo angelo, qui superbia elatus a deo recessit, & fuit in æternum præcipitatus, etiam loquatur. Eodem modo Esaias sub specie Nabuchodonosoris loquitur de Luciferi casu. Id intuens Cyrillus in Ioannem libro sexto, capite sexto ait: Quid boni non habuit Lucifer, si signaculum dei similitudinis fuit? Propheta sub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat diaboli, de diabolo dicit: Tu signaculum, &c. Hæc ille. Loquuntur aliquando diuini vates permittim de diabolo & reprobis, quoniam eius sunt membra. Diuus Gregorius in Moralibus, & habetur de poeniten. distinct. 2. principium. exponit totum hoc de primo angelo, quem vocat Beemoth, Luciferum, & cherub, dicens: Licet homo ad similitudinem dei creatus sit, angelo tamen qua

si maius aliquid tribuens, non cum ad similitudinem dei conditum, sed ipsum si gnaculum similitudinis dei dicit, ut quod subtilior est natura, eò in illo similitudo dei credatur expressa.

In delicijs paradisi dei tu fuisti. Hoc est in magna rerum prosperarum abundantia. Omnia tibi ad voluntatem fluebant. Describit regis Tyri prosperitatem, & deliciarum affluentiam, qui in aula gemmis coruscante habitauerat, & margaritis auro inclusis vestes suas adornaue rat. Vtitur propheta hyperbolica locutione, & ferè tragica, ad deliciarum & opum regis Tyri explicandam. Eodem modo loquitur diuina scriptura in libro Genesis, cum ait, regionem circa Iordanem irrigari instar paradisi dei. Vel sic: In delicijs paradisi dei tu fuisti, hoc est in ciuitate Tyria, quam tu paradysum dei esse putabas, habitasti tu, qui te deum esse credebas. Asserebas te esse deum, & ciuitatem tuam esse paradysum tuum. Totum hoc refertur etiam ad primum angelum, qui in delicijs coeli fuit, ex quo ob superbiam suam præcepit in infernum. Sed quoniam propheta mentionem facit paradisi dei, videtur regis Tyri prosperitatem sub persona Adam significare, qui fuit in paradiso dei omnibus bonis affluens, ex quo ob peccatum eiectus est. Adam etsi non fuit natus in paradiso, in eo tamen habitauit, quoniam fuit illuc a deo translatus. Tertulianus libro secundo aduersus Marcionem ita ait: Nemo hominum in paradiso dei natus est, ne ipse quidem Adam, translatus potius illuc. Augustinus sermone. 16. in natali dñi, Primus, inquit, homo, quo cadere oēs cecidimus, cuius ruina est mortalitas nostra, non est natus, sed factus, patre nullo, nulla matre, sed deo operante. Hec est hominis prima conditio, Adam de terra: secunda hominis conditio est, cum deus creauit foeminam de latere viri: tertia, qua natus est homo ex viro & foemina: quarta conditio est dei & hominis, qua natus est

est Christus de foemina sine viro. Non esse autem creatum in paradiso, sed illuc translatus, indicant hæc verba secundi capitis Geneleos: Tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradysum voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum.

Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Hoc est, eras lapidibus pretiosis ornatus. Et statim ponit nouem gemmarum species, quoniam nouem sunt chori angelorum, quibus ille primus & supremus apostata fertur ornatus: quoniam erat splendidior illis, & quodammodo superior. Angeli ut simul facti sunt, lux facti sunt, ut ait diuus Augustinus libro. 11. de ciuitate dei. Et æqualis felicitatis omnes ab initio creati sunt, iuxta eiusdem Augustini in eodem libro sententiam, licet alij alijs in genij acumine & subtilitate præcellerent, ut ex Dionysij sententia constare videtur. Distinguit etiam hierarchias angelorum, & in qualibet tres ordines distinguuntur secundum diuersos actus & officia. Lucifer autem eminens inter alios, & illis veluti lapidibus pretiosis indutus appetiuit æqualitatem cum deo, dicens: Ero similis altissimo. Fuit peccatum superbiæ suæ in hoc, quod ad consequendam supernaturalem beatitudinem suam, quæ in plena dei visione consistit, non se erexit in deum tanquam in ultimam perfectionem, ex eius gratia desiderans cum alijs sanctis, sed eam consequi voluit virtute suæ naturæ: non sine deo in natura operante, sed sine deo gratiam conferente. Et quia habere ultimam beatitudinem virtute suæ naturæ omnino absque gratia alicuius superioris est proprium dei, aperte ostenditur, quod ad hoc concupiuisse angelum dei æqualitatem. Quod fit, ut quod ad hoc appeteret deo non subijci, ut scilicet eius gratia supra suæ naturæ virtutem indigeret.

Et foraminata. Hoc est, ianuarum: vel vestium incisiones, quæ gemmis iunguntur. Vel per foramina intelligit fos-

fas auri, in quibus gemmæ includebantur. Sensus est. Cum natus es, statim tibi fuerunt omnia præparata, quæ ad regium ornatum & summam potentiam pertinere videbantur. Septuaginta habent: Auro replesti thesauros tuos, & horrea tua in te. Quidam verterunt: Aurum opus tympanorum tuorum, ac fistularum tuarum est in te. Per foramina fistulas intelligunt.

Tu cherub extensus, & protegens. Alludit ad cherubim, qui erant in templi sanctuario expandentes alas, & arcam testamenti tegentes. Sensus est. Quemadmodum cherub alas extendebat, & arcam tutabatur, sic tu dilatabas potentiam tuam, propagabas longè nomen tuum, illius claritatem per multas regiones celebrando, & urbem tuam ab hostium impetu defendendo. Alis tuæ potentia, & tuorum exercituum populum tuum fortiter protegebas. Comparat diuinus vates regem cum cherub arcam dei tegente: nam iustus rex debet ecclesiam dei suis alis protegere. At quemadmodum angelus apostata creatus ad protegendum subuertit inferiores, sic impius rex constitutus ad ecclesie defensionem, eam opprimere conatur. Comparatur autem rex Tyri hoc loco cum cherub, non cum seraph, quia cherub significat plenitudinem scientiæ, quæ inflat aliquando, seraph autem significat feruorem charitatis, quæ ædificat. Ita diabolus ob scientiâ appellatur dæmon, dæmo enim græcè idem est quod scio. Plato in Cratilo ait dæmones ita a rerum prudentia dici: quem sequitur Capella, & Lactantius Firmianus libro secundo diuinarum institutionum, & Chalcidius in Timæam Platonis, & diuus Augustinus libro nono de ciuitate dei, ubi ait dæmonibus esse scientiam sine charitate, ideo esse inflatos & superbos. Id enim, quod ait diuus Paulus: Scientia inflat, interpretatur ille, quando est a charitate seionta, nam cum charitate ædificat, & fructus mirabiles

Genes. 1.

Esa. 14.

Genes. 2.

Genes. 13.

Esa. 14.

3. reg. 6.

1. reg. 6.

1. reg. 6.

1. Corin. 8.

1. Corin. 8.

1. Corin. 8.

rabiles producit.

Et posui te in monte sancto dei. Vt cherub erat in templo in monte Sione, ita tu in insula Tyri, ubi te posui, & regem constitui. Quoniam Hyram rex Tyri fuit Salomoni multis de causis amicissimus, misitq; ad eum ligna cedrina & abiegna ad templi constructionem, ut in libro Regum tertio scriptum legimus, & conferebat se Hierosolymam, ubi pacificè & honorificè recipiebatur, ideo putant non nulli deum ei hoc dixisse: Et posui te in monte sancto dei. Sed hoc videtur longè petitum: rex enim hic, de quo agitur hoc loco, fuit multò post Hyram. Poteris per montem sanctum dei cœlum intelligere, & cœlestem Hierosolymam, ubi deus posuit angelum Luciferum: nam hoc, ut paulò antè ostendimus, de illo etiam sub specie Tyri intelligitur. Hic est mons ille, de quo dicitur in psalmo: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et rursus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?

In medio lapidum ignitorum ambulasti. Idest, gemmis fulgentibus ornatus incedebas. Fortasse aula regia erat lapidibus pretiosis aliquibus in locis structurę decorata. Sunt, qui per lapides ignitos non quascumq; gemmas intelligant, sed solum carbuculos instar luminis micantes. Et in hac sententia est Ionathas Chaldeus. Alij per gemmas viros intelligunt ingenio excellenti, & doctrina exquisita, inter quos versabatur rex Tyrius. Alij existimant esse lapides pretiosos templi Hierosolymę: nam paulò antè regem cum templi cherub comparauit: Sunt, qui existimant hos lapides non esse gemmas, sed communes lapides templi, qui quoniam erant deaurati, igniti appellantur: ait enim scriptura, nihil fuisse in templo, quod non regeretur auro. Sed quoniam totum hoc de Luciferò etiam intelligitur, poteris per lapides ignitos angelos intelligere, qui non solum igniti, sed ignis appellantur: iuxta id, quod

ait psalmographus, & refert in epistola. *Psalm. 103.* ad Hebræos diuus Paulus: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Non solum angeli boni splendidi sunt, sed etiam in angelis malis post lapsum dona naturę splendida manserunt, ut ait diuus Dionysius capite quarto de diuinis nominibus.

Peccasti, & eieci te de monte sancto dei. Si angelus peccauit in cœlo, & Adam in paradiso, qui locus erit tutus in terra? Et si multi angeli peccarunt, tamen cum Luciferò precipuè loquitur deus, quia ipse fuit supremus inter omnes, ita enim ait diuus Gregorius in homilia de centum ouibus: Primus angelus, qui peccauit, dum cunctis agminibus angelorum prælatus eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. Et præterea eius peccatum fuit alijs causa peccandi, non cogens eos, sed quadam quasi exhortatione inducens. Eadem ob causam ait diuus Ioannes in Apocalypsi, draconem traxisse secum tertiam partem stellarum.

Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidiſti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te, ante faciem Regum dedi te, ut cernerent te. C In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuę polluiſti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium venturum te. Omnes qui viderint te in gentibus, obstupescant super te. Nihil factus es, & non eris in perpetuum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem, & prophetabis de ea, & dices: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Sidonem, & gloriabor in medio tui.

D tui. Et scient, quia ego dominus, cum fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in plateis eius: & corruet interfecti in medio eius gladio per circuitum: & sciet, quia ego dominus. Et non erit ultra domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis, & scient, quia ego dominus deus. Hæc dicit dominus deus: Quando congregaui domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob, & habitabunt in ea securi. Et ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cum fecero iudicia in omnibus, qui aduersantur eis per circuitum: & scient, quia ego dominus deus eorum.

Perdidiſti sapientiam tuam in decore tuo. Hoc est, elatus ob pulchritudinem tuam intumuiſti superbia, quæ tibi intellectum obscurauit, & ignorantiam tenebris circumfudit. Aspicias hic omnes superbos in sapientes esse. Nam ut ait diuus Paulus: Obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Vbi nomine cordis animus intelligitur, qua parte carnis factus, subsidet rebus, quæ sensu percipiuntur: qui ideo obscuratus est, quia illi se à vero sole auertentes, tenebras ipsas quæſierunt. Superbia enim inflati eam sibi gloriam arrogauerunt, quam deo tribuere deberent. Vnde effectum est, ut quilibet factam inuenire & tueri conaretur, ut no-

minis sibi celebritatem compararet. Sed quò se ad altiore sapientiam peruenisse existimabant, eò densioribus tenebris obfundebatur. Eos alloquens Esaias aiebat: Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Quæ admodum Narcissus tribuens sibi eximiam pulchritudinis præstantiam, ut est fictis historijs productum memoria, vidensq; seipsum in fonte quodam, tam ardenti amore imaginis suæ conspectæ captus est, ut contabesceret, & in vanum florẽ conuerteretur, sic vani philosophi excellentem sibi scientiam arrogantes, videntes se in speculo vanitatis, tam incredibilem sui amore flagrarunt, ut penitus euanescerent. Noluerunt oculos in deum conijcere, sed terram deorsum intueri voluerunt, non quæſierunt fontem vitæ & sapientiæ, qui deus est, sed fontem mortis & ignorantie, & originem omnis peccati, quæ est superbia, vnde effectum est, ut quasi humana effigie destituti abirent in vanitatem, & ut ait apostolus: Euenerunt in cogitationibus suis.

In terram proieci te. Hoc est, penitus te abieci, & decus tuam in ignominiam commutavi. Ita Ieremias in secunda lamentatione. Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel, vel, ut potest verti ex hebræo: gloriam Israelis. Apud Ciceronem detrudere aliquem de cœlo est obscurare eius splendorem, & extinguere eius famam.

Polluiſti sanctificationem tuam. Idest, contaminaſti virtutem tuam. Sunt, qui per sanctificationem intelligant templum Salomonis, cui aiunt hoc loco aulam regis Tyri in structuræ magnificentia, auro, & ornamento comparari. Vel sic: Maculasti tu o Lucifer sanctitatem tuam: Omnes enim angeli in gratia creati sunt, quam ob superbiam multi amiserunt.

Produca enim ignem de medio tui, qui comedat te. Alloquitur urbem, cui sui ciues excidium machinati sunt. Labefactata æquitate, humanæ societatis conciliatrice, amittitur pax, & succedit discordia, malorum

3. Reg. 5.

Psalm. 23.

Psalm. 14.

3. Reg. 6.

2. Paral. 3.

2. Paral. 3.

Genes. 3.

Apocal. 12.

Esa. 5. simile.

Roma. 1.

Thren. 2.

lorum multorum inuentrix, & tranquillitatis expultrix, & totius reipublicæ pernicies. Hoc fuit à Tyrijs satis perceptum & exploratum. Nam cum essent inter se discordes, & in varias sententias distracti, & odio incensi, inuicem sibi perniciè machinabantur. Hinc euenit, vt nonnulli ex illis ad Babylonios confugerent, eosq; ad euertendam Tyrum excitarent. Hoc odium appellat Ezechiel ignem de Tyria republica productum, qui eam cõbustit. Vel ad litteram loquitur de igne, quo Tyrus flagruit: fuit enim fortasse incèdio absumpta & combusta.

Dabo te in cinere m super terram. Non solum igne flagrabis, vt mancas carbo, sed tota in cinerem redigeris.

Pone faciem tuam contra Sidonem. Hoc est, vaticinare aduersus eam. Est Sidõ vrbs Phœnicix, cuius ciues, vt aiunt, Tyrum condiderunt. Est igitur Tyrus colonia Sidonis, quemadmodum Carthago colonia Tyri. Iosephus ait dictã esse Sidonem à Sichem filio Canahan, & ab Hebræis Sichem appellatam fuisse. Eustathius tamen à Side Beli filia dictam putat Sidonem.

Glorificabor in medio tui. Hoc est, in euerfione tui victor gloriosus apparebo. Tot vitijs es contaminata, vt homines me laudibus efferant, & potentiam meã pleno ore celebrent, cum te per Babylonios deleuero.

Et non erit ultra domui Israel offendiculum amaritudinis. Postquam euerfa fuerit Sidon, manebunt Hebræi liberi à calamitatibus, quibus à Sidonijs opprimebantur. Erant Sidonij acerrimi Hebræorum hostes, & in illos sæpe ventos excitabant. Pomponius Mela libro primo, capite duodecimo vocat Sidonem opulentam, & maximam vrbiũ maritimarum.

Quando congregauero domum Israel. His verbis promittit deus congregaturum se esse Israelitas in Babylonica captiuitate

te detentos, eosque in patriam suam reducturum. Quod ita euenit, cum Cyrus illis facultatem dedit redeundi in terram promissionis, & Hierosolymã instaurandi. Sed hæc requies, quam deus hinc promittit Israelitis, potius est spiritualis, quàm corporalis. Hierosolyma est ecclesia, Babylon mūdus idolorum plenus, à quo Christus eos, qui in eum credere vulerunt, abduxit, & in ecclesia collocauit, vbi possent in animi quiete & securitate viuere restincto pestilentium cupiditatũ ardore. Verè Israelitæ sunt veri Christiani, tràquilli & quieti. Ad hanc tranquillitatem nos vocat, & inuitat Christus deus noster apud Matthæũ dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris. Sed aduerte. Non ait: Et inuenietis requiẽ corporibus vestris, sed animabus. Non nos deus ad carnis delicias inuitat, sed ad animi tranquillitatẽ, quæ non in regione mortis, non in falsis voluptatibus, non in pestilentibus flagitijs, sed in mundi contemptione, in vera virtute, & in Christi imitatione consistit. Hoc intelligens diuus Augustinus in libro confessionum deceptos mortales in mundi peccatis requiem quærẽtes ijs verbis alloquitur: Nõ est requies, vbi quæritis eam: quærite, quod quæritis: sed ibi non est, vbi quæritis. Vitam beatam quæritis in regione mortis: non est illic: quomodo enim beata vita, vbi nec vita? Hæc ille. Vocat Christus omnes laborantes sub sarcina peccatorum: nihil enim grauius peccato. Vnde Zacharias propheta, Ecce, inquit, talentum plumbi portabunt, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ: & dixit: hæc est impietas. Et Dauid: iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Et paulò post: Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Cognoscens peccator pondus suorum scelerum ita

1. Esd. 1.

Matth. 11.

Zacha. 5.

Psal. 37.

frangitur & debilitatur, vt tanto oneri penitus succumbat, nisi ad diuinam confugiat misericordiam, & ad Christum accedat, qui omnes ad requiem inuitat animarum. Sed qui in maxima sui ignorance versantur, & errorum tenebris circumfunduntur, nec grauitatem maleficiorum sentiunt, nec quantum absint à Christianæ philosophiæ præstantia cognoscunt. Idèo Christum non quærunt, portum diuinæ pietatis despiciunt, fontem suauitatis contemnunt, & amaros riuulos cõsecantur. Quid aliud est mundus, quàm onus laborum & calamitatum? Onus Babylonis, ait Esaias, onus Aegypti. Solus deus est, qui à laboribus liberat, & veram tribuit quietem. Hoc intelligens Dauid canebat: Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Vel, vt potest verti ex hebræo: Iacta super dominum pòdus tuum, & ipse te subleuabit. Et diuus Petrus, Omnem, inquit, sollicitudinem vestram projiciẽtes in deum, quoniam ipsi est cura de vobis. Et diuus Paulus: Dominus propè est, nihil solliciti sitis. Ac si dicat: Reijcite in illum omnia vestra pondera, qui ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Cum omnibus vestris sollicitudinibus, curis, oneribus, calamitatibus, & temptationibus cõfugite ad Christũ vos ipsos vocantem, eaq; omnia, quæ graua existimatis, in sinum diuinæ misericordiæ reijcite. Ipse vos molestijs leuabit, & tràquillitatem tribuet, vt nulla vos procellarum vis possit de spe abducere, nec de gradu firmitudinis vnquam depellere.

Esa. 13.

Esa. 19.

Psal. 54.

1. Petr. 5.

Philip. 4.

Mat. 11.

Cum fecero iudicia. Hoc est, cum castigauero. Hebraismus est frequens in literis diuinis.

Annotations ex hebræo in caput XXVIII.

In cathedra dei sedi. In hebraico est מושב אלהים יושבתו moxau elohim iaxautti. Verbum iaxau significat sedere, & habitare, vnde moxau significat cathedram et habitationem. Elohim significat deum, & fortem, & principes. Ideo potest totũ hoc ita verti: Habitauit in habitatione forti. Hoc est in insula sita in medio maris vndiq; munita, & arcibus ac propugnaculis cincta. Similiter illud: Et in cathedra pestilentix non sedit: potest ita transferri: In habitatione pestilentium non habitauit. In hanc significationem accipitur à psalmographo, vbi in hunc modum inducit deum loquentem: Hæc requies mea in seculũ seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quibus verbis voluit deus significare, se esse in ecclesia catholica perpetuum domicilium collocaturum. Dixerat antea: Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Et ne aliquis existimaret per Sionem intelligi Hierosolymam illam terrenã, quam scimus fuisse postea euerfam, & in cineres redactam, subdit statim dei verba, quibus significat: esse hoc de Sione perpetua, hoc est, de ecclesia catholica intelligendum, quæ est semper duratura. Ciuitatem illam mentis oculis intuebatur diuinus vates, quam diuus Ioãnes in Apocalypsi ait se vidisse de cœlo descendentem. Aspicias igitur verbum hoc iaxau non solum significare sedere, sed etiam habitare: Hanc significationem secuti septuaginta verterunt: κατοικίαν θεού κατοικίη. Hoc est, habitationem dei habitauit.

Tu signaculum similitudinis. In hebraico est תבניתך חותמתך attach chothethacnith. Dicitio thacnith, siue vt alij habent, thocnith significat summã, aut numerum aliorum numerorũ: deriuatur enim à verbo tacan, quod significat numerare, & ponderare, & appendere. Vt in Prouerbis: Appendit autem cor-

Psal. 1.

Psal. 132.

Apoc. 21.

Prou. 21.

da dominus. Ac si dicat: Ille qui ponderat & expendit hominum corda, deus est. Vel qui numerat hominum cogitationes. Vnde verba illa cantici Annae libro primo Regum mandata: Deus scientiarum dominus est, & ipsi preparatur cogitationes: ita possunt verti: Deus scientiarum dñs est, ab ipso numerantur cogitationes. Vel, ab ipso ponderantur hominum opera & studia. Sed quoniam particula, lo, significat ipsum, & est etiam negatiua, significans non, ideo possunt ita verti verba illa: Non sunt numerata operata eius: Ac si dicat: Tot sunt magna opera dei, vt nullo modo possint pre multitudine numerari. Eam ob causam poterat hic locus Ezechielis ita verti: Tu es signaculum summæ: seu numeri perfecti. Hoc est, tu perficis totam summam, tu es totum sigillum. R. Dauid in commentarijs ita hunc locum interpretatur. Tu es plenus sapientia: tu es sigillum summæ & numeri omnium scientiarum, glorie, & operum. Ionathas Chaldeus: Tu es similis monete figurata, quæ directa est in sapientia, & perfecta in pulchritudine sua. Pagninus vertit: Tu es sigillas summam. Septuaginta: Tu es signaculum similitudinis. Ab hoc verbo est chotham pro signaculo, vt in Canticis. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Quibus verbis sponsus amoris erga sponsam singularem significat: ac si diceret: Nec me separe a corde tuo, nec a manibus tuis. Quemadmodum anulus, quo literæ sigillantur, non remouetur a manu sigillantis, sic nec tu me separe a te. Quicquid cogitaueris corde, & feceris manibus, sit in me ipsum directum. Ideo ait sponsa, vt eum in manu portet loco anuli sigilli, quia solent scriptura rem dilectam nomine anuli in manu significare. Apud Ieremiam ait deus: Si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Quasi dicat: Etsi mihi Iechonias

ante fuerit dilectissimus, etsi eum fuerim admirabili amore profectus, & tanquam anulum signatorium pretiosissimum in manu mea dextera gestauero, tamen si in mortifera scelerata incidit, si fraudes terribilissimas commiserit, illum proieciam, & in Chaldaeam traducam. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Septuaginta habent: Omni lapide pretioso indutus es. Quod in idem recidit: In hebraico est: Omnis lapis pretiosus* *אבן אבן מעטרתך* *à verbo mafac, quod significat miscere, vt in psalmo: Potum meum cum fletu miscēbā. Ideo poterat hic locus ita verti: Omnis lapis pretiosus mistus tua. Vel: Omni lapide pretioso mistus es. Potest esse à verbo suc, quod significat sepire, & circumdare. Et tunc erit sensus: Septus eras & redimitus lapidibus pretiosis. Brixianus habet: Omnis lapis pretiosus tabernaculum tuum. Alij: Lapis pretiosus umbraculum tuum.* *Tu cherub extensus, & protegens. In hebraico est: את כרוב ממשח הסוכך* *at cerub mimxach ha socec. Dicitio cerub deriuatur à carab, & significat figuram: & cherub, qui erat in sacrario humanam habebat effigiem: ob cuius magnitudinem & dignitatem rex appellabatur cherub. Ita ait R. Dauid in libro radicum. Eam ob causam hoc in loco per cherub extensum regem magnam interpretatur. Dicitio mimxach, pro qua noster interpretis vertit, extensus, deriuatur à verbo maxach, quod significat vngere: vt in libro primo Regum: Me misit dominus, ut vngerem te in regem. Id quod est apud Esaiam capite 21. Surgite principes, arripite clypeum: poterat verti: Surgite principes, vngite clypeum. Ac si dicat: Actum est de vita Baltasaris regis: eam ob causam vos magnates regem constituite, qui sit populi clypeus. Diximus alibi, in literis diuinis regem clypeum appella-*

pellari. Sunt qui existiment, vngere clypeum esse illo loco scuta oleo lenire, ne illa penetrent hostium gladij. Et ita explanant verba illa Dauidis secundo libro Regum mandata: Ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vinctus oleo. Solebant enim veteres presertim nobiles parmas & scuta inungere, vt inimicorum ictibus facilius resisterent. Quamquam per clypeum possit illo loco intelligi Saul, vt sit sensus: Illic occisus est Saul, clypeus & defensor populi, ac si non esset vinctus oleo, quo reges Israelis vngentur. A verbo hoc maxach deriuatur mexiach, qui graece dicitur Christus, latine vero vinctus: vt in psalmo: Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. In hebraico est: Aduersus dominum, & aduersus Mesiam eius. Eam ob causam poterat hic Ezechielis locus ita verti: Tu cherub vinctus, siue rex. Rex enim vinctus vocabatur, quod esset oleo vntionis delibutus: & quoniam vinctus idem est quod Christus, ideo rex appellabatur Christus. Hinc effectum est, vt Dauid regem Saulem Christum vocaret, dicens: Non faciam hanc rem domino meo Christo domini: hoc est Sauli, qui fuit vinctus à domino. Et in psalmo: Nolite tangere Christos meos. hoc est reges, siue sacerdotes, qui etiam vngentur. Septuaginta interpretes ita hunc Ezechielis locum verterunt: Preparatus es cum cherub vinctus oleo. Tharghum habet: Tu rex vinctus ad regnum. Pagninus: Tu cherub magnus tegens. Poterat rectissime verti: Tu cherub vinctus vnguento pretioso. Dicitio enim socec, pro qua communis editio habet: protegens, potest esse à verbo suc, quod etiam vngere significat: vt apud Danielem: Nec vnguento vinctus sumi. Haec est opinio R. Ionah asserentis dictionem socec vnguentum optimum significare.

Polluisti sanctificationem tuam. In hebraico est: Polluisti מידת קדשך *midat qadaxca. à verbo שדק cadhax, quod significat sanctificare, vt in Exodo 29. Omnis, qui tetigerit altare, sanctificabitur. Significat etiam, preparare. Vnde, id, quod est apud Michæam, Si quis non dederit in ore, ipsorum quippiam, sanctificant super eum praelium: potest verti: Si quis illis non dederit, quod petunt, preparant praelium aduersus illam. Non dare in ore alicuius hebraice mus est, vbi os accipitur pro verbo & petitione: & significat totum hoc, negare alicui, quod petit. Potest nihilominus verbum cadhax accipi illic, pro sanctificare, & recte quidem. Nam ille dicitur sanctificare praelium contra aliquem, qui asserit iustum esse praelium illud, sanctumque esse bellum impijs hostibus inferre. Illud etiam, quod est primo capite Iob: Mittebat ad filios suos Iob, & sanctificabat illos: poterat verti: Mittebat Iob nuptium ad filios suos, & preparabat eos: nimirum ad sanctitatem. Vel sanctificabat eos, hoc est suadebat illis abstinentiam & ceteras virtutes. Hinc codhax sanctitatem significat, & sanctificationem. Ita appellabatur locus, vbi erat arca domini, vt in psalmo: Mittat tibi auxiliu de sancto. Hoc est de loco arcae testamenti. Vbi Ionathas habet: de domo sanctuarij tui. Et in alio psalmo: Voce mea ad dominum clamaui, & exaudivit me de monte sancto suo. Vel de monte sanctitatis suæ. Hoc est de monte Sione, vbi erat propitiatoriu super arcam foederis, & quo deus promiserat exaudiri se esse illos, qui preces ad illum ardentes funderent. Asserit ijs verbis Dauid in grauissimis calamitatibus suis ad sanctum dei templum erexisse supplices manus, deumque ei attentas aures ad preces suas adhibuisse, eumque a pe-*

1. Reg. 2.

2. Reg. 1.

Exo. 29.

Mich. 3.

1. Iob.

Psal. 101.

Psal. 2.

Iob. 1.

1. Reg. 24.

Psal. 104.

Psal. 19.

Psal. 3.

1. Reg. 15.

Esai. 21.

Canti. 8.

Ierem. 22.

Dani. 10.

riculis, quibus vndique erat expositus, liberasse. Vel per montem sanctum dei intelligit cœlum, quò oculos dirigebat, ad deum ipsum aspirans: quemadmodum alibi dicebat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ab hoc verbo deriuatur nomen hoc micdax, quòd significat sanctuarium, vel aulam regiam. Apud Amos prophetam sunt hæc dei verba literis mandata: In Bethel non adiecias vltra, vt propheta; quia sanctificatio regis est, & domus regni. Vbi pro sanctificatione poterat veri sanctuarium regis. Ita appellabatur mons Bethel, quia illic erat vitulus aureus, què impius rex Israel pro deo adorabat. Quidam pro sanctificatione siue sanctuariò regis aulam regis verterunt: existimantes esse illic sitam regis Israel palatium. Eodem modo hunc locum Ezechielis interpretantur. Vbi enim nos habemus: Polluisti sanctificationem tuam: habent illi: Polluisti palatium tuum.

Argumentum capituli. XXIX.



Radicis Pharaonis calamitatem, & Aegypti per Babylonios euerisionem. Inducit deum pollicentem se post annos quadraginta esse Aegyptum restitutum.

Caput. XXIX.

ANno decimo, decimo mense, duodecima die mensis, factum est verbum do-

mini ad me, dices: Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Aegypti, & prophetabis de eo: & de Aegypto vniuersa loquere, & dices: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti; draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: & dices: Meus est fluuius, & ego feci memetipsū: Et ponam frenum in maxillis tuis: & conglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. Et extrahā te de medio fluminum tuorum; & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt: Et proiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. Super faciem terræ cades: non colligeris, nec congregaberis. Bestijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum: & scient omnes habitatores Aegypti, quia ego dominus. Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu, & contractus es, & lacerasti omnem humerum eorū, & innitētibus eis super te cōminutus es, & dissoluisti oēs renes eorū, propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego adducam super te gladiū meum, & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Aegypti in desertum, & in solitudinem: & scient, quia ego dominus. Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus est, & ego feci eum: idcirco ecce ego ad te; & ad flumina tua: Daboque terram Aegypti in solitudi-

rudinem gladio dissipatam, à turre Syenes vsque ad terminos Aethiopiæ. Non pertransibit eam pes hominis, nec pes iumentum gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. Daboque terram Aegypti desertā in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum: & erunt desolatæ quadraginta annis.

EXPLANATIO.

IN anno decimo. Subaudi, transmigratio- nis Iechonię, & principatus Sedechię: tunc enim fuit Sedechias in regia dignitate constitutus, cum Iechonias fuit in Chaldæam translatus. Sed occurrit quædam dubitatio: Quæ fieri potest, vt hæc visio facta fuerit anno decimo, cum visio quæ præcessit, tribus præcedentibus capitibus contenta, facta fuerit anno vndecimo, vt ex principio capituli vicefimiseptimi apertissime constat? præsertim cum hæc visio illius meminerit, vt perspicuum est caput hoc legenti. Huic quæstioni respondendum puto, diuinas visiones fuisse à prophetis in libris suis non semper dispositas iuxta ordinem temporis, sed aliquando secundum regionum connexionem. Prius vidit Ezechiel visionem hanc Aegyptiæ calamitatis, quàm eam, quæ tribus præcedentibus capitibus mandata fuit, euerisionis Tyriorum, sed ideo prius consignauit monumentis prophetiam aduersus Tyrum & Sidonem, quàm aduersus Aegyptum, quia hæ duæ vrbes Hierosolymæ, quàm Aegyptus: & acerbiores iniurias iecerant in Iudæos. Est enim diuini nostri vatis propositum hoc libro onera gentium vaticini-

nari, à quibus Iudæi fuerant afflicti, & calamitatibus oppressi. Præterea & si prius diuinus vates mentis oculis aspexerit Aegypti calamitatem & euerisionem, tamen prius erat Tyrus euerienda: quòd hoc caput intuenti erit satis perspectum, cum Babylonij fuerint in Aegypti vastatione pro Tyri labore remunerati. Quare post onus Tyri agitur de Aegypti excidio & vastitate.

Duodecimo mense. Qui ab Hebræis appellatur Adar, à Latinis autem Februarius: nam primus mensis, qui ab Hebræis vocatur Nisan, est Martius apud Latinos.

Duodecima die mensis. Quidam codices habent: Vna die mensis. Hoc est, prima die mensis. Ita in libro Genesis. Factum est vespere & mane dies vnus, hoc est primus. Et apud Marcum: Valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum. Et apud Lucam: Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum. Hoc est, prima die post sabbatum. Vna sabbati periphraasis est dominicæ.

Pone faciem tuam contra Pharaonem. Hoc est, vaticinare contra regem Aegypti. Omnes Aegypti reges Pharaones vocabantur.

Ecce ego ad te. Hoc est, ecce ego contra te veniam.

Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Draco aquatilis vocatur rex Aegypti in medio fluminis, veluti cete magnum in medio maris. Nam Aegyptus Nilo fluuiò magno rigatur: & cum sit aquarum inundatio, tota terra campestris ita tegitur aquis, vt mare videatur. Ad hoc alludens propheta vocat Pharaonem draconem magnum fluminū, & ipsum Nilum flumina, quoniam septem ostijs mare mediterraneum ingreditur. Authores sunt Plinius libro decimo, Solinus capite quadragesimo quinto, Pomponius Mela libro primo capite nono. Dauid etiam Pharaonem

Psal. 73. draconem vocat ita canens: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Quibus verbis miraculum maris rubri, & Pharaonis excidium commemorat. Ad quod alludēs Esaias ita dominum al'oquitur: Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid tu non siccasti mare? Draco hic appellatur leuiathan, de quo ait Esaias: In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super leuiathan serpentem vectem. Per hunc draconem, Aegypti regem, poteris diabolum intelligere, quem Christus principem huius mundi appellavit. Cūm Aegyptus tenebras significet, impij autem sint tenebræ, iuxta id, quod ait diuus Paulus: Eratis aliquando tenebræ, aperte concluditur, principem Aegypti esse principem impiorum. Cūm autem diabolus sit Aegypti princeps planè ostēditur, eum habere super impios principatum. Eam ob causam dæmones appellat diuus Paulus rectores tenebrarum, hoc est principes impiorum, quos antea tenebras esse asseruerat. Id voluit Christus significare, cūm dæmonem principem mundi vocavit: nomine enim mundi impij significantur: vt apud Ioannem: Mundus eum non cognouit. Et rursus: Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo. Hic mundi princeps est draco ille fluuiatilis, qui in aquis versatur turbulentis & cœnosis: à quibus Ieremias his verbis homini suadet, vt separet seipsū: Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam. Contrà verò Christi aqua munda est & salubris, de qua ipse ait apud Ezechielem: Effundam super vos aquam mundam, & mundabi mini. Et apud Ioannem: Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ad huius aquæ affluentiam nos inuitat per Esaiam ipse dominus, dicens: Omnes sitientes veni

te ad aquas.

Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Vide intolerabilem Pharaonis superbiam, qui non solū ait se esse dominum Nili, sed esse sui ipsius factorem. Imitabatur regis Tyri superbiam, qui se deum vocabat, vt superiore capite ostensum fuit. Vel significat se ob prudentiam suam esse in summa dignitate constitutum. Omnia sibi tribuit, nihil autem deo, cūm dicat diuus Paulus: Quid habes, quod non acceperis: sin autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Poteris per fluuium totam Aegypti planitiem Nilo irrigatam intelligere. Id autem, quod ait: Ego feci eum mihi metipsi. Nam paulò post subditur: Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus est, & ego feci eum.

Et penam frenum in maxillis tuis. Te hominem effrænatum, tibi que præfidentem coercebo, vt miseriam tuam, rerumque humanarum varietatem cognoscas. Vt equus coeretur freno, ita tu eris constrictus calamitate, & in gyrum rationis ductus. Potest verti: Ponam hamum in ore tuo, vt te capiam, & extraham è regno tuo, & premam acerbissimis ærumnis. Eodem modo apud Esaiam dixit deus Assyriorum regi: Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis.

Et conglutinabo pisces. Non modò te magna opprimam calamitate, sed omnes alios te ipsum imitantes. Quemadmodum extracto è fluuiio magno aliquo pisce, extrahuntur simul cum eo alij minores ei adhærentes, sic Aegyptij tibi amore & imitatione deuincti simul tecum euertentur: efficiam enim, vt impij tecum agglutinentur, quò vnà tecum deleantur. Et ita factum est: nam rex, & eum sequentes fuerunt à Babilonijs immaniter occisi. Aspicias hoc loco homines esse pisces in aquis mundi versatos. Quid est mundus nisi ma-

Sm. 28.

I. Corin. 4.

Esai. 37.

Smile.

re tentationum fluctibus exagitatum, procellis molestiarum concitatum, vêtis vanitatum concussum? Quis Euripus, qui Syrtis, quæ Charybdis, quod promotorium bonæ spei tot, tantosque fluctus habet, & tam varios ac procellosos motus quàm mundus? Quis gurges tã vastus, quod fretum tam angustum, tot turbibus cōcutitur, tot ventis commouetur, tam furentibus tempestatibus, tam dēsis nimbis, tam sæuis procellis horribili cum fragore coortis concitatur? In hoc mari sunt duo præcipui pisces, vnus est Christus seruator noster, alter dæmon immanissimus hostis. Christus piscatur homines, non vt illis mortem tribuat, sed vitam, diabolus contrà. Quemadmodum pisces inuicem lacerantur, & quidam alios deglutunt, sic homines lites sibi inuicem intendunt, & alij alios euertunt, & eorum sanguine fatiantur. Aqua huius maris amara est: quò magis ex illa biberis, eò maiore siti cruciaberis. Huiusmodi sunt mundi opes, tecta magnifica, magistratus, & eæ, quibus decepti mortales astringuntur, pestiferæ voluptates: quæ omnia viri sapientes nunquam in rebus magnoperè expetendis esse duxerunt: quippe cū aspicerent, homines his abundantes ea tamen maxime desiderare, quibus circumfluerent, & tum ardentius sitim cupiditatis augeri, cū plus se in amaras huius seculi aquas ingurgitarent. At Christi aqua sitim extinguit, & cupiditatum ardorem sedat: ipse enim ait: Omnis, qui bibit ex aqua mundi, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Christus homines piscatur, vt extractis illis ex aqua maris suauissimam gratiæ aquam impertiat. Sed Christus piscatur arundine hamatili, & paucos extrahit, dæmon autem impius piscator retibus & sagenis piscium extrahit multitudine

nem, qui se illi sponte tradant, ab eo que capi patiuntur. O insaniam infignem, & deplorandam hominum cæcitatem! Piscatur Christus, vt conferat gratiam, & vitam tribuat æternam, & pisces eum fugiunt: piscatur diabolus, vt occidat, & ad æternos cruciatus perducatur, & pisces ad eum confugiunt. Ambulans diabolus iuxta mare seculi infinitam piscium multitudinem venabatur, Iesus autem ambulans iuxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius: & procedens vidit alios duos, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius. Qui omnes quatuor relictis retibus eum fuerunt secuti. Quatuor piscatus est bonus Iesus, cū impius dæmon infinitos piscaretur. Piscatur enim diabolus hamo, & plures apprehendit, quàm Christus: & causa est, quia eius esca dulcior est humano appetitui, & gratior deprauatæ hominum voluntati. Esca diaboli, est falsa voluptas, opum abundantia, inanis mundi gloria, diuitiæ, magistratus, potentia, vanitas, & insatiabilis dominandi cupiditas. His escis decepti pisces non sentiunt hamum, nisi postquam sunt diabolo traditi, & in eius vincula miserè coniecti. Grauisissimus ille Plato, quem Panætius sapientissimum, & Homerum philosophorum vocabat, escam malorum appellat voluptatem, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. Et Architas Tarentinus assererat, vt refert in Senectutis libro Marcus Tullius, libidine dominante temperantiæ nullum omnino locum esse, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere. At Christus deus noster cœlestis ille piscator, qui vult animas nostras in beatitudinem traducere ad cœlestem immortalitatem obtinendam, piscatur aspera esca, & corrupto appetitui insuauis, nimirum ieiunio, precum cre-

britate, vigilijs, honestis laboribus, mundi despicientia, paupertate spiritus, pijs lachrymis, ardentibus suspirijs, humilitate & submissione cordis, mansuetudine, pace, patientia, iustitia, rerum humanarum tolerantia, alijsque huiusmodi rebus, quæ & si amore diuino incensis suaues sunt, voluntati tamen carnis amicæ difficiles, & deprauato gustui amaræ videntur. Diuus Bernardus comparat monasteria stagnis aut viuarijs, in quæ deus conijcit pisces, quos extrahit ex mundi mari, vt ibi eos in tranquillitate animi custodiat, & gratia sua nutriat ad gloriam. Diabolus in iactu retis hoc vitur artificio: quærit aquæ venam, qua vnusquisque currit: non enim omnes eodem modo aggredditur. Hunc diuitijs tentat, illum voluptatibus, hunc superbia, illum inuidia, prout conspiciunt vnusquisque propensionem & affectum. Os retis latissimum est, & introitus apertissimus, sed exitus difficilis, instar nassæ, quò cum ingressus fuerit piscis, exire absque magno labore non potest. Quemadmodum piscator, cum magnum aliquem piscem capit, non statim violenter astringit, sed extendit filum piscatorium, donec piscis deuoret penitus hamum, sibi que machinetur perniciem, ne si confestim nimis coerceat, scindatur filum & seta, & ita piscis aufugiat: sic diabolus cum peccatorem hamo suo deuinctum tenet, mortifero scelere constrictum, & illecebris voluptatum alligatum, non illum statim opprimit, & exasperat, ne vehementer a dæmone irritatus & concitatus vincula abrumpat, & euadat. Mulcet illum, eumque permittit in aliquas virtutum actiones incumbere, vt paulatim hamo flagitij irretitus, ipse sibi exitum pariat. Extendit itaque dæmon setam seu filum piscatorium, non vt peccatorem demittat, sed vt securius teneat. Hero-

simile.

simile.

di hamo suo apprehenso permittebat, vt Ioannem Baptistam audiret, eiusque consilio nonnulla facta ad iustitiæ normam dirigeret, donec illum penitus horribilibus maleficijs occisum in nassam æternorum cruciatuum coniecit. Præsules & concionatores, & omnes denique piscatores animarum cum aliquem extraxerint è mundi flagitijs, non debent illum ilico constringere, vt vno die perfectus euadat: abscondet enim filum, & aufugiet, tam subita terribilitate: sed arundinem mediocriter extendentes, & hamatitem setam prudenter aliquando laxantes, apprehendant animas esca diuini amoris, easque ad littus ecclesiasticæ doctrinæ diuino fauore adducant: piscantes cautè & sapienter, hamum difficultatis humanitate tegentes, ne homines in principio perterriti, & desperatione debilitati, experiri virtutis fastigiū nolint, quod se assequi posse diffidant, & ad solita scelera reuertantur. Sed assuescant ascendere paulatim, donec ad euangelicæ perfectionis verticem perueniant. Nihil est simul & inuentum & perfectum: nihil se vniuersum profundit, nihil totum euolat repente, sed omnia, quæ fiunt, paruis exordijs natura ipsa prætexuit. Efficere deus potest, vt aliquid sit repente omni ex parte perfectum, non tollo diuinam potentiam, sed de ijs rebus loquor, quæ ferè semper accidunt. Sed aduertant ecclesiastici præsules & concionatores, se non esse honorum, reddituum, opum piscatores, sed hominum: animas quæ rere debent, non mundi diuitias. Id docuit Christus, dicens Petro: Faciam *Mat. 4.* vos fieri piscatores hominum. Hominum ait, non reddituum. Ea potius curare debent, quæ pertinent ad spiritum, quam quæ ad corpus. Tales fuerunt hi duo apostoli Petrus & Andreas, quos Christus elegit, vt per eos mul-

Luc. 6.

Mat. 4.

tos

ros alios piscaretur. Sed dices: Cur homines elegit tam obscuro loco natos? Huic obiectioni ita responderet diuus Augustinus: Si rex electus esset, diceret: Dignitas mea electa est. Si diuites, dicerent: Diuitiæ meæ electæ sunt. Si imperator, potestas: si orator, eloquentia: si philosophus sapientia. Pauperibus dictum est: Venite post me. Quia enim vacui erant, multum erat in illis implendum. Ad hanc veritatem defendendam surrexerat diuus Paulus, ita in epistola prima ad Corinthios dicens: Quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, ac contemptibilia, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret. Inter omnia, in quibus diuina sapientia illustrius resplenduit, vñ fuit apostolorum vocatio, vt per illos mundum expugnaret. Non arma quæsiuit, non machinas sulphureas, nō munitiones, non bellica instrumenta, non corporis vires, non opes, non potentiam, non generis nobilitatem & amplitudinem: sed paucos piscatores, eosque inermes, inopes, obscuro loco natos, absque nominis splendore & claritate. Eos misit, dicens illis: Mitto vos sicut agnos inter lupos. Illi autem deo fauente lupos in oues conuerterunt. Quemadmodum ex multis transeuntibus, magnosque lapides impolitos prope viam videntibus, solus statuarius & solers ædificandi magister lapides contemplatur, & animo perspiciat, posse ex illis admirabiles confici columnas, & cupit statim artem suam exercere, & columnarum industria e-laboratarum structura suam ostendere artificium, sic ex multis iuxta mare Galilææ ambulantibus solus ille celestis statuarius, & admirabilis architectus Christus deus noster, quem diuina scriptura libro Sapientie omnium

1. Corin. 1.

Mat. 10.

Luc. 10.

simile.

Sap. 7.

artificem vocat, & diuus Paulus in epistola ad Hebræos ciuitatis cœlestis artificem & conditorem, duos illos impolitos lapides Simonem & Andream intuitus, admirabiles ex illis ecclesiæ columnas conficiendas intellexit. Quid est hoc domine, nonne hi lapides iacent impoliti? Nonne sunt pauperes piscatores? Verum est, inquit Christus, sed ego, qui non solum exteriora, sed interiora cognosco, in illis ea video me esse facturum, quæ alij videre non possunt. Et cupiens statim cœlestis ille architectus, qui è fastigio cœli cōstructum ecclesiam venit, in illis artem suam exercere diuinam, vocauit eos dicens: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: qui relictis omnibus eum fuerunt secuti, & pisces multos piscati. Aspicias igitur homines pisces esse, & regem piscem magnum: qui si flagitiosus est, & scelerum maculis inquinatus, multos secum contaminat: qui ei adherentes, illiusque nequitiam imitantes cum eo simul euertuntur, & parēem sibi perniciem machinantur. Hoc illis deus his verbis hoc loco minatur: Conglutinabo pisces fluminū tuorum squamis tuis &c.

Math. 4.

Et proieciam te in desertum. Alludit ad piscium capturam, qui cum extrahuntur è mari, proieciuntur in terram, vbi moriuntur. Fortasse fuit prælium in deserto aliquo, vbi Pharaon occubuit. Ex hebræo verti potest: Deseram te in deserto.

Non colligeris, nec congregaberis. Hoc est, non sepelietur: in sepulchrum iacebit cadaver tuum, donec illud feræ & volucres deuorent. Hebraismus est in diuinis litteris nō infrequens accipi colligi & congregari pro sepeliri. Capite trigesimo primo Numerorum sunt hæc verba litæris mandata: Colligeris ad populū tuū: *Num. 31.*

Et

4. Reg. 22. Et capite 22. libri quarti Regum: Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. Hoc est sepeliā te cum maioribus tuis, & deferent te in sepulchrum tuum. Hoc tropo vsus est Esaias dicens: Viri misericordie colliguntur. Hoc est viri pietate præstiti humo mandantur.

Esai. 57. Bestiæ terræ. Hoc est, brutis animalibus. Vel per bestias terræ intelligit Babylonios, crudeles, immanitate barbaros, ipsas feras feritate superantes. Ita intelligitur locus ille psalmographi: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Pro quo Chaldaea paraphrasis habet: Ne tradas populis similibus animalibus syluestribus animas discitentium legem tuam. Vbi per bestias hostes intelligit, nimirum Palæstinos, aut Babylonios, qui Hebræis vim inferebant.

Psalm. 73. Felix vertit: Ne des feris animam turturis tuæ. Hoc est, ne tradas hostibus populum tuum, qui pro canticis vitur gemitibus, & te ipsum assidua meditatione contemplatur. Hoc est enim turturis officium, gemere & meditari. Per aues etiam homines superbi intelliguntur, qui inflati opinionibus, in magnis erroribus versantur. Hi sunt, de quibus ait Christus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinat. Cyrillus per vulpes & aues dæmones intelligit: vt sit sensus: Cum vulpes & volucres, hoc est, cum dæmones mansionem in te habeant, qualiter Christus in te requiescet? Quidam per aues in aerem se efferentes elatos & iactabundos homines intelligunt, per vulpes vero hypocritas.

Mat. 8. Luc. 9. Pro eo quod fusti baculus arundineus domui Israel. Id est, quoniam tibi fidentes Israelitæ, & innixi in promissione tua fuerunt decepti, & spem suarum cogitationum grauissimæ calamitates fecerunt. Promiserat Pharaon se Hebræis aduersus Chaldaeos opem laturum, sed

non stetit promissis. Baculus fuit in promissione, sed arundineus in solutione: quam ob causam fuerunt Iudæi miserè occisi. Hoc permisit deus, quia illi deo ipso relicto & contempto ad Aegyptios confugerunt. Auxilium mundi absque deo baculus est, non ligneus & firmus, sed arundineus & fragilis. Cum autē facile confringatur, si ei fueris innixus, vulneraberis, & corruēs. Id intelligens ait Ieremias: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnē brachium suum, & a domino recedit cor eius. Ac si diceret: Maledictus homo qui vero deo relicto ad mundi præsidium confugit, quod est vanum & fallax, & denique baculus arundinis. Hic est baculus, de quo dicebat Christus: Nolite portare virgam. Ac si diceret: Nolite mundo fidere, sed omnem vestram fiduciam & spem in me figite ac locate. Ad id hortabatur Esaias, dicens: Speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Vt baculus arundineus est vacuus, sic mundi fiducia est inanis. Ideo præcipiebat deus populo Israelitico per Esaiam, ne ad Aegyptum confugeret, eiusque illuc confugientis ijs verbis denuntiat excidium: Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium. Et rursus apud eundem Esaiam aiebat Rabfaces: Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manū eius, & perforabit eam. Non solum Aegyptij non tulerunt opem Iudæis, sed ipsis detrimentum intulerunt. Tale est humanū auxilium, ad quod mortales spero deo confugiunt. Nos verò virgæ diuinæ innitamur, quæ virgas Aegyptiorum deuorauit: & mare rubrum diuisit: de qua dicitur in psalmo: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vbi per virgam & baculum diuina protectio intelligitur. Euthymius tamen grauis psalmorum inter-

interpretes per virgam correctionē intelligit, per baculum verò sustentationem.

Lacerasti omnem humerum eorum. Hoc est, fregisti eorum vires. Idem statim repetit, cum ait: Dissoluisti omnes renes eorum. Humeri pro viribus accipiuntur, quemadmodum & renes. Videntes Iudæi Aegyptios victos à Chaldaeis, fuerunt perterriti, & timore confracti.

Exo. 18. Ecce ego adducam super te gladium. Cladem Aegyptiorum prædicit. Gladius in literis diuinis accipitur aliquando pro potestate, vt in Exodo dicebat Moyses: Eruit me de gladio Pharaonis. Pro quo septuaginta habent: De mana Pharaonis. Accipitur etiam pro hostili indignatione, & cæde ab inimicis illata, vt apud Esaiam: Quod si nolueritis, & me ad iracundiam protocaueritis, gladius deuorabit vos. Aliquando pro acerbissimi doloris magnitudine, vt apud Lucam: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aliquando pro verbo dei: vt apud diuum Paulum in epistola ad Ephesios: Sumentes gladium spiritus, quod est verbum dei.

Hic est gladius acutus, quem diuus Ioannes in Apocalypsi aspexit exire de ore Christi dei nostri. De eo intelligitur id, quod ait sponsus in Canticis: In lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Lectus est pax ecclesiæ, Salomon, qui sonat pacificum, est Christus pax nostra, qui fecit vtraque vnum, nosque patri reconciliauit, fortes, qui pacem custodiunt, sunt verè concionatores, qui sunt ex fortissimis Israelis, hoc est, qui inter fideles præstant animi fortitudine, qui dicuntur sexaginta, hoc est multi, numero definito pro indefinito, gladius est verbum dei, bellum est perpetuum certamen inter nos & hostes animarum, iuxta id quod ait Iob: Militia

est vita hominis super terram. Vnde aiebat diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum: Hoc præceptum comendo tibi, vt milites in illis bonam militiam. Ad bellum hoc indigemus verbo dei, quod est gladius ille, de quo Christus aiebat: Non veni mittere pacem, sed gladium. Hoc autem loco apud Ezechielem accipitur gladius pro clade, quam Babylonij erant Aegyptijs illaturi.

Fluuus meus est. Nilum intelligit, vt diximus paulò antè.

Atque ve Syenes vsque ad terminos Aethiopiæ. Hoc est ab vno termino vsque ad alterum: à principio Aegypti vsque ad finem. Ac si dicat: Totam terram Aegypti vastabo. Syene est vrbs in confini- bus Aegypti. Hæc sunt verba Solini capite. 45. Ditionis Aegyptiæ esse incipit à Syene, in qua fines Aethiopum. Pomponius Mela connumerat Syenem inter præcipuas Aegypti ciuitates. Pli- nius libro secundo ait eam esse supra Alexandriam quinque millibus stadiorum.

Erunt desolata. Ex hebraico vertipote- st: Erunt ipsa desolatio.

Et dispergam Aegyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. Quia hæc dicit dominus deus: post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum de populis, in quibus dispersi fuerant, & reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terram natiuitatis suæ, in terra, de qua sumpti sunt: & erunt ibi in regnum humile. Et inter cætra regna erit humilima, & non eleuabitur vltra super nationes, & imminuam eos, ne imperent gentibus. Nec erunt vltra do-

mui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos: & scient, quia ego dominus deus. Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suū seruitute magna aduersus Tyrum. Omne caput decalatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, nec exercitui eius de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Bobylonis in terra Ægypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius. Et operi, pro quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terrā Ægypti, pro eo quod laborauerunt mihi, ait dominus deus. In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient, quia ego dominus.

Et dispergam Ægyptios in nationes. Ad quas captiui ducentur. Sequitur: Et ventilabo eos in terras. Metaphora est sumpta à paleis, quæ in area, cum granum trituratur, à vento in diuersas partes projiciuntur. Vbi aspicias homines impios & vanos cum paleis comparari. De illis aiebat Baptista: Ventilabrum in manu domini, & permundabit areā suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne in

extinguibili.

Et collocabo eos in terra Phathurés. Phathures est in Ægypto. Aiunt nonnulli esse Ægypti metropolim. Diuus Hieronymus libro de locis hebraicis ait regionem esse, in qua profugi Iudæi habitauerunt.

Et erunt ibi in regnum humile. Restituentur quidem in patriam, sed non in primam pompam & potentiam.

Et factum est in vicesimo septimo anno. Subaudi, à Tyri euerfione, de qua Ezechiel superioribus tribus capitibus vaticinatus est. Annectitur hæc visio superiori, quia in vtraque de eadem agitur re. ^{sup. 26. 27.} ^{cap. 28.} Sunt, qui existiment hos annos computari à Iechonizæ transmigracione. Sed tunc insurgit hæc dubitatio. Anno vndecimo transmigracionis euerfa est Hierosolyma, vt ex quarto libro Regum, & ex Ieremia apertissimè constat. Et fuerunt Iudæi in vincula coniecti, & in Chaldæam translati, exceptis paucis, qui Hierosolymæ manserunt, quibus Nabuchodonosor Godoliam præfecit. Septimo autem mense irruerunt Iudæi in Godoliā, quo occiso ad Ægyptum confugerunt. Quod scientes Babylonij parauerunt aduersus Ægyptum bellum, & totam eius terram deastarunt multò ante annum vicesimumseptimum, quo factum Ezechieli fuit hoc verbum domini, de quo agit in præsentia. Cum igitur ante annum vicesimumseptimum à prima transmigracione euerfa fuerit Ægyptus, non videtur fieri potuisse, vt anno vicesimo septimo fuerit Ezechiel de euerfione illa vaticinatus. At altè spectare si voluerimus, videbimus apertè, fuisse hanc Ægypti vastationem ante annum vicesimumseptimū factam, sed Ezechielem hoc loco nō illam vaticinari, sed solam causam reddere, cur deus Ægyptū tradiderit Babylonij, quia videlicet in euerfione Tyri laborarūt, & loco mercedis

dis laborum suorum Ægyptum receperunt. Anno decimo fuit reuelata diuino vati clades & vastatio Ægypti, vt in principio capituli ostēdimus. Hoc autem loco multò post cladem & excidiū non prædicit factum, sed narrat facti rationem. Ex quo fit, vt tres causæ huius euerfionis assignentur: prima Ægyptiorum superbia & insolentia, altera eorum fraus & perfidia; quia suaserant Iudæis, vt relicto deo ad ipsos confugerent, qui eos erant protecturi, quod minime fecerunt; tertia, quia deus volebat tradere Babylonij Ægyptum, & præmium ob acceptum laborem in oppugnatione Tyri in illos conferre. Sunt tamen qui asserant, hanc Ægypti euerfionem, de qua hic agitur, non esse eā, quæ facta fuit post cædem Godolizæ, sed aliam multò post illam.

Seruire fecit exercitum suū seruitute magna. Nimirum in oppugnatione Tyri: qua in re mihi seruiuerunt: vbi milites præ frequenti galearum armatura calui reddebantur, cum diu noctuque capita haberent galeis cooperta: & humeri eorum essent detriti præ crebra ponderum & sarcinarum magnitudine: baiulabant enim aggeres, & machinas bellicas ad muros concutiendos. Et cum ministri mei essent, inquit deus, ego enim eos misi, non fuerunt præmio affecti. Aiunt nonnulli ideo Babylonios in illa Tyri expugnatione spolia non inuenisse, quia Tyrij de salute desperantes omnes diuitias suas partim in mare proiecerunt, partim igni tradiderunt: & ij qui se potuerunt in fugam conferre, eas secum asportarūt. Eam ob causam deus dedit terram Ægypti spoliandam Babylonij. Ex quo inferitur, eos, qui sunt mortiferis criminibus implicati, aliquid temporale mereri pro aliquibus virtutum actionibus, in quas aliquando incumbunt: sed hoc non ex condigno; vt ego mihi statuo, sed ex congruo; vt verbis vtar scholasticis. Hinc colligi-

tur, non omnē actionem infidelis peccatum esse: potest enim infidelis bonum opus facere in genere moris, seu bonum morale, quemadmodum superantes honore prosequatur, si in opibus subueniat, si innocentum causam suscipiat. Quibus in rebus, & alij huiusmodi non peccat: infidelitas enim, & quodcunque lethale flagitium & friviam adferant gratiæ, non tamen tollūt bonam naturā; & morale; ad quod se extendit naturalis potentia. Deus, inquit Ecclesiasticus, ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et paulò post: Ante hominē vitā & mortē, bonum & malum; quod placuerit ei, dabitur illi. At si infidelis bonum, quod facit, referat ad finem perfidie sue, incidit absque dubio in peccatum: nam actio recipit speciem à termino ad quē: & boni moralis vel mali ratio ab agentis intentione: cum autem agentis propositum sit deprauatum, deprauatur etiam ipsa virtutis actio. Illud velim sic existimes, me de virtute loqui imperfecta, cum infidelium virtutis mentionem facio: virtus enim vera, & perfecta, & deo grata absque fide esse non potest, dicente apostolo: Sine fide impossibile est placere deo. Imò vera & perfecta virtus absque charitate esse non potest: tunc enim habet absolutā omnibus numeris nomen, cum operatur bonum in ordine ad vltimum finem supernaturalem, ad quem perficit & ordinat hominem simpliciter: quod absque charitate fieri non potest. Vnde diuus Augustinus virtutem ait esse ordinem amoris: quia vera virtute præditus deum summo amore prosequitur; proximum autem sicut seipsum diligit. At qui non diligit, vt ait diuus Ioannes, manet in morte: cum autem veris & perfectis virtutibus vita spiritualis perficiatur, apertè concluditur, sine charitatis dilectione esse illas non posse: Non est tamen negandum, posse homines, non solum

solūm fideles mortifero scelere astringos, sed etiam infideles, esse aliquibus moralibus virtutibus ornatos, et aliquid efficere, quod peccatum non sit. Nec huic sententiæ repugnat id, quod ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Nam verba illa hunc habent sensum: Omne id, quod est contra conscientiam, peccatum est. Agebat apostolus de ciborum sumptione, & ait, eum, qui comedit id, quod impurum & prohibitum esse existimat, peccare, quoniam contra persuasionem & conscientiam facit: id enim quod fit non ex fide, hoc est repugnante conscientia, peccatum est. Hic est germanus huius loci intellectus. Hæc est sententia diui Augustini libro tertio Hypognostici contra Pelagianos: & libro de spiritu & litera capite 28. & alijs in locis. Fuit hæc sententia decreto sanctæ Tridentinæ synodi sessione sexta confirmata, canone septimo, cuius ad literam hæc sunt verba: Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odiū dei mereri, aut quantò vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eū grauius peccare, anathema sit. Quare de hoc non est amplius dubitandum. Id autem quod ait apostolus in epistola ad Titum: Inquinatis & infidelibus nihil est mundum: intelligitur de ijs, quæ agunt ex sua infidelitate, malaque intentione. Sin autem ea quæ ex genere suo bona sunt, faciant solo fine à natura eis prescripto, suat absq; dubio moraliter bona. Et à fortiori si ea dirigant ad deum. Eam ob causam deus, cum nullum bonum relinquat ire remuneratum, ea bona opera munere aliquo cõpensat, vt constat ex hoc Ezechielis loco, vbi deus ait tradidisse Aegyptum loco mercedis his, qui in euerfione Tyri ei seruiant.

Rom. 4.

Tit. 1.

Tit. 1.

lonis. Afferunt nonnulli hunc Babylonis regem, qui Aegyptum expugnavit, fuisse Cambysem filium Cyri. Afferit enim Herodotus hunc Cambysem totam Aegyptum ad excidium & vastitatem vocasse, & omnia eius simulachra deleuisse. Nec est incõueniens appellari hoc loco Nabuchodonosorem, nam vt alibi diximus, hæc erat omnium Babylonis regum nomenclatura.

Et accipiet multitudinem eius. Hoc est, accipiet sibi promiscuam plebem in seruitutem suam. Omnes erunt serui eius.

Et operi pro quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram Aegypti. Hoc est pro opere, quo mihi ministravit aduersus Tyrum, dedi ei loco præmij terram Aegypti.

In die illa pullulabit cornu domui Israel. Hoc est, cum hæc euenerint, faciam, vt reflorescat regnum Israelis, & robur eius pullulascit: quia illum rex Cyrus restaurabit, & in pristinam dignitatem restituet, & in illo florenti rerum statu vigebit, cum Cambyses rex Cyri Aegyptum vastauerit.

Sunt qui hoc ad tempus illud referant, quo Iechonias in Babylonica captiuitate constitutus fuit à rege Babylonis magnis honoribus affectus, & in throno regio collocatus, vt diuina historia libro quarto Regum testatur. Accipi autem cornu pro potentia, & robore, & regno, colligitur ex primo capite Zachariæ prophetæ, vbi agens de regnis, à quibus Hierosolyma afflicta fuit, ait: Et leuauit oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et paulò post: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. Et decem cornua regnatura Daniel propheta capite 7. se vidisse testatur. Vnde illud Zachariæ apud Lucam: Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Vbi per eorum regnum, & potentia, & robur, & propugnaculū inexpugnabile intelligitur. Sed hæc Ezechielis verba ad Christi regnū

1. Esd. 1.

4. Reg. 11.

Zach. 1.

Dani 7.

Luc. 1.

regnum referuntur. Expugnata Aegypto, euerfa mundi idololatria, pullulabit, inquit, fortitudo credentium, qui sunt Israelite: secundū spiritum: & Christi regnum fide, spe, & charitate, doctrina, miraculis, & virtutibus florebit. Hæc existimo esse veram huius loci intelligentiam. Erat enim Christus omnium diuinorum varium scopus. Et quem admodum qui sunt in densas tenebras coniecti, ibique diu detenti, non possunt sub lucida luce intueri, sed oportet in sub lucido aere eos prius versari, aliquin erant repentinò obæcati splendore, sic mortales scelerum maculis contaminati, errorum caligine cooperti, & in ignorantie tenebris sepulti, non possunt in splendidi sicut illa claritatem Christum deum nostrum fidei oculos repente conijcere, nisi prius diuinorum varū oracula veluti stellule quedam caritatis sentent, & aërem modo suo illustrassent. Christus sol est, de quo ait per Malachiam deus pater: Vobis timētibz nomē meum orietur sol iustitiæ. Ipse est lux illa, de qua ait diuus Ioannes: Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De qua ait ipsemet deus: Ego sum lux mundi. Eum appellat diuus Paulus splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius. Fuerunt itaque prophete sapientiæ præstantes, & vaticinijs suis aliquid lucis afferentes, quo homines erroribus obrutos, & in antiqua ignorantie versatos, ad veram salutis claritatem intuentiam præpararent. Vt igitur sol præmittit luciferum, & stellas alias ad diem prænuntiandum, sic Christus patriarchas & prophetas præmisit ad suum futurum aduentum in mundum ostendendum. Lege vtrunque testamentum, & videbis apertè, nouum testamentum fuisse in veteri inclusum. Id intelligens diuus Augustinus in libro de catechizandis rudibus ait nihil aliud esse vetus testamentum, quam occultationem noui,

Rom. 9.

Simile.

Mal. 4.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Hebr. 1.

& nouum nihil aliud, quod referantur veteris. Et ex patris spiritum Ioannis caput afferit euangelium esse veritatem, quæ latebat in lege veteris testamenti: lex enim, vt ait diuus Ioannes, per Moysem data est, sed per Christum facta est. Origenes in Matthæo ait, testamentum veteris sepulchrum fuisse, in quo erat clausum euangelium, & velum quoddam, quo operiebatur euangelica veritas: sed in Christi morte velum tēdit, & illud fuisse, & aperta monumenta, & tunc huius referantur veritatem euangelicam, quæ tibi recondita latebat. Idem ille dicit Christus Iudeis: Scrutamini scripturas, quæ ipse sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et diuus Lucas, in euangelio interpretabatur illis omnia, quæ de ipso erant scripta. Hoc dico, vt ostendat prophetarum vaticinia esse de Christo intelligenda, & ex consequenti eos in erroribus intolerabilibus versari, qui vsque adeo sese opinionibus Iudeorum addixerunt, vt nihil, aut certe parua ad Christum referant, nihil doctrinæ, nihil literale, nihil denique approbandum ducunt, nisi quod ex rabidjs Hebræorum fontibus hauserint. Testimonia de Christo aperissima, nostræque redemptionis mysteria, aliisima continentia trahunt violentè ad reges stas Iudeorum, eaque de illis duntaxat interpretantur. Ego non solam facere, sed etiam profiteor, nunquam michi horum hominum iudicium fuisse probatum: quæ potius illud iudicio detestabile, à Christiani professione alienum, & veræ religioni veritatis ac pietatis plenissimè contrarium. Et si in medio eorum. Hoc est, dabo tibi loquendi libertatem. Vel sic, & melius meo quidem iudicio. Tunc faciani, vt vaticinium tuum sit apertum inter verè Israelitas. Tunc intelliget

Ioan. 1.

Mat. 27.

Ioan. 5.

Luc. 24.

1. Cor. 13.

ligent cōpleta fuisse oracula tua, & sciēt me esse deum, de quo tu fuisti mirabiliter vaticinatus.

Annotations ex hebræo in caput XXIX.

Raco magne. In hebraico est: **התנין** hatanim. hagadol. Nomen tanim draconem significat, & magnis piscibus commune est, cuiusmodi sunt balæna, orce, thynni, & similes, qui omnes nomine ceti intelliguntur. Vnde nos ter interpretis apud Esaiā pro cetum vertit, dicens: Et occidet cetum, qui in mari est. Vbi Frāciscus Forerius vir hac nostra ætate eruditissimus, & concionator regius eximius pro cetō vertit draconem, per quē in commentarijs diabolum intelligit & antichristum, per draconem vērō animal intelligit marinum, non terrenum. Quare hoc Ezechielis loco per draconem piscis magnus intelligitur: pro quo Pagninus vertit cetum, & alij nonnulli. Accipitur etiam hoc nomen tanim pro dracone terreno, vt capite. 32. Deuterō nomij: Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidū insanabile. Vel vt potest verti ex hebræo: Toxicum serpentium est vinum eorum, & virus aspidū citō necās. Quasi dicat: Homines impij, & idolorum cultores vites sunt pestiferæ, producētes pro vino venenum, nefaria sunt eorum opera, & impij eorum cogitatus. Pro hoc nomine tanim vertit etiam nos ter interpretis lamias apud Ieremiam, Threnorum quarto: Sed & lamia nudauerunt mammam. Sunt autem lamia feræ quædam in intima Africa, muliebri facie, vt ait Dion Chrysostomus, & habentibus pulchris, quæ homines alliciunt in fraudem, captosque

deuorant. Vnde pro veneficis illis accipiuntur, quæ sitiunt sanguinem infantium, de quibus copiose disserit Cœlius Rhodiginus. Est igitur Ieremias sensus: Immanes feræ catulos suos alunt, solā Hierosolyma filios suos penitus relinquit.

Et dissoluiſti omnes renes eorum. In explanatione diximus, dissoluererenes hoc loco esse vires infringere. At Pagninus vertit: Et stare facies eis: omnes renes. Quorum verborum hic est sensus. Tu quidem confringeris, es enim baculus arundineus: & ita in causa eris, vt stent recti renes eorum. Quando in te innirebantur, curui erant, sed remore sustentaculo stabūt recti. Huic interpretationi fauet paraphrasis chaldæica ita habes: Stare facies eos super lumbos suos, vt vltimā tibi non nitantur. Quidam codices ad marginem pro dissoluiſti habent firmabis. Quod cum Pagnini & Ionathæ Chaldæi translatione cohæret. Harum versionum varietas pender ab hebraico, vbi pro dissoluiſti est **חנן** hanan: quod potest esse à verbo amadh, quod significat stare; & statuere, vt in psalmo: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem. Vnde amadh significat fulcimentum & columnam, vt capite. 13. Exodi: Columna nubis. Hanc opinionem secutus est paraphrastes Chaldæus, & Pagninus, & alij. Potest etiam esse à verbo maadh, quod significat dissoluere, & incuruare, vt in psalmo: Obscuretur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua: vel dissolue: Hoc est, adime eis dominē iudicium, & vires nocendi: labefacta peruersa eorum consilia: dissolue eorum dorsum, atque robur illis cōfringe, ne innocentes calamitatibus opprimant, eisque vim inferant, & per summum scelus ad excidium vocent. Deū obsecrat diuinus vates, vt impiorum intellectum tenebris circumfundat: non quod scientia ex se mala sit, sed quod flagitio-

gitiosi & impij eam non habeat, nisi vt illa ad aliorum perniciem intemperanter abutantur. Non detrahit de sapientibus, nō in eos inuehitur diuinus pates, qui scientiam cum virtute coniungunt, sed sceleratorum astutiam alijs perniciē machinantem detestatur. Non eorū habebat ingenium: qui viris verē sapientibus notam ignorantia inurunt: qui non existimant se efferre posse sursum, nisi alios deiciant deorsum. Quā ob causam obliti Christiani decori viros catholicos & doctos maledictis incessunt, reprehendunt, & maculāt, volētes eorum famam extinguere, eorumque nominis splendorem tenebris commenticijs obfuscare. Vt qui stadiū currit, eniti & contendere debet pro viribus, vt superior euadat, supplantare autem concertatorem, aut manū depellere non debet, sic in studium literarum debemus toto pectore incumbere, summaque ope niti, vt palmam consequamur: at eos reprehendere, in eos inuehi, eos obiurgationibus insectari, qui nobiscum certant, & literis strenuē operam nauant, inurbanum esse & nefariū semper duxi. Poteris hæc psalmographi verba ita rectissimē meo quidem iudicio exponere, vt non sint preces, sed vaticinia: quasi dicat: Obscurabuntur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incuruabitur. Hoc est, Auferetur illis verus intellectus sacræ scripturæ: erunt Iudæi tenebris circumfusi, non intelligent cœlestia diuinarum literarum mysteria malitia obcæcati: & ita manentes sub iugo seruitutis, & libertatem spiritus non recipientes, portabunt onera legis, quo fiet, vt eorum dorsum semper incuruetur pondus sustinetes legis veteris sacrificiorum, & ceremoniarum, a quibus liberi essent, si Christum recipere voluissent. Vbi vides verbum maadh incuruare & dissoluere significare. Et hanc deducendi rationem secutus est & rectē quidem nos ter interpretis, vertens: Et dissoluiſti om-

nes renes eorum.

Nec erunt ultra domui Israel in confidentia docentes iniquitatem. Hoc est, Non fidēt post-hac Israelitæ AEgyptijs docentes iniquitatem. Solebant enim AEgyptij docere Hebræos impium idolorum cultū. Vbi nos habemus docentes, est in hebraico: **מזכיר** mazccir, à verbo zachar, quod significat recordari, reminisci, memorare, mentionem facere, adolere, suffire, odorari. Vt in psalmo: Recordatus est, quoniam puluis sumus. Et in alio psalmo: Memor sit omnis sacrificij tui. Vel olfaciat sacrificium tuum. Solebant enim Hebræi thus incendere in sacrificijs, vt constat ex capite secundo Leuitici. Significat ijs verbis populus, qui pro rege suo Dauide ad bellum difficile proficiscente preces fundebat, se cupere, vt eius sacrificium esset deo gratissimum. Verba illa pincernarum magistri capiti quadragesimo primo Genesis mandata: Confiteor peccatum meum: possunt ita verti: Cōmemoro peccatum meum, vel recordor peccati mei: est enim ibi verbum hoc zachar. Ab hoc verbo deriuatur mazccir, pro quo nos ter interpretis vertit à commentarijs, dicens capite. 8. libri secundi Regum: Porro Iosaphat filius Ahilud erat à cōmentarijs. Hoc est, qui res gestas memorabiles mādabat literis, vt posteritatis memoria vigerent. Vel qui negotia gerēda cōmemorabat. Aiunt nonnulli regem Dauidem constituisse ministrum quēdam, qui ei ad memoriam reduceret eos, qui pro illo aliquid fecerant insigne, vt rex illud munere & præmio compensaret. Intuere admirabilem regis iustitiam & æquitatē, qui hominem iustum mercede cōducebat, vt sibi subditorum suorum præclara facinora in memoriā reuocaret, vt illa digno præmio remuneraret, & alios studio eorundem benefactorū incēderet. Cum rex Assuerus noctē quandā dixisset in somnē, iussit sibi afferri historias & annales, & cum coram eo legeretur,

Hh inuenit

Esa. 27.

Deut. 32.

Thren. 4.

simile.

Psal. 121.

Exo. 13.

Psal. 68.

Psal. 102.

Psal. 19.

Leuiti. 2.

Genes. 41.

2. Reg. 8.

Ester. 6.

inuenit illic se beneficium quoddam accepisse à Mardocheo, & statim illud remuneravit. Qui igitur principi suadet, vt suorum benefacta dignis præmijs recompenset, eiq; illos in memoriam redigit, qui pro eo labores subierunt, & in dimicationes & pericula pro republica se conijcere non dubitarunt, à commentarijs vocatur, deducto nomine à verbo zachar, quod commemorare, & in memoriam reducere significat. Quare potest locus hic Ezechielis ita verti. Non erunt deinceps domui Israel in confidentiam, ei in memoriã redigentes iniquitatem. Vel ita: Non erunt posthac domui Israel in confidentiam reducentem iniquitatem in memoriam. Hoc est in confidentiam, quæ sit causa, vt deus memor sit illorum scelerum. Hebræi cum deficiebant à deo, & freti Aegyptiorum promissis ad eos confugerent, à deo puniebantur. Et eam ob causam tunc dicebantur venire in mentem deo, quoniam eorum scelerum reminiscebatur, vt de illis pœnas debitas sumeret, qui eo relictò in humano auxilio spem omnẽ suã figebant ac locabant.

Argumentum capitis.
XXX.



*N*uitat diuinus vates homines ad lachrymas & lamenta ob Aegyptiorum calamitatem, eorumq; vrbium per Chaldaeos luctuosissimam euersionem: de qua fuerat capite superiore uacinnatus.

Caput. XXX.



*F*actum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis propheta,

& dic: Hæc dicit dominus deus: Vlulate, vā, vā, diei, quia iuxta est dies, & appropinquabit dies domini, dies nubis tempus gētium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pavor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamēta eius. Æthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquū vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cum eis gladio cadent. Hæc dicit dominus deus: Et corruēt fulcipientes Ægyptum, & destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait dominus deus exercituum: & dissipabuntur in medio terrarum desolataram, & vrbes eius in medio ciuitatū desertarum erunt. Et scient, quia ego dominus, cum dederò ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliares eius. In die illa egredietur nūtij à facie mea in trieribus ad conterendam Æthiopiæ confidentiam, & erit pavor in eis in die Ægypti: quia absque dubio veniet. Hæc dicit dominus deus: Et cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipsi, & populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram, & euaginabunt gladios suos super Ægyptum, & implebunt terram interfectis: & faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram & plenitudinẽ

B

C

nitudinem eius in manus alienorū. Ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus deus: Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis: & dux de terra Ægypti non erit amplius: & dabo terram in terra Ægypti. Et disperdā terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia mea in Alexandria: & effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti: & interficiam multitudinem Alexandria: & dabo ignem in Ægypto.

Zach. 13. d.
D

EXPLANATIO.

*E*t factum est. Superiore capite prædixit Aegypti vastationem: nūc eam deplorat, tempus illud calamitosum vocans, & infelicem diem, quo Aegyptus erat euertenda.

Vlulate. Nempe vos ò Aegyptij, & ceteri, quorum calamitatem prænuntio. Hoc ideo illis dicebat, vt ærumnarum suarum timore perterriti à sceleribus desisterent, & intimis suspirijs, flebilibusque lamentis dediti ad diuinum nomen tanquam ad arcem munitissimam confugerent. Ita fecerunt Niniuitæ, & fuerunt ab euersione, quam Ionas propheta illis prædicebat, liberati. Solet namque deus homines afflictos, seipsum vocantes, in lachrymis & squalore iacentes, placidis oculis intueri: est enim, vt verbis vtar apostoli, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Nisi Ionas liberè & intrepidè conuincionatus fuisset, illisque ob flagitia sua excidium nuntiasset, non essent à vitijs suis ad pœnitentiam conuersi. Huiusmodi debet esse euangelicus conciona-

Ion 3.

1. Corin. I.

tor, Esaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Ionæ, Ioannis Baptistæ, & apostolorum imitator, quos diuinus amor, libertas spiritus, excellens promptaque virtus excitabant, vt pro veritate nuntianda nec exilium, nec cruciatus, nec mortẽ ipsam timerent, nihilque, quod ipsis propter deum accidere posset, intolerandum putarent. Quemadmodum Alexander magnus prohibuit, ne quis illum pingeret præter vnum Apellem, cui in arte pictoria antiquorum ætas primas absque conuersione tribuit, sic nõ decet Christum deum nostrum à quolibet concionatore timido, indocto, adulate prædicari, sed à viris animi fortitudine præstantibus, & sapientia ac virtute excellentibus, qui possint labentem & iacentem populum ad decus erigere, ab errore deducere, omnes in rerum cœlestium amorem incendere, de arcanis redemptionis nostræ grauer disserere, & quencumque in animis hominum motum res & causa postulet, vel excitare, vel sedare: qui denique iuxta diui Pauli doctrinam possint rectè arguere, obsecrare, increpare in omni patientia & doctrina. Dicit Ambrosius in sermone de ieiunio, & habetur distinct. 35. sexta die, ita ait: Qui Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienum. Et diuus Gregorius in homilia quadam: Cuius, inquit, vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur.

Quia iuxta est dies. Id est, quia iam imminet tempus acerbissimæ vestræ calamitatis. Hoc tempus appellat diem domini, hoc est diuinæ vltionis, quoniã tunc Aegyptij deo suorum flagitiorum pœnas dederunt.

Dies nubis. Hoc est, tempus triste & nubilosum, plenum mœrore & molestia. Idem significare volens, ait capite. 32. Solem nube tegam, & luna non dabit lumẽ suum. Et Ioel: Quia venit dies domini, quia propè est dies tenebrarum, & caliginis: dies nubis & turbinis. Fortasse

per nubem intelligit hoc loco Ezechiel Babyloniorum exercitum, ut ostendat, subitam procellam, quam mentis oculis intuebatur, esse Aegyptios oppressuram & obruturam. Ut enim ex nube oriatur aliquando repentina & saeva tempestas, sic ex Babyloniorum exercitu erat Aegyptijs prouentura subita & horribilis vastatio. Eam ob causam Esaias Assyriorum exercitum nubem leuem appellat, nubem ob nimbos & procellas, leuem ob velocitatem & agilitatem: tam celeriter enim, & cocitato impetu ad Aegypti cladem & excidium properabat. Assyrii, ut potius volare, quam ambulare viderentur. Erant Aegyptij lati, in voluptatibus versati, & repente fuerunt afflicti, & partim capti, partim occisi. In tuere mundi varietatem & vicissitudinem: post latitiam & voluptatem sequitur moeror & calamitas: &, ut ait Salomon in Prouerbijs, extrema gaudij luctus occupat. Si coeli astra nonnullam aliquando recipiunt mutationem, nam sol & luna, & planetae patiuntur eclipsim, nonne summa erit de mentia, terrena stabilia & fixa ducere? Verum est id, quod ait poeta quidam: Sola manet virtus, labuntur caetera quaeque. Et Seneca: Memento mare evertitur, & eodem die vbi iusserunt nauigia, sorbentur.

Tempus Gentium erit. Hoc est tempus Babyloniorum, qui tunc de Aegyptijs vltionem & supplicium sument. Poteris per Gentes Aegyptios intelligere, ut fit sensus: Tempus calamitatis Aegyptiorum erit. Huic expositioni fauet paraphrasis chaldaica ita habens: Tempus erit, quo affligentur Gentes.

Veniet gladius in Aegyptum. Hoc est, inferet cedem Aegyptijs ab exercitu Chaldaeorum. Et timebunt Aethiopes videntes Aegyptios tempestate calamitatum iactatos, huc ac illuc impulsos, partim occisos, partim in vincula coniectos: & munitas ac celebres eorum vrbes incendio commissas, & penitus consumptas.

Erant enim Aegyptij & Aethiopes vicini & foederati.

Et destructa fundamenta eius. Hoc est, munita militum castra. Poteris per fundamenta vrbes intelligere: vel principes & magnates, quibus populi sustentantur: vnde rex graece dicitur basileus, hoc est basis & fundamentum populi. Vel per fundamenta intelligit leges, in quibus nititur omnis ciuitatum salus. Id quod dicitur in psalmo: Quoniam quae perfecti, destruxerunt: vertunt nonnulli ex hebraeo: Quoniam fundamenta destruxerunt, vel dissipata sunt. Vbi pro fundamentis intelligunt leges, iuxta Symmachi translationem, qui ita hunc locum vertit: Quoniam leges dissipatae sunt. Quem sequitur diuus Hieronymus in versione iuxta hebraicam veritatem.

Aethiopia, & Libya, & Lydi. Aethiopia est pars Africae Aegypto finitima, torrida zonae subiecta. Libya est altera pars Africae, vbi habitasse aiunt Libyam filiam Epaphi. Lydia prouincia est Asiae, Phrygiae vicina. Sed hi Lydi, de quibus hic agitur, non sunt ex Lydia, sed ex Lyda vrbe Palaestinae Aegypto finitima. Chub est ciuitas Arabiae. Sunt qui existiment esse ipsam Arabiam: inter quos est Symmachus, qui pro Chub Arabia vertit. Fortasse hi Chubi sunt hi, quos Ptolemaeus Cobios vocat.

Et filij terrae foederis. Idest, omnes illarum regionum cultores, quae cum Aegypto foedus ferre voluerunt. Sunt, qui per terram foederis intelligant Iudaeam, quae fecerat cum deo foedus, & per eius filios Iudaeos, qui in legislatione fuerunt cum domino foederati. Fortasse ideo terra promissionis terra foederis vocatur, quia fuit a deo promissa Abrahamo, & semini eius in foedere, quod iniit cum eo: cuius meminit scriptura Genesis capite quintodecimo. Hoc ideo ait, quia Iudei, qui post cedem Godoligae in Aegyptum contulerunt, fuerunt a Chaldaeis partim interfecti, partim vinculis ligati.

Et

Et corruent fulcra Aegyptum. Hoc est peribunt, qui opem tulerint Aegyptijs. Sed dices: Nonne hi erant laudibus effendi, qui Aegyptijs, quibus erant foedere coniuncti, opem tulerunt? Quis negabit debere homines opitulari miseris, & calamitosi, eorumque arumnas dolere? Iob enim ita ait: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimoniū reddebat mihi, eo quod liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Et paulo post: Oculus fui caeco, pes fui claudus &c. Audiens Nehemias miserabilem Hierosolymae statum fleuit diebus multis, & tandem con filium adhibuit, & auxilium opportunum. Et Esaias aiebat: Recedite, amare flebo: nolite incumbere, ut cōsolemini me super vastitate filiae populi mei. Et apostolus suadet flere cum flentibus & gaudere cum gaudentibus. Tunc enim innotescit membrorum in corpore vno colligantia, cum vnus affectione reliqua alia afficiuntur, ut rerum prosperarum affluentia amici vna cum illo afficiamur gaudio, eiusque rerum aduersarum molem simul doleamus. Amicus enim, ut philosophorum sententia constare videtur, est alter idem: & amicitia est diuinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Hanc asseriebant antiqui sapientes esse rebus humanis anteponendam, nihilque esse tam naturae aptum, tam consentaneum ad res vel secundas vel aduersas: nihil esse amabilius, nihil copulatius morum similitudine bonorum. In quibus enim sunt eadem studia, eadem voluntates, in his efficitur, ut aequè quis altero ac seipso delectetur. Sed cum in amicitia fuerint aliqua postulata, quae honesta non sint, oportet ipsi amicitiae fidem & religionem praeferre. Non enim laetitia esseri debemus, quotiescunq; amicus laetitia gessit, nec quocunq; moerore suo angere dolore, sed iuxta charitatis praescriptum, quae non gau-

det super iniquitate, congaudet autem veritati. Si enim amici laetitia afficiuntur ob scelus aliquod perpetratum, & iuxta id, quod ait Salomon in Prouerbijs, laetantur, cum male fecerint, potius dolendum nobis est eorum impium gaudium, & aegre ferenda eorum miseria, quam laetitia ostendenda ob impia facinora. Verum eorum felicitati sine dei offensione debemus congratulari, eorumque calamitatibus subuenire. Quid plura? Hic nos ter Ezechiel in hoc capite homines ad arunas Aegypti deplorandas inuitat. Quare non aequum videbatur, ut qui Aegyptijs oppressis opitulabantur, ob id ipsum corruerent. Sed deus potius respicit ad animum, quam ad opus. Cum Cain deo de fructibus terrae munera offerret, & Abel de gregibus suis, ait diuina scriptura respexisse deum ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexisse. Abel seipsum, & sua deo offerebat: prius cor suum, quam munera praebat: ideo ait diuina scriptura, deum respexisse ad Abel, & ad munera eius, prius respexit ad illum, quam ad munera, potius vult animum, quam opus, etiam si velit vtrunq; Ad munera Cain non respexit, quia male diuidebat dans deo aliquid suum, sibi autem seipsum. Deo offerebat fruges, sed cor suum sibi ipsi reseruabat: cum dicat deus: Fili praebe mihi cor tuum. Opitulari Aegyptijs calamitate oppressis ex se bonum opus videbatur, sed illud deprauabant hi, qui illis opem ferebant, cum non dei honorem, nec bonum commune, sed propriam quaererent vtilitatem, & Babyloniorum perniciem, & animo deprauato & obstinato vellent dei voluntati resistere. Fieri potest, ut duo homines in idem opus tam diuerso animo incumbant, ut vnus deo sit gratus, alter eum ad iracundiam prouocet. Coram Pharaone ediderunt mirabilia Moyses & Aaron, quia in re fuerunt deo grati, & malefici Aegyptiorum, quia in re fuerunt deo inuisi.

simile.

Esa. 19.

Prouerb. 14.

Prouerb. 14.

Genes. 15.

Genes. 15.

Iob. 19.

2. Esa. 2.

Esa. 22.

Roma. 12.

Prouer. 2.

Genes. 4.

I. Abel

Prouer. 23.

Exod. 7.

1. Corint. 13

Num. 16. Chore & Aaron thus in thuribus deo obtulerunt: sed non aequalis fuit eorum acceptio apud deum: nam Aaron deum placuit, Chore autem eum offendit & laceſsiuit. Grata erat durante lege veteri festorum obseruatio: & tamen impijs Iudæis dicebat per Esaiam dominus: Calendas vestras & solēnitates vestras odiuit anima mea. Vnde dominus oblationem viduæ duo minuta offerentis diuitiū muneribus anteposuit: obtulit enim quicquid habebat, & quod præstantius est obtulit seipsam. Qui autem munera offerebant deo, seipſos autem mundo, non dei honorem, & pietatem, sed inanem mundi gloriam & populi rumusculos quærentes, tantum aberant à gloriæ merito, vt æternam pœnam mererentur. Huiusmodi fortasse erāt, qui Agypto auxilium dederunt. Hoc inuens Ezechiel, ait: Fulcietes Agyptum: ac si dicat: Qui tenebras fulciunt, qui scelera sustentant, qui mundi flagitia defendunt, æternam sibi perniciem machinātur. Christus Agyptum hoc est mundum vicit, eiusque impietatem euerit: flagitiosi autem mundi scelera & vanitates renouant & fulciunt: & ciuitatem Iericho, quam Iosue deleuerat, hoc est mundi nequitiam, quæ Iesu Christi prædicatione corrueat, instaurant, cum sit libro Iosue mandatum, maledictum esse, qui suscitauerit & instaurauerit Iericho.

Et destruetur superbia imperij eius. Hoc est, peribūt Agypti opes, peribit eius rex: & omnis eius imperij gloria & superbia subito euanescet. In libro Sapientiæ inducuntur, damnati has voces in inferno mittentes: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierūt omnia illa sicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrrens. Cur igitur tantopere desideratur, quod tam facile amittitur? Etsi opum affluentia perpetuò duraret, deberemus tamen eas ratione stabili firmaque contemnere, &

in expetendis non connumerare. Quæ admodum luna non patitur eclipsim; nisi cum plena est, sic homo tum maximè solet obscurari, cum plenus diuitijs est, & mundi opibus abundat. Et quemadmodum luna cum plena est, longius distat à sole, sic multi ex ijs, qui mundi opibus circumfluunt, solent se à deo longissime separare. Et quanquam in illis virtutes aliquæ apparere videantur, obruuntur tamen solitudinibus, & diuitiarū curis opprimuntur. Eam ob causam saluator noster diuitias cum spinis comparauit: explicans enim, quid per spinas illas intelligeretur, in quas cecidit semen, quod suffocatum ab illis fructum non tulit, dixit esse mundi diuitias, quæ licet colore oblectēt, opere tamen pungunt. De ijs ait Esaias: Orientur in diebus eius spinæ, & vrticæ. Et diuus Augustinus, Diuitias, inquit, inuenisti, requiē perdidisti. Vnde Crates illi Thebanus philosophus insignis nummorum sacculum in mare proiecit, existimans fieri non posse, vt simul & corporis diuitias possideret, & animi quietem: auferunt enim plerunque animi securitatem, in qua nonnulli ex philosophis beatitudinem constituerunt. Sunt tamen multi, qui eam ob causam aiunt, se mundi opes ardentem cupere, vt in vita obtineāt amplitudinem, & inter homines nominis celebritatem: in eos enim aiunt esse omnium oculos coniectos, qui diuites existimantur. Sed causa hæc vana est, & inanis, & omni homine, præsertim Christiano indigna: non enim veram amplitudinem diuitiæ pariunt, sed virtutes. Qui virtutibus est ornatus, etsi pauper sit, est tamen in honore constitutus. Vt enim gemmæ, quanuis abijciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt, sic viri honestate præditi, quanuis iaceant in silentio, & à mundo contemnuntur, non tamen splendorem, & verum decus in diuini numinis imitatione consistens, amiserunt. Qui virtute

simile.

simile.

*Math. 13.
Mar. 4.
Luc. 8.*

Esa. 34.

simile.

virtute minuantur, sunt magni, quanuis eos mundus paruos existimet: qui verò vitijs contaminantur, sunt infimi, etiã si eos mundus in honorum vertice constituat. Nihil altius est, nihil sublimius virtute: nihil depressius, nihil inferius vitio. Vbi cunq; est iustus, ibi est magnus, vbi cunq; impius, ibi exiguus. Vt exigua statua etiã si sit in excelsis monte collocata, pusilla tamen est, colossus autē in ima valle magnitudinē suam nō amittit, sic homo nefarius, & sceleribus imbutus in sublimi mundi honore, rerumque prosperarum abundantia, pusillus est: contra verò vir sapientia & pietate præstanti in sua inopia & abiectiōe est absque dubio magnus.

Atque Syenes. Capite superiore de turre hac differuimus.

In medio ciuitatum desertarum. Hoc est, vrbes eius erunt de numero regionum vastatarum.

Et scient quia ego dominus. Pharaon in rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus aiebat, vt in Exodo narrat diuina historia: Quis est dominus? Nescio dominum. Deum non cognoscebat, à quo omnia facta sunt, qui est totius orbis moderator & rector. At postea calamitibus pressus Moysen & Aaronem rogabat, vt pro eo ad deum funderent preces. Mundi prosperitas & vitæ turpitudine eum ad id dementia perducebant, vt deum ipsum negaret, & creatorem suum non cognosceret. Quæ poterat maior excogitari stultitia? De huiusmodi ignorantibus ait diuinus psaltes: Dixit insipiens in corde suo: Non est deus. Et licet Chrysostomus hoc de Saule dictum esse existimet, quòd relicto deo consuluerit Pythonissam: & Arnobius de illis hoc intelligendū putet, qui Christum ob carnis humilitatem, & formam serui, contempserunt, & deum esse negarunt, existimo tamen diuinum vatem in genere hoc dixisse de omnibus his, qui vitiositate deprauati, & stultitia du-

simile.

Exod. 5.

*Exod. 8. 9.
10.*

Psal. 13.

1. Reg. 28.

cti diuinā providentiam negarunt. Pro insipiente est in hebraico nabal, quod nomen significat non quemcunque insipientem, sed stultum malitiosum. Hic in cordis penetrabilibus statuit non esse deum, qui mortalia curaret. Huius pestilentis opinionis omnia iura diuina & humana peruercentis originem esse existimo opum affluentiam & morum corruptionem. Nam qui inflantur, ob diuitiarum possessionem, qui pascentur furijs, qui inflammantur libidinum facibus, qui torquentur inuidia, qui ob diuitias, & potentiam, & spem impunitatis alia huiusmodi scelera concipiunt, quibus se conquinant & contaminant, hi ad id demerunt insaniam, vt sit ex eorum animis dei cognitio & memoria delera, & penitus euulsa. Sed cum calamitatum opprimuntur angustijs, conuertuntur ad deum aliquando, eum in tormentis cognoscetes, quem in delicijs negauerunt. Ideo canebat diuinus psaltes: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomē tuum domine. Et Esaias, Cum feceris, inquit, iudicia tua in terra, iustitiam discant habitatores orbis. Et paulò post: Domine in angustia quæſierunt te. Aspice, quam utilis sit afflictio, quæ te excitat ad cognoscendum & quærendum deum, quæ in prosperitate nec querebas, nec cognoscebas, qui potius in erroribus intolerabilibus versabaris. Nec solum impijs hominibus vtilitatem affert calamitas, sed etiam pijs. Ait enim Christus Iesus discipulis suis apud Ioannem: Tristitia vestra cōuerteretur in gaudium. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Gloria mur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationē, probatio verò spes autem non confundit. Intuerē huiusmodi verborum emphasim: non satis se existimauit, dicere, se calamitatem æquo animo tolerare, & placatē, ac moderatē ferre, sed quod præstantius est, illis gloriari. Docebant antiqui philoso-

simile.

Psal. 82.

Esa. 26.

Ioan. 16.

Roma. 5.

phi & Gentium sapientes esse ærumnas
 toleranter ferendas, & quicquid mortali-
 bus accidisset, non esse intolerabile pu-
 radum, & casus non solum aduersos, sed
 funditus ouertos, quos nullo modo vitare
 possent, esse fortiter & sapienter sub-
 eundos: ac calamitatibus propter deum
 gloriari, & ætarnarum processis oblectari,
 & gaudio perfundi, hoc fuerat mor-
 talibus inauditum, priusquam deus diceret:
 Beati pauperes: beati, qui lugent: beati,
 qui persecutionem patiuntur. Nonne
 gloriosum est, & illustre, tollere crucem,
 & sequi Christum ducem & magistrum,
 colaphis caesum, sputis conspersum, flagellis
 verberatum, hasta percussum, & vulneribus
 humaniter faucium, in crucem pendentem,
 & pro persecutoribus exorantem? Eam
 ob causam gloriabatur apostolus afflictio-
 nibus, sciens afflictionem operari patientiam,
 patientiam probationem, probationem spem,
 spem autem non confundere. Gradatio est, figuræ
 orationibus non infrequens, quæ gradatim
 ceclimax, latius vero scala poterat appellari.
 Hanc etiam Pauli sententiam explicat his
 verbis diuus Iacobus: Omne gaudium ex-
 stimate fratres mei, cum in tentationes
 varias incideritis, scientes quod probatio
 fidei vestræ patientiam operatur, patientia
 autem opus perfectum habeat. Et paulo post:
 Beatus vir, qui sustulit tentationem, quoniam
 cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ,
 quam repromisit deus diligentibus se.

Cum dederit ignem in Aegypto. Hoc est,
 cum Aegyptum igne combussero. In hac
 Aegyptiorum vastatione eorum vrbes incendio
 flagrant. Vel accipitur ignis pro calamitate
 in communi.

Egre diemur nuntij a facie mea. Hoc est,
 exhibent Chaldaei a finibus suis Aethiopi-
 am oppugnaturi, quos ego mittam, ait
 dominus. Ibunt autem vecti nauibus ad
 vastandos Aethiopes, qui in orio degent.

Erunt pauperes in die Aegypti. Id est, ita ter-
 rebuntur, quemadmodum Aegyptij re-
 po-

re sui excidij terrebantur. **V**el erit pauper
 Aegyptijs in die suarum calamitatum.
Quia illis que dubio veniet. Subaudiatur, Aethiopiae
 vastatio.

Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor. Hoc est, Aegyptus,
 quæ populis & urbibus frequens est, amittet
 frequentiam & celebritatem, quoniam Nabuchodonosor
 omnia vastabit & perdet.

Et faciam alueos fluminum aridos. Tanta erit
 militum multitudo, ut bibant omnes aquas
 fluminum. Vel tanta fuerunt Aegyptiorum
 scelera, ut iratus deus Nilum alueos
 siccaret, quo possent Babilonij transire,
 & terram omnem penetrare. Facile erat
 deo siccare fluuios Aegypti: de illo ait
 diuinus psaltes: Tu siccasti fluuios Ethan:
 hoc est fluuios fortes & rapidos, qualis
 erat Iordanis, quem deus in transitu He-
 brazorum siccum fecit: Ethan enim fortitudinem
 significat. Eam ob causam vertit diuus Hieronymus
 ex hebreo: Tu exiccasti flumina fortia. Chaldeus
 paraphrastes per hæc flumina fortia intelligit
 Arnun & Iordanem. Symmachus vertit: Fluios
 antiquos, hoc est celebres: alij vehementes &
 rapidos.

*Disperdam simulachra, & cessare faciam idola
 de Memphis.* Euersa Aegypto euertentur eius
 simulachra & idola. Memphis fuit vrbs pyramidibus
 celebris, & philosophis insignis, qui Memphitici
 vates appellabantur: fuit totius Aegypti metropolis,
 plena superstitionibus, & omnium vanitatum
 domicilium. Existimant nonnulli eam esse, quæ
 hodie vocatur Dammiata: alij contendunt vocari
 nunc o Cayro: alij Messer. Verum nomine
 Aegypti hoc loco mundus intelligitur, a quo
 Christus deus noster abstulit idolorum cultum.
 Loquens diuinus vates Zacharias de Mefsiæ
 adueru eum facit in hanc modum loquentem:
 Disperdam nomina idolorum de terra, & non
 memorabuntur ultra. Esaias, Eleuabitur,
 inquit, dominus solus in die illa, & idola
 penitus conterentur. Et paulo post: In die
 illa

illa proijciat homo idola argenti sui, &
 simulachra auri sui. Et rursus: In die illa
 inclinabitur homo ad factorem suum,
 & oculi eius ad sanctum Israel respiciet,
 & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt
 manus eius, & quæ operati sunt digiti eius,
 non respicient lucos & delubra. Michæas
 facit deum in hunc modum loquentem:
 Perire faciam sculptiliatua, & statuas
 tuas de medio tui: & non adorabis
 ultra opera manuum tuarum. Quis non
 videt, cessasse ob euangelicam predicationem
 Gentium honores olim Ioui, & Saturno,
 cæterisque dijs commentitijs & falsis
 exhibitos, & vanè consecratos? Vbi est
 cultus Iunonis, & Dianæ, & Mercurij,
 & Martis, cæterorumque portentorum
 veneratio? Perijt, ut prædixerat psalmographus,
 memoria eorum cum sonitu, & dominus in
 æternum permanet. Nomen Iesu vanas
 superstitiones deleuit: est enim nomen super
 omne nomen, ut verbis utar apostoli, in quo
 flectitur omne genu cœlestium, terrestrium,
 & inferndrum: Id prædixerat his verbis
 dominus per Esaiam: Mihi curuabitur omne
 genu. Noster etiam Ezechiel deum inducit
 has voces emittentem: Ecce ego inducam
 super vos gladium, & disperdam excelsa
 vestra, & demoliar aras vestras: & confringetur
 simulachra vestra. Et paulo post: Cessabunt
 idola vestra, & conterentur delubra vestra.
 Sed hic gladius spiritualis est, de quo dixerat
 Esaias: Cader Assur in gladio non viri, &
 gladius non hominis vorabit eum. Gladius
 hic, quo Christus de mundo victoriam reportauit,
 verbum dei est, cuius meminit diuinus psaltes,
 dicens: Accingere gladio tuo super femur
 tuum potentissime. Et diuus Paulus in epistola
 ad Ephesios: Assumite gladium spiritus, quod
 est verbum dei. Hoc gladio ita Christus super-
 perauit Aegyptum, hoc est mundum, ut non
 solum homines obscuri, & humiliter nati,
 sed magnates illustri laude celebrati, &
 reges illustres, potentia

valentes repudiatis idolis ipsius iugo colla
 submiserint. Id vaticinatus fuerat quondam
 his verbis Esaias: Reges videbant, & con-
 surgent principes, & adorabunt propter
 dominum. Et rursus: Ambulabunt Gentes in
 lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.
 Et quoniam per Memphiticam urbem, quæ
 erat olim doctrinarum mercatura, seu potius
 insipientiæ academia, mundi scientia
 intelligitur, quam apostolus ait esse stultitiam
 apud deum, ait hoc loco deus per Ezechielem,
 esse se de Memphis idola deleturum. Hoc
 prædixerat in hunc modum Esaias: Peribit
 sapientia a sapientibus, & intellectus prudentium
 abscondetur. Et rursus: Conuertens sapien-
 tes retrorsum, & scientiam eorum stultam
 faciens. Vnde diuus Paulus in epistola prima
 ad Corinthios, Scriptum est enim, inquit,
 Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam
 prudentium reprobabo. Vbi sapiens, ubi
 scriba, ubi inquisitor huius seculi: Nonne
 stultam fecit deus sapientiam huius mundi?
 Aspicias igitur, hoc Ezechielis vaticinium
 esse nunc completum, esseque de idolorum
 cultus per euangelicam predicationem
 cessationem intelligendum: & de Gentium
 ad Christi fidem vocatione, iuxta id quod
 prædixerat Esaias ex persona patris ad
 filium: Dedi te in lucem Gentium, ut sis
 salus mea usque ad extremum terræ. Ieremias
 etiam ita Christum alloquitur: Ad te Gentes
 venient ab extremis terræ: & dicent: Verè
 mendacium possederunt patres nostri,
 vanitatem, quæ non profuit eis. Hoc fuerat
 Abrahamo a cœlesti patre his verbis
 promissum: Benedicentur in semine tuo
 omnes Gentes. Quæ verba ita explanat in
 epistola ad Galatas apostolus: Non dicit
 in seminibus, quasi in multis, sed quasi in
 vno: & semini tuo, qui est Christus. Hoc
 intelligens Iacob ipse Abrahami nepos ex
 filio, de Christo loquens dixit: Ipse erit
 expectatio

Mich. 5.
 Psal. 9.
 Philip. 2.
 Esai. 45.
 Sup. 6.
 Jer. 16.
 Genes. 22.
 Galat. 3.
 Genes. 49.

Esai. 49.
 Esai. 60.
 1. Corin. 3.
 Esai. 9.
 Esai. 44.
 1. Corin. 1.
 Esai. 49.
 Ierem. 16.
 Genes. 22.
 Galat. 3.
 Genes. 49.

Gentium. Vnde Simeon ille virtute & pietate præstanti puerum Iesum brachij tenens ipsum lumen ad reuelationem Gentium vocauit. Illum, quem habebat in corde, & in ore, manibus amplexabatur, insinuans tenendum esse Christum non solum cogitationibus, & verbis, sed etiam operibus & factis: eumque esse gentium salutem, qui iuxta id, quod hoc loco prædixit Ezechiel, euertit simulachrorum cultum, & cessare fecit idola de Mēphis, cum perdidit falsam, inanemque mundi sapientiam, & eorum, quos decepti mortales vocabant prudentes, qui inflati falsis opinionibus in erroribus versabantur intolerandis, prudentiam reprobaui.

Et dux de terra Ægypti non erit amplius. Id est per lōgum tempus. Non amplius, & non ultra longum temporis spatium significant aliquando, non autem æternitatem. Qua de re capite. 26: differuimus.

Disperdam terram Phathures. Phathures regio est Ægypti, vt capite superiore diximus. Taphnis siue Tanis, & Alexandria ciuitates sunt Ægypti. A Tani accepit nomen quoddam Nili ostiū, quod Tanicum vocatur. Aiūt in hac ciuitate Moysem miracula sua edidisse. Alexandria fuit ab Alexandro Macedone condita, & ob fertilitatem & commoditatem est totius Ægypti emporium. Dare ignem in Taphnis, est ciuitatem illam incendio comburere, facere verò iudicia in Alexandria, est in illam grauius animaduerrere. Quando hæc vaticinabatur Ezechiel, nondum erat Alexandria condita ab Alexandro: sed dixit hoc per anticipationem. Ita Vergilius: Italiam fato profugus, Lauina quæ venit, littora, &c. Quando Æneas accessit ad Latium, nondum littora illa appellabantur Lauina: sed postea eo nomine dicta sunt à Lauinio vrbe condita ab Ænea à nomine Lauiniæ vxoris illa appellata. Erat in Ægypto quæ-

dam parua vrbs, appellata No, quam postea Alexander auxit: amplissimis muris cinxit, & nobilissimis mœnibus decorauit, & Alexandriam vocari iussit. De hac vrbe loquitur hoc loco Ezechiel: & eam ob causam textus hebraicus non habet Alexandriam: sed No: ita enim vocabatur tunc, quæ postea fuit Alexandria vocata. Huius ciuitatis meminit Ieremias capite. 46. & Nahum tertio.

Effundam indignationem meam super Pelusium, robur Ægypti. Hoc est euertam Pelusium, fortissimam Ægyptiarum ciuitatum. Pelusium vrbs est Ægypti, à qua vnum ex Nili ostijs nomen accepit. Dicitur hæc ciuitas robur Ægypti, quia erat munitissima, & portum habebat amplum tutumque: quam ob causam erat opibus & mercibus florentissima.

Quasi parturiens dolebit Pelusiū, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustia cotidianæ. Iuuenes Heliopoleos, & Pubasti gladio cadent: & ipsæ captiue ducuntur. Et in Taphnis nigrescet dies, cum cōtriuero ibi sceptræ Ægypti, & defecerit in ea superbia potentie eius: ipsam nubes operiet, filia autem eius in captiuitatem ducuntur. Et iudicia faciā in Ægypto: & sciēt, quia ego dominus. Et factū est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis regis Ægypti confregi: & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciretur linteolis, & recepto robore possit

fit tenere gladium. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Ægypti: & cōminuam eius brachium forte, sed confractum, & deijciam gladiū de manu eius. Et dispergam Ægyptū in Gentibus, & vtilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboq; gladium meum in manu eius. Et confringam brachiū Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius: & confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident. Et scient, quia ego dominus, cum dero gladium meum in manum regis Babylonis, & extenderit eum super terram Ægypti, & dispergā Ægyptum in nationes, & ventila bo illos in terras: & scient, quia ego dominus.

Quasi parturiens dolebit Pelusium. Hoc est ingentibus doloribus premetur, quales solent esse mulieris parturientis. Ex hebraico poterat hoc ita verti: Dolendo dolebit Sin. Pelusium enim appellabatur olim Sin.

Iuuenes Heliopoleos & Bubasti. Heliopolis ciuitas erat Ægypti: idem est Heliopolis ac ciuitas solis: de ea ait Esaias: Ciuitas solis vocabitur vna. Huius ciuitatis erat sacerdos Putiphar focer Ioseph, vt in libro Genesis literæ diuinæ memoriæ prodiderūt. Bubastus fuit etiā Ægypti vrbs, vocata quondam Phibeseth.

Nigrescet dies. Hoc est, non erit lux lætitiæ, sed nox luctus & mœroris. Omnia erunt dolorum tenebris circumfusa.

Ipsam nubes operiet. Idē est diuersis verbis. Quasi dicat: Erit summo mœrore compressa: nullus apparebit solis splen-

dor, qui tam atram calamitatū noctem dispellat. Vt nubes obscurat aerem, & solem tegit, sic calamitas animum obnubilat, & gaudium tollit. Et non solum ipsa Taphnis vastabitur, sed eius filia in captiuitate ducuntur: hoc est eius oppida & villæ euertentur, & habitatores in regiones hostium relegabuntur. Diximus alibi per vrbs filias oppida illi subiecta, villas, & vicos significari.

Et factum est in vndecimo anno. Subaudi, transmigrationis Iechonia, quo tempore fuit captus Sedechias, vt librorum Regum diuina narrat historia.

Brachium Pharaonis regis Ægypti confregi. Præteritum pro futuro more prophetarum. Sensus est: Ego conterā vires Pharaonis, & ita eum calamitatibus opprimam, eiusque fortitudinem & superbiam confringam, vt nūquam se possit ad pristinam dignitatem restituere: vsq; adeo eum deijciam, vt non possit amplius statum suū instaurare. Metaphora est sumpta à chirurgia: nam cum brachium percussum non ligatur pannis aut fascijs, non potest sanitatem recuperare. Ita Esaias de animorum ægritudine, & scelerum Iudæorum vulneribus loquens, quæ volebat incurabilia esse ostendere, aiebat: Vulnus, & liuor, & plaga tumēs, non est circumligata, nec curata medica mine, nec fota oleo. Fortasse loquitur hic Ezechiel de calamitate, qua Ægyptij fuerant oppressi quarto anno regis Ioachim, quando Pharaon Neco cæsus est à Chaldeis, à quo vulnere curatus postea non fuit. Significari autem vires, & superbiam nomine brachij, indicat locus ille psalmographi: Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Ac si diceret: Infringe domine vires & superbiam flagitiosi, scelerum maculis notati: constitue quæstionem de maleficijs eius, & ille non apparebit: sed in tenebras æternas relegabitur. Vel ita: Quære domine peccatū impij, ad illud punien-

puniendū, & non inuenietur, qui sit impius: perterriti enim nefarii homines vltione & pœnis aliorum respicient, & flagitijs relictis ad te ipsum conuertentur. Vel ita: Tanta est vis iudicij tui, vt si queratur impius ad reddendam suorum peccatorum rationem, exterritus euanescat præ timore, haud secus atque tenebræ ad lucis ingressum, aut puluisculus à facie procellæ: & ita conteretur brachium peccatoris & maligni. Illis conterit deus aliquando brachia & vires, qui opibus, & gloria inani tumescunt, & superbia inflatur: præsertim si ad illam potentiam & amplitudinem ex infimo loco venerunt. Multi enim nulla commendatione maiorum, sed ficta benevolentia & virtute, ad verticem dignitatum extolluntur: qui cum in vita priuata affabilitatem, comitatem, & animi submissionem animorum conciliatricem præferrent, adepti tamen magistratu insolentiam, austeritatem, & superbiam voluntarū irritatricem apertissimè ostendunt. Huiusmodi homines significabāt antiqui per crocodilum & ouum: est enim crocodilus incredibilis magnitudinis animal ex ovo quodam paruo productū: foli Aegypto, & ijs regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, & hac in re admirabile, quod nullum est animal, quod à tam exiguo principio in tantam excrescat magnitudinem. Vt Bucephalus Alexandri Magni equus, cum esset phaleris & ornamenti destitutus, equifonem in tergum admittebat, instratus verò regio ornatu neminem præter vnū Alexandrum recipiebat in sedem, autore Plinio libro octauo: sic multi inopia laborantes, & in abiecto statu iacentes, quæuis ferunt, benevolentiam ac obseruantiam erga omnes fingunt, grauitatem, & singularem mansuetudinem vnicuique ostendunt: intus Neronis, foris Cato nes. Multis simulationum inuolucris tegunt iram, odium, malitiam, & impietatem. At diuites facti, & in mundi hono-

ribus constituti, omnes præter vnum illum despiciunt, cui sunt subiecti lege principatus. Tunc detegunt occultam voluntatem, & multiplicem naturam, & superbiam ac immanitatem, quam specie submissionis operuerant, apertissimè demonstrant. Hos ita superbia inflatos, omnique maleficiorum genere instructos & imbutos, solet deus opprimere sæpe numero: eos autem, qui eum colunt, & vera animi submissione, pietate, tolerantia, & cæteris virtutibus tanquam membris muniuntur, extollit in sublime, etiam si apud homines abiecti & contempti videantur. Hi verum obtinent honorem, & admirabile decus, non qui generis amplitudine, opibus, & magistratibus florentes deum relinquunt, sed qui iustitia præstantes sese ab omni vitiorum labe puros ac integros seruauerunt, & humana ac caduca contemnent ad celestia ac immortalia aspirarunt. De impijs, superbia elatis, ait diuinus psaltes: *Deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut fomnium surgentium domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. De pijs autem & iustis canit: Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Et rursus: In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.*

Ecce ego ad Pharaonem. Subaudi, veniã, vt eum puniam. Aposiopesis est, quæ à Cicerone dicitur reticentia. Quidam verunt: Ecce ego contra Pharaonem.

Et deiciam gladium de manu eius. Idest, vincetur, & corruet in terram. Solent victores in singulari certamine, postquam aduersarios superant, & in terram projiciunt, gladium de manu eorum deicere.

Daboq; gladium meum in manū eius. Idest, dabo regi Babylonis robur, arma, & exercitus, vt expugnet Aegyptum. Per eum tanquam iustitiæ meæ ministrum feriam Aegyptios.

Et

Et gement gemitibus interfecti coram facie eius. Hoc est, clamabunt Aegyptij, confossi vulneribus, more interfectorum, qui eiulant coram hoste gladijs eiectionis.

Et extenderit eum super terram Aegypti. Idest, cum rex Babylonis eadem Aegyptij intulerit, totamq; Aegypti regionem vastauerit. Extendere gladium super aliquem est illum occidere.

Annotations ex hebræo in caput XXX.

ET filij terræ foederis. Septuaginta habet: ex filijs testamenti mei. Quare Hebræi appellantur filij terræ foederis, diximus in explanatione. Appellabatur etiam filij testamenti dei, quia vetus testamentum vsque ad Christi aduentum acceperant obseruandum. Hæc est testamentorum natura, vt primum per secundum derogetur: est enim testamentum vltimæ voluntatis testimonium. Cum autem euangelium sit nouum & secundum testamentum, quod deus per diuinum suum vatem Ieremiam promiserat, aperte concluditur, primum ruptum & irritum esse, & abrogatum. Hæc sunt verba Ieremix: Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non iuxta pactum, quod pepigi cum patribus vestris, &c. Hanc promissionem confirmavit deus ijs verbis apud Baruc: Satuiam illis testamentum alterum sempiternum. Testamentum quippe vetus fuit sanguine vituli roboratum, nouum verò sanguine Iesu Christi, dei nostri. Vide vtriusque differentiam. De hoc sanguine fuerat quondam vaticinatus Zacharias, dirigens ita ad Christum sermones suos: Tu quoque in sanguine testamenti emisisti victos. De quo sanguine ait idem

Christus: Hic est sanguis meus, noui & æterni testamenti, qui pro multis effundetur. Cum igitur nouum audimus testamentum, intelligere debemus cessasse vetus. Eam ob causam apostolus in epistola ad Hebræos de Christo loquens has voces emisit: Nunc autem melius fortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est. Et rursus. Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris: testamentum enim in mortuis confirmatum est. Vnde nouum testamentum fuit morte Christi confirmatum. Ex quo sequitur, non esse nunc Iudæos filios testamenti dei, quod testamentum illud primum, quod ipsi quo ad caeremonias, iudicia, & sacrificia obseruant, fuit per secundum abrogatum. Illi nunc filij testamenti dei appellantur, qui Christi fidem amplectuntur: de quibus ait diuus Ioannes: Quot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs, qui credunt in nomine eius.

Egredientur nuntij à facie mea. Pro nuntijs est in hebraico: מַלְאָכִים malacim, quæ dictio nuntios significat, & angelos. Iob. 1. Nuntius venit ad Iob. Et Genesis. 16. Cumque inuenisset eam angelus domini. Et psalmo. 103. Qui facit angelos suos spiritus. Eodem vocabulo vsus est Nahum, dicens: Non audietur vltra vox nuntiorum tuorum. Vaticinabatur Assyriorum euerfionem, qui cum essent superbi, & opibus ac potentia florere, volebant aliorum ciuitates sibi subijcere, & solebant eas prius nuntijs & præconibus terrere, vt illas minis ad ditionem suam inuitarent. Aspicias igitur dictione hac & nuntium significari, & angelum: angeli enim nuntij dei sunt, & vt verbis vtar apostoli in epistola ad Hebræos: Omnes sunt administratorij spiritus, ad ministerium missi. Sed quoniam diuini vates à deo mittuntur, malacim etiam appellantur. Vnde cum populus Iraeliticus peteret

simile.

Ierem. 37.

Bar. 2.
Exod. 24.

Hebræ. 9.

Zacha. 9.

Math. 26.

Hebræ. 8.

Hebræ. 9.

Ioan. 1.

Iob. 1.

Genesis. 16.

Psal. 103.

Nahum. 2.

Hebræ. 1.

Num. 26. teret à rege Edom, vt liceret illis per terram suam transire, inter alia hæc ad illum retulerunt: Nōstī, quomodo in AEgypto clamauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miseritque angelum, qui educeret nos de AEgypto. Per angelum intelligebant Moysen, quē deus misit, vt eos educeret, eisque futura prædiceret. Ideo loco illo pro angelo potest verti propheta, seu nuntius. Eodem modo secundi Paralipomenon capite. 36. loquens diuina scriptura de Iudæorum perfidia & contumacia, ait: Illi subsannauerūt nuntios dei. Vbi per dei nuntios prophetæ absque dubio intelliguntur. Ab hoc nomine melacim deriuatur melacah, quod significat opus: ad hoc enim nuntij mittebantur, vt opus aliquod efficerent. In hanc significationem accipitur capite. 16. Leuitici: Omne opus non facietis. Pro hoc nomine vertunt nonnulli opus apud Ieremiam capite septimo, vbi volens propheta magnum idololatriæ studiū indicare, quo populus Iudaicus tenebatur, ait: Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignē, & mulieres conspergunt adipem, vt faciāt placentas opere coeli, vt libēt dijs alienis. Vbi pro opere est hoc nomen in hebraico. Placentas opere coeli appellat panes latos & rotundos ex farre & melle, cum stellulis quibusdā depictis. Solebant enim Gentes falsis dijs offerre dulcitaria quædam, & liba tenuia & lata crustarum seu laganorum imaginē referentia, stellulis sigillata. Ideo huiusmodi placentas ait esse opere coeli, hoc est rotundas & stellatas. Sūt tamen, qui existiment hoc nomen malacah hoc loco deriuari à verbo malac, quod significat regnare, & significare reginam: quam ob causam vertunt: Vt faciāt placentas reginæ coeli. hoc est lunæ, quam Gentes coeli reginam esse existimabant. Et ita trāstulit noster interpres. Tharghū vertit: Vt faciāt genera libi stellæ coeli. Septuaginta habēt: Vt faciāt placentas

στρατία τῶν οὐρανοῦ, hoc est, militiæ cœli. Vbi per cœli militiam seu exercitum omnia astra intelliguntur, quæ insipientes homines vt diuina quædam numina colebāt. Et si omnes has versiones recipiat locus ille, ea tamen rectior videtur, quæ communior est, quæ est editionis vulgatæ. Cum autem malacim angelos, & nuntios, & prophetas significet, hoc Ezechielis loco pro nuntijs accipitur: quos deus dixit à facie sua egressuros: ita enim ait: Egredientur nuntij à facie mea. Sed videndum est, quid sit in literis diuinis egredi, seu ire, aut fugere à facie dei. Cum deus Ionæ præciperet, vt se Niniuem conferret, ad concionandum, & Niniuitarum excidium prædicandum, ait diuina scriptura, surrexisset Ionam, vt fugeret à facie domini in Tharsis. Existimant nonnulli fugere Ionam à facie domini esse tendere velle in locum aliquem, vbi deum non videret, vbi eius præsentiam declinaret. Facies dei idem est quod eius præsentia: est autem deus vbique per essentiam, potentiam, & præsentiam: vt causa in effectibus eius bonitatem participantibus. Ideo deus apud Esaiam, Coelum, inquit, sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Et apud Ieremiam: Coelum & terram ego impleo. Ab hac dei præsentia nemo fugere potest, teste Davide aiente: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in coelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Est autem altera præsentia ratio, quæ dicitur spiritualis: quam solum sentiunt viri pietate & virtute præstantes. Hoc modo dicitur deus illic præsens esse, vbi cognoscitur & colitur. Et quia in sola Iudæa tunc cognoscebatur & colebatur deus, iuxta illud psalmographi: Notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomen eius: ideo per dei præsentiam terra sancta intelligitur, à qua Ionas fugere volebat, ne apud Niniuitas concionaretur. Existimabat esse

esse Niniuitas ad eius concionē conuertendos, & ideo nō esse eorum ciuitatem delendam, quam ipse delendam prædixisset, eamque ob causam arguendum esse mendacio. Vel existimabat esse Israelitas eiciēdos à deo, qui ad prophetarum prædicationem conuerti nolebāt. Ideo mandabat se fugæ, existimans deum ei, si extra Iudæam esset, prouinciam illā Niniuitarum non demandaturum: potius enim Hebræorum, quam Niniuitarum salutem cupiebat. Potest tamen locus hic multò aliter explanari. Fugere Ionam à facie domini idē est quod properare ad Niniuitas ob præceptum domini, & fugere à Iudæa in celebrē illam ciuitatem, ad quam mittebatur à domino. Nam quemadmodum hic apud Ezechielē egredi nuntios à facie dei est properare Chaldæos ab AEgypto ad AEthiopiā, quò mittebantur à deo, vt ex eius præcepto eam vastarent, ita fugere Ionam à facie dei est celeriter tendere Niniuem, quò mittebatur à deo, vt ex eius præcepto eam ad pœnitentiam excitaret. Sed quoniam nihil ei erat magis in optatis, quàm Hebræorum salus, & existimabat eos esse ad excidium & vastitatem vocandos, si Niniuitæ ad deum conuerterentur, dabat operam, vt velociter iret, deique præceptū citò adimpleret, ne interim si moram faceret, deus signū aliquod & miraculum ostenderet, quo moti Niniuitæ ei fidem adhiberent, seq; à vitijs separarent: quod esset causa excidij Iudeorum. Ideo se mari commisit, vt breuius munus sibi mandatū perficeret. At misericors deus, qui eius nouerat propositum, dedit ei signum in mari: nauis illi, qui eum in mare proiecerat, & à ceto deuorari conspexerant, cum se conferrent Niniuem, ibi eum superstitē agnouerunt, & populo rem mirabiliter gestam nuntiarunt. Ex quo effectū est, vt miraculi fama percrebrescente, & ad regem volitante, omnes illum audiret, eiq; tanquam à deo missō obreperarent.

Id quod Ionas efficere nitebatur, ne ei Niniuitæ fidem adhiberent, vertit deus in cōtrarium. Verum enim est id, quod ait Salomon in Prouerbijs: Non est sapientia; non est prudentia, non est consilium contra dominum. Fugiebat à facie domini, hoc est dabat operam, vt breui munus suū obiret, & ideo mare traiecit, ne deus in terra ederet aliquod miraculum: at deus in mari edidit illud: & nauigatio, quam ipse elegit, ne Niniuitæ ei fidē adhiberent, in causa fuit, vt ei aures attentē præberent, & summam fidē tribuerent. Eodem modo explanari possunt verba illa Genesis: Egressus Cain à facie domini habitauit profugus in terra. Dixerat ei paulò antè deus: Vagus & profugus eris super terram: & paucis interpositis sequitur. Egressus Cain à facie domini, hoc est, missus à domino, vt breui eius adimpleret præceptum, in terra profugus habitauit. Fortasse ideo dicitur Cain egressus à facie domini, quia deus cum eo loquebatur in figura humana. Quia à diuinitate, quæ vbique est, nullus potest egredi, egressus est Cain à facie similitudinis, vel creaturæ, in qua deus illi loquebatur. Et eodē modo possumus dicere de Iona.

Cessare faciam idola de Memphis. Septuaginta habent: Cessare faciam magnates de Memphis. Eos, qui opibus & potentia florentes honores soli deo debitos sibi assument & attribuunt, idola vocauerunt. Pro idolis est in hebraico עִלְלִים elilim. ab elil, quod nomen significat vanum, inutile, nihil, & idolum. Vt capite. 26. Leuitici: Non facietis vobis idola. Idolum enim vanitas est, imò nihil. Vnde ait diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Scimus, quia nihil est idolum in mundo. Hoc est, nec deus est, nec diuinitatem habet, nec animā, nec aliquam potentiam. Hoc intelligens Esaias aiebat: Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij nostri.

Argumentum capitis.
XXXI.

Omparat felicitatem regis Aegypti cum felicitate Assyriorum regis, & similem vtriusque calamitatem & interitum pradicat. Explicat admirabili verborum maiestate & amplitudine, stylo ferè tragico, regis Assyriorum opes, potentiam & celebritatem: ut eius lamentabile excidium calamitosius appareat. Quo enim excelsius est, & magnificentiùs adificiù, eò maior est, & insignior eius ruina. Ostendit quanti aestimanda sit virtus, quæ nec eripi potest, nec naufragio amittitur, nec incendio absumitur, nec vi procellarum euellitur, nec vlla re porum varietate labefactatur: qua qui pradicati sunt, soli possunt merito diuites appellari. Mundi potentia obruitur fluctibus rerum aduersarum, diuitiarum fama extinguitur posteritatis obliuione, vires corporis vincuntur ferro, & debilitantur aetate, vrbes mænibus fortissimis septæ expugnantur ab hostibus: at sapiens animus mundi conceptione, rerum humanarum tolerantia, virtutum denique muro cinctus potest diuina gratia tanta firmitudine consistere, ut quantumvis oppugnetur, non tamen expugnetur, nec vincatur.

Caput. XXXI.



T factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factum est verbu do-

mini ad me, dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine: & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos misit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbuta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cumque extendisset vmbra suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli: & sub frondibus eius genuerunt omnes bestie saltuum: & sub vmbaculo illius habitabat cætus Gentium plurimarum. Eratque pulcherri-
mus in magnitudine sua, & in dilatatione arbutorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: abietes non adæquauerunt summitatem eius: & platani non fuerunt æquæ frondibus illius. Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius. Quoniam speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso dei.

EX-

EXPLANATIO.

Et factum est in anno vndecimo. Nimirum à transmigratione Iechonæ: tertio mense, qui ab Hebræis appellatur Siuâ respondens nostro Maio. Qua de re ea poteris videre, quæ de mensium ratione primo capite explicuimus. Dicitur autem Maius à maioribus authore Macrobio, quorum consilio respublica gerebatur, quemadmodum Iunius à iunioribus, qui rempublicam armis defendebant.

Dic Pharaoni regi Aegypti. Nuntia Aegyptiorum regi, quomodo rex Assyriorum à sua gloria ceciderit, cum esset illo potentior & excelsior. Eos coniunge in vaticinatione, siquidē sunt in tormento coniungendi. Et quoniam eadē est causa calamitatis amborum, nempe superbia & iactantia, idem erit interitus vtriusque: par culpa pari poena punitur: Aiunt hunc regem Assyriorum fuisse Sennacheribum, cuius exercitus fuit mirabiliter occisus, cum dei angelus in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia virorum nocte vna interfecit: & ipsi regi fuit à proprijs filijs vita ferro erepta: vt literæ diuinæ testantur. Alij existimant non esse Sennacheribum, sed alium, qui fuit à rege Babylonis in prælio superatus, & miserè occisus. Imperium Assyriorum fuerat separatum ab imperio Babyloniorum: sed fuit postea coniunctum, & appellatum imperium Babylonicum.

Cui similis factus es in magnitudine tua? Sensus est: Tu ais esse te in celsitudine, & potentia, & celebritate similem Assyriorum regi: at longè falleris opinione: ille enim omnibus his rebuste superauit: fuit enim teipso potentior, ditior, & illustrior. Sed esto: sis illi similis & æqualis. Nonne ille deiectus est? Nonne fuit ab illustri gloriæ vertice præcipitatus? Nonne omnes eius voluptates & deliciae in lactum & lachrymas recide-

rant? Si ille fuit omnibus mundi ornamentis spoliatus, & à proprijs filijs immaniter occisus, & eorum gladijs impiè traectus, & ad ima tartara immisus: quomodo poteris tu euadere, & eandem calamitatem fugere? Erat tibi potentia tua ablata, nominis claritas extincta, ad ferrum ac flammam vocaberis, eris immaniter occisus, & in cæcis & æternas tenebras tandem relegatus.

Ecce Assur quasi cedrus in Libano. Ostendit felicitatem regis Assyriorum, eumque comparat cum cedro: altissima montis Libani. Est enim diuina scripturæ mos, hominem potentem, florentē opibus, & diuitijs, & mundi gloriâ cum cedro Libani comparare. Ita in psalmo: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Et si enim viri pij & iusti grauitè premantur, impijs autem & nefarijs omnia videantur fluere ad voluntatem, tamen viri virtute præditi exitus prosperos consequuntur: illi verò qui sunt flagitijs contaminati ex illustri & florente rerum statu in æternos cruciatu relegantur. Voce vna dei cadunt impij iuxta id, quod ait psalmographus: Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani: & comminuet eas tanquam vitulum Libani. Vbi per cedros Libani potentes & superbi huius mundi principes intelliguntur, qui fulmine dei verbi percussi corruunt, & euanescent, instar vituli illius, quem ab Hebræis in Horeb fabricatum comminuit ac dissipauit deus per Moysen. Quam ob causam verba huius carminis ita connectuntur. Et comminuet eas arbores Libani, tanquam vitulum, qui fuit in paluerem redactus. Vel, vt legit Euthymius: Et comminuet eas tanquam vitulum: Libanum. Vt sit sensus. Quemadmodum deus confrégit vitulum ab Hebræis conflatum in Horeb, sic has cedros comminuet. Deinde posito puncto, legitur per se dictio: Libanum:

Ii Quasi

4. Reg. 19.
Tob. 1.

Eccle. 41.

1. Mac. 7.

Esa. 37.

psal. 36.

psal. 28.

Exo. 32.

Esai. 2. Quasi dicat: Non solum confringet & comminuet arbores Libani, sed ipsum Libanum totum. Esaias etiam, Dies, inquit, domini super omnes cedros Libani sublimis & erectas. Hoc est super principes & magnates. Et quoniam inter plantas nulla erat, quæ se in altitudine cedro Libani adæquaret, volens significare divina scriptura differuisse Salomonem de plantarum omnium natura ab altissima arbore vsque ad infimam herbam, ait: Disputavit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. Quem admodum cedrus Libani omnes alias arbores superabat magnitudine, ita rex Assyriorum gloria, & diuitijs, & potentia omnes alios anteibat.

Pulcher ramis. Hoc est, filijs ornatus, ab eo tanquam à radice productis. *Fronibus nemorosus.* Hoc est, sylva & frondium multitudine faciens umbram. Quasi dicat: multis principibus & magnatibus stipatus. Quemadmodum arbor ramorum magnitudine extensa locum occupat latum, ita rex Assyriæ diuersas provincias & regiones obtinebat, & potentiam suam per orbem terrarum propagabat.

Aquæ nutritur illum, & abyssus exaltat illum. Abyssus est aquarum altitudo & profunditas. Per aquas & abyssum intelligit diuitias & potentiam. Hæ sunt aquæ, quibus Assur irrigatus creuit, & mirum in modum dilatatus est. Hæ duæ res eum extulerunt, & ex sublimitate in imã profunditatem præcipitarunt, nimirum opum abundantia & potentia. Solent enim hæc duo intellectum tenebris circumfundere, & errorum ac vitiorum caligine operire. Eã ob causam appellauit ea Ezechiel hoc loco aquas & abyssum, ad abyssum illam alludens, de qua in Genesi scriptum legimus: Tenebræ erant super faciem abyssi. Ac si diceret: Tenebræ tegebant imensam aquarum profunditatem. Per tenebras re vera lucis priuatio & absentia;

intelligitur: non demonum multitudo, vt quidam ineptè dixerunt: in quos diuus Basilus, & diuus Ambrosius in illius loci explanatione grauitè inuehuntur. Nihilominus tamen in sensu allegorico, cum scripturæ verba ad spirituales & arcanas sententias traducuntur, nomine abyssi magna mundi potentia intelligitur, quæ sæpe superbia sequitur, quæ intellectus obscuratur. Hinc effectum est, vt locus quidam Persephones, siue Proserpine, in quo summa vis auri erat multis seculis cõgesta, abyssus, vt ait Suidas, vocaretur. Sed quid profuit Assyrio diuitiarum abyssus, siquidẽ eas amisit, & ex abyssi diuitiarum ad abyssum miseriarum peruenit? Nonne aspiciamus cotidie multos, qui ex summa opulentiâ ad summam descendunt inopiã? Hoc intus ingeniosus poeta cecinit: Irus erit subito, qui modo Croesus erat. Fuit Croesus Lydorum rex ditissimus; Irus autem mendicus quidam apud Ithacenses, cuius meminit Homerus in Odyssæa. Poteris per abyssum illam, & aquarum multitudinem tenebris cooperatam in sensu mystico Gentium multitudinem intelligere. Ita enim ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & gentes, & linguæ. Sed hæc aquæ tenebris erant circumfusæ absentia solis. Secundo die fecit deus firmamentum, & diuisit aquas ab aquis: tertio die segregauit aquas ab arida: quarto fecit solem & astra. Sed adhuc aquæ non proferebant pisces. Quinto autem die cum iam sol appareret, aquæ fructum prodixerunt. Priusquam sol ille sempiternus in carne appareret, de quo ait per Malachiã pater celestis: Vobis timetibus nomen meum orietur sol iustitiæ; Gentes non ferebant charitatis fructum. Ante aduentum Christi Gentes absque fide opinionibus inflatæ in erroribus intolerandis versabantur. Et vt ait diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Sine fide impossibile est placere deo. Aquæ erant, sed absque piscibus, Gentes erant, sed absque fide, nullum

nullum charitatis fructum ferentes. Terra ante solis apparitionem protulerat platas, sed non pecora: aqua nihil. Terra Iudææ, populus Iudaicus fructum protulerat, sed non omnino perfectum: quia lex auctore diuo Paulo, nihil ad perfectum adduxit. Habebant nonnulli ex Hebræis fidem, & veram colebant pietatem, sed e vita migrantes cœlum ingredi non poterant, donec sol ille eluxit, quidẽ se ait: Ego sum lux mundi. Qui est via, veritas, & vita: cuius sanguis fuit clavis paradisi: qui morte sua viam nobis munuit ad vitam immortalem consequendam. Ergo ante sempiterni solis apparitionem terra, hoc est Iudæa fructum aliquem producebat, sed minus perfectum, aqua verò, hoc est Gentilitas nullum. At post Christi aduentum & terra & aqua admirabiles fructus, omnibus numeris absolutos protulerunt. Secundo creationis die factum fuit cœlum, sed nondum apparebat sol: ideo in die secundo non ait scriptura: Vidit deus, quod esset bonum: Quarto die apparuit sol, quia quaternarius est primus numerus par, & perfectus: nam binarius proprie non est numerus, cum careat medio, vt alibi ostendimus. Itaque dies quartus est optata illa temporis plenitudo, de qua ait apostolus in epistola ad Galatas: Cum venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Cœlum secundo die sine sole, luna, & sideribus, est lex obscura, de qua dixerat diuinus vates. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes sunt prophetae, & veteris testamenti scriptores, qui ob sententiarum obscuritatem dicuntur pleni aqua tenebrosa. Hi sunt illi, de quibus ait Esaias: Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Venit dies quartus, venit temporis plenitudo, & apparuit sol, Christus deus noster, qui legem explicuit, & illustrauit: apparuit luna, hoc est ecclesia, & stellæ, hoc est a-

postoli, quibus dixit dominus. Vos estis lux mundi. De quibus dixerat Daniel: Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et quæ admodum sol non dissoluit cœlum, sed perficit, sic Christus non venit solum legem sed impletum. Hic dies quartus est ille, de quo ait diuinus psalter: Hęc dies quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Et de quo ait Christus: Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gaudens est. Hoc die fuit impia dæmonis tyrannis euersa; mors extincta, via ad immortalitatem munita, & vera religio pietatis plenissima per omnes terrarum oras propagata. Apparuit sol, apparuit benignitas & humanitas salutis nostris dei: & aquæ tulerunt pisces, hoc est Gentes fructus virtutum humerimos prodixerunt. Tenebræ, quæ erant super faciem abyssi aduentu solis disparuerunt, quia cæcitas Gentium, & idolorum cultus, & impiæ mortalium superstitiones prædicatione Christi, & apostolorum cessarunt. Aquæ & aquarum abyssi, hoc est Gentes & populi relictis nefarijs falorum deorum vanitatibus amplexati sunt veram Christi fidem, & calore solis incensi, hoc est diuino Christi amore inflammati, pro iniquitate & impietate iustitiam & pietatem coluerunt. Aspicias igitur nomine aquarum populos intelligi, quibus erat Assyriorum rex nutritus, & irrigatus, vt ait hoc loco Ezechiel.

Flumina eius manabunt. Hoc est, fluuij eius abyssi fluebant circa radices. Vult significare, tantam fuisse diuitiarum affluentiam regis Assyrij, tantam opum abundantiam & abyssum, vt ex ea fluerent ad subditos diuitiæ: & aliæ arbores vbertate aquarum huius cedri irrigarentur. Regis opulentia subditos fouebat, qui erant vsque ad diuites & potentes, vt diceret Rabfaces quarto libro Regum, totam Hierosolimam non posse resistere vni ex minimis satrapis Assyriorum regis.

Multiplicata sunt arboribus eius, & elevati sunt rami eius. Hoc est filij & nepotes eius.
In ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia caeli. Hoc est principes & magnates ei adhererunt pendentes ab illo, seq; illi subijcientes. Et omnes bestiae saltuum, hoc est homines agrestes & immanes, brutis comparati ei obtemperarunt: domuit enim gentes incultas & immanitate barbaras, & copijs abundantes, que ei tributum soluebant.

Mat. 19.

Mat. 6.

Deut. 1.

Psal. 79.

Psal. 35.

Sup. 1.

Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Hyperbole est, figura à Cicerone vocata superlatio, ab alijs excessus, cum sententia aliqua fidem excedit augedæ regratia: vt cum dicimus esse aliquid neue cãdidius. Huiusmodi videtur esse ad quod ait Christus: Facilius est camelum perforare acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Et illud: Non cognoscat dextera tua, quid faciat sinistra tua: Ac si dicat: Tantum absit, vt abis ostentes elemosynã, quam feceris, vt ne tu quid illud scias, quod facis. Exaggerat verbis, quam fugienda sit in bonifactis ostentatio, & gloria inanis. Volentes exploratores à Moyse missi magnitudinẽ vrbium terre promissionis significare, & earum murorum altitudinẽ, dixerunt: Vrbes sunt magnæ, & ad caelum vsq; munitæ. Hyperbolicẽ quidem, quẽ admodum hoc loco Ezechiel, qui volens significare nullum fuisse regem similem Assyrio, qui tot diuitijs, tantaq; potetia floreret, ait nec in dei paradiso fuisse cedros altiores Assyriorum rege. Poteris per paradysum dei magnum aliquem pomarium, amcenum, arborumque proceritate insignẽ intelligere. Solet enim diuina scriptura, ea quæ magna sunt, dei appellare, vt cum dicit cedros dei, montes dei, visiones dei &c. Paradysus idem est quod hortus. Vnde locum hunc ita vertit Pagninus: Cedri non absconderunt eam in horto dei. Hoc est, non eã ramis cooperuerunt, quia illa erat excelsior illis in illo magno horto.

Abietes. Nec excelsæ abietes, nec sublimēs platanus, nullæ deniq; plantæ ad huius cedri altitudinẽ ascenderunt: nulli principes. quauis diuites & potentes se Assyriorum regi adæquarunt. Abies arbor est altissima, rectissimaque, cuius pars inferior sapinus vocatur, superior vero iusterna auctore Plinio libro sextodecimo. Accipitur aliquando in diuinis literis pro magnatibus, & hominibus potentia, & rerum prosperarum abundantia florentibus: vt apud Esaiam; *Abietes quoque lætatae sunt super te.* Quibus verbis significat lætitiã, quæ efferebantur optimates interitu Nabuchodonosoris. Et apud Zachariã: *Ula la abies, quia cecidit cedrus.* Ac si diceret: Lamentamini, & vim lachrymarum profundite magistratus Hierosolymæ, quia fuit dignitas regia, & princeps vester ex eminẽte dignitatis gradu præcipitatus esto. Et hoc loco apud nostrum Ezechielẽ: *Abietes non adæquarunt summiratẽ eius. Platanus etiam arbor est opaca, datẽ diffundens ramos, vmbre solam causa expetita.* Gaudet maxime aquarum decursibus: quam ob causam Ecclesiasticus inducit sapiẽtiam in hunc modum loquentẽ: *Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.*

Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi. Hoc est, nulla arbor in magno aliquo pomario inueniri potuit, quæ posset cum rege Assyriorum in pulchritudine comparari. Pagninus vertit: *Omnis arbor in hortu dei non fuit similis ei in pulchritudine sua.* Vbi per hortum dei magnum aliquod intelligit viridarium. Diuus Gregorius libro 3. Moralium per hunc regem Assyrium intelligit angelum apostatam, reliquis angelis eminentiorem, & per cedros, abietes, & platanos virtutum caelestium agmina, in summa lætitiæ viriditate plantata, quæ quãuis excelsa sint condita, Lucifero tamẽ nec prælata sunt nec æquata. Hic speciosus factus in multis condensisque frondibus

diu esse dicitur, quia prælatum ceteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta & supposita angelorum multitudo decorauit. Ista arbor in paradiso dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Hæc ille grauitate quidem & sapienter, qui sub specie Assyriorum principis diabolum intelligendum ducit. Nos vero explanationem de rege Assyrio profequamur.

Æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis. Idest, omnes reges & principes ei inuidebant: sequitur enim inuidia eum, qui aut diuitijs, aut ingenio, aut recte factis, aut gloria alios superat. Cain per inuidiam occidit Abel, quia eius opera iusta erant, & deo grata: & de ijs qui sequuntur Cain ait Iudas in epistola sua: *Væ illis, qui in viam Cain abierunt.* Quemadmodum vmbra sequitur corpus, sic inuidia virtutem. Oretam pestem, & deplorandam hominum maculam, qui de monumentis pulcherrimorum facinorum detrahunt, volentes obliuione sempiterna pulchram eorum memoriam delere, qui falsis voluptatibus sprete in excellentium virtutum actiones toto pectore incumbunt, nullisque laboribus perterriti ad res magnas, & magnoperẽ expetendas aspirant. Eorum vitam dicunt inuidi esse spoliandam ornamento, quorum etiam mortem deberent perpetuis monumentis ornare. Id intuens Iosephus in libro de bello Iudaico hanc sententiam literis mandauit: *Fieri nullo modo potest, vt in recte factis effugias inuidiam.* Quis enim vmbra effugiat inuidiæ, nisi pariter & virtutem effugerit? Grauitate quidem & eleganter. Cohærent enim gloria & inuidia, ac quere omnia pulcherrimam res turpissima comitatur. Si autem dederis operam, vt virtutis magnitudine opprimas inuidiam, tunc eam videbis ætuis mœchi, & con-

Genf. 4.

Iud.

simile.

tentiosius intumescere. Quemadmodum ignis alta petit, sic liuor in altum insurgit, & excelsam virtutis gloriam superare contendit. Etsi fortes & sapientes viri non tam præmia sequi soleant recte factorum, quam ipsa re facta, & gloria inanis tumesculos commouent, tamen mortalibus in mortalitate non esse existimant contemnidam. Hanc inuidus vult labefactare, & per summum scelus penitus illis auferre, omnia in eos maledicta conferendo, & ventos excitando: similis diabolo, qui hominis gloriã inuidens, et vultu perniciem machinari. Ideo ait diuina scriptura in libro Sapientiæ: *Inuidia diaboli mors inuadit in orbem terrarum.* Vique adeo pestilens est inuidia vitium, vt horretur Salomõ in Proverbijs, ne quis comedat cum homine inuido. Et in libro Sapientiæ: *Nec cum inuidia inquit, tabescente iter habebis, quonia talis homo nõ erit participes sapientiæ.* Et diuus Paulus in epistola ad Galatas: *Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicẽ inuidetes.* Quemadmodum ciconia vescitur serpentibus venenatis, sic inuidus pascitur aliorum derisio: Vt noctua caligine oblectatur, sic inuidus aliena lætatur calamitate, luce autẽ bonorum operum, & splendore recte factorum. O infelicẽ miserorum hominum conditione! Vt ferrum rotat ferrum, quæ ipsum corrumpit, sic inuidus concipit inuidiam, quæ ipsum consumit. Inuidus aliorum errata considerat, non inquit, vt eã narret & vituperet, recte vero facta aliorum filitio præterit, nec ea vult aspicerẽ, nec in lucem proferre, nisi vt detrahatur de illis. Huc potest referri id, quod ait Aulus Gellius libro nono. Noctium Atticarum, capite quarto, legisse, esse apud Albanos homines, qui nocte melius quam die viderent. Aiebat Apollonius Tyaneus, vt referri Raphael Vofatefranus, sapienti malis pecculanti inuicẽ ab inuido, quam vel

simile.

simile.

Sap. 2.

Prou. 23.

Sap. 6.

Gal. 5.

simile.

simile.

simile.

simile. nauiganti à tempestate, vel prelianti ab hostibus. Gubernator prudens potest è maris procellis tutus euaderere. Strenuus potest hostium fortitudinem vincere: at maleuolorum inuidiam nequam possunt superare. Vt in Græcis artificibus aiunt, eos auctores esse, qui ci- tharæ cedi fieri nō potuerint, sic multos aspiciamus, qui cum nec ad scientiæ, nec ad fortitudinis, nec ad honestatis excellentem gloriā possint peruenire, cum se terris vitiorum maculis contaminēt, fiunt detractores alienarum laudū: hoc est eorum manus, viroꝝ memorabiliū splendorem obfuscant. Infimum profecto officium, imò detestabile maleficiū. Polypus piscis est, qui non solum pisces alios detorat, sed etiam propria brachia aliquando corrodit & comedit. Itaasserunt Aegyptij, quos sequitur Plutarchus, Aelianus, & Alceus, qui ait: Ipsam me comedo, vt polypus. Quæ versumcitrat Athenæus, & refert Pierius Valerianus in libro de antiquis characteribus: etiam si me non fugiat Aristotelem & Pliniū multo aliter sentire. Quis est, qui & alios & seipsum lacerat, nisi inuidus, qui rectè aliorum facta reprehēdit, & seipsum inuidia corrodit. Quot sunt aliorum laudes, tot sunt eius supplicia. Sed quid dicit se ipsum corrodere, imò seipsum occidit, ita enim ait Iob: Paruum occidit inuidia. Huiusmodi erant magnates illi & principes, qui regis Assyrii diuitijs, celebritate, & potentia torquebantur. Hos ait hoc loco Ezechiel fuisse veluti arbores in paradiso dei insitas & collocatas, hoc est floruisse diuitijs & dignitatibus, fuisse que in magnis mundi honoribus constitutos: & nihilominus Assyriorum regi inuidisse, eūque fuisse æmulatos.

D Propterea hæc dicit dñs deus: Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatē suam virētem ac condensam, & eleuatū

est cor eius in altitudine sua, tradidi eā in manibus fortissimi. Gentiū. Faciens faciet ei iuxta impietate eius. Et eieci eum: succident eū alieni, & crudelissimi nationū. Et projicient eum super montes, & in cūctis cōuallibus corruent rami eius. Et cōfringentur arbuscula eius in vniuersis rupibus terræ: & recedet de vmbaculo eius omnes populi terræ, & relinquēt eum. In ruina eius habitauerūt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestie regionis. Quam ob rem nō eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatē suam inter nemorosa ac frondosa: nec stabunt in sublimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam, in medio fliorum hominum, ad eos, qui descendunt in lacum.

Et dedit summitatem suam virētem ac condensam. Id est, quia superbia motus se extulit in sublime, & posuit fastigium suum condensum, et stipatū multitudine principum & magnatum.

Tradidi eum in manibus fortissimi. Gentiū. Hoc est, Nabuchodonosori regi Chaldæorum. Quoniā se superbia extulit, deieci ego illum, ait dominus. Vt potentiam Pharaonis cum Assyriorū celsitudine contulit, ita simile eius excidiū esse dicit. Aspiciant reges & principes ad exemplū hoc, & supplices se rationi subiiciant, ne à deo deiciantur. Illud est hoc loco aduertendum quondam diuersum fuisse imperium Chaldæorū ab imperio Assyriorū, vt antea diximus. Metropolis Chaldæorū erat Babylon, metropolis verò Assyriorū Ninive. Decem tribus

captæ

4. Reg. 18.
4. Reg. 25.

captæ fuerūt ab Assyrijs, duæ verò nempe Iuda & Benjamin à Chaldeis. Sed in censo odio inter hæc duo imperia bellum sibi inuicem intulerunt, in quo victi fuerunt Assyrii: & fuit eorum imperium extinctam, & tota eorum terra Chaldæis subiecta: & res gestæ Chaldæorum laudibus Assyriorum obscuritatem attulerunt. Hinc factum est, vt Assyrii & Mesopotamij in Babyloniæ nomen, vt ait Iulius Solinus, transferint. Babylon est vrbs præcipua Chaldææ, Babylonia verò tota regio à metropoli regni denominata.

Et faciens faciet ei. Nimirum quicquid voluerit. Hæc verborum geminatio est Hebræis familiaris, & in diuinis literis frequens.

Iuxta impietatem eius eieci eum. Ita dixit deus regi Tyrio. Peccasti, & eieci te de monte dei, vt capite. 28. licet videre.

Et succident eum alieni, & crudelissimi nationum. Hoc est Babyloniæ immanitate insignes. Dicens euenisse euersionem Assyrio ob eius immanitatem, hortatur Babylonium ad misericordiam.

Recedent de vmbaculo eius omnes populi terræ. Subaudi, quibus imperabat. Populi ei subiecti videntes eum victum se ab illo separabunt, eum contemnent & relinquunt. Considera mundi varietatem.

In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cœli. Hoc est, mortuo rege magnates Chaldæorum possederunt Assyriam. Vel sic Super trunco huius arboris, postquam cecidit, & contracta fuit, sederunt volucres: id est, super regem Assyriorum occisum, & humi prostratum se constituerunt magnates: volatiliū nomine significati, & super ramis eius se posuerūt plebei, & agrestes homines, infimo loco nati, nomine bestiarum intellecti. In eum, quem, dū viueret, & floreret, summis laudibus celebrabant, post erumnas & luctuosum obitum contumelias iaciebant. Eum occisum conculcabant, & aspernabantur, ad quem antea accedere

sup. 28.

non audebant. Intuere obsecro rerum humanarum inconstantiam & vicissitudinem. Vel sic: Post huius arboris ruinam, post regis Assyrii, eiusque exercitus interitum conuenerunt aues & fere, vt eorum cadauera deuoraret: Hic fuit tam excelsi principis exitus: hic fuit miserabilis eius finis: fuit interfectus ab hostibus, eiusque cadaver insepultum in cæpo iacuit, vbi fuit à volucibus, & bestijs syluarum deuoratum. Præclare quidem diuus Ioannes apostolus, Nolite, inquit diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Et paulò post: Mundus transiit, & concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem, dei manet in æternū. Cum Sisara princeps exercitus regis Iabin fatigatus è prælio se in fugam cōferret, ingressus est in tentoriū Iaelis vxoris Cinæi, quæ eum vocauerat, vt ad se ipsam confugeret. Hæc illū suscepit benignè, & blanditijs delinitum lacte pavit, & pallio cooperuit. Quem fessum de via, & quod ad multum diem laborasset, arctus somnus complexus est. Illa verò eum dormientem interfecit: Hæc Iael mundi tenet imaginem, qui nos ad voluptates, & opes, & potentiam inuitat, vt perniciem nobis & excidium machinetur. Magnus ille princeps Sisara, qui in oculis gentium versabatur, in quem omnes coniciebant oculos, fuit à fragili quadam muliere interfectus. Magnus ille Pharaò, qui potentia sua terrarum orbem perterrebat, fuit cum curribus, & equitibus, & innumerabile exercitu in mari rubro mirabiliter submersus. Rex Saul ad tantam peruenit calamitatem, vt amitteret exercitum, & ipse dolore compressus rueret ad interitum voluntarium. Absolon qui patris sui regnum affectauerat, & copias innumerabiles parauerat, perijt miserè ex arbore suspensus. Et vt humanas attingnam historias, Achæus rex Lydiæ in factione populari suspensus est ignominiosè, & nauitatis similit. Polycrates Samiorum

Ii 4 rex,

1. Ioan. 2.

Indic. 4.

Exo. 14.

1. Reg. 31.

2. Reg. 18.

1. L. 3.

rex, cum tota vita fuisset ditissimus, & rerū prosperarū ac ad volūtatē fluentiū perpetuum sensisset decursum, fuit ad extremum ab hoste comprehensus: & in furcam erectus docuit cum Solone nihil in mundo ex omni parte beatum, Valens imperator frater Valentiniani. praelio superatus à Gothis in tugurio, quò spe salutis cōfugerat, ab eisdem cōbustus est: Dies me deficeret, si vellem ærumnas & tristes casus principum, aliorumque clarorum virorum narrare, qui cum essent summos honores consecuti, existimantes se firma & illustria claritatis fundamenta iecisse, & perpetuā posteritatis memoriā cōparasse, ruerūt ad imam ignominiā, fuerunt ad summū dedecus præcipites deuoluti, & eos penitus ex hominum memoria perpetua deleuit obliuio. Nō est igitur cur mūdo fidamus, non est cur in eo spem nostrā collocemus. Qui vtuntur hoc mūdo, inquit apostolus, tanquā non vtantur, præterit enim figura huius mundi.

Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua. Hoc est, eam ob causam Assyrii magnis plantis iuxta fluuios aquarū cōparati non restituentur in pristinā potentiā & dignitatē: sed morietur, & ad infernū relegabuntur. Non eos opes suæ poterunt eripere, nec potentia & amplitudo à morte liberare.

Ad terram vltimam. Hoc est, ad infernum, qui est in imo terræ. Ideo dicitur in psalmo: Introibūt in inferiora terræ. Volēs autē Ezechiel hoc explicare, subdit: Ad eos, qui descendūt in lacum. De hoc lacu ait diuinus psaltes: Nō auertas faciem tuā à me, & similis ero descendētibz in lacum. Eodē modo dixit de rege Tyri diuinus noster vates, aut potius deus per illum: Cum detraxero te cum his, qui descendunt in lacum ad populū sempiternū, & collocauero te in terra nouissima. Id quod illic appellauit terrā nouissimā, appellat hic terrā vltimā, & paulò post, terrā infimā. Et Esaias

infernum, & profundum lacu. Pro terra vltima vertit hoc loco Pagninus, terrā inferiorem, quod est idem.

Hęc dicit dominus deus: In die, quando descendit ad inferos, induxi luctū, operui eū abyssō, & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Cōtristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius cōmouit gētes, cum deducerem eum ad infernū cum ijs, qui descendebāt in lacū. Et cōsolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia ac præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabātur aquis. Nam & ipsi cū eo descēdēt ad infernū ad interfectos gladio, & brachiū vniuscuiusq; sedebit sub vmbaculo eius in medio nationū eius. Cui assimilatus es ò inclyte atq; sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terrā vltimā. In medio incircuncisorū dormies, cū eis, qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharaos, & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

Induxi luctum. Ob mortem regis Assyriorū indixi amicis eius lachrymas & moerorem. Pro induxi vertunt nonnulli, indixi: sed eadem manet sententia: Diuus tamen Hieronymus & in textu, & in commentarijs legit, Induxi.

Operui eum abyssō. Hoc est, multitudine poenarum: feci vt eum abyssus inferni absorberet. Vel operui eum diuitiarū affluentia per abyssum significata: Vt sit sensus: Quauis opertus esset diuitijs, tamē ad infernū descēdit: sequitur enim statim: Et prohibuit flumina eius. Ac si diceret: Rigauit eū abyssō diuitiarū: sed postea

postea prohibui, ne eū flumina rigarēt, ne eum opes comitentur. Omni opulētia priuauit illū. Diximus antea per aquas & abyssum opes & potentiā significari: quas rex secū non asportauit. Ait enim psalmographus: Cum interierit, non fumet omnia, nec descēdet cum eo gloria eius.

Contristatus est super eum Libanus. Hoc est, mons ille feracissimus, vbi plantata fuerat hæc arbor excelsa, hæc cedrus sublimis, affectus est moerore ob eius excisionem & ruinam. Sēsus est: Assyria fuit dolore pressa ob sui regis excidiū. Quidam codices habent: Cōtritus est super eum Libanus: Hoc est dolore cōfractus est: sed sensus idem est.

Et omnia ligna agri concussa sunt. Hoc est, omnes populi vidētes luctuosum Assyrii occasum fuerunt timore perterriti. Poteris per libanū arbores montis illius intelligere, & per eas principes & magnates: per arbores verò agri homines plebeios, nulla illustri laude celebratos. Assyrii enim exceptis paucis nonnullis ob cædē sui regis communi dolore angebantur.

A sonitu ruinæ eius commouit gentes. Eodē modo dictum est de Tyri rege: A sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum; cum occisi fuerint, commouebuntur insule.

Et cōsolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia. Id est, magnates illi, qui in hoc mūdo fuerant veluti arbores Libani proceritate insignes, qui delicijs affluentes, voluptatibus deliniti, gloria ceteris præstantes, fuerāt ab Assyrio rege afflictī, & tandem ob eorum scelera in ima tartara præcipitati, cum ibi vidissent regem, à quo in vita fuerant oppressi, lætati sunt: nam solatium est miseris, vt quidam ait, socios habere poenarum, præsertim eos, à quibus fuerant dolore affecti, & insigni aliqua calamitate vexati. Eodem modo Esaias capite quarto decimo, vbi Nabuchodonosoris ad in-

fernū descēsum describit, eos, qui in inferno torquebātur, quos ille vulnerauerat, facit in hunc modū loquentes, & de eius excidio exultantes: Et tu vulneratus es, sicut & nos: nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuū: subter te sternetur tineæ, & operimentū tuū erunt vermes. Illud est hoc loco aduertendum in inferno nullam esse lætitiā, nec hos principes simpliciter ob Chaldæorū & Assyriorum regum excidiū fuisse lætatos, sed habuerunt se ad modum eorum, qui gaudio aliquo afficiuntur. Vel ideo ait propheta eos oblectatos fuisse, quia respectu cruciatuum regis eorum poena exigua videbatur. At illi semper cruciatur. Ita enim ait Esaias: Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et apud diuum Marcum ait Christus: Bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentē ire in gehennam, in ignem inextinguibile: vbi vermis eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Iob poenas damnatorum describens, Ad nimium calorem, inquit, transeat ab aquis niuium, & vsque ad infernos peccatum illius: Id intruens animo diuinus psaltes, describens miserabilem impiorum exitū canebat: Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos: & dominabuntur eorū iusti in matutino: & auxiliū eorum veterascet in inferno à gloria eorū. Vbi impios in inferno cruciatos cū ouibus cōparat, nō ad animi mansuetudinē, & vite innocentiam, quam nō habuerūt, sed ad ignauam eorū imbecillitatē significandā, qua nec effugere nec depellere supplicia vnquā potuerūt. Pastor, qui tales pascit oues, crudelissimus est, nēpe mors æterna, & supplicij, quod nunquā finietur. Esaias cap. 30. infernū, & damnatorū poenas multis verbis describit:

Nam ipsi cum eo descendunt ad infernum. Codices correcti habēt, descenderunt. Sensus est: Qui in inferno erant, gaudis sunt,

Psal. 48.

Sup. 26.

Esa. 14.

Esa. 66.

Mar. 9.

Iob. 24.

Psal. 48.

Esa. 30.

sunt, quod omnes illuc descenderant, non solum ipsi, sed rex, etiam si temporibus diuersis.

Et brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius. Id est, vnusquisque principum illorum in medio nationum, quæ erant in inferno requiescet sub pœna regis Assyrii, quasi sub vmbraulo quodam. Videntes enim eius tormenta quodammo do exultabunt, quod eorum minora sint. Metaphora est sumpta ab ijs, qui defessi de via, & solis feruore fatigati accedentes ad opacam arborem, sub eius vmbra requiescunt. Quidam ita vertunt: Sed & ipsi descenderunt cum eo ad infernos, ad interfectos gladio, qui sub vmbra brachij eius sederunt in medio gentium. Dilucidè profectò & distinctè.

Cui assimilatus es omni clyre. Apostrophe est ad Pharaonem. In principio capituli dicitur diuinus vates verba sua ad Pharaonem regem Aegypti, qui se similem in opibus, & potentia, & nominis celebritate regi Assyriorum faciebat: etiam si multò esset inferior illo, vt fuit ex capituli processu perspectum & exploratum. Sed & si Aegyptius se vellet Assyrio cōparare, non deberet tamen sibi perpetuitatem promittere, cum luctuosissimum Assyrij exitum conspiceret. Narrata igitur florente Assyriorum regis scelicitate, & miserabili excidio, vt vnde digressa fuerat, rediret oratio, reuertitur ad Pharaonem, dicens: Cui te similem fecisti o rex illustris? Quæ est hæc tua verborum iactatio? Quid in flaris, & intumescis? Tu certe calamitosum habebis exitum, & cum rege Assyriorum ad infernum descendes, vbi in æternum cruciaberis. Et cui te similem in vita fecisti, similis eris in morte. Ne existimes fieri non posse, vt calamitati succumbas, ac si esses immortalis, & sæper felix: nam eris absque dubio ærumnis oppressus, nihilque erit tam miserum, & calamitosum, quod in te cadere non videatur: & postremò ad cæcas inferorum te-

nebras, & æternas tartarorum pœnas relegaberis.

Et ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. Id est, tu cum alijs principibus, qui tibi similes, mundi voluptatibus ducebantur, æternis in inferno cruciatibus torqueberis. Ita ait diuus Ioannes in Apocalypsi: *Quantum gloria* Apoc. 18. *uit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Vide loci damnatorum epitheta. Hoc capite appellatur terra vltima, inferus, abyssus, terra infima, lacus, infernus. Alijs autem locis appellatur fouea, gehēna, terra obliuionis, puteus interitus.

In medio incircuncisorum. Hoc est, inter infideles: qui enim circuncisi erant, & in gratia migrabant, ad limbum patrum descendebant, non ad locum impiorum. Durante lege veteres solum circuncisi fideles vocabantur: at vera cordis circuncisio à veris Christianis obseruatur. De ea dixerat deus: *Circuncidite præputium cordis vultri.* Qua de re ea poteris videre, quæ supra diximus capite. 28. verba Deut. 10. Sup. 28. illa explanantes: *Morte incircuncisorum morieris.*

Ipse est Pharaon, & omnis multitudo eius. Hoc est, hic est finis Pharaonis, hic est tristis & ærinosus exitus illius, & multitudinis ac fastus eius, in hac miseria clausit suum diem ille, qui opibus, & mundi gloria, magnos principes superabat. In hoc cōuersa est eius superbia & arrogantia, & diuitiarum opulētia. Ita obscuratus est eius splendor, ita extincta est eius claritas, ita labefactata est eius amplitudo. Cōsidera quæso mundi inconstantiam. In hoc solum est cōstans, quod nullam habet cōstantiam: eius ordo est non seruare ordinem, eius firmitudo nullam habere firmitudinem. Eius opes & potentiam appellat merito Esaias *puluerem tenuem*, Esa. 29. *facillam pertransentem*, somnium visionis nocturnæ. Et liber Sapientie *vmbra*, Sap. 5. *nuntium percurrentem*, nauem fluctuosas aquas velociter permeantem, cuius vesti-

Psal. 39.

Ezch. 40.

vestigium, cum præterierit, inueniri non potest, & auem aere peruolantem, cuius itineris ne signum quidem videtur, & sagittam emissam, cuius transitus non apparet. Id intuens cecinit diuinus psaltes: *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Inanem mundi gloriam, fallacem eius spem, & incertas diuitias appellauit vanitates & insanias, et non quascunque, sed insanias falsas. Voluit illustrissimus rex, & sapientissimus propheta suadere mortalibus esse immortalitatem querendam, & ad deum summa cum fiducia confugiendum, fallacem verò mundi felicitatem non esse in bonis commemorandam, cum vana sit, & insana, & mendax, & ab ijs sæpe possideatur, qui sibi temere præfidunt, & scelerum maculis contaminantur, & cogitationes suas in res inanes abijciunt, quæ eos sæpenumero fefellerunt. Id intuens Ecclesiasticus dixit: *Substantiæ impiorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.* In humanis historijs scriptum legimus fuisse tempore Octauiani Augusti quendam insignem pictorem, qui tabulam manu sua depictam, & singulari industria elaboratam obtulit imperatori, in qua erant omnes illi principes depicti, qui illustri laude celebrati nomen suum immortalitati commendauerant, quorum res gestæ fuerant annalium monumentis consignatæ, & posteritati propagatæ: inter quos in loco eminentiore erat idem Octavianus imperator, tanquam eorum princeps, collocatus. In parte verò inferiore tabulæ erant omnes tyranni immanitate notati, & scelerum maculis imbuti, quorum princeps erat Phalaris impius Siciliæ rex, tyrannorum quondam altricis. Cum autem Augustus oculos in tabulam sibi dedicatam coniecisset, miris laudibus extulit eius picturam, non autem inuentionem. Dixit enim non esse æquum, vt

Phalaris illic poneretur, tanquam tyrannorum princeps, cum sapientes viros profecutus fuisset fauore & amore, insipientes verò minimè. Præterea non decere seipsum imperatorem adhuc viuentem principem cōstitui mortuorum, qui ob res præclare gestas eam memoriam reliquissent, de qua nulla ætas conticesceret: nam durante vita nullus erat homo, quauis in excelsis dignitatis gradu constitutus, qui non posset & à sublimi mundi gloria, & ab insigni virtute præcipitari. Eam ob causam Solon Salaminus Atheniensem legislator Cræso Lydorū regi ditissimo ingentes ei opes ostentanti intrepidè dixit, *nenim enim esse felicem, dum viueret, eum temporum varietati subiaceret.* & cum de mox iudicari, beatus ne quis fuerit, cum extremum vitæ diem morte confecisset. Cuius sententiæ Cræsus quauquam tunc fuit irrisor, postea tamen meminuit, cum captus à Cyro ad vitæ exitum vocaretur. Authores sunt huius historiæ: Herodotus libro primo, & Plutarchus in vita Solonis, & alij. Hanc Solonis sententiam confirmat Darius Persarum rex, qui Alexandrū Macedonem contemnens bello eum aggressus est, de quo Alexander exiguis copijs victoriam reportauit. Ditissimus fuit Darius, & fastu ac potentia mortales omnes superabat: sed in tantam incidit calamitatem & inopiam, & ignominiam, vt amitteret regnum, & opes, & videret exercitum suum profligatum, uxorem & filias suas captiuas, & eos quos amore prosequabatur, interfectos. Et cum esset vulneribus traectus, et mortem in visceribus haberet conceptam, petijt à Polystrato poculum aquæ, quæ cum huius obbibisset, Ad id inquit, ærumnarum perueni, vt tibi beneficius hoc, quod in me contulisti, nullo possim premio recipere. Quibus dictis efflauit anima, significans interruptis ac moribus iudicibus in quâ infimam miseriam ex alto dignitatis gradu incidisset. Auctor est Ioannes Mo-

Monachus post Quintum Curtium in vita Alexandri. Multos silentio prætereo, qui cum ingentibus opibus, & magna potentia florissent, in grauissimas ærummas ad extremum inciderunt. Sed dices fortasse: Cur permittit deus, ut impij tyranni aliquando diuitijs circumfluant? Huic obiectioni respondit quondam Dionysius tyrannus in hunc modum, vt refert Eusebius libro de præparatione euangelica octauo. Vt animalibus, quæ saginantur, solet copia cibi & potus offerri, non ad aliud quam ad eorum perniciem, vt occidantur, & comedantur, sic mundus eos reficit & recreat aliquando, qui sunt intolerandis vitiorum labibus contaminati, vt eos interficiat, & deuoret. Vt arborum rami nimia vbertate, & fructuum pondere franguntur, sic multis immoderata diuitiarum affluentia & prosperitas perniciem machinatur. Et quemadmodum ab excelso potentia loco, à mundi gloria fastigio multi præcipientes ad extremam ruerunt ignominiam, ita à virtutum vertice ad infima & execranda flagitia. Id voluit diuina scriptura in illa altissima scala significare, quæ vidit Iacob, per quæ quidam ascendebant, quidam verò descendebat. Cecidit ex scala ille, qui aiebat: Adhæsit pavimento anima mea. Qui antea erat in cacumine constitutus, ruit in terram, vbi prostratus pavimento adhærebat. Ideo ait diuus Paulus: Qui stat, videat, ne cadat. Hoc homini illi euenit, qui descendebat à Ierusalem in Iericho, & in cidens in latrones, fuit omnibus virtutum ornamentis spoliatus. Qui à virtute, à gratia, ab animi securitate & quiete, à visione pacis, qui denique à Hierosolyma in peccatum mortiferum, in mundi scelera, in pestilentia flagitia, qui denique in Iericho descendit, & ab scalæ fastigio ad pavementum cecidit, in latrones incidit immanissimos, in impios cogitatus, in demonem carnem, & mundum, crudelissimos animorum inimicos;

qui in illū irruerūt, omnibusq; virtutum diuitijs spoliauerūt, grauissimisque vulneribus sauciū deformatū. Vt autē intelligeremus peccatū summē deo displicere, noluit Christus hominē illū nominare: tātūm ait: Homo quidā descendebat de Ierusalem in Ierichō. Eodē modo cum Christus historiam narraret de iusto mendico & diuite epulone, dixit medicum appellari Lazarū, nomen autem diuitis impij noluit exprimere: nominari non meretur, qui se vitijs contaminat. Discipulis suis dixit: Christus: Nomina vestra scripta sunt in cælis. Et diuus Paulus in epistola ad Philippenses, vbi adiutorium suorum meminit, subdit: Quorū nomina sunt in libro vitæ. De impijs verò ait psalmographus: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Idem videtur esse & iustorum & viuentium liber: qui nō scribuntur cum iustis, etiam cum viuus non scribentur: iustus enim ex fide viuit. Diuus tamen Hilarius existimat in libro viuentium eos esse, qui omnia legis præscripta seruabant absque Christi cognitione, iuxta id quod ait apostolus in epistola ad Galatas: Quia qui fecerit ea, viuet in illis. in libro autem iustorum eos scriptos esse; quibus iustitia Christus factus est. Itaque in libro viuentium scriptum esse; est iuxta eius sententiam, prædestinatum esse ad vitam, esse autem in libro iustorum scriptum, est esse iam per Christum iustificatum. Et vt hic homo, qui descendit à Ierusalem in Iericho, quem deus ob eius flagitium noluit nominare, ruit ad dedecus & miseriam, ita magni principes à mundi gloria ad infamiam interdum descendunt, & amissis opibus & honoribus ad cæcas illas & æternas tenebras relegantur, vbi perpetuis cruciatibus torquentur. Huiusmodi fuit rex Assur, & rex Aegyptius; vt hoc loco diuinus noster vates testatur. Hic est verus, & germanus meo quidem iudicio

cio huius capituli sensus. Poteris nihilominus per regem Assyrium Lucifer intelligere principem apostatarum angelorum, qui superbia elatus è coelo cecidit in infernum, per regem verò Aegypti antichristum. Et tunc est sensus: Si Lucifer cecidit è coelo in infernum, cum esset angelus dei, quomodo tu ô antichriste non corrues, cum sis homo, si quidem es incredibili superbia elatus?

✠ Annotationes ex hebræo in caput XXXI.

Fronibus nemorosus. Septuaginta habet: Densus in vmbra. Pagninus: Ramis densis in umbrans. Quæ omnia in idem recidunt: In hebraico est *חֵרֶם שֵׁרֶץ* cho rex metsal. Nomen chorex proprie ramum significat, & aratrum: Vbi Esaias ait: In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra. Pro aratris verti potest, sicut rami. Vt sit sensus: Quemadmodū Euæi, & Amorrhæi venientibus ex Aegypto Hebræis relinquebant in sylua ramos & ligna, quæ cedebant, seque fugę mandabant, sic ô Samaria aduenientibus Assyrijs ciuitates tuas munitas relinques. Vertit autem interpret Latinus aratra, quoniam deriuatur dictio hæc à verbo *שֵׁרֶץ* charax, quod significat arare & fabricare, vt in psalmo: Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Quæ verba in hunc modum vertit ex hebræo diuus Hieronymus: Supra ceruicem meam arabant arates, prolongauerunt sulcum suum. Et Felix: Supra dorsum meum arauerunt arantes, protraxerunt sulcum suum. Vult significare imposuisse sceleratos homines eius dorso grauissimum pondus, & acerbissimas in illū cõtumelias iecisse, quibus eū dominus leuauerat. Ipse e-

nim ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Significare autem verbum hoc arare in dicat apertè locus ille Osee: Arastis impietatem, iniquitatem mesciistis. Significat etiam filere, & obsurdescere, vt in psalmo: Deus meus ne fileas à me. Vel, vt potest verti: Ne obsurdescas mihi. Prophetica loquendi forma & consuetudine tum deus dicitur respondere fundeti preces, cum eum exaudit, eiq; postulata concedit: tum autem dicitur filere, cum non exaudit, & orantis voluntati resistit, aut ei petita nō largitur. Loqui deum idem est quod facere: Ipse dixit. & facta sunt: tacere autem & filere est non facere. Videbatur deus Dauidi filere, cum permittebat affligi, & varijs calamitatibus torqueri, & exagitari. Ideo has pias & ardentis voces ad dominum fundebat: Ad te domine clamabo: deus meus ne fileas à me, ne assimiler descendentes in lacum. Clamabo dixit Hebræorum more, pro, clamio iugiter. Significat præterea verbum hoc cogitare, & machinari: ideo Prouerbio ram illud. Errant, qui operantur malū: vertit Pagninus: Errant cogitantes malum. Potest verti: Frustrabuntur, qui malum machinantur. Ab hoc verbo deriuatur nomen charax, quod significat artificem ab excogitando, quod solers & ingeniosus artifex nihil faciat absque cogitatione, & deliberatione, & consilio. Vel à tacendo quod alios faciat filere, & attonitos reddat atque stupefactos. Eam ob causam erat Patauij statua Titi Liuij super fores prætorij claudens os digitis suis. Voluerunt imaginis illius opifices significare, tantam fuisse Liuij eloquentiam, vt alios redderet stupidos & admirantes, eisq; indiceret filētium. Proprie tamen nomen hoc significat fabricam lignarū: locus autem arborum & lignorū, ex quibus ille efficit opera sua, dicitur chorah. Vnde chorex significat arboris ramū, & ipsius rami frondes: &

simile.

simile.

Genes. 28.

Psal. 118.

1. Corint. 10.

Luc. 10.

Luc. 10.

Luc. 16.

Luc. 10.

I Philip.

Psal. 68.

Haba. 2.

Rem. 1.

Gal. 3.

Esa. 17.

Psal. 28.

& hanc significationem secutus est noster interpres, dicens: Frondibus nemorosus.

Riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Pagninus habet: Ad vniuersa ligna agri. Dicitio hebraea & regionem significat & campum. Sensus est: Vorago illa opum nutrebat subditos, in omni Aegypti regione habitantes.

Operui eum abisso. In hebraico est. **אָפַרְתִּי אֶת הַיָּם** he oualitti. Verbum est aual, quod significat operire, et lugere. Ea ob causam verterunt septuaginta interpretes: Luxit eum abissus. Diximus in explanatione nomine aquarum significari populos, & ex consequente nomine abyssi multitudinem populorum. Est igitur sensus iuxta translationem septuaginta: Multitudo & celebritas gentium, & populorum regi Assyrio subiectorum, & omnes denique, qui eum viuum laudibus efferebant, mortuum deplorauerunt. Quidam vertunt: Operui super eum abissum. Vt sit sensus: Pro eius nece operui luctu omnem populum suum. Huic interpretationi fauet Pagninus, qui transtulit: Operire feci super eum voraginem sacco. Solebat quodam populus pro obitu regis se faccis induere. Per voraginem aquarum profunditatem intelligit, hoc est innumerabile hominum multitudinem, qui fuerunt ob luctuosum sui regis interitum faccis induti. Si hi pro corporis morte lachrymas fundebant, et faccis induti iacebant in squalore, nonne debemus pro animarum morte nos multo acerbius affligere? Peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem. Sin autem homo mortuus per peccatum non resurgit per gratiam, sed in lethali migrat flagitio, moritur in eternum. Quae est causa huius mortis? Peccatum. Ita dicitur in libro Sapientiae: Homo per malitiam occidit animam suam. Et Ezechiel, Anima, inquit, quae peccauerit, ipsa morietur. Sed mors haec, dum homo viuus, mori potest, & per Christi gratiam deleri. Ait enim Christus: Venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem filii dei, & qui au-

dierint, viuunt. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Stipendium peccati mors, gratia autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. At mors inferni aeterna penitus est, a qua nemo eorum, qui illic iacet, liberatur. De illa ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis: haec est mors secunda. Cum autem ignis ille sit aeternus, ut ait Christus deus noster: aeterna est etiam illorum mors, qui eo cruciatur. Ideo ait idem dominus: Ibi sunt impij in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Quae ob causam canit ecclesia: In inferno nulla est redemptio. Nec solum Christiani, sed nonnulli ex ethnicis hoc asseruerunt, quorum vnus fuit Vergilius, qui postquam in sexto Aeneidos dixit facile esse descensum ad infernum, subdit: Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Plutarchus in libro de his, qui ferius a deo puniuntur, quendam asserentem inducit, homines terribilissimos, scelerumque maculis notatissimos post mortem in obscurum quendam, & qui referari nequeat, locum intrudi. Socrates apud Xenocratam ait impij animam in occultum sub terrae locum migrare, & regionem illam aeneis catenis vndique vinciri. Mercurius Trismegistus multis etiam verbis aeternam mortem in inferno describit. In hac sententia fuit Orpheus, Iamblicus, Plotinus, et ante hos duos admirabilis ille Plato, quem Aurelius Augustinus Christianae veritati facit propinquior. Mercurij, & Platonis verba refert Coelius Rhodiginus libro 6. lectionum antiquarum. Et quauis ethnici & fide & charitate carerent, sequi in scelera nefanda ingurgitarerent, multa tamen dixerunt vera & utilia, quibus perpetua sibi famam compararunt. Vt ex vili terra pretiosum aurum aliquando producit, sic permittente deo ex infideli homine bona aliquando procedit doctrina. Et ut aurum eligitur, et terra relinquitur, sic nos ab iniquis doctrinam salutarem accipere debemus, si

Rom. 6.

Apo. 20.

Mat. 25.

Mat. 9.

Mat. 25.

simile.

eam

eam protulerint, deprauatos autem eorum mores detestari. Nec ob eorum infidelitatem debemus elegantes eorum libros contemnere, & penitus repudiare, dummodo non sint prohibiti, quimodum moderatè & cautè legere interdum, si opus sit. Vt si vigente solis aestu iter fecerimus, etiam si aliam ob causam illud faciamus, fiet natura tamen, ut coloremur, sicuti eorum libros attentè legerimus, qui eloquentia & philosophia praestiterunt, etiam si non eam ob causam, sentimus tamen orationem nostram eorum elegantia quasi colorari.

simile.

Argumentum capituli. XXXII.

Capite superiore ostendit multis verbis regis Assyriorum opes, potentiam, & celebritatem, quae omnia ad extremum miser ille princeps amisit: nam omni humano praesidio nudatus, fuit summis calamitatibus oppressus, & immaniter occisus, & ruit princeps ad exitum sempiternum. Et in fine capituli praedixit fore, ut similibus arumnis rex Aegypti videretur. Nunc eius deiectionem & miseriam verbis persequitur, & flebilibus vocibus lamentatur. Sed prius eius felicitatem describit, ut infelicitatis exaggeret magnitudinem: nulla est enim maior molestia, quam ea, quae est cum praeritae voluptatis recordatione sociata. Nichil magis calamitosum est, quam fuisse felicem: graue est magnum aliquid amittere, quod vehementer diligebas, sed facilius esset hac iactura, nisi esset rei amissa recordatio.

Caput. XXXII.



T factum est duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis assume lametum super Pharaonem regem Aegypti: & dices ad eum: Leoni gentium assimilatus es, & draconis, qui est in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & contulcabas flumina earum. Propterea haec dicit dominus deus: Expanda super te retia mea in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea, & projiciam te in terram. Super faciem agri abijciam te, & habitare faciam super te omnia volatilia caeli, & saturabo de te bestias vniuersae terrae. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram foetore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. Et operiam, cum extinctus fueris, caelos, & nigrescere faciam stellas eius: solé nube tegam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria caeli movere faciam super te, et dabo tenebras super terram tuam, dicit dominus deus. Cum ceciderint vulnerati in medio terrae, ait dominus deus. Et irritabo eos populos multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus, super terras quas nescis, & stupescere faciam super te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt super te propter vniuersas iniquitates, quas operatus es, cum volare coeperit gladius meus super facies

Sap. 12. d. 17. f.

B

Esa. 13. b.

Ioel. 3. c.

Mat. 24. e.

A facies eorum: & obstupescunt repente singuli pro anima sua in die ruinae tuae: quia haec dicit dominus deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi in gladijs fortium deiciam multitudinem tuam. Inexpugnabiles omnes gentes haec. Et vastabunt superbiam Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius, quae erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultra, nec vngula iumentorum turbabit eas.

EXPLANATIO.

ET factum est duodecimo anno. Subaudi, a transmigracione Iechoniae, mense duodecimo, qui ab Hebraeis appellatur Adar, nostro Februario respondens: Diximus enim primo capite primum apud Iudaeos mensem appellari Nisan, qui est Martius apud nos. Vna mensis, hoc est prima die Februarii. Iuxta Hebraeorum computationem fuit hoc anno a mundi creatione. 3348. anno autem ante aduentum Christi. 614. sed iuxta computationem Eusebii Caesariensis in libro de temporibus fuit anno a mundi constitutione. 4612. Afferit enim corrigisse Iechoniae transmigracionem anno mundi. 4600. hoc autem contigit anno duodecimo a transmigracione, obtinente Romae regnum. Tarquinio Prisco, Olympiade. 45.

Assume lamentum super Pharaonem. Quonia fuit a summa mundi gloria ad summam miseriam precipitatus. Hortatur nos deus ad misericordiam, quae est iuxta Damasceni sententiam tristitia in malis alienis. De illa ait Christus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et rursus: Euntes discite, quid est misericordiam volo, non sacrificium.

crificium.

Leoni gentium assimilatus es, & draco, qui est in mari. Ut leo inter terrena bruta obtinet principatum in fortitudine, & crudelitate, & draco siue cetus inter aquatilia in magnitudine & potentia, sic tu gentes omnes superas potentia, immanitate, & nominis amplitudine. Leo, ut ait Salomon in Prouerbijs est fortissimus bestiarum: Ea ob causam solet scriptura tyrannos leones appellare. Loquens David de tyrannide Saulis, eumque sequentium, qui eum ipsum ad eadem cupidissime querebant, ait: Susceperunt me sicut leo paratus ad praedam, & sicut catulus leonis habitans in abditijs. Et rursum: Salua me ab ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitatem meam. Vbi leones & vnicornes appellantur homines potentes & feri, & immanitate barbari. Psalmo. 33. ubi editio vulgata habet: Diuites eguerunt, & esurierunt: habet traslatio diui Hieronymi ex hebraico: Leones indiguerunt, & esurierunt. Ita appellat tyrannos & potentes, qui solent infirmiores opprimere. Eodem modo Esaias, Vitulus, inquit, & leo, & ovis simul morabuntur. Quibus verbis nihil aliud voluit diuinus vates significare, quam gentium indomitaram & immanium a tauris & leonibus non differentium ad pios & mites mores eorum qui mansuetudine & pietate cum ouibus conferuntur, futuram conuersionem. Loquebatur de admirabili Christi in mundum aduentu, & de Gentium ad fidem vocatione, & tunc more prophetico eas, quae fere erant propter mores ferinos praedixit relicta feritate esse ad religionem pietatis plenissimam conuertendas. Ita huc locum interpretatur vere quidem & sapienter Eusebius Caesariensis libro secundo de demonstratione euangelica, capite. 41. & libro tertio, capite. 2. Ieremias etiam volens Hebraeorum excidium per crudelem Nabuchodonosorem narrare, ait: Percussit eos leo de sylua.

ua. Aspicias igitur nomine leonis significari hominem potentem & immanem. Sed volentes antiqui significare debere potentiam cedere sapientiae, leonem pingebant caput noctuae inclinans, per noctuam Mineruae dicantem sapientiam significantes, cui leo, hoc est humana potentia se subicere debet. Poteris per leonem rapacitatem intelligere, quae est de republica proijcienda & expellenda. Id significabat Pythagoricum illud praceptum, animalia curuunguia non esse nutrienda. Id intellexit Aeschylus, cum leonis catulum afferuit non esse in republica nutriendum, sed ex ea separandum. Intelligi autem per cetum siue draconem maris mundi principes & tyrannos indicat locus ille Esaias: In die illa occidet dominus cetum, qui in mari est. Et rursus de Pharaonis interitu in mari rubro ait: Nunquid non tu domine percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare? Et psalmographus: Tu confregisti capita draconis. Et noster Ezechiel capite. 29. eundem Pharaonem, de quo loquitur in presenti, draconem magnum vocauit. Quemadmodum draco aquatilis siue cetus alios deuorat pisces, sic Pharao homines minus potentes trucidabat, & eorum veteres, illibataeque opes in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundebat. Fortasse ideo Pharao comparatur cum leone terreno, & dracone marino, quia dominum terrae, & maris se esse existimabat. Vel quia Aegypti regioni dominabatur, quae non solum magnam obtinet terrae planitiem, sed propter maximam Nili inundationem est aliquando fere tota aquarum plenissima. Et quonia haec Aegypti inundatio incipit singulis annis mense Iulio, intrante sole leonis signum, tunc enim incipit crescere Nilus, & aquarum inundatio tota aperire terram, ideo per caput leonis significabant quodam Aegypti aquarum multitudinem. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis. Hoc

est, in Aegypto aquis Nili redundante tuam fortitudinem & potentiam ostendas. Ventilare cornua est superbiam, & potentiam, & ferociam ostendere, & diuitias iactare. Metaphora a tauris desumpta. Potest dictio haec, cornu, in ablatiuo esse, ut sit sensus. Tu cornu tuo, hoc est potentia tua alios vulnerabas, & longe proiecebas. Ira intelligitur illud psalmographi: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Hoc est, si tu domine tuleris nobis opem, hostes nostros superabimus, & a nobis longe propellemus. Ventilabat Pharao superbia sua imbecillos homines, non considerans se esse mortalem, nec aduertens, esse deum summum iudicem, cui erat suorum factorum rationem redditurus. Non existimabat se esse moriturum, nec versabat in deliberando animu, sed quicquid illi veniebat in mentem, deprauato appetitu grati, absque deliberatione faciebat. A prima cogitatione ad opus nulla erat distantia, quoniam nulla intererat ratio, nulla deliberatio, nullum consilium: pro ratione succedebat voluntas, pro deliberatione voluptas. Non inquebatur, deliberandum esse diu, quicquid statuendum sit semel. Vt nostra scala quaedam est in excelso loco constituta, cuius primus gradus cogitatio est, vltimus vero opus: in medio autem sunt multi alij gradus considerationis & deliberationis. Ut autem homo facile caderet, si vellet a primo ad vltimu absque medijs peruenire, sic qui primam cogitationem statim exequitur absque deliberatione, quae affert vtilem curam cogitandi, nec considerat, offendat nec ne deum, aut proximum, nec aspiciat rerum humanarum exitum, & mundi varietatem, facile ruit, & praecipit in exitu cadit. Oportet deliberationum gradus prius attingere, & per eos firmiter incedere, ut in vltimo & altissimo gradu tranquilli maneamus. At superbus hic Aegypti princeps ob considerationis defectu ruit in interitu miserabile, quem nunc noster

Ezechiel flebilibus vocibus deplorat. *Et conturbabas aquas.* Hoc est, populos: diximus capite superiore nomine aquarum populos significari iuxta illud Apoc. 17. calypsis: Aquas, quas vidisti, populi sunt, & gentes, & linguæ. Vel per aquarum conturbationem intelligitur turbulenta gubernandi ratio. Princeps debet populum pascere pabulo pingui, & aquis claris & salutaribus. Aqua lucida & pura est vite modestia & tranquillitas, & pia ac catholica doctrina, iuxta illud Ecclesiastici: Ecclesia. 15. Aqua sapientiae salutaris potabit illum. Hæc est illa recreatrix aqua, de qua ait regius vates: Super aquam refectionis educauit me. At Pharaon rex Aegypti omnia miscebat, & conturbabat, erat enim impius, & immanis, & discordiae amarissimus. Poteris nomine clararum aquarum viros pios, virtute præditos, & sapientia præstantes intelligere, quos nefarius homo conturbare cõtendit, opprimere, & longius propellere, ne eius scelera aperte videantur. Camelus, ut auctor est Plinius libro. 8. capite. 18. accedens ad puras & claras aquas, prius eas conturbat, quam bibat. Nam si tranquillæ & lucidæ extiterint, tenetur camelus, videns in illis suam deformitatem & foeditatem. Aquæ lucidæ & quietæ speculum sunt, in quibus resplendent prospicientium vultus. Eodem modo viri iusti & sapientes aquarum sunt perspicuæ, in quibus veluti in claro speculo apparent non solum virtutum imagines, & earum claritas & pulchritudo, sed foedæ sceleratorum labes, & macule terrentissimæ. Ideo impij homines & sceleribus imbuti viros honestate conspicuos, & doctrina excellentes affligere contendant; in eorum cõmuni iaciunt, & ventos excitant, ut eos perturbent, & a conspectu suo longè propellant, ne coram illis impia eorum flagitia aperte conspiciantur. Efferunt se homines flagitiosi insolenter, & potètia ad aliorum perniciem abutuntur. Est memorie proditum, pictorem quendam, qui malè pinxerat gallos

gallinaceos, iussisse famulo, ut veros gallinaceos longè propelleret à tabula, ne facta comparatione eius deprehenderetur ignavia. Sic qui specie honestatis flagitia cooperit, qui virtutis imaginem male depingit, visos virtutibus insignes procul abigere conatur, ne ex illorum collatione eius fictæ virtutes aperte cognoscantur. Ex quo efficitur, ut homines impij vitam iustis conentur eripere, & eorum nomen ex hominum memoria funditus delere. Hæc est causa, cur nefarij Iudæi Christum deum nostrum eos à maleficijs & sceleribus deterritam, & ad virtutem & sincerum divini numinis cultum adhortantem iniurijs acerbissimis prosequerentur, neq; ab impio illo furore desisterent, donec eum maximis cruciatibus affectum, & gravissimis vulneribus confossum in manifestè interfecerunt. Ut cantharides venenosi vermiculi inter triticum vberimum & lectissimum nascuntur, & inter rosas odoriferas, & maxime florètes, sic impiorum invidia in præclaris aliorum virtutibus versatur, res pulcherrimè gestas illustrium virorum cogitat, eos comitatur, qui virtute & sapientia alijs præstant, ex quibus vera gloria efflorescit, & redundat. Hinc procedit detractio, & maledictum: est enim invidus usque adeo corruptus, ut quò clariora sint iustorum facinora, eò magis ea detestetur. Illi accõmmodantur verba illa Esaiæ: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Hanc invidiæ corruptionem innuit ijs verbis Salomon in Prouerbijs: Putredosum est inuidia. Ut vestis putrefacta non recipit abluitionem, sic anima corruptione invidentiæ putrida non facile abluatur: Quimpotius quò amplius cre-scit aliorum gloria, eò magis ipsa corrumpitur, & deprauatur. Nec solum inferiores superioribus invident, sed qui in excelso loco sunt constituti, subditorum virtute

simile.

simile.

simile.

virtute aliquando cruciantur, quæ fit, ut eos affligant, & conturbent, quemadmodum faciebat Pharaon, Cui dicit Ezechiel: Qui conturbabas aquas. *Et conculcabas flumina eorum.* Non solum quascunque aquas pedibus conculcabas, & conturbabas, sed aquarum flumina. Quidam codices habet: Flumina eorum, hoc est, aliorum agros aquis affluentes. Fortasse hoc ait propter Pharaonici exercitus magnitudinem, qui omnes Aegypti aquas poterat transiens conculcare. *Expandam super te vere meum.* Ego, ait deus, te capiam, & occidam. Metaphora est sumpta à piscatoribus retia in mare proijcientibus ad pisces capiendos & necandos. Rete suum appellat deus regem Babylonis, quò ministro homines superbos & impios euertebat. Hac dicendi exornatione usus est supra Ezechiel capite duodecimo, & decimo septimo aduersus Sedechiam vaticinans. *Super faciem agri abijciam te.* Id est, postquam fueris interfectus, proijciam cadaver tuum in terram, ubi erit aibus expositum, & bestijs. *Montes & vales implebuntur ex te.* Hoc est, cadaveribus exercitus tui. Tu morieris, & copia tuæ tecum euertentur. *Et operiam, cum extinctus fueris, coelos, & mergere faciam stellas.* Hoc est, erit tepus illud ærumnosum, doloribus & calamitatibus plenissimum. Nulla erit quies, nulla securitas, nulla oblectatio, sed terror, clades, & turbulentissima tēpestas. Audientur suspiria, gemitus, eiulatus, flebiles querelæ, & omnia mortem intentabunt. Tanta erit mœstitia & miseria vestra, ut omnia vobis obscura videantur. Nec sol, nec luna, nec reliqua astra vobis videbuntur fulgere, sed obscura esse absque vlla claritate. Nox calamitarum vestrarum omnem solis candorem dissipabit. Solet diuina scriptura magnum timorem, & acerbam ærumnas solis, & lunæ, & cæterorum syderum obscuritate significare. Volens Esaias triste Babylō

notam excidium describere, ait: Stellæ Esai. 13. cœli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo; & luna non splendet in lumine suo. Et Iudeorum excidium predicens, ita deum loquentem facit: Induam coelos Esai. 50. los tenebris, & lacum pomam operimentum eorum. Eodem modo Iuel. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et noctem Ezechiel capite. 34. tempus ærumnis plenam vocat diem nubis & caliginis: Christus deus noster in euangelio: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Latini etiam per tempora nubibus operata calamitatem significant. Vnde ingeniosus poeta primo de tristibus: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Verum sunt, qui hæc diuinarum literarum loca de signis intelligant diē iudicij præcedentibus, cum deus venturus est iudicatum viuos & mortuos. Sol autem, & luna, & stellæ contra naturam suam obscurabuntur, ut ostendant esse alienum à clementissimo deo. ostendere rigorem in districtissimo illo ultimo iudicio. Ostendent igitur cœli mœrorè, quia deus ille, qui semper pius est & misericors, cuius proprium est misereri, tunc durè castigabit reprobos, & ad supplicia æterna absque vlla remissione relegabit, eò iustitiæ rigore vrens, qui à blanda & suavi clementia sua, & antiqua pietate videbitur alienus. Ille enim est, qui vult omnes homines saluos fieri: qui est pater misericordiarum, & deus totius consolationis. Sed tunc se veritatem iustitiæ exercebit, & districtè iudicabit. Qui signa hæc ad mysticam intelligentiam traducunt, per solem intelligunt principes ecclesiasticos, per lunam seculares, per stellas monachos; qui in religione tanquam in cœlo fixi alios debent virtutum splendore illustrare: qui tales esse debent, ut possint dicere cum apostolo: Conuersatio nostra in cœlis est. At tunc sol obscuratur, & luna non

sup. 12. & 17.

simile.

Esa. 5.

Prouer. 14.

simile.

1. Timo. 2.

2. Corint. 1.

Philip. 3.

splendet claritate, cum principes & principes, cōtemptra iustitia & æquitate, posthabita religione, affectibus gubernatur, & gubernant, & iniquitate concitati falsis voluptatibus ducuntur. Stelle de cælo cadentes sunt monachi illi, qui solitariam quietem, & monasticam tranquillitatem relinquunt, & ad mundum reuertuntur. Ut enim pisces nonnulli marini aquam flauiorum dulcem fugiunt, amara autē, & maris falsedine delectantur, sic nonnulli tranquillam religionis obseruantiam despiciunt, & turbulenta mundi tempestates eligunt, dulcedinem vitæ contemplatiuæ fastidiunt, & ad amaras mundi perturbationes decepti homines rapiuntur. Sed qui solitudinem & quietem colunt, & eorum, qui ad mundum redierunt, sciunt pericula, flagitia & calamitates, illis similes sunt, qui ex terra aliorum naufragium intuentur.

Nigrescere faciam stellas. Hoc nunquam fuit, si vt litera sonare videtur, intellexeris: sed voluit significare fore, vt omnia Aegyptijs tristitia & obscura apparerēt, etiam astra splendidissima.

Dabo tenebras super terram tuam. Obscuro sole obscuratur etiam terra. Sic vitiofo rege, & flagitiorū labibus corrupto, populus quoq; sceleribus cōtaminatur.

Et irritabo cor populorum multorum. Subaudi, contra te: cum te afflictum captiuū duxero ad gentes tibi penitus ignotas. Vel sic: Concitabo aduersus te populos multos, cum calamitatem tuam perspectam fecero nationibus illis, ad quas tui post cladem tuam confugerint.

Cum volare coeperit gladius meus super facies eorum. Hoc est, cum gladius iræ meæ vibrare, & coruscare coeperit ante facies eorum. Poteris per gladium dei Nabuchodonosorē intelligere, quo deus impios occidebat. Eodem modo apud Esaiā appellat deus regem Assyrium virgam furoris sui. Impius Tamorlanus, qui attritis Turcis eorum imperatorem catenis vinctum, curru, quo vehebatur, ad-

iunxerat, qui Armenos, Persas, Aegyptios, Damascenos superauerat, & infinitam hominum multitudinem immaniter interfecerat, dixit se esse flagellum dei: & vt ait Palmerius Florētinus, quocunque eius transcederat nomen, sola fama, quasi fuisset missus a deo peccatorum vltor, terribilis imminebat. Sabellicus libro octauo exemplorum refert, eū roganti cuidam, cur nullis precibus flecteretur, toruo ac excādescenti aspectu respondisse: An tu me hominem putas, & nō potius dei iram ad hominum perniciem in terris agentem? Idem aiunt dixisse Lupo episcopo Cretenfi Hunorum regem crudelissimum. De huiusmodi hominibus dixit Salomon in Proverbijs: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

Et dissipabitur multitudo eius. Nam Aegyptij partim fuerunt occisi, partim capti, & in diuersas partes dispersi.

Quæ erant super aquas plurimas. Idest, super agris aquarum abundantibus.

Et non conturbabit eas pes hominis vltra. Idest, tanta erit Aegypti solitudo propter hominum excidium, & iumentorum interitum, vt multo tempore nec hominis, nec iumentum pedibus aquæ eius conturbentur. Vastationem Aegypti à rege Babylonis venturam his verbis prædicit.

Tunc purissimas reddam aquas eorū, & flumina eorum quasi oleū adducam: ait dominus deus: cum dederō terram Aegypti desolatam: deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius, & sciēt, quia ego dominus. Planctus est, & plangent eum, plangent eum filia Gētiū, super Aegyptum, & super multitudinem eius plangēt eum, ait domi-

nus

D nus deus. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mēsis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti, & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terram, vltimam, cum his qui descendunt in lacum. Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircuncisis. In medio interfeutorū gladio cadent. Gladius datus est: & attraxerūt eā, & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircuncisi, interfectique gladio. Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eorum: omnes interfecti, & qui ceciderūt gladio, quorū data sunt sepulchra in nouissimis lacu. Et facta est multitudo eius per gyrū sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentesq; gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viuētium. Ibi Aelam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui: omnes hi interfecti, ruentesq; gladio, qui descenderunt incircuncisi ad terram vltimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viuētium, & porterūt ignominiam suam cum his, qui descenderunt in lacum. In medio interfeutorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchra illius. Omnes hi incircuncisi, interfectique

gladio: dederunt enim terrorem suum in terra viuētium: & porterūt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum: in medio interfeutorum positi sunt.

Tunc purissimas reddam aquas. Alij verunt: Tunc profundas reddam aquas eorum: sed eadem manet sententia, solent enim aquæ atra limpida esse, & tranquillæ.

Et deseretur terra à plenitudine sua. Idest, cum terra Aegypti fuerit hominibus & iumentis destituta.

Planctus est. Hoc est, hæc est lamentatio, cuius supra memini, ad quam me dominus inuitauit. Eodem modo apud Esaiam: Vocauit dominus deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum. Et Amos, Ego, inquit, leuo super vos planctum. Supra etiam dixerat deus Ezechieli capite. 19. A flume planctum super principes Israel. Et capite. 28. Leua planctum super regem Tyri.

Et factum est in duodecimo anno. Eodem anno & eodem mense facta est hæc visio cum superiore, sed non eodem die: præcedens enim facta fuit prima die mēsis, hæc die quintadecima: præcedens nouilunio, hæc plenilunio. Lamētatur Ezechiel descensum Aegyptiorum ad infernum.

Et detrahe eam ipsam, & filias gentium robustarum. Hoc est, vaticinare non solum Aegyptiorum multitudinem, sed filias gentium, hoc est ciuitates aliarum regionum Aegypto vicinarum esse ad inferos proijciendas, atque in tenebrosam pœnarum lacum relegandas. Infernum vocat terram vltimam, & lacum. Quare de re præcedente capite differuimus.

Quo pulchrior es, descende. Pro descendes: imperatiuus pro indicatiui futuro, more scripture. Alloquitur Pharaonem, ac si dicat: Quanto es alijs affluentior delicijs & opibus, tãtò durius in inferno torqueberis. Quò quis blandius carnem nu-

Kk 3 uit,

trit, eamque blandius reficit illecebris, & corporis pulchritudinem animæ pulchritudini anteponit: quod est potētior, & turpibus voluptatibus inquinatior, eod acerbioribus cruciatibus punitur: iuxta illud Sapientia: Iudicium durissimum in his, qui præfunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia, potētes autem potenter tormenta patiētur. Et iuxta illud Apoc. 18. Apocalypsis: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Est enim coercenda caro, & abstinencia domanda, atque iuxta Pauli apostoli sententiam, cum vitijs & concupiscentijs crucifigenda. Vt enim equo ferocienti, & fessori minimè obtēperanti pabulum subducitur, & pro hordeo tribuitur ei palea, sic carni nostræ spiritui aduersatrici, & ob dapes, & delicias, & epularum varietates rationi rebellatrici subducēda est escarum copia, & cibus sobrius suppeditandus: vt sedata & castigata animo fessori suo libenter obediat. Audi diuum Paulum dicētem: 1. Corint. 9. Castigō corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Domato corpore, & in seruitutem redacto, liberius insurgit spiritus ad obsequium dei, & ad diuina mysteria contemplāda. Nam, vt ait idē 2. Corint. 4. apostolus, Licētis, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Vt inimici in obsidione se dedunt hostibus, si illis alimenta auferantur, ita caro & sensualitas hostes animæ ablatis epulis se tradunt ipsi animæ, & ieiunio inutilia desideria coercētur. His causis adducta sancta mater ecclesia Romana catholica, ieiunia instituit à tempore apostolorum non sine exemplo Iesu Christi seruatoris nostri, qui in deserto quadraginta diebus ieiunauit. Cum autem ipse dicat: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, oportet nos ieiunare, vt illum sequamur. Si commortui

sumus, inquit apostolus in secūda ad Timotheum, cōuiuemus: si sustinebimus, conregnabimus. Et in secūda ad Corinthios: Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Et ad Romanos: Si filij, & hæredes, hæredes quidem dei, co hæredes autem Christi: si tamen compati mur, vt & cōglorificemur. Nōne aspici apertè opus esse compati cum Christo, vt cum illo glorificemur? Id intelligens diuus Ioannes Chrysofomus ait: Si vis regnare cum Christo, patiaris cū Christo. Nostra in hac vita beatitudo in Christi imitatione consistit. Sed cum imitamur eos, qui Christū imitati sunt, Christum ipsum imitamur. Eam ob causam aiebat diuus Paulus in prima ad Corinthios: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed diabolus, qui Christū tentauit, vt frangeret ieiunium, & comederet, videns nihil aduersus Christū profecisse, se ad eius membra conuertit, Christianis suadens, vt ieiunio repudiato, epulis se dedant, & corporis voluptatibus. Et his suggestionibus & insidijs magnam hominum multitudinem hac nostra ætate decepit, & omnino superauit: qui contempto ieiunio, defecerūt à fide, seq; ad Lutheranos contulerūt, qui à diabolo possessi ieiunia irrident, alimentorum abstinentiam subsannant, sese que totos in turpes voluptates ingurgitant. Tandem sequūtur magistrum suū Lutherū, hominem deditum ventri, libidinū facibus incensum, qui nocte quadam ob nimiam comestationē & ebrietatem fuit morte subita correptus, & à dæmone subfocatus. Hic est præceptor, quem hæretici nostri temporis sequuntur: qualis magister, tales discipuli. Et cum sint ab ecclesia catholica separati, & Satanæ synagogæ addicti, & lumine gratiæ destituti, se vocant euangelicos, & Christi sectatores: cum tota eorū perfidia in hoc potissimum consistat, nempe in euertendo & conculcādo Christi euangelio, & ipsius, eiusq; apostolorum imitatione

imitatione delenda. Vnde ieiunium vituperant, quod Christus obseruauit, & miris laudibus extulit. Tanta est ieiunij vis, vt interrogantibus discipulis quare non potuissent dæmoniū quoddam eijcere, responderit Iesus, vt asserit in euangelio diuus Marcus: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Sed quoniam ieiunium eijcit dæmoniū, præcipit ipsum dæmonium Lutheranis ieiunium penitus repudiare. Nec solum Christus ieiunauit, & ieiuniū laudauit, sed etiam voluit eius modū docere, ne restam eximia ob inanē gloriam amitteretur. Eam ob causam ait: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Nilominus tamen audent hæretici ieiunium irridere, & repudiare. Nōne illud est euāgeliū Christi velle delere, eiusq; doctrinam extinguere? Quis nō videt? Et tamen tanta est eorū insania, tam intolerabilis insolentia, tam detestanda superbia, tam impudens obstinatio, vt se euāgelij vindices esse, & ecclesiæ catholicæ instauratores iactent, & Christi, ac apostolorum imitatores appellēt. O inaudita dementia, o cæcitas deploranda! Per diuinum vatem Ioelem ait ita deus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. In libro Tobia sunt hæc verba literis consignata: Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recōdere. In libro Iudith: Scitote, quoniam exaudiet dominus preces vestras, si manētes permanseritis in ieiunijs. Diuinus psaltes cecinit: Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleū. Et alibi: Humiliabam in ieiunio animam meam. Et iterū: Operui in ieiunio animam meā. Esdras libro primo: Prædicaui ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram domino deo nostro. Moyfes ieiunauit quadraginta dies, similiter & Elias: quā ob causam ait diuus Hieronymus eos paruissse in monte cum Christo transi-

gurato, qui quadraginta dies ieiunauerat. Ideo aiebat diuus Paulus apostolus in epistola prima ad Corinthios: In omnibus exhibeamus nos metipfos sicut dei ministros, in vigilijs, in ieiunijs. Quid poterunt ad tantam nubem testimoniorum diuinorum hæretici respondere? Quid contra hæc poterunt dicere illi, qui nomen Christianum pro Lutheranico mutarunt? qui Christum pro Luthero reliquerunt? Abstulerunt ieiuniū, deleuerunt abstinenciam, tradiderunt se totos epulis, & potibus, & voluptatibus, prædicant libertatem carnalem, spiritus libertati inimicam, & audent se Christi cultores, veri Christianismi reformatores appellare. O cultores Bacchi, o sectæ Epicuræ instauratores! Creuistis libertate ipsa Mahumetica liberiore accedētē, & vultis arcem sanctæ ecclesiæ Romanæ munitissimam & tutissimam expugnare, & Iesu Christi, ac sanctorū patrum doctrinā penitus delere: sed illud nūquam poteritis efficere: est enim sancta & vniuersalis Romana ecclesia turris illa Dauidis, ex qua mille pēdent elypei, & omnis fortium armatura: de qua ait deus noster: Et portæ inferi non preualebūt aduersus eam. Inferi portæ sunt impiæ hæreses vestræ, quæ etsi ecclesiā oppugnent, eam tamen nunquam expugnabunt: imò Christiani inuicti semper in vera fide permanebunt. Stat enim firma dei promissio illis facta: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationem seculi. Doleo Lutherani, & agrè fero vestram ruinam, & ob excidium vestrum vim lachrymarum profundo: qui ex veritate in errorem excidistis, ex ecclesia in Lutheranismū, ex fide in perfidiā: ex excelso illustri gloriæ gradu fuistis in summam ignominiam præcipitati, ex qua estis in æternos inferni cruciatus relegandi, nisi vos ad fidem cōuerteritis, & ad sanctam, ac piā matrem ecclesiam confugeritis, quæ vos visceribus misericordiæ recipiet, si ad eam

volueritis supplices accedere. Sed dice-
tis fortasse, esse in sancta scriptura locū
aliquem, qui faciat aduersus ieiunium, qua
in re apertissime fallimur. Nihil est in
diuina literis talis locus, nisi vos illū fin-
gatis; aut deprauetis sensum autem, quē
de promittis ex illo, falsus est, & impius,
& toti scripturae sancte repugnans. Qua
res non est, cur eadem sensum summis lau-
dibus efferauerit, & a reū voceris. Vt autē
extra tēplū nō erat sanctificatiō, nā tēplū
nō sanctificabat aurū, quod extra ipsum
erat; sed quod erat in ipso, sic sensus ex-
tra diuinā scripturā, licet quibusdā admi-
rabilis videatur, sanctus tamen non est,
nā sancta scriptura nō approbat sensum
ipsi repugnātem, qui extra illam est, sed
qui in ipsa est, & cum illa coheret, non
approbat sensum falsam, impium, here-
ticum, qualis vester est: sed verum, piū,
catholicum, cuiusmodi est ille, quem te-
net sancta mater ecclesia Romana; quae
abstinentiam a cibis, & vitijs laudat, &
asserit tantō vnūquemq; maiore prae-
nam mereri, quanto magis fuerit de deli-
ctis ventri, & turpibus delicijs & dilec-
bris. Quod enim quis maiore studio cor-
poris pulchritudinē affectauerit cōtem-
ptis ornamentis animi, eō ad acerbiora
tōrmēta descēdet, quē admodū hoc loco
ait Ezechiel. Sed de ieiunio ea poteris vi-
dere, quae capite. 16. diximus, verba illa
explanātes: Saturitas panis, & abūdātia.
Et dormi cum incircūcisis. Hoc est, cum
sceleratis, qui corde sunt incircūcisi, dor-
mies: iacebis inter eos, qui fuerunt gla-
dio interfecti tu, & Aegyptij tecum.
Gladius datus est. Subaudi, a deo regi Ba-
bylonis: ei enim dedit deus facultatem
Aegyptios interficiendi.
Attraxerunt eam. Subaudi, Aegyptiū.
Sēsus est: Babylonij Aegyptios ad mor-
tē adduxerunt.
Ibi Assur, & omnis multitudo eius. Hoc est,
in inferno est rex Assyrius, & ij, qui cum
eo occisi fuerunt. Capite superiore dixi-
mus, fuisse hunc Assyrium a rege Baby-

lonis victum, & interfectum ante Phari-
raonis euerfionem, & magnam cum eo
Assyriorum multitudinē. Hos omnes,
nempe regem, & eos, qui eius impietate
secuti sunt, ait hoc loco Ezechiel, fuisse
in nouissimis lacu, hoc est in inferno se-
pultos. Haec tēdē exornatione vsus est
diuus Lucas, dicens: Mortuus est diues,
& sepultus est in inferno. *Luc. 16.*
Hoc est, in hoc mun-
di globo. Terra viuentiū est orbis terra-
rum, cui opponitur terra mortuorū, quae
est infernus. Vel per terram viuentiū in-
telligit Iudaeā, in qua iusti erant, qui viu-
dicuntur: Impiorum quae dicitur vita,
mors est. Omnis illa terra, vbi viget ve-
rus dei cultus, spes, fides, charitas, est ter-
ra viuentiū: atqui in Iudaea haec omnia
vigebāt, ea igitur erat viuentium terra:
In Iudaea erat illustre nomen domini, &
vt ait regius ac diuinus vates: Notus in
Iudaea deus, & in Israel magnum nomē
eius: Fuisse autem Iudaeam perterritā a
Syriorum rege indicat diuina scriptura
quarto Regum, & secundo Paralipome-
non, & capite. 36. & 37. Esaia. Haec est
terra illa, de qua aiebat diuinus psalter:
Credo videre bonardni in terra viuenti-
um. Erat tunc David exul a Iudaea, a
Saulē vndiq; oppugnatus, & periculis in-
credilibus cinctus: sed sperabat fore, vt
post longum exilium, & graues calami-
tates Hierosolymam rediret, vbi tem-
plum, & diuinum cultum, & arcā domi-
ni conspiceret. Euthymius tamen cum
alijs nōnullis in illius versiculi explana-
tione per terram viuentium hunc mun-
dum intelligūt, vt dicat David. Cecidif-
sem animo, nisi credidissem fore, vt in
hac vita regno meo potirer mihi diuini
tus promisso, & bonis illis, quae mihi do-
minus pollicitus est viuenti. Vel per bo-
na dñi intellige Christum, quem David
sperabat visurum in terra viuētium, hoc
est in ecclesia dei: ipse enim vt par est
credere, cum Christo resurrexit, eumq;
vidit, & letatus est in die illo resurrecti-
onis,

psal. 117. nis, de quibus die ipse cecinerat: Haec est
die, quam fecit dñs, exultemus, & late-
mur in ea. De qua dixit Christus: Abra-
ham exultauit, vt videret diem meum,
vidit, & gauisus est. Abraham enim fuit
vnius ex illis, vt credibile est, qui cū Chri-
sto ad vitā redierunt, de quibus ait diuus
Matthaeus: Multa corpora sanctorum,
qui dormierant, surrexerunt: & exeun-
tes de monumentis post resurrectionem
eius venerunt in sanctam ciuitatem, &
apparuerunt multis.
Ibi AElam. Hoc est rex AElamitarū,
qui gladio interfecti ad inferos descen-
derūt. Diuus Hieronymus hoc loco ait
AElamitas esse Persas. In libro autē de
locis hebraicis ait AElamitas sic voca-
tos fuisse ab AElam filio Sem. Iosephi
Flauij libro antiquitatum primo, capite.
14. haec sunt verba: Sem verō tertio Noe
filio quinque fuerunt nati: AElam siqui-
dem AElamitas, qui Persarum fuit prin-
ceps, dereliquit, &c. Plinius lib. 6. capite
28. meminit AElamitarum. Quid plu-
ra? Ieremias propheta horum AElami-
tarum facit mentionem capite. 49. vbi
eorum euerfionē praedicit. Hi sunt AElam-
ite, de quibus ait in Actis diuus Lucas:
Parthi, & Medi, & AElamitae. Ait igitur
nūc Ezechiel, AElamitas in inferno
iisdem pœnis torqueri cum rege Assur.
Nam oēs hi fuerunt in infernū relegati,
quem hoc loco appellat terram vltimā,
& lacum. Quae de re supra differuimus.
Et portauerunt ignominiam suam. Idest se-
cū asportarūt opera sua ignominiae ple-
na. Ait em diuus Ioānes in Apocalypsi:
Opera enim illorum sequūtur illos. Vel
portauerūt ignominiam suā secū cū his,
qui descēderūt in lacū, hoc est, hi & alij,
qui ad aeternos cruciatus descēderūt, nō
solum hīc dum viuerēt, erāt ignominia
affecti, sed in aeternū erūt ignominiosi.
Posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius.
Hoc est, demones posuerūt infernale ha-
bitaculū AElam regis AElamitarum in
ter vniuersos populos, qui dum viuerēt,

paruerant ei. In circuitu eius erant se-
pulchra populi sui.

Ibi Mosoch, & Thubal, & om-
nis multitudo eius: in circuitu eius
sepulchra illius: omnes hi incircū-
cisi, interfectiq;, & cadētes gladio,
quia dederūt formidinem suam in
terra viuentium. Et non dormient
cum fortibus, cadentibusq; & incir-
cuncisis, qui descenderunt ad infer-
num cum armis suis, & posuerunt
gladios suos sub capitibus suis: &
fuerunt iniquitates eorum in oēs
bus eorum, quia terror fortium fa-
cti sunt in terra viuentium. Et tu er-
go in medio incircūcisorum con-
tereris, & dormies cum interfectis
gladio. Ibi Idumaea, & reges eius, &
omnes duces eius, qui dati sunt eū
exercitu suo cū interfectis gladio,
& qui cum incircūcisis dormie-
runt, & cum his, qui descenderunt
in lacum. Ibi principes Aquilonis
omnes, & vniuersi venatores, qui
deducti sunt cum interfectis, pauē-
tes, & in sua fortitudine cōfusi, quia
dormierunt incircūcisi cum inter-
fectis gladio, & portauerunt confu-
sionem suam cum his, qui descen-
dunt in lacum. Vidit eos Pharao, &
consolatus est super vniuersa mul-
titudine sua, quae interfecta est gla-
dio, Pharao, & omnis exercitus ei,
ait dominus deus. Quia dedit terro-
rē suū in terra viuentiū, & dormiuit
in medio incircūcisorū, cū inter-
fectis gladio, Pharao, & omnis mul-
tudo eius, ait dominus deus.

Esa. 66.

Ibi Mofoch, & Thubal. Mofoch est Capadocia, Thubal est Hispania. Sunt qui per Thubal intelligat Italiam, quoniam apud Esaiam capite ultimo, in loco illo: Tenetes sagittam in Italiam, pro Italia est in hebraico Thubal, pro quo septuaginta habent Thobel. Paulus Burgensis explicans huc Ezechielis locum ait per Thubal Hispaniam significari. Lyranus per Thubal intelligit Iberiam: quod in idē recidit: Iberia enim est Hispania. Sed quoniam duplex est Iberia, vna orientalis, altera occidentalis, orientalis est iuxta Pontum inter Colchida & Armeniam, occidentalis est Hispania, non deest, qui asserat hoc loco Thubal Iberiam orientalem significare. Fuit Thubal nepos Noe ex filio Iaphet, vt ait Hieronymus & Eusebius, qui condidit Hispaniam anno à diluuiō centesimo quadragesimo, ante Troiam conditam annis septem & triginta super sexcentos, & ante annum Christianæ salutis annis quatuor & septuaginta supra centum & duo millia, vt videre licet apud Eusebiū, & Berosum. De his duobus nominibus Mofoch & Thubal differuimus capite. 27.

Sup. 27.

Et non dormient cum fortibus. Id est, non sepelientur cum incircuncisorum magnatibus, qui morte naturali non violenta excesserunt è vita, qui vt strenui equites honorificè fuerunt sepulti cum mundi pompa & gloria. Sed potius interficiētur gladio, & iacebunt in campis insepulti, feris, & volucris expositi: & eorum ossa in vltionem, & supplicium suorum scelerum confringentur. Hoc ideo ait, quia solebant tunc, qui fuerant inuicti, cum armis sepeliri, quibus antea induti pugnauerant, vt ostenderent nunquam se arma amisisse in bello. Sed quoniam erant sceleribus contaminati, ad infernū descendebant. Non solum dum viuerent, iniqui erant, sed post mortem in eorum ossibus videbatur quodammodo eorum nequitia inhærere. Id for-

asse significant verba hæc: Et fuerunt iniquitates eorū in ossibus eorum. Sunt nonnulli, qui proponunt flagitia in eternum committere, & quauis moriatur, non tamen moritur impium eorum desiderium. Contrā verò viri iusti parati sunt ad virtutum actiones in æternum: & licet eis vita desit, non deest tamen prompta voluntas. Eam ob causam dicebat regius vates: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternū propter retributionem. Vel, vt potest verti ex hebreo: propter finem. vt sit sensus: Ego considerans finem rerum, parui domine cor meum, ad seruandas leges tuas in æternum. Non tamen me fugit, posse literam illam ita disponi: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem æternā. Est autem retributio æterna ipse deus, quo beati in cælo fruuntur, qui eius præcepta in hac vita fideliter seruauerunt. Poteris per arma, cum quibus ait Ezechiel, impios ad infernum descendere, eorum membra intelligere, de quibus ait apostolus in epistola ad Romanos: Nō exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo. Quemadmodum iustorum membra arma sunt, quibus ipsi aduersus hostes animæ pugnāt, ita impiorum membra arma sunt, quibus & alios vulnerant, & traiciunt, & animam suam occidūt. Filij hominum, inquit regius vates, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Vnde diuus Gregorius in Moralibus, libro nono, capite. 46. Arma, inquit peccantium sunt membra eorum, quibus peruersa, quæ concipiunt, desideria, exequuntur.

Et tu ergo. Subauditur, Pharao. Alloquitur regem Aegypti, quem dicit esse confringendum inter impios, & sepeliendum in inferno cum his, quibus vita fuit ferro erepta.

Ibi

Genes. 25.

Ibi Idumæa. Hoc est in inferno erunt Idumæi. Esau filius Isaac appellatus fuit Edom, à quo regio, quam coluit, appellata fuit Idumæa.

Jerem. 1.
Sup. 1.

Ibi principes Aquilonis. Hoc est, Babylonis. Erat enim Babylon ad Aquilonem, respectu Hierosolymæ: quamobrem solent eam diuini vates per Aquilonem significare: vt Jeremias capite primo, & Ezechiel capite etiam primo, quemadmodum ibi explicuimus, verba illa explanantes: Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.

Genes. 10.

Et vniuersi Venatores. Hoc est, omnes tyranni. Venatores enim oppressores sunt animalium, eorumque deceptores, & occisores. Loquens diuina scriptura de Nemrod, ait: Ipse cœpit esse potens in terra: & erat robustus venator coram domino. Ac si diceret: Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari genti suæ, fuitque tyrannus omnibus potentior, qui erant sub cœlo. Id quod dicitur, coram domino, hebraismus est, ac si diceret sub cœlo, seu sub sole. In hebraico est, in facie domini. Quæ verba hunc possunt habere intellectum. Erat fortis oppressor contempto conspectu dei. Quasi diceret: Non timebat deum eius scelera videntem. Exaggerare volens scriptura tyrannidē & flagitia Nemrod, ait ea fecisse in facie dei. Vel in facie dei, hoc est simulans se esse dei cultorem, & deum ante oculos habere. Vt enim subditi eum ferre possent, suadebat illis, se esse à deo missam, & ex eius decreto principatum obtinere: exercebat tyrannidem, & populum opprimebat, fingens virtutem, & tegens sub ea innumera maleficia. Non tamen me latet diuum Augustinum libro sextodecimo de ciuitate dei pro coram domino legere contra dominum: cuius ad literam hæc sunt verba: Tutam, veramque in cœlo viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad dominum, non contra dominum, sicut dictus est gigas:

Iste venator contra dominum. Hoc de promptis Augustinus ex translatione septuaginta, quæ habet: Hic cœpit esse gigas super terram. iste erat gigas venator contra dominum. In græco enim pro contra dominum est ἐναντί κυρίου. Et paulò post: ἐναντίον κυρίου. Dictio enātion significat contra, & coram. Vnde enantios significat contrarium. Quare vtroque modo potest ex græco in latinum transferri. Sed rectius est meo quidem iudicio vt transferatur coram domino, siue in conspectu domini, nam dictio enanti propriè significat, in conspectu. Diuus Hieronymus ait venatorem in literis diuinis nunquam accipi in bonam partem. Ismael & Esau venatores fuerunt, quorū vnus persecutus est odio fratrem suum Isaac, alter fratrem suum Iacob. Volens diuinus vates significare fuisse diuino fauore à periculis illis ereptum, quæ in illum nefarij ac potentes homines machinati fuerant, ait: Liberavit me de laqueo venantium. Et rursus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Hostium impiorum insidias laqueos venantium vocat. Talis erat Nemrod, qui venator appellatur, quod esset hominum oppressor, & extirpator, aut quod esset animarum deceptor.

Genes. 21.

Gala. 4.
Genes. 27.

Psalm. 90.

Vidit eos Pharao, & consolatus est. Aspiciet Pharao aliorum miseras, & communis calamitas leuabit ei quodammodo dolorem. Leuis est consolatio ex aliorum molestijs: sed efficit aliquo modo aliorū peruersio, vt ea, quæ nobis accidūt, minor videantur. Aestimabat Pharao in inferno tormenta sua leuiora, cum multis communicata. Impij in imo tartaro nullam habent consolationem, sed dicuntur quodammodo lætari, cum alios vident similibus, aut grauioribus pœnis torqueri. Qua de re ea poteris videre, quæ diximus capite præcedente. Verum præterita hæc, quibus vitur propheta hoc loco, pro futuris accipiuntur more

more prophetarum, nondū enim mortuus fuerat Pharaos, de quo loquitur in presenti.

Quia dedit terrorem suum in terra diuentium. Id est, quia Pharaos potentia sua mortales in vita hac perterruit. Quidam codices correcti habent ad marginem: *Quia dedi terrorem meum.* Quasi dicat deus: Fiet hoc, quia ego tempore suo homines terrebo.

Annotations ex hebræo in caput. XXXII.

Ventilabas cornu in fluminibus tuis. Eodem modo habent septuaginta interpretes. Ex hebraico potest rectè transferri: Educabas per flumina tua, subaudi, aquas. Pagninus vertit: Educabas flumina tua. Alij: Lasciuiisti in fluminibus tuis. Quæ omnia in idem coincidunt.

Et implebo colles tuos sanietu. In hebraico est: *מלא את ההרים טהרה*. Vnde Thargum: *מלא את ההרים טהרה*. Dicitur ramutheca potest esse à verbo *מלא* rum, quod significat extollere, vt apud Esaiam: Super astra dei exaltabo solum meum. Inde dicitur significat altitudinem, vt apud eundem prophetam: Humiliabitur altitudo virorum. Hoc est, magnatum superbia deiicietur. Et apud Habacuc: Altitudo manus suas leuauit. Id est, seculi potentia in primordijs nascentis ecclesiæ manus suas à domine aduersus discipulos tuos leuabit, eosque varijs molestijs afficiet. Quidam hoc referentes ad transitum Iudæorum per Iordanem aiunt, voluisse hoc loco prophetam significare, fluuij illius altitudinem manus suas ex parte superiore extulisse, hoc est aquas suas in tumulum eleuasse. Sed rectior est prior expositio, & diuini vatis proposito congruentior. Cum igitur verbum hoc significet leuare, & efferre

in sublime, consequens est, vt dicitio ab eo deriuata altitudinem significet & celsitatem. Quare potest hic Ezechielis locus ita verti: Et implebo colles tuos altitudine tua, hoc est acervo militum tuorum, vt capiatur altitudo pro cumulo cadaverum. Pro collibus poteris etiã vertere valles: colles enim respectu montium valles quodammodo appellantur. Vnde Pagninus habet: Implebo valles celsitudinis tue: Poteris per Pharaonis celsitudinem & altitudinem duces & magnates Aegyptiorum intelligere, quibus ipse gloriabatur. Hæc erat eius sublimitas & altitudo subditos habere illustri loco natos, fortitudine ac potentia insignes. At omnes hi in prælio ceciderunt, & fuerunt valles & colles eorum cadaveribus pleni. Potest deduci dicitio hæc à verbo ramah, quod significat projicere. Vnde quidam vertunt: Implebo valles projectionibus tuis, hoc est militibus tuis in terram proiectis. R. Dauid in commentarijs legit: Implebo valles cadaveribus tuis. Thargum: Implebo valles cadaveribus exercituum tuorum. Potest rectissimè deduci à nomine rimmah, quod significat vermem & sanietem: quam significationem secutus est noster interpret. Est enim sanies sanguis corruptus. Vnde septuaginta transtulerunt: Replebo valles τὸν αἱματός σου. Hoc est sanguine tuo.

Et irrigabo terram foetore sanguinis tui super montes. Pro foetore est in hebraico *רִיחַ טְהוֹמֹת* tsaphatheca, à verbo *רָץ*, quod significat natare, & inundare: vt apud Ieremiam: Inundauerunt, siue natauerunt aquæ super caput meum. Quibus verbis summam calamitatem, qua premebatur, significat. Vnde poterat locus hic verti: Irrigabo terram natantem siue inundantem sanguine tuo super montes. Vt sit sensus. Terra tua Aegyptia, quæ aquis inundat, nunc inundabit sanguine exercitus tui: ex quo tanta occidetur multitudo, vt interfectorum sanguis

quis montes excedat. Hyperbole est, à Cicerone appellata superlatio, qua vult ingentem Aegyptiorum cladem significare. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Irrigare faciam terram inundantem tuam sanguine tuo vsque ad montes. Potest dicitio hæc deduci à verbo tsaphah, quod significat speculari, & prospicere. Eam ob causam R. Dauid ita huic loci interpretatur: Irrigari faciam terram speculationis tuæ sanguine tuo. Ac si diceret deus: Non solum profundas valles, sed loca etiam excelsa, ex quibus tu longè distantia prospiciebas, sanguine tui exercitus rigabo. Significare autem verbum hoc speculari indicat Ezechiel deū ita inducens loquentem: Speculatorem dedi te. Sophim autem speculatores significat, & homines contemplationi, & philosophiæ deditos. Ideo verba illa primi Regū: Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, possunt rectè verti: Fuit vir quidam ab altera Ramatha, nempe ab ea, quæ est speculorum. Duo erant oppida vocata Ramatha, in quorū altero habitabāt diuini vates, & viri cœlesti philosophiæ dediti, qui Sophim, hoc est speculatores dicebantur, vbi Elcana cōmorabatur. Ramathaim est in plurali: hoc est ex vna illarum ciuitatum, quarum vtraque dicebatur Ramatha. Thargum habet: De Ramatha, de discipulis prophetarum. Vt sit sensus: Erat Elcana ab oppido Ramatha, & erat ex discipulis prophetarum, qui vocantur Sophim. Si significat etiam verbum hoc operire: & quia immunditia solet tegi, accipitur pro immunditia, & stercore, & foetore. Hac ratione ductus vertit, & rectè quidem, noster interpret: Et irrigabo terram foetore sanguinis tui. Pro quo septuaginta verterunt: Et irrigabitur terra stercorebus tuis.

Cum volare cœperit gladius meus super facies eorum. Pro, cum volare cœperit, est in hebraico: *וַיִּפְּחַק* Verbum est *פָּחַק* vph, quod significat volare, vt apud Esaiam:

Et volabunt in humeros Philistijm per mare. Ac si dicat: Et Christi discipuli pleni spiritu sancto celeriter se conferēt in Palæstinam, Syriam, Idumæam, & alias orbis terrarum oras, in quibus sanctum Iesu Christi nomen fama celebrabunt, eiusque sacrum euangelium docebunt. Significat etiam illustrare, & coruscare. Quamobrem vertit Pagninus: Cum coruscare fecero gladium meum super facies eorum.

Et non conturbabit eas pes hominis ultra. Pro ultra est in hebraico *עַד*: quæ dicitio hoc loco, & multis alijs longum temporis spatium significat, non autem eternitatem. Quæ de re capite. 26. differuimus. Est dicitio hæc deriuata à verbo *עָרַב* auadh, quod significat expoliare. Vnde verba illa psalmographi: Funes peccatorum circumplexi sunt me, possunt verti ex hebræo: Funes impiorum expoliauerunt me. Per funes impiorum cateruas intelligit hominum immanium, qui scelere & maleficio pascebantur, qui eum omnibus mundi opibus expoliauerant, eum cogentes vt domo propria relicta se in solitudinem conferret. Thargum habet: Cœtus nefariorum congregati sunt aduersus me. Sūt, qui versum illum in hunc modū explanant: Dolores, quibus me flagitiosi homines vrgent, insidias mihi parantes, & perniciem molientes, mihi tranquillitatem eripuerunt.

Quò pulchrior es. Potest verti ex hebræo: Quò magis es deditus delicijs. Verbum est naam, quod significat pulchrum esse, & illecebris ac voluptatibus delinitum. Vnde versus ille psalmographi: Et non communicabo cum electis eorum, potest ita verti: Et non comedam de voluptatibus eorum. Ac si diceret diuinus psaltes: Velim nunquam delectari his delicijs, quibus impij homines pasuntur. Vtinam animus meus nulla pestifera voluptate deliniatur, sed ea firmo proposito repudiem, & contemnam, ad quæ scelerati homines nefaria auiditate incensi

sup. 3.

1. Reg. 1.

Esa. 11.

sup. 26.

psal. 118.

psal. 140.

incensi rapiuntur.

Et dormi cum incircuncisis. Pro & dormi est in hebraico: **והשכבה** à verbo xacab, quod significat dormire, vt apud Iob. 7. Ecce nunc in puluere dormiam, & si manè me quaeris, non subsistam. Hoc est, ecce mox in terra dormiā, nam breui moriturus sum: si autè me postea quaeris, vt in me in hoc mūdo aliquod conferas beneficium, non me inuenies, cum citò sim à vita migraturus. Significat coæquare, prosternere, & deijcere: vt secūdo Regū. 8. Percussus est Moab, & mensus est eos funiculo, coadæquans terræ. Hoc est, subiugauit David Moabitas, & veluti ad faniculum, & certam mensuram eos exegit, quos voluit interficere, eosq; mortuos in terram prostrauit, & deiecit. Thargum habet: Percussit Moabitas, & mensus est eos forte, proijciendo eos in terram. Et quoniam verbum hoc significat proijcere, nomen mixcab ab eo deductum significat vas, ex quo proijcitur aqua ad manus abluendas, quod gutturnium appellatur: significat etiam stratum, seu lectum. Vnde id, quod est capite decimo septimo libri secundi Regum: Obtulerunt ei stratoria & tapetia, potest verti: Obtulerunt ei lectos & tapetia. Vel, vt alij volunt, gutturnia & crateres. Nomen enim, quo ibi vitur scriptura: nempe mixcab, stratorium, significat, & lectum, & gutturnium: ab sternendo, & proijciendo. Ideo poterat hic Ezechielis locus ita verti: Et proijcietis cum incircuncisis.

Gladius datus est. Potest verti ex hebreo: Gladio data est. Vt sit sensus: Aegypti regio tradita est gladio Babyloniorum. Ita transtulit Pagninus cum multis alijs.

Ibi Mofoch, & Thubal. Symmachus & Theodotio habent: Ibi cubile eorum. Hoc est infernus est impiorum cubile. Mofoch sonat insaniam, Thubal vniuersam, vt ait hoc loco diuus Hieronymus. Vniuersa infania habet in infernum do-

micilium suum. Omnes, qui ad infernū relegantur, insani sunt, & vifos pietate & sapientia præstantes stultos esse arbitrantur. Impios in inferno cruciatos inducit liber Sapientia in hūc modū loquētes: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Et paulò post, Pugnabit, inquit, orbis terrarum contra insensatos. Vbi vides omnes impios insanire: Hæc fuit sententia Socratica, longeque verissima, improbos omnes non solum stultos esse, sed dementes & insanos. Eā ob causam sapientiam à virtute non separabat: quæ autem esset à virtute seiuncta, eam ignorantiam esse asserbat. Non discrepabat à sententia hac diuus Augustinus, cum veram philosophiam esse diceret, deum summo amore complecti. Et si quis sit in illustri mundi gloria, & sublimi dignitate constitutus, tamen si est vitijs imbutus & contaminatus, abiectus est, & insanus: imò quò altiore obtinet dignitatem, eò maiore causa irridetur, si est flagitijs coopertus. Vt citharæ dus prodiens ornatus, pretio *simile.* sa veste indutus, varijs coloribus intexta, citharam ferens politissimam, auro & ebore distinctam, ipse præterea forma sit præditus eleganti, & apposita ad decorem, & his rebus magnam populo expectationem commoueat, si subito indicto silentio citharam absurdissimè pulset, & vocem emittat raucam, agrestem, & acerbam cum turpissima corporis actione, quò pretiosius ornatus sit, & auidius expectatus, eò magis derisus, & despectus deijcietur: sic quantò quis in sublimiore dignitate fuerit collocatus, & amplioribus bonis & mundi, & naturæ præditus, eò vehementius erit derisus & contemptus, si pulchram reipublicæ citharam insipienter attigerit, & flagitia antea occulta palam ostenderit. Quò magis cæteris rebus erat celebris & expectatus, eò maiore ratione subannabitur, & indignior censbitur.

Argu-

Argumentum capitis.

XXXIII.



Horratur populum, vt diuinorum vatum oraculis fidem habeat, ostendens obiter, quod sit & præsulis officium, & subditi. Dat operam, vt hominum voluntates à vitijs abducatur, & ad virtutem impellat. Eos, qui animo ceciderant, & in consilium suarum cogitationum desperationem adhibuerant, erigit, & spe diuinæ misericordiæ corroborat atque confirmat: ne desperatione oppressi, id experiri nolint, quod se assequi posse diffidant, sed ad deum confugiant, clementissimum patrem, animumq; transferant ad ea, quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuvantur. Narrat luctuosum Hierosolymæ excidium, quod antea prædixerat multis verbis flebilibus: & postremo impios suarum vaticinationum irrisores obiurgat.

Caput. XXXIII.



Factum est verbū domini ad me, dicens: Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra, cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terre vnum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se, speculatorem: & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audies autè quisquis ille est, tonitu-

buccinæ, & non obseruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit. Sin autè se custodierit, animā suā saluabit. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidè in iniquitate sua captus est, sanguinem autè eius de manu speculatoris requirā. Et tu fili hominis speculatore dedit te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annūtiabis eis ex me. Si me dicente ad impiū: Impie morte morieris, nō fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinè autè eius de manu tua requirā. Si autè annūtiante te ad impiū, vt à vijs suis cōuertatur, nō fuerit cōuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animā tuā liberasti. Tu ergo fili hominis dic ad domū Israel: Sic locuti estis dicētes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos: vivo ego dicit dominus deus. Nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Cōuertimini à vijs vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum,

in

in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et iustus non poterit uiuere in iustitia sua, in quacunque die peccauerit. Etiam si dixero iusto, quod vita uiuet: & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradetur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.

EXPLANATIO.

Fili hominis, loquere ad filios populi tui. Hoc est, ad Hebræos. A primo capite vsq; ad finem vicesimi quarti locutus est Ezechiel de Iudæis: à capite vicesimo quinto vsque ad finem tricesimi secundi de varijs Gætium nationibus. Nunc ad Hebræos, vnde digressa fuerat oratio, reuertitur. Idem est, loquere ad filios populi tui, ac ad populum tuum. Aduerte: Non ait deus: Loquere ad populum meum, quoniam ei non seruebat. Non erat dignus, qui populus dei vocaretur, qui deo parere volebat. Eodem modo dixit deus Moyfi in monte Sinai, cum filij Israelis vitulum aureum coluissent: Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti. Nō dixit, populus meus, sed, tuus. Vel ideo ait Ezechiel: Loquere ad filios populi tui, vt intelligant præfules, se esse patres populi, quibus conuenit eum à vitijs reuocare, ad virtutem excitare, atq; fontem illi veræ philosophiæ aperire. Ideo ait diuus Bernardus: Sollicitudo officium prælati est, non celsitudo. De Eliachim, quem constituit dominus loco Sobnæ præpositi, scriptum legimus apud Esaiam: Erit quasi pater habitantium in Ierusalem. Vnde abbas idem est quod pater.

Terra, cum induxero super eam gladium. Solent ciuitates, quæ hostium metuunt aduentum, hominē aliquem in alta qua-

dam specula collocare, qui eam ob causam dicitur speculator, vt inde possit longè prospicere inimicorum exercitum, eiusq; aduentum ciuibus nuntiare, vt se in urbem recipiant, & aduersus hostes muniant & præparēt. Ab hoc more bellico sumit Ezechiel præsentē metaphoram, à deo sibi nuntiatam, in qua inducit deum in hunc modum loquentem. Cum ego permisero, vt veniat contra urbem aliquam hostiū exercitus, illa autē ciuitas elegerit speculatore, oportet ei credere. Nam si speculator viderit inimicorum copias aduentantes, & nuntiauerit populo, populus autem se nō seruauerit, & eam ob causam perierit, culpa huius interitus sibi imputabitur, non autē speculatori. Sin autem speculator aduentū hostium silentio præterierit, & ob id aliquis fuerit captus & occisus, speculator reddet rationem huius excidij, illiq; culpa imputabitur, & vitio tribuetur, qui, cum deberet clamare, subicit. Peribit quidē populus, sed de manu speculatoris sanguinem eius requirā. Non aliter euenit ecclesiastico speculatori. Collatio est inter duos speculatores corporeum, & spirituale. Præful est speculator, cuius munus est subditis nuntiare exercitum, & insidias, & potentiam, & imminētia prælia dæmonis, mundi, & carnis. Si populus præfuli fidem habuerit, seq; aduersus hostiū tērationes munierit, & in virtutum actiones incubuerit, animæ salutem consequetur: sin autem illi non crediderit, qui potius eius monita contēpserit, seq; vitijs contaminauerit, in eternas pœnas relegabitur, & tota culpa imputabitur ei se polluenti, non autem præfuli veritatem nuntianti. Obscurant quidem quodammodo scelerati subditi præfulis nomen, & Christianæ reipublicæ splendorem, dedecorantes & religionis auctoritatem, & magistri. At si præfulvitam ad certam rationis normam dirigit, & officiorū momēta diligētē perpēdit, si toto pectore cōtēdit subditos a vit-

tiji

tiji acriter reuocare, ad virtutē incēdere, castigare improbos, præmijs afficere virtute præditos, si denique Christū imitatur, ipse inuitis impijs, & nominis celebritatem in hac vita, & in altera æternam beatitudinem consequetur: ipsi autem impij vitroque priuabuntur. At si præful fuerit diuturno silentio vsus, & flagitia non reprehenderit, nec populi salutem curauerit, peribunt quidem improbi, sed eorum exitium præfuli tribuetur, qui eam ob causam meritō damnabitur. Eadē metaphora speculatoris vsus est etiam Ezechiel capite tertio. Eri-gant igitur mentes Christiani præfules & concionatores, & hanc dei sententiā diligenter attendant. Apertē hoc loco ait deus illis tacentibus imputari populi perniciem: eorum enim munus est populum à vitijs deterrere. Quam ob causam eos, qui tacent vocat Esaias canes mutos, non valentes latrare. Et in libro Exodi scriptum legimus summum sacerdotem ingredientem sanctuarium, & ex eo egredientem tintinnabula sonantia habuisse, alioquin moriebatur. Esaiæ illius tēporis concionatori dixit deus: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuā, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Non solum debet loqui euangelicus cōcionator, sed clamare, nec solum clamare, & statim tacere, sed à clamore non desistere. Ideo ait: Clama, ne cesses. Sed non cōtēntus deus his duntaxat verbis, adiecit: Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Et diuus Paulus, imō deus per illū Timotheo ait: Prædica verbū in sta opportune importune. Argue, obsecra, increpa, in omni paciētia & doctrina. Lauans Christus pedes discipulis suis, ostēdit debere magistros, & præfules, & cōcionatores subditorū immūditias abluere reprehensionibus, & cæteris remedijs salutaribus. Ideo dominus discipulos suos, quos præfules & concionatores cō-

stituit, cum sale comparauit exulcerante, non cum melle deliniente. Væ concionatori, qui principum & magnatū gratiam aucupans, & populi laudes affectans, loco reprehensionū vitur adulationibus, & cum loquendi libertatem ostendit, tū magis adulatur. Cicuta herba est venenosa teste Plinio libro 25. capite 13. cuius succo Athenienses iudicio capitis damnatis necem inferre solebant. Sed vinum est promptū aduersus eam remedium, nam eius venenum penitus extinguit: at si cicuta parum vini admisceas, reddetur venenum perniciosius, & prorsus immedicabile, quod vini calor & vis venenum citius perforat ad cor. Sic adulatio est vitæ Christianæ venenum: sed exhortandi & reprehendendi libertas extinguit adulationem: at si non nihil libertatis cum adulatione coniungas, vt tum maximè blandiaris, cum maximè reprehendere videris, iam huiusmodi adulatio immedicabilis est. Totius enim assentationis nulla est capitalior illa, qua vtuntur illi, qui ita blandiuntur, vt libertatis amarissimi esse videantur. Tunc impletur id, quod ait regius psalmographus: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. At melius est, vt ait Salomon in Prouerbijs: à sapiente corripitur, quam stultorum adulationibus decipi. Et diuus ille Paulus admirabilis cōcinator, An quæro, inquit, hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. Et iterū: Nec enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. Intueris igitur, quæta arguendi libertate debeat vti euangelicus concinator. Sed quem admodum periti medici pharmacis amaribus dulcē aliquid admiscunt, vt eos, quorum egrorationibus mederi cupiunt, alliciant, sic prudentes concionatores reprehensionum acerbiter debent suauitate quadam, si opus sit, moderari, & ex asperitate & lenitate salutarē medicinam confi-

LI cere.

cere. Omnibus enim, quæ fiunt, & dicuntur, adhibenda est modestia & temperantia, ut perturbationum sedatio cernatur, & decorum cõseruetur. Est enim in omni re considerandum quid aptum sit, & consentaneum tempori, & personæ: tum quid in dictis actioneque deceat. Ut periti oratores in causis agendis non utuntur semper eodem statu, sed illud accommodant ad locum, tempus, & personas, prout controuersia ac litis postulant qualitates, sic prudentes concionatores & præfules non semper asperitate, nec semper lenitate utuntur, sed quid postulet ægritudo, & quam quisque curationem recipere possit diligenter aspiciunt. In primis autem opus est, ut concionaturus in studium diuinarum literarum toto pectore incumbant: est enim verbum dei lucerna, & lux, ut ait Salomon in Prouerbijs, vitæ verò via, & correctio, & castigatio. Et ut ait diuus Paulus in secunda ad Timotheum, Omnis scriptura diuinitas inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia. Sunt nonnulli, qui priusquam diuinam scrutentur scripturam, volunt concionari, & ut ventorum inanis gloriæ verba sua projiciant: quo fit, ut nullam populo afferant utilitatē. Ut poma immatura, quæ vêtoto decutiuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho profunt, sed quæ sunt imatura, & manu collecta, hæc grata & suauia sunt: sic huiusmodi conciones, quæ humani fauoris gratia habentur, quæ ante tempus veniunt, decidunt, nec dulcedinem habent spirituales, nec utilitatem in hominibus afferunt: at quæ sunt tempore opportuno ex sacris literis collectæ, & ad dei honorem dispositæ, hæc laudabiles sunt, & utiles, & suauis, & salubres. Nec satis est diuinas perlegere literas, sed oportet iuxta illas vitam degere, & postea concionari, & non semper tacere. Nam, ut ait Ecclesiasticus, Sapientia abscondita, & thesaurus occultus:

quæ utilitas in vtrisque? Et Christus deus noster: Non accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Si sacerdotibus Dianæ, quam Gentes absque fide inter falsorum numinum vanitates numerarunt, tria tempora erant cõstituta, ut ex antiquorum monumentis constare videmus, primum, in quo sapientiam discerent, & virtutes, alterum, in quo eas exercerent, tertium, in quo alios instruerent: quid faciendum censet euangelicis concionatoribus, qui debent esse admirabili sapientia præditi, insigni vitæ puritate ornati, & in magna auctoritate constituti? Ut lucerna vna alteram incendere non potest, si illa fuerit extincta; sic præsul, aut concionator alios non inflammabit amore diuino, si ille fuerit lumine eiusdem amoris destitutus: Non tamen me fugit fieri posse, ut deus per vnum flagitiosum præfulem aut concionatorem, si velit, peccatores conuertat. Nam ut herus per famulum iniquum bonam aliquando porrigit elemosynam, sic deus ministerio scelerati hominis potest ad se impios allicere. Nilominus tamen daturus est operam præsul, ut careat omni vitio, & tunc vitia vituperet. Forcipes, & emundatoria, quæ erant in templo Salomonis, quibus lampades emungebantur, ex auro erant purissimo, ut diuina litera memoria prodiderunt, ad significandam eorum puritatem, qui aliorum immunditias purgare & corrigere, eorumque scelerata obiurgare tenentur. Eorum ornamentus est speculari, & reprehendere, & vigilanter providere, & lucernam in candelabro locare. Ut hominum maledictis vulneratur, qui vitium abscondit, ne fame laborantibus subueniat, laudibus verò effertur, qui vendit illud, sic obiurgandus est præsul, qui non vult scientiam suam cum subditis communicare, nec illis honorem do-

Mat. 5.

simile.

simile.

3. Reg. 17.

simile.

tri-

strinxerit aperire, ille verò laudibus extollendus, qui docet, concionatur, & speculatoris munus exercet. Vnde Salomon in Prouerbijs: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Hinc Ieremias: Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Hic est gladius, de quo ait psalmographus: Gladius meus deuorabit carnes. Et quia Esaias gladium prohibuerat à sanguine, hoc est verbo dei non reprehenderat peccata, dixit: Væ mihi, quia tacui. Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Et qui audit, dicat: Veni. At tacet præsul, dormit nauclerus, cum periclitatur nauis: medicus, cum grassatur pestilentia: ianitor, cum depreddatur fur: speculator, cum hostium exercitus adueniat: vigil cum ciuitas obsidetur. Id intuens Chrysostomus in epistolâ ad Hebræos, Miror, inquit, si quem ex his, qui obtinent principatum, contigerit æternam beatitudinem comparare in tanta eorum desidia, & in tot dei aduersus eos comminationibus. Dormiebat Petrus, Ioannes, & Iacobus, & soli Simoni dixit deus: Simon dormis? Quare, nisi quia voluit innuere, quid inter somnũ præfulis & subditorum interesset? Credo equidem innumerabiles esse in dei ecclesia pontifices, præfules, & concionatores, quibus speculatorum nomen aptissime conuenit, qui curam habent subditorum, qui animos à corporum contagio seuocarunt, seque ad Christi imitationem contulerunt. Sed ego in eos duntaxat inuehor, qui non curant de officio & ministerio, sed de honoribus & redditibus, qui dediti voluptatibus vitam in silentio transeunt veluti pecora, quæ natura prona, ventrique obtemperantia finxit. Hi si hunc Ezechielis locum attentè legerent, & hasterribiles dei minas intelligerent, multò aliter fortasse vitæ suæ rationem instituerent. Sed de speculatoris munere ha-

Prou. 11.

Ierem. 48.

Psal.

Esa. 6.

Apoc. 22.

Mar. 14.

stenus.

Et rulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis. Hoc est, & populus regionis illius elegerit speculatorem quendam, etiam si sit ex ijs, qui sunt infimo loco nati, debet tamen ei fidem adhibere. Per nouissimos intelligit plebeios homines, nulla illustri laudatione euectos. Eodem modo tenentur subditi præfuli obedire, etiam si sit sanguine obscurus, nullaque generis nobilitate insignis: vera enim nobilitas in virtutum amplitudine consistit. Præstat quidem virum nobili progenie eligere, si commodè fieri potest, quoniam virtus cum generis splendore copulata illustrior apparet & pretiosior, instar gemmæ in auro purissimo inclusæ. Sed vera claritas est esse clarum virtutibus. Ut enim necesse est lancem in libra pondere imposito de primi, sic hominem imposita obedientiæ seruitute obedire primati, & cedere maiori. Vel de nouissimis, hoc est de nobilioribus, & magnatibus, & consularibus. Nouissimum significat vltimum: qui autem in republica est sanguine illustrior, & rerum gestarum gloria præstantior, vltimus est in ascendendo. Quemadmodum in scala altissimus gradus vltimus dicitur & nouissimus, si ascendas, sic vir ille potest vltimus & nouissimus appellari in republica, qui est in altissimo nobilitatis gradu constitutus. Ita potest intelligi locus hic: nam speculator hic refertur ad Ezechielem, qui erat ex genere regio, & sacerdotali. Existimo tamen per nouissimos homines, qui eligendi sunt, intelligi humiles, qui se propter deum abijciunt, & infimos reputant: qui nec inanem aucupantur rumorem, nec umbras falsæ gloriæ consecretantur. Hi debent in principatu, & dignitate constitui, & speculatores esse, ut quanto se inferius per humilitatem demittunt, tanto sublimius per dignitatem erigantur. Et in dignitate po-

simile.

simile.

Eccle. 32.

Mat. 20.

Philip. 2.

simile.

Esa. 58.

Ose. 5.
Ose. 8.
Iosue. 6.

fiti debent pristinam humilitatem seruare. Rectorem, inquit Ecclesiasticus, te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Et dominus Iesus apud Matheum: Scitis, quia principes gentium dominantur illis, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Vnde diuus Paulus in epistola ad Philipenses de Christo loquens, Semetipsum, inquit, exinanivit, formam serui accipiens. Hinc effectum est, vt summus pontifex, cum antea esset dominus, agens priuatam personam, vbi est in summa illa dignitate constitutus, se seruum seruorum dei appellat. Insignis quidem titulus, & praeclara antistritis Christiani nomenclatura. Pontifex vere Christianus est seruus publicus: & quo primum die eligitur, suis delicijs debet mori, vt aliorum vtilitatibus viuere incipiat: nec eligi debet superbus, sed humilis. Vt nonnullae aues priusquam euolent, seque erigant in sublime, caput deprimunt, rostroque terram attingunt, sic animi humilitatem, sui que abiectionem ostendere quis debet, priusquam ad excelsas euehatur dignitates.

Et ille viderit gladium venientem. Hoc est hostium exercitum aduersus ciuitatem aduentantem.

Et cecinerit buccina. Hoc enim signo significabant speculatores hostium aduentum, vt se ciues in urbem reciperent, & aduersus inimicos pararent. & appellabatur illud pulsare seu canere receptui. Sed haec buccina est verbum dei, quo concionatores & praesules debent tonare. Apud Esaiam ait dominus: Quasi tuba exalta vocem tuam. Et apud Oseam: Clagite buccina in Gabaa. Et rursus: In gutture tuo sit tuba. In libro Iosue scriptum legimus tulisse sa-

cerdotes buccinas, & clauxisse, & ad earum sonitum corruisse muros Iericho. Ciuitas haec Iericho, quae vt tibi ait diuina scriptura, ob timorem filiorum Israelis clausa erat, & munita, mystice ciuitas est diaboli, ciuitati dei viuentis semper aduersatrix. Huius ciuitatis muri, & turres, & propugnacula sunt superbia, avaritia, ira, & caetera flagitia lethalia, quae ad euangelij praedicationem euertuntur. Sed non caret mysterio id, quod non solum in libro Iosue, sed etiam apud diuum Paulum in epistola ad Hebraeos memoriae proditum est, muros Iericho circuitu septem dierum corruisse. Septem diebus totum tempus, quod spatio voluitur septem dierum, intelligitur: nam vsque ad finem mundi Christi euangelium praedicebitur, & mundi corruet elatio, eiusque delebitur infidelitas. Primus episcopus Vicensis beati Augustini quondam discipulus locum illum diui Pauli explanans per tubas concionatores intelligit, per Iosue, qui arcam circuducit, Christum, qui ecclesiam suam per hunc mundum gubernat: Arca enim illa ecclesiae imaginem gerebat.

Sanguis ipsius super caput eius erit. Hoc est, ipse erit sui interitus causa. Tota ei culpa imputabitur, Hebraismus est in diuinis literis non infrequens. Aduerte: vnusquisque ex officio suo iudicatur, praesul si mutus fuerit, populus, si ei non obedierit, cum debeat praesul clamare, populus parere.

Veneritque gladius, & tulerit de eis animam. Hoc est, aliquem hominem. Solet diuina scriptura hominem appellare animam, quoniam cum constet ex corpore & anima, est anima excellentior corpore, eiusque forma: & vt ait libro secundo de anima Aristoteles, capite primo, ipsa est perfectio prima, primusque actus corporis naturalis. Et quamuis omnis forma intendat esse perpetuum, quam potest, nulla tamen forma rei corruptibilis

Genes. 14.
Genes. 46.
Act. 28.

Hebr. 11.

ruptibilis perpetuitatem sui assequitur praeter animam rationis participem: non est enim materiae corporeae omnino subiecta instar aliarum formarum, quimporius propriam habet operationem immaterialem, & proportionata est suo fini, qui est aeterna beatitudo. Quam ob causam diuinae literae homines appellant animas a parte praecipua, vt constat ex capite quarto decimo Genes, & ex capite. 46. & Actuum. 28. & multis alijs ex locis. Plato etiam in dialogo de natura hominis, qui Alcibiades primus inscribitur, ipso Alcibiades venustiore, ait aperte hominem esse animam rationis compotem, mentis participem, corpore vtemem. Vt compos est rationis in seipsam circulo quodam rationationis reflectitur: vt mentis particeps, in diuinum numen velut riuulus in fontem suum refluit: vt vtem corpore, in humana negotia gubernanda incumbit. Intelligebat Plato absolutum hominis munus esse, se prius cognoscere, deinde a natura sua tanquam ab effectu ad primam causam se conuertere, eiusque alta mysteria astris splendidiora contemplari: cuius lumine animus illustratus ipsum iustum, ipsum pulchrum, ipsum summum bonum cognosceret, cuius se amore inflammaret. Postremo quoniam ex corpore fragili constabat, sibi, alijsque necessaria consulere, quoniam non solum nobis, sed alijs etiam nati sumus.

Ille quidem in iniquitate sua captus est. Omnis impius captus est. Loquens diuus Augustinus de seipso adolescente in libro octauo suarum confessionum, has voces emittit. Suspirabam ad te domine grauatus non ferro alieno, sed meo ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat, & constrinxerat me. Haec ille: ex quibus colliges propriam voluntatem catenam esse nostram. Sed quoniam decepti homines suauiter esse existimant ita viuere, vt

velint, ideo cum maxime constringuntur, tum se maxime liberos esse arbitrantur. Est enim carnis libertas misera captiuitas. *Sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.* Idest, ipse speculator poenas mihi dabit huius interitus, quoniam eius causa fuit. Aspicias hoc loco, iniquum praesulem subditos occidere, cum eorum excidij sit causa. Id intelligens diuus Augustinus ait: Pastor male viuens homicida est. Requiere sanguinem de manu aliquius hebraismus est, quo vnus est Ezechiel capite 3: vbi de illo disseruimus. *Speculatorem dedi te.* Explicat idem metaphoram, ac si dicat. Tu es speculator ille, de quo loquor, quem ego dedi populo Hebraeorum. Quare oportet te ei veritatem nutiare, illum autem tibi credere, & obedire. Haec dei verba sunt etiam tertio capituli mandata, & ibi a nobis exposita.

Annuntia bis ajs ex me. Non ait: Ex te illis vettura nuntiabis, sed ex me: auctoritate mea vteris, sed ministerio tuo. Lingua tua sit instrumentum, & veluti calamus, quo ego scribam. Huiusmodi erat ille, qui dicebat: Lingua mea calamus scribe velocius scribetis. Quibus verbis ostendit, ea quae dicebat, non esse a seipso excogitata, & composita, vt ait Chrysostomus, locum illi exponens, sed ea esse dei, se autem eis linguam accommodasse. Ac si diceret: Qui commouit cor meum ad eructandum verbum bonum, vtitur lingua mea ad proferendum ea, quae animo suggestit, tanquam velocissimus scriba, qui omnia in proprio habens vtitur calamo ad scribendum. Id voluit Christus suis discipulis tribuere, quibus dixit: Cum tradet vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. *Vt se custodiat impius a via sua.* Hoc est, ab impia viuendi ratione.

Dic ad domum Israel. Hoc est, ad Iudeos qui nunc tecum sunt in Chaldea. Vel Hebraeos in communi Israelis domum appellat.

Iniquitates nostrae & peccata nostra super nos sunt. Hoc dicebant nefarii homines, sceleribus contaminati, & desperatione oppressi. Ac si dicerent: Grauiamur ponderibus flagitiorum nostrorum: tot, tantaque sunt scelera nostra, vt ab illis liberari nequaquam possimus; quoniam sunt penitus inexpiabilia. Et in ipsis nostabescimus. Hoc est, nullam iam vulneribus nostris proderit medicina. Sequitur. Quomodo ergo viuere poterimus? Hoc est; qui fieri potest, vt in hac vita habeamus vitam gratiae, & in altera vitam gloriae, cum simus terribili, & omnium scelerum maculis notatissimi? Hæc erant verba de diuina misericordia desperantium: Hæc est heresis Caina, quæ diuinæ pietati & misericordiae finem ponit & mensuram, cum ea sit infinita & immensa. In hac hæresi fuit Iudas Scarioth: qui considerans impiam proditorem, & desperans de diuina pietate, laqueo se suspendit. Magis peccauit desperando de misericordia dei, quam vendendo ipsum deum. In hunc modum ait diuus Augustinus libro primo de ciuitate dei, cap. 17. Iudæ factum merito detestamur: eumque veritas indicat, cum se laqueo suspendit; scelerata illius traditionis auxilium potius; quam expiatis commissum: quoniam de dei misericordia desperando exitiabiliter poenitens, nullum sibi salubris poenitentiae locum reliquit. Hæc ille, quæ sunt in sacros canones relata 23. q. 5. Si non licet. Et Leo papa, Scelerator, inquit, omnibus o Iuda, & infelicior extitisti, quem non poenitentia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Simili inducti desperatione dicebant Iudæi: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt: in deo desperamus. Et quauis in hoc errabant Iudæi illi, quod de dei clementia desperabant, in eo tamen verum dicebant; quod affirmabant, super seipos esse flagitia sua veluti pondera grauisima. Nam cum Dauid in Bersabæam & Vriam de

restanda facinora commisisset, aiebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Verba sunt hominis peccata sua cognoscentis, sed sibi illa remitti ac condonari deprecantis. Multi tamē scelera sua non vident: nec mirum, cum ea super caput habeant, non coram oculis: aliorum autem scelera intuentur, quia in ea oculos conijciunt.

Nolo mortem impij. Erigit Hebræos Ezechiel promissione misericordiae dei, cohortans illos, vt animum recipiant, & spem conferant in diuinam pietatem. Et si enim essent grauisimis sceleribus irretiti, tamen intelligerent infinitis partibus esse maiorem diuinam clementiam, qua freti veniam suis flagitijs suppliciter postularent. Inducit igitur deum misericordiam suam promittentem peccatoribus, eosque spe infinitæ bonitatis suæ consolantem, si se à maleficijs separarent, & ad ipsum conuerterent. Considera, & iterum ac iterum memoria repete infinitam dei misericordiam. Con fugiamus ad illum, quem inueniemus maiore alacritate paratum ad nos recipiendum, quam nos ipsos ad eum amplectendum. Ipse est qui salutem nostram desiderat, qui pro nobis acerbissima tormenta subiuit, qui in crucis ara se constituit hostiam, vt suo sanguine crimina nostra expiaret. Ipse est, vt verbis utar diui Pauli, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipse est, qui dixit Petro dimittendum esse proximo non solum septies, sed septuagies septies. Ipse est, qui ouem perditam quæ suavit, & inuenit, & suis humeris asportauit. Ipse est, qui filium prodigum, qui omnia bona sua turpiter dissipauerat, benignè receperit. Ipse est, pater misericordiarum, & deus totius consolationis. Accedamus ergo ad eum, & vt ait diuus Paulus, Ad eum cum fiducia ad thronum gratiae eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inue-

inueniamus. Impius Cain ubi iustum Abel per summum scelus interfecit, dixit deo: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Ieremias inducit impios ita loquentes: Desperauimus: post cogitationes nostras ibimus: & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Et diuus Paulus aiebat: Desperantes semet ipsos traxerunt impudicitiam. Contra verò Iob dicebat: Etia si occiderit me, in ipso sperabo. Et Esaias: Domine misere nostri, te enim expectauimus. Et Dauid: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino. Et rursus: Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius: Et Ecclesiasticus. Respiciete filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & derelictus est. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Teneamus spei nostræ confessio nem indeclinabilem. Quis desperaturus est de misericordia illius dei, qui ait: Viuo ego: Nolo mortem impij, sed vt conuertatur à via sua, & viuat. Viuo ego, est dei affirmatio, & veluti iuramentum. Vel sunt verba hæc Christi resurgentis, qua si dicat: Velit, nolit Iudæus, viuo ego. Nolo mortem peccatoris, qui mori volui pro peccatoribus. Volo, vt fructuosa sit mors mea, vt viuant hi, pro quibus mortuus sum. Hæc eadem sententia fuit cap. 18. mandata, ubi eam explicuimus, verba illa explanantes: Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, amplius non recordabor.

Et quare moriemini? Hoc est, si ad me fueritis conuersi, & in gratia permaneritis, non incidetis in mortem æternam.

Iustitia iusti non liberabit eum. Vt iusto, si ad peccandum se addiderit, & in peccatum incidit mortiferum, non prodest prior iustitia ad vitam æternam consequendam, ita impio poenitenti & verè contrito ante acta peccata non imputantur, vt propter ea ad infernum in æternum cruciandus relegetur. Hæc omnia fuerunt capite de cimo octauo explanata.

LI 4

Etia si dixerit iusto, quod vita viuet. Subauditur, si permanerit in sua iustitia: tunc enim vitam obtinebit, hic per gratiam, postea per gloriam.

Si autem dixerit impio: Morie morieris! & egerit poenitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit; vita viuet. Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui ponderis via domini, & ipsorum via iniusta est. Cum enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, viuet in eis. Et dicitis: Non est recta via domini. Vnūquēque iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: vastata est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me verspere, antequam veniret, qui fugerat: aperuitque os meum, donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel, loquentes aiunt: Vnus erat Abra-

LI 4 ham

ham, & hereditate possedit terram: nos autem multi sumus: nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos. Hæc dicit dominus deus. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hereditate possidebitis? Stetistis in gladijs vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorem proximi sui polluit, & terram hereditate possidebitis?

Si autem dixerit impius: Morte morieris. Indicat hic locus aperte neminē debere de diuina misericordia desperare, etiam si ipse deus ei dicat, eum esse damnatum in æternum. Merito ait diuus Thomas primo sententiarum, si reuelaretur alicui se esse reprobam, & damnandum, non debere credere, sed existimare esse illud illusionem diaboli sub specie angelicis. Et si sciret a deo esse talem reuelationem, tamen debere credere, dista esse sub conditione, videlicet nisi poenitentiam egerit, & ad deum confugerit.

Luc. 18. Ait enim dominus apud Lucam: Non est voluntas patris, vt pereat vnus ex his pusillis. Et hoc loco postquā dixit: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuatur, subdit paulo post: Si autem dixerit impius: Morte morieris, & egerit poenitentiam a peccato suo, vita viuet.

Et egerit poenitentiam a peccato suo. Poenitentia, vt ait diuus Hieronymus, est secunda tabula post naufragium. Et habetur de poeni. dist. 1. cap. Secunda. Prima tabula est baptismus; secunda poenitentia. Hæc nos ducit ad portū salutis, delet enim omnē culpā, siue sit venialis, siue mortifera. Et quoniam lethalia flagitia ex parte auersionis a deo habet connexionem, eam ob eandem iuxta approbatam

diui Thomæ sententiam vnum sine alio non dimittitur: at resurgenti per poenitentiam omnia dimittuntur. Et, vt Christus ait: Gaudium est in cælo super vno peccatore poenitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. Hæc est poenitentia in Christi nomine prædicata, de qua ait ipse dominus: Sic oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes Gentes. De illa dicebat Petrus apostolorū princeps: Poenitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et quāuis omnia peccata poenitentia deleantur, non tamen dicendum est, necesse esse, eum, qui a lethali crimine per poenitentiam resurgit, in eodē gradu gratiæ & charitatis, quā amiserat, resurgere: potest enim resurgere in maiore, vel minore, vel equali iuxta ipsius poenitentis conatū. Cōmuniter melior est innocentia, quàm poenitentia, quemadmodū melior est vestis integra, quàm diffusa, & scissa, etiam si commissuris quibusdā resarciatur. Sed tanta potest esse poenitentia, tam ardēs, & insignis, & in tam excelso charitatis gradu, vt sit incorruptione & innocentia præstantior. Vt vestis cæsura: si aureis funiculis, & pretiosis gēmis copulentur, pulchriorem reddūt vestē ipsam, quàm si tota sana fuisset, & integra: sic fieri potest, vt tam acerbo animi dolore, tanto seruore, tanta vi lachrymarum, tanta gratia & charitate quis resurgat, vt pulchrior reddatur, quàm si in crimen non incidisset. Sed de poenitentia capite vicesimo fusè disseruimus.

Feceritque iudicium & iustitiam. Hoc est, honestè & iustè vixerit. Hebraismus est, de quo alibi disseruimus.

Et pignus restituerit. Hoc explanatum fuit capite decimo octauo.

In mandatis vitæ ambulauerit. Idest, & in præceptis dei ambulauerit, quæ sunt media

*Mat. 19.**Leui. 18.**Deut. 4.**Sup. 18.*
*20.**Rom. 10.**Gal. 3.*

dia ad vitam æternam consequendam. Ita enim ait deus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. In lege etiam veterē custodientibus dei mandata vita promittebatur. Capite decimo octauo Leuitici sunt hæc verba literis mandata: Custodite leges meas, atq; iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis: Et quāquā sint, qui dicant, illud intelligi de vitā dū taxat temporali, paraphrastes tamen Chaldæus de æterna intelligit, ita vertens: Quæ faciens homo viuet in eis vita sempiterna. Deuteronomij capite quarto ait ita deus: Audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas. Et supra apud nostrum Ezechielem capite. 18. & capite. 20. eadem est sententia. Diuus Paulus in epistola ad Romanos capite. 10. ait ita: Moyfes scripsit quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea: quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo &c. Vbi apostolus innuit Moysem in lege veterē de vita locutū fuisse corporis, quæ præcepta seruātibus promittebatur. Similiter in epistola ad Galatas capite tertio idē asserit his verbis: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestū est, quia iustus ex fide viuit: lex autē non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis. Hæc apostolus: quibus ostendit promissam fuisse corporis vitam legis obseruatoribus, nō autem vitam animæ. Sed hoc intelligitur de iustitia, quæ ex lege erat, separata, & exclusa fide. At si illi fidē habebant Messie venturi, & spēs ac charitatem, illa legis obseruantia, & virtutum actionibus vitam æternam consequerentur, & cælorum ingressum post Christi mortem: viuentes, & bona opera in gratia efficientes vitam æternam merebantur, & cælorum gloriam immortalem, quam fuerunt post Christi mortem cōsecuti. Appellatur ergo hoc loco legis præcepta mandata vitæ, quia lex custodientibus ea vitā pollicebatur.

Pro mādatis vitæ poteris vertere, mādāta viuentis: nam viri probi, qui viuetes appellantur, solēt dei præcepta seruare: impij enim mortui dicuntur. In mandatis viuentes ambulant. Quod is verbis expræsit regius vates: Beati in mandata tua in via, qui ambulant in lege domini. Et rursus: Beati omnes, qui timent dominū, qui ambulant in vijs eius: De impijs verò dicit: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulāt. Ipse verò Dauid nō solum in via dei ambulabat, sed etiā currebat. Viam, inquit ille, mandatorū tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum. Et in Canticis ait ecclesia: Trahe me post te, curremus in odorem vniuentorū tuorum. Et diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Sic currite, vt comprehendatis. Et paulo post: Ego igitur sic curro, non quasi in incertū. Et in epistola secunda ad Timotheū: Cursum consummaui. Et ad Hebræos: Per patientiam curramus ad propositū nobis certamen aspicientes in authore fidei, & consummatorē Iesum. Non igitur in via sedere, sed ambulare debemus, imò currere. Matri filiorū Zebedæi dicenti. Dic, vt hi duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram, & alter ad sinistram tuā, respōdit Christus: Nescitis, quid petatis: ipsi nanq; per matrem petebāt. Poderis per mandata vitæ præcepta Christi, qui vita est, intelligere: ipse enim de se ait: Ego sum resurrectio, & vitā. Et rursus: Ego sum via, veritas, & vitā. Hæc est vitā, de qua dicebat Moyfes populo Iudaico: Erit vitā tua quasi pendens ante te. In monte enim Caluariæ coram Iudæis pependit Christus deus noster: qui est vitā illa, de qua hic ait Ezechiel: In mandatis vitæ ambulauerit. Ambulare in mandatis, est mādāta seruare. Hebraismus est, quo vtitur etiā Ezechiel capi. 5. dicens: In præceptis meis non ambulauerunt. Tertio libro Regū dicebat Salomon: Sit cor nostrū perfectum cum dño deo nostro, vt

ambulemus in decretis eius. Explicans autem quid esset ambulare in decretis eius, subdit: & custodiamus madata eius. Vbi particula, & ponitur pro idest. Accipitur etiam ambulare pro viuere & conuersari, ut apud diuum Paulum: Sic ut in die honeste ambulemus. Pro sequi & imitari. Ut tertio Regum capite. 15. Ambulauit in via patris sui. Et secundo Paralipomenon cap. 17. Ambulauit in vijs Dauid patris sui. Et apud diuum Paulum in epistola ad Galatas: Spiritu ambulare, & desideria carnis ne perfeceritis.

Non est aui ponderis via domini. Hoc est, inique agit dominus. Hoc dicebant impij. Si malitia humana detrahit de bonitate diuina, quid mirum, si viros pietate & sapientia prestantes voce vulneret, & maledictis prosequatur?

Et factus est. Narrat excidium Hierosolymae, de quo antea fuerat vaticinatus.

Manus autem domini facta fuerat ad me. Hoc est, fueram afflatus spiritu prophético. Diximus alibi accipi aliquando manu pro vaticinatione, & spiritu prophético. Explicans autem quando hoc fuerat, ait, fuisse vespere, pridie quam nuntius veniret: quod tempus apud Iudaeos est principium diei, qui diem incipiunt a noctis crepusculo.

Rom. 13.

3. Reg. 15.

2. Paral. 17.

Gal. 5.

Jerem. 17.

4. Reg. 17.

8. 221.

nit: nam mortuo Godolia contulerunt se in Aegyptum, vbi eos Babylonij immaniter occiderunt.

Qui in sanguine comeditis. Exprobrat illis comedere carnem cum sanguine; quod tunc erat lege prohibitum; ut patet ex capite. 19. Leuitici. Vel vult significare eos inter comedendum de fundendo sanguine proximi tractare.

Et oculos vestros leuatis ad immunditias vestras. Hoc est, oculos conijcitis in idola vestra, ea summa veneratione colentes. Solet diuina scriptura idola appellare immunditias, & abominationes. Fortasse per immunditias libidinem intelligit, & vitia turpia, quibus se Iudaei contaminabant. Leuare oculos in rem aliquam est eam diligere, & venerari, & suspicere: ut in psalmo: Leuavi oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et rursus: Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in caelis. Et apud Esaiam: Leuate in caelum oculos vestros.

Et sanguine funditis. Subaudi, innocentium. Vel quorumcumque nullo iustitiae ordine seruato.

Stetitis in gladijs vestris. Nimirum ad effundendum sanguinem innocentium. Notat habitum paratorum ad occidendum. Appellat eos sanguinolentos & homicidas. Stare in gladio est non solum semel occidisse, sed instructum esse & paratum ad occidendum sepe, & arte militari sibi comparare victum, & tandem crudeliter esse, & sanguinis diffusorem. Idem etiam significat viuere in gladio: qua dicendi exornatione vsus est Isaac, cum filio suo Esau benedixit. Benedixerat patriarcha ille filio suo Iacob secundogenito: & quia Esau primogenitus calamitatem suam deplorauit, dixit illi: Viues in gladio, & fratri tuo seruiens. Quae verba arcanam continent sententiam, & excelsum mysterium. Esau primogenitus populus est Iudaicus, quem deus filium suum primogenitum vocauit, ut ex capite quarto Exodi constat apertissime.

Leui. 19.

Psal. 120.

Psal. 121.

Esa. 15.

Genes. 27.

Exo. 4.

Gen.

Ioan. 1.

Esa. 1.

Mat. 1.

Luc. 3.

Genes. 27.

Gentilicus, qui Christi fide recepit, quem Christus genuit sanguine suo: de quo ait diuus Ioannes: Quot quot autem eum ceperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex sanguinibus, nec ex voluptate carnis, sed ex deo nati sunt. Hi sunt filij secundogeniti, deo placentes: Iudaei autem infideles primogeniti, deo odibiles: de quibus ipse ait per Esaiam Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Fuit populus Iudaicus adumbratus in Caino, Ismaele, Esau, primogenitis: Gentilicus vero in Abel, Isaac, & Iacob, secundogenitis. Eam ob causam in genealogia saluatoris, nec apud Matthaeum, nec apud Lucam vllum ex ijs primogenitis ingressum fuisse reperies. Reprobantur quidem, quoniam populum Iudaicum in perfidia sua manentem adumbrabant, quem deus merito reprobauit. Quid igitur voluit diuina scriptura in Genesi significare, dicens: Esau audita benedictione Iacob cum eiulatu magno fleuisse, nisi innuere, impiam Iudaeorum synagogam ingemiscere, quod se videat a deo derelictam, ecclesiam autem catholicam benedictam & electam? Porro deus per libros diuinorum vatum, & Christianorum praedicationem cotidie dicit Iudaeorum synagoga, se filio secundo, hoc est Gentium populo benedixisse, in eumque omnem excellentiam & amplitudinem contulisse, fidemque suam per vniuersas Gentium oras fama celebrasse. Primogenita, & benedictio, & ea, quae dolet Esau fuisse sibi sublata & Iacob concessa, sunt fides, spes, charitas, & ceterae virtutes, & nominis claritas, & honorum amplitudo: in quibus omnibus aspexit plane synagoga esse sibi Christi ecclesiam ante repositam. Et quemadmodum pater filio arumnas suas deploranti aliquid impertinuit benedictionis, ita deus derelictae synagoga rorem aeris, & terrae pinguedinem tribuit, non eam omnino in muti opibus destituens. Sed ait illi: Viues in

gladio, & fratri tuo seruiens. Nam populus Iudaicus diuinorum vatum sanguinem fundit, & viros omnes, qui singulari pietate, & eximia sapientia alios anteibant, ad perniciem & vastitatem vocauit. Quid plura? ipsum suum Messiam, verum deum, qui humanitate assumpta illum veritatem docuit, viamque ad aeternam beatitudinem consequendam aperuit, qui est caeli fastigio descendens cum eo contulit sermones suos, ut illum qui in caligine versabatur, diuino lumine lustraret, & ad gloriam immortalis tandem perduceret, impius populus, ad omnem immanitatem paratus, flagellauit, percussit, vulneribus traiecit, & cruci duris clavis affixit. Et sanctos eius discipulos, quos ne voce quidem laedere deberet, cum in eum magna conferrent beneficia, ingratus populus trucidare conabatur. Et nunc omnia Iudaeorum odia in Christum, eiusque pios sectatores crudeliter ardent: & ut de illis vaticinatus est Isaac, in gladio viuunt; hoc est, in odio & impietate: sed fratri suo minori, hoc est populo Gentium seruiunt: nam nec regem habent Hebraeorum, nec patriam suam colunt, nec templum possident, nec legis sacrificia exercent. Errat Agar in solitudine, errat synagoga exul a patria: nescit viam, ignorat Christum, qui de se ait: Ego sum via. Vitam agunt Iudaei infelicem, omni dedecore & ignominia plenam, per totum orbem terrarum dispersi, contempti, calamitosi, & execrabiles. Qui autem ex illis ad Christum conuertuntur, in honore & celebritate versantur. Et quonia Iudaei illi, qui tempore Ezechielis miserant Hierosolymam, crudeliter erant, & sanguinolenti, illis hoc loco diuinitus vates: Stetitis in gladijs vestris. Sunt qui existiment, stare in gladijs esse enses manu portare ad occidendum: ut sit sensus: Quemadmodum alij baculos possunt, ut se super eos sustentent, ita vos gladios, ut illis alios interficiatis.

Genes. 27.

Genes. 21.

Ioan. 14.

Acci-

Esa. 1.

Esa. 34.

Accipitur aliquando gladius pro ira, & indignatione, & hostili potētia: ut apud Esaiā: Si me ad iracundiā prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Vnde gladiū sanguine inebriare est occidere: ut apud eundē Esaiā: Inebriatus est in cœlo gladius meus. Ac si dicat dominus: In cœlo decreui interficere Idumæos: In præsen- ti tamen gladius pro ense accipitur sanguinem immaniter effundente.

Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitāt, gladio cadent: & qui in agro est, bestijs tradet ad deuorandū: qui autem in præsijs & spelūcis sunt, peste morietur. Et dabo terrā in solitudine, & in desertū: & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur mōtes Israel, eō q̄ nullus sit, qui p̄ eos trāseat. Et sciēt, quia ego dñs, cum dederō terrā eorū desolata, & desertā, p̄pter vniuersas abominationes suas, quas operati sunt. Et tu fili hoīs fili populi tui, qui loquūtur de te iuxta muros, & in ostijs domorū: & dicūt vnus ad alterū, ut ad proximū suū loquētes: Venite, & audiamus, quis sit sermo egrediēs a dño. Et veniūt ad te, quasi si ingrediatur populus: & sedent corā te populus meus: & audiūt sermones tuos: & nō faciunt eos: quia in canticū oris sui vertunt illos: & auaritiā suā sequitur cor eorū. Et eis quasi carne muscu, quod suauis, dulcisq; sono canitur, & audiunt verba tua, & nō faciunt ea. Et cum venerit, quod prædictū est, ecce enim venit, tunc sciēt, quod propheta fuerit inter eos.

Viuo ego. Hoc est, id quod dico, absq; dubio veniet. Est veluti quædā forma iurandi: ac si dicat deus: Quam verū est me viuere, tam verū erit, eos reuertēdos esse. Et ita reuera impletum fuit. Nam qui in ruinis Hierosolymæ habitabant, & qui se in agros contulerant, & qui se in speluncas, & locos abstrusos receperant, omnes periere, & fuere miserabilē exitum consecuti. Quidā mortui sunt hostium gladio, quidam bestiārū dentibus, quidam fame & peste.

Et desolabuntur montes Israel. Hoc ideo ait, quia terra promissionis mōtosa erat. Vel per montes homines intelligit superbia elatos, ut in psalmo: Mōtes sicut cera fluxerunt a facie domini. Et apud Esaiam: A facie tua montes defluēt. Et apud Habacuc: Aspexit, & dissoluit Gētes, & contriti sunt montes seculi. Per montes seculi, siue æternos, ut vertunt alij, intelligūtur reges superbi, qui multis seculi: sregnauerant.

Et tu fili hominis. Locutus fuerat de Iudæis, qui capto Sedechia, & translato in Chaldæam remāserant Hierosolymæ: nunc ad eos reuertitur, qui secum erant in Babylonica, eiusq; verba irridebant. Monebat eos diuinus vates, dererrens eos a vitijs, & exhortans ad virtutes, at que illis prædicens futura: sed illi hæc omnia in cantilenas derisorias traducebant. Eum audiebant, sed subsannabant. Ostendebant velle dictis eius obedire: & ad illum se conferebant: sed postea iuxta muros ad solem in hyeme, & inter priuatos parietes, seu ad ianuas domorum in state de illo detrahebant, eumque opprobrijs vulnerabant. Contra domini sententiam dicentis: Maledictus, qui clam percusserit proximū suū. Ideo aiebat Dauid: Detrahentem secretū proximo suo, hūc persequeris. Et Job: Cum ab eis recessissem, detrahebant mihi.

Quasi si ingrediatur populus. Hæc est, ad te

te veniunt cateruatim. Septuaginta habent: Veniunt ad te quomodo populus congregari solet.

Et audiunt sermones tuos. Curiositate adducti, fingentes se velle illos seruare: sed eos complere nequaquam volunt. Beati qui audiunt verbum dei, inquit dominus, sed si custodiunt illud. Beati qui memores sunt mandatorum eius, sed ut faciant ea. Verba enim vitæ æternæ habet.

Et es eis quasi carmen musicum. Audiunt te voluptatis causa: sed doctrinam tuam minimè sequuntur. Quemadmodum nonnulli oblectantur musica, & musicos aliquorū fortitudinē, & res gestas, ac facta præclara canētes libēter audiūt, sed virtutes, quas illi laudibus efferunt, & cantu celebrāt imitari nō curāt, sic filij Israelis oblectationis & recreationis solūmodò causa te audiūt, cōsilia autē tua penitus contemnunt. Huiusmodi sunt, qui nunc concionatores audiunt, ut eorum mulceantur artificio, eloquētia, & doctrina: non autem ut iuxta eam rationem dirigant viuendi. Ut apes multa percurrentes, solū floribus delectantur, & illos decerpunt, alia relinquunt: sic hi auditores totam concionem audientes nihil volunt nisi flores, & pulchrè dicta. Hæc tantum curant, solidam autem doctrinam contemnunt, & iuxta eam viuere penitus spernunt. Adulationes quærunt & fabulas, vtilem veritatem fastidiunt. Id præuidens diuus Paulus in epistola secunda ad Timotheum, aiebat: Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, ad fabulas autem conuertentur. In Actis apostolorum scriptum legimus, Athenienses ad nihil aliud vacasse, quam ut aliquid noui dicerent, aut audirent. Sed non propterea concionatores relicturi sunt munus concionandi, nam et si nonnulli sint auditores curiosi, vani,

& impij, sunt tamen multi graues, docti, & pij, qui animi vtilitatem quærunt. Et quanuis omnes abirent præter vnum, ei tamen esset veritas nuntianda. Notum est illud Antimachi clari poetæ dictum, qui, ut refert Cicero de claris oratoribus, cum conuocatis auditoribus legeret eis volumen suum, eum que loquētem omnes præter Platonem reliquissent: Legam inquit, nihilominus, Plato enim mihi vnus instar est omnium.

Et cum venerit. Hoc est, aiunt impij, te non esse verum prophetam: sed cum venerit id, quod tu prædixisti, quod quidem iam venit, scient te esse diuinum vatem.

Annotationes ex hebræo in caput XXXIII.

Et tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis. In hebraico pro de nouissimis suis est מִקְצֵיהֶם mictsehem: à verbo קָצַף catfah, quod significat succidere, & finem facere. Vnde nomen cetsch significat finem, extremitatem, vltimum, & nouissimū. Apud Habacuc cap. 2. vbi cōmunis editio habet: Cogitasti confusionem domui tuæ, cōcidisti populos multos: & peccauit anima tua: Pro concidisti est in hebraico cetsoth, quæ dictio potest esse verbū, & nomen. Noster interpres transtulit: concidisti, ut sit verbum nostrum catfah: & rectè quidem. Alij existimant esse nomen. Ideo potest transferri: Cogitasti consilium ad confusionem domus tuæ, in finibus multorum populorum: & peccasti in animam tuam. Ac si diceret propheta: Tu o Nabuchodonosor cepisti cōsiliū, quod nō solū in regno tuo, sed etiā in extremitatibus aliorū populorū, in omnibus terrarū oris in ignominia domus

domustuz redundauit. Nam propter illud eiectus fuisti ab hominum consortio, & ossa tua fuerunt deiecta è sepulchro. Eã ob causam hoc Ezechielis loco pro de nouissimis suis potest rectè verti: ex finibus suis: vel ex terminis suæ regionis. Vt sit sensus: Si elegerit populus virum aliquem in speculatorem, de his, qui intra suos limites commoratur. Vel de extremis suis: hoc est, de his, qui in finibus habitant regionis. Vnde septuaginta transtulerunt: Et tulerit populus terræ hominem vnum de suis. Solent enim speculæ in finibus prouinciæ constitui: & in illis speculatores in eisdem extramitatibus degentes collocari, quoniam hi terram melius cognoscunt, & hostes vicinos maiore odio prosequuntur. Huiusmodi esse debent præfuli, qui subditos optimè cognoscant, & hostium animæ acerrimi sint hostes, & veritatem intrepidè sed cum modestia annuntient, & rempublicam prudenter gubernent, potius amari, quam timeri cupientes. Nam si omnia voluerint timore, & asperitate, & insolentia mēsurare & regere, ea facilè euerent. Vt aqua magni ac profundi lacus cum natura sua tranquilla sit, vi tamen venti agitur, & commouetur, sic populus etsi sua sponte mitis sit & quietus, nimia tamen seueritate & asperitate præfulis veluti violenta procella concitari solet, & perturbari. Ideo ait Salomon in Prouerbijs: In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber ferotinus. Et rursus: Misericordia & veritas custodiūt regem, & roboratur clementia thronus eius. Et Christus deus noster: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Ita tamen debet princeps & præful misericordiam & tranquillitatem colere, vt iustitiam non amittat. Ita enim ait Salomon: Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet illam. Et liber Sapientię: Diligite iustitiam, qui iudicatis ter-

simile.

Prou. 16.

Prou. 20.

Mat. 23.

Prou. 29.

Sap. 1.

ram. Oportet reipublicæ gubernatorem animum ad deum erigere, eiusque præcepta seruare, vt subditos suos rectè ac sapienter regat. Ideo dicebat rex Dauid: Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinã &c. Quibus verbis principes & antistites exhortatur, vt respiscant, ne vesano furore se illi opponant, cuius potētiae nemo potest resistere, sed potius eum colat, eius madata obseruent, & sapiēter expendant, quid faciat. Vbi nos habemus: Apprehēdite disciplinã, habet litera hebraica נשקו בר. Quæ verba possunt latinè verti: Adorate filiũ siue osculamini filiũ. Id quod dixit: Seruite domino in timore, intelligitur de deo patre: id quod ait: Adorate seu osculamini filiũ, intelligitur de filio Messia: qui hoc ait est spiritus sanctus, qui per os Dauidis loquebatur. Vbi vides sacrosanctę trinitatis expressum mysteriũ, illis latens, qui illud nolunt confiderare. Huic sanctissimæ & indiuiduæ trinitati seruire, & parere debēt principes, si volunt, vt eis seruiant & pareant subditi, & virtutum momenta perpendant. Nam vt ait Ecclesiasticus: Secundum iudicē populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes eam.

Isal. 2.

Eccle. 10.

Oculos vestros leuatis ad immunditias vestras. Septuaginta pro immunditijs transtulerunt abominationes. Pagninus idola. Solent enim idola in literis diuinis immunditiæ appellari, & abominationes.

Et es eis quasi cæcumeniscum. Septuaginta habent: Et es eis quasi vox psalterij. Tharghũ habet: Es quidem illis quasi canticum organorum. Verti potest: Et es illis veluti canticum amorum siue amatorij. In hebraico enim est agauim, à verbo agau, quod significat amare: vt apud Ieremiam capite quarto: Cōtempserunt te amatores tui. Et apud

Ierem. 4. no-

Sup. 23.

nostrum Ezechielem cap. 23. Tradidi eam in manus filiorũ Assur, super quorum insaniuit libidine. Insanire libidine Assyriorum, est amare eorũ ritus, & eorum idolorũ cultum vehementer diligere, & amplecti. Significat illis verbis dominus, se ideo Samariam hoc est, decem tribus Assyrijs tradidisse, quoniam ingratus ille Iudæorum populus deo vero cōtempso cōmentitios Assyriorum deos coluit, & impias eorũ superstitiones deperiit, ardentēq; & impatienter corruptus eorum mores amauit.

Argumentum capitis. XXXIII.

Nuehirur in pastores, qui grege neglecto seipos pascunt voluptatibus & delicijs: & vt verbis vtar diu Pauli, quæ sua sunt, quarunt, nō quæ Iesu Christi. Inducit deum promittentē se esse oues suas in ouili ecclesie congregaturum. Vaticinatur de magni illius, verig pastoris in mundũ aduentu, hoc est de Christo deo nostro, qui descendit è cælis, humanamq; induit formam, vt oues errantes diuino lumine lustraret, & coadunaret, & vberimis pascuis gratia, rerumq; diuinarum contemplatione, atque aquis cælestium donorum, sanctarumq; literarũ reficeret, et ad cælestem beatitudinē perduceret, vbi admirabilibus, immortalibusq; oblectationibus pasceret.

Caput. XXXIII.

AT factũ est verbũ domini ad me, dices: Fili hominis propheta de pastoribus Israel: p-

pheta, & dices pastoribus: Hæc dicit dominus deus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipos: nōne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis, gregē autē meũ nō pascebatis. Quod infirmũ fuit non consolidastis, & quod agrotũ non sanastis: quod fractũ est, non alligastis, & quod abiectũ est, non redixistis, & quod perierat, non questistis: sed cū austeritate imperabatis eis, & cū potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quod nō esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in cunctis B motibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnē faciē terrę dispersi sunt greges mei, & non erat, qui requireret, nō erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite verbũ domini. Viuo ego, dicit dominus deus: quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quod non esset pastor, nec enim quaesierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipos, & greges meos nō pascebant, propterea pastores audite verbũ dñi. Hęc dicit dñs deus: Ecce ego imple super pastores: C requirã gregē meũ de manu eorũ, & cessare faciã, vt vltra nō pascant gregē meũ, nec pascant amplius pastores semetipos: & liberabo gregem

gē meū de ore eorū, & nō erit vltra eis in escā. Quia hęc dicit dñs deus: Ecce ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregē suū in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.

EXPLANATIO.

Fili hominis propheta de pastoribus Israel. Hoc est aduersus Hebræorum præfules, & magnates, quibus gubernandi populi cura commissa est. Sed omnia hæc ad Christianos etiam illos antistites & principes referri possunt, qui non suos, sed seipsos tantum curare contendunt.

Væ pastoribus Israel, qui pascebant seipsos.

Subauditur, neglectis quibus. Sēsus est: Aeternum illis excidium annuntio, qui cum principatum obtineant, se illecebris tradunt, & sceleribus contaminant: saluti autem animarum nolunt consulere. Intelligens Moyses quā necessaria esset pastoris cura & diligentia, aiebat: *Num. 17.* Prouideat dominus, deus spiritū, omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, vt possit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Et alibi dicebat Hebræis: *Deut. 1.* Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponā eos vobis principes. De iniquis autē ait deus per Oseā: *ose. 8.* Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & nō cognoui. Hoc est, non approbau. Et per Zachariam: *Zach. 11.* Ego suscitabo pastorem, qui derelictum nō custodiet, & qui dispersa nō quæret. Et paulō post: o pastor, & idolum derelinquens gregē. Permittit aliquando deus ob hominum peccata, vt pastores eligā-

tur, qui subditis perniciem machinētur. Tales pastores idola sunt foris imaginē præfulum ostendentia, intus vana. Qui oculos habent, & non vident, aures, & non audiūt, qui flagitia publica dissimulant, qui veritatem audire nolunt, nōne idola meritō vocātur? Deus, inquit Iob, *Iob. 34.* regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Ideo dicebat deus per Esaiam: Dabo pueros principes eorum, effceminati dominabuntur eis. Et paulō post: Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Et per regium ac diuinum vatem: Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. *Psal. 52.* Multi enim principes & præfules stimulis auaritiæ & cupiditatis concitati populum per summum scelus spoliant, & lacerant, eiusque diuitias inexplebili desiderio deuorant, & in altum suorum flagitiorū profundūt. Huiusmodi principes & pastores mundi honores quærunt & diuitias, non autem sollicitudinem & laborem. At pastor ille cœlestis, Christus deus noster titulū dignitatis regiæ in cruce habuit, non in mensa: in laboribus, non in delicijs. Et de seipso ait: Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Ea cognomina sumit, quibus homines amore ad se alliciat. Ipse est, qui omnia pascit: pavit populum Israeliticum quadraginta annis in deserto: pavit Moysen & Eliam cibo inuisibili quadraginta dies, et quadraginta noctes ieiunantes: pascit naturalibus escis cūcta animātia: & fideles suos pane gratiæ, & excellentibus sacramentorū epulis admirabiliter reficit, & recreat. Vocans deus se pastorē suam erga nos charitatē & sollicitudinē ostendit. De eo ait David: Dñs regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuē ibi me collocauit. Et rursus: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo? Et ipse pastor ait ore Zachariæ prophetæ: Ego ero murus igneus in circuitu eorum. Et ore Esaiæ:

Esa. 46.

Esaiæ. Etiam si mater obliuiscatur infantis sui, ego tamen non obliuiscar tui. Et Petro, quē vniuersalem ecclesiæ pastorem constituit, dixit: Pasce oues meas. Nō dixit pasce teipsum, sed oues: nec dixit: Occide illas, sed pasce eas: Nō superbiam, fastum, & insolētiā, sed sollicitudinem, curam, & vigilantiam illi cōmēdauit. Et idem Petrus alijs pastoribus dicebat: Pascite, qui in vobis est, gregem dei. Docens diuus Paulus tribuentiū, & præfulum munus, ait: Qui tribuit, in simplicitate, qui præest, in sollicitudine. Et curam suam ostēdens cōnumeratis laboribus suis ait: Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea cotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarū. Qui in functione præfecturę sollicitudinē præstat, reliquos numeros suæ dignitatis facillē explebit. Sed hæc sollicitudo erga oues debet esse, vt illas spiritali cibo, & corporeo alimento pascat, non erga mundi honores & vanitates. Sūt enim nōnulli, qui eam, quā ecclesiæ debent sollicitudinē, seculo tradiderunt, vanam nominis celebratē quærentes, suū sanguinem, non Iesu Christi illustrare conātes. Hinc effectū est, deo ita permittente, vt subditi aduersus præfules sepe numero insurrexerint, & contra excelsas ecclesiæ dignitates ostenderint rebellionē, quoniā ipsi præfules ecclesiarū sollicitudinē reliquerūt. Vt ionem diuinā esse arbitror, & iustū dei iudiciū, ita peccatis exigentibus, vt subditi à præfulum obedientia deficiāt, & præfules à sollicitudine eos pascedi defecerint. Antiqui philosophi principem & præfulem cum sole cōparabant, quem appellabant theon, hoc est currētem, vt significarēt debere illum omnia animo percurrere, esseque ei sollicitudinē, & curam, & vigilantiam summē necessariā. Eam ob causam ei sceptrū rectum absque folijs tribuebant, vt innuerent, iustitiam debere esse rectā, & affecti onibus destitutā. Vt autē firmitudinē ei⁹ in equitate & iustitia ostēderēt, Martē, per quē prin-

cipem significabant, indutū tunica adamantina pinxerunt. Vt autē ipsum principem veritatis cultorē esse debere indicarent, principis statuā collocauerūt in quodam AEgypti ædificio, vbi erat rex Simadius sepultus, & habebat statuā illa principis veritatem ex collo pendente, tāquam pretiosum monile, in quod ipse oculos habebat coniectos. Author est Diodorus Siculus libro. 2. Bibliothecæ. Nolebāt veteres illi, vt princeps aspiceret affectus corruptos, adulationes, & vanitates, sed vt in veritate oculos figeret, qua adductus gubernaret, vt se nō pasceret delicijs, & traderet voluptatibus, sed subditorum saluti consuleret, & pro illis curas, & labores subiret. In vita Alexandri Magni, quam Ioannes Monachus literis mandauit, proditum est memorię, Alexandrum has voces emisisse. Seruile est dedere se voluptatibus, laboribus autē se exercere, res est principibus digna. Si hoc Gētes absque fide animo perspiciebant, quam rationem deo reddent fideles, si illud intueri noluerint, quibus deus dicit: Væ pastoribus Israel, qui pascūt seipsos? Si seculi principes saluti populi cōsulere tenentur, quanto magis pastores ecclesiastici & religiosi, qui sunt aureæ monetæ ingentis pretij in ecclesia Christi? Oportet eos nihil intra se habere vilis cupri, nullam alienæ materiæ mistionem recipere, nullum raucum sonū plūbi edere, nihil adulterinum intrinsecus admittere. Et quoniā sunt virtutis pictores præcipui, à quibus subditi artem pingendæ virtutis discunt, vt ait in Apologetico Gregorius Nazanzenus, summa ope nitēdum est, ne inueniātur pulchræ virtutis pessimi pictores, vel certē ne alijs pictoribus, qui eam debēt in seipsis depingere, imaginis eius pessima præbeant exemplaria. Pulchram autem depingent virtutem, si in eius actiones toto pectore incubuerint, & ecclesiæ sollicitudinē præstiterint. Audiant diuum Paulum dicentem: Obedite præpositis Mm vestris,

Hebræ. 13.

vestris, & subiaccete eis: ipsi enim perui-
gilant quasi rationem reddituri pro ani-
1. Timo. 3. mabus vestris. Et alibi: Oportet episco-
Act. 20. pum irreprensibilem esse. Et rursum:
Attendite vobis, & vniuerso gregi, in
quò vos spiritus sanctus posuit episco-
pos, regere ecclesiam dei, quam acquisi-
uit sanguine suo.
Luc. 10. *Luc. comedebatis, & lanis operiebamini.* No-
mine lactis intelligit opes, nomine lanę
vestium varietatē. Ionathas Chaldæus
habet: Comeditis, & absumitis subdito-
rum diuitias.
1. Theff. 5. *Quod ex assum erat, occidebatis.* Hoc est, di-
uitibus mortem inferebatis, vt eorum di-
uitias acciperetis. Arguit pastores im-
pios, quòd pietatis momenta perpende-
re nolissent. Est enim eorū munus me-
deri ægrotis, infirmos consolidare, fra-
ctos alligare, abiectos reducere, perdi-
tos quærere, & leniter ac iuste governa-
re. Ideo ait apostolus: Corripite inquie-
tos, consolamini pusillanimes, suscipite
infirmos, patientes estote ad omnes. Pa-
Matth. 18. stor ille cœlestis, Christus deus noster
Luc. 15. relictis nonaginta nouem ouibus in de-
serto venit eam, quæ errauerat, quęsitū,
eamq; inuentam asportauit in humeris.
Nonaginta nouem oues sunt angeli ele-
cti, ouis, quæ perierat, genus humanum,
desertum cœlum est, à nobis separatū,
adauentus ad quærendam ouem perditā
est Christi incarnatio, ouis impositio in
humero est generis humani in proprio
corpore redemptio, reuersio ad desertū
est reditus Christi ad vitam, eiusque in
cœlum admirabilis ascensus. Felices il-
li pastores, qui quærūt oues perditas, im-
ponunt suis humeris, earum saluti con-
sulūt, & munus Christiani pastoris exer-
cent. At væ illis, de quibus hoc loco lo-
quitur Ezechiel, quibus per Ieremiam
Ierem. 23. ait deus: Væ pastoribus, qui disperdūt, &
dilacerant gregē pascuę meę. Ait diuus
Gregorius tot mortibus pręlatos dignos
esse, quot ad subditos suos perdicionis
exempla transmittunt. Debet pastor pri-

mò panem habere in perā, hoc est sacrā
scripturam in cognitione, iuxta id quod
ait deus per Malachiam: Labia sacerdoti-
Malach. 2. tis custodiunt scientiam. Et per Oseam:
Ose. 4. Quoniam tu sciētiam repulisti, repellā
ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Vt
de diuus Paulus in epistola prima ad Ti-
1. Timo. 3. motheū præfulem ait debere esse docto-
rem: & ad Titum, Oportet, inquit, conti-
Tit. 1. nentem esse, amplectentē eum, qui secū-
dum doctrinā est, fidelē sermonem, vt
potens sit exhortari in doctrina sana, &
eos, qui cōtradiciunt arguere. Secūdo de-
bet habere baculū ad delinquentū corre-
ptionem. Ideo ait apostolus: Peccantes
1. Timo. 5. corā omnibus argue, vt & ceteri timo-
2. Timo. 4. rem habeāt. Et rursum: Argue, obsecra,
increpa, in omni patientia & doctrina.
Oportet enim infundere vinū & oleū,
more cœlestis Samaritani, vt correctio
& pietas, iustitia & misericordia, seueri-
tas & clementia copulentur. Et quoniā
præfules pastores vocantur, in quatuor
illos insignes pastores oculos conijciāt,
vt eos imitētur, de quibus loquitur diui-
na scriptura, eos summis laudibus effe-
rens. Primus est Abel iustus, quem liber
Genes. 4. Genesis asserit fuisse ouium pastorem.
Abel idem est, quod lugens, debet enim
pastores populi scelera deplorare. Id
exercebant illi, de quibus ait Ioel:
Ioel. 2. Inter vestibulū & altare plorabunt sacerdotes
ministri dñi, & dicēt: Parce domine, par-
ce populo tuo. Id intelligens Ieremias
aiebat: Quis dabit capiti meo aquam, &
Ierem. 9. oculis meis fontem lachrymarū, & plo-
rabo die ac nocte interfectos filię popu-
li mei. Alter pastor est Iacob, qui de seip-
so dicebat: Die noctuq; æstu vrgebar, &
Genes. 31. gelu: fugiebatq; somnus ab oculis meis.
Et Christus cœlestis pastor apud Ioan-
nem patrē cœlestem alloquens, Quos,
Ioan. 17. inquit, dedisti mihi, ego custodiui, & ne-
mo ex eis perijt, nisi filius perdicionis.
Tertius pastor est Dauid, qui de se ait:
1. Reg. 17. Pascebam patris mei gregē, & veniebat
leo, vel vrsus, & tollebat arietem de me-
dio

dio gregis, & persequebar eos, & percu-
riebam, eruebāq; prædam de ore eorū,
& suffocabam, interficiebamque illos.
Oportet se bonos pastores leoni illi op-
ponere, de quo ait diuus Petrus in prima
1. Pet. 5. sua canonica: Aduersarius vester diabo-
lus tāquam leo rugiens circuit, quærens
Exod. 3. quem deuoret. Quartus est Moyses, qui
oues Ietro pascebat. Hic pro populo ad
dominum ardentes preces fundens aie-
Exod. 32. bat. Quiescat dñe ira tua, & esto placabi-
lis super ira populi tui. Debent enim præ-
fules pro ouibus suis deum orare, easque
ex Aegypto auferre, & in terrā promif-
sionis dirigere, hoc est ex mūdi flagitijs
auertere, & ad cœlestis patris desideriu
exhortari. Tenerur bonus pastor cōmu-
nem vtilitatē suę proprię antepone-
simile. re. Vt contemnendus est, qui in nauigādo
se mauult incolumem seruare, quàm na-
uim, sic eum vituperandū existimo, qui
in reipublicę discrimine suum propriū
cōmodum temporale cōmuni anima-
rum salutē anteponeat. At præter hos qua-
tuor pastores, de quorum laudibus nullā
vnquam ætas conticescet, quorū res ge-
stę sunt diuinis literis consignatę ad me-
moriā posteritatis sempiternā, oportet
principes & præfules verē Christia-
nos pastorem illum cœlestem imitari,
Christum deum nostrum, qui de seipso
Ioan. 10. ait: Ego sum pastor bonus. Ille pro nobis
sanguinem fundere, & crucis mortem su-
bire nō dubitauit. Ideo humanam natu-
ram assumpsit immensus ille deus, mūdi
conditor & conseruator, vt oues in te-
nebris inextricabilibus errantes, ad veri-
tatis splendorem adduceret, viamq; illis
muniret ad gloriam immortalē con-
sequendam. Illum expectauerant pa-
tres antiqui, de eius aduentu vaticina-
ti fuerant diuini iures, asserentes fore, vt
diuinus hic pastor veniret, cuius sangui-
ne mūdi maculę abluerentur, & iniqui-
tates expiarentur: cuius numine prædice-
bant esse infinitam hominum multitudi-
nem ex impia idolorū superstitione se-

uocandā, & ad veram dei fidem & re-
ligionem conuertendam. Huius pasto-
ris vestigia sequuntur præfules illi, qui
pro terrenis quærunt cœlestia, pro fluxis
æterna, pro exiguis magna, & pro ani-
marum salute corporis vitam, si opus sit,
periculis exponūt: quorum multi in deū
ecclesia fuerunt, sunt, & futuri sunt. Et li-
cèt nonnulli aliquando reperiantur præ-
fules, & principes immanes, & impij, qui
scelere pascuntur & maleficio, & viros:
opprimunt iustos & pios, eosq; vocant
ad cædem & vastitatem, nō est tamē,
cur animo cadamus, & scādalo assumpto
aduersus deum aliquid cogitemus. Est
enim impios tyrannos interdū regna-
re permittit, illisq; pro sua singulari pie-
tate diuturnam sæpe concedit impunja-
tem, non tamen flagitia impunita relin-
quit: qui potius ea differt æternis cru-
ciatibus puniēda. Solet etiam ex impio-
rum malis magna bona colligere. Vt
simile. qui pulchram aurificis officinam, pretio-
sis monilibus ornatam ingreditur, non
debet ægrē ferre fornacem, & carbones,
quos ibi videt, quoniā ad annulos illos,
& in aures, & cætera auri monilia & or-
namenta conficienda opus est igne, &
carbonibus: sic qui in dei ecclesia, vbi
sunt infiniti viri sapientia insignes, pie-
tate conspicui, charitate feruentes, om-
ni virtutum genere præstantes, aliquos
viderit indoctos, fallaces, nefarios, tyra-
nos, & impios, nō debet occasionem su-
mere ruinae, quia non essent mali tyres,
nisi essent tyranni. Nō permitteret deus
malos, nisi posset ex illis bonū aliquid
elicere: Capite decimo octauo libri vn-
decimi de ciuitate dei ait ita diuus Augu-
stinus: Nec deus vllum nō dico angelo-
rum, sed vel hominū crearet, quæ ma-
lum futurum esse præscisset, nisi pariter
nosset, quibus bonorum vltibus commo-
daret. Atque ita ordinem seculorum tā-
quam pulcherrimum carmen etiam ex
quibusdam quasi antithetis honestaret.
Hæc Aurelius Augustinus ibi. Et multis
Mm 2 alijs

alijs in locis iniquos ait vtilis ideo esse, quia viros pijs exercent ad virtutem patientie, & ad honestatis constantiam: cum afflictio maxime conducatur ad immortalitatis coronam obtinendam. Vnde aiebat apud Tobiam Sara cū deo loquens: Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quod vltima eius, si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur. Et David: Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et diuus Paulus: Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Sed infelices illi, qui affligentes iustos, seipsum crudeliter affligunt, & alios calamitatibus lacerantes æternum sibi ipsis constant exitium. Infelices pastores, qui cum ouium salutem consulere teneantur, quod crassum est, occidunt, dei gregem non pascunt, & seipsum in vicia ingurgitant: in quos hoc loco inuehitur Ezechiel.

Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Hoc est asperere, insolenter, & superbe illis dominabimini, & ut paucis dicam, tyrannidem exercebatis in eos.

Eccle. 3. Per Ecclesiasticum ait deus: In mansuetudine opera tua perface, & super hominum gloria diligeris. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Et rursus: Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Et diuus Paulus in epistola ad Titum, Oportet, inquit, episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem: Quem admodum estate cum vehementius tonuerit, quam fulserit, signum est ventorum, ut Plinius ait, sic qui in aliorum peccata vehementer inuehitur, & clamores queribundos attollit, cum ipse non perinde vitæ puritate micuerit, facile ostendit animum habere austeritatis potius, & ambitionis, ac vanitatis vento tum mentem, quam colentem iustitiæ, & Christi

stianæ pietatis. Bariona sonat filium colubæ, & talis debet esse, qui alios suscipit gubernandos. Quorsum enim Christus deus noster promittens Petro summum pontificatum, ei dixit: Beatus es Simon Bariona, nisi ut ostenderet, debere ecclesiasticum pastorem columbæ habere mansuetudinem & simplicitatem? Sed quoniam oportet uti aliquando austeritate, & grauius punire: & obiurgationes nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus necesse est uti acerbioris contentione verborum, & acriore reprehensionis & supplicij seueritate, sed ita ut procul absit ira & intemperantia, ait Gregorius Nazanzenus in libro de Ieremię dictis, difficile esse scire regere seipsum, scire autem regere alios difficilius. Et in Apologetico, Reuera, inquit, mihi videtur ars artium, & disciplina disciplinarum hominem regere, vel imbuere, qui est inter omnes animantes maxime & moribus varius, & voluntate diuersus. Ut in corporibus multæ inueniuntur dissimilitudines, alios enim aspiciamus celeritate instructos ad cursum, alios viribus ad palæstram, quosdam albo, alios formæ grauitate præditos esse, alios venustate, sic in animis existunt diuersæ propensiones, & infinitæ varietates. Quas omnes debet cognoscere, qui rempublicam gubernandam suscipit. Videant igitur electores, ne rempublicam amentibus & sceleratis committant: Latrunculi Syrię ceperunt puellam Israeliticam, eamque Naaman Syro lepra contaminato traderunt. Eodem modo faciunt nonnulli electores, impiè quidem illi, & nefariè, qui religionem eripiunt virginem pulcherrimam, quam leproso cuidam, flagitioso, inertis, indocto, vitijs imbuto gubernandam committunt, ut ipse eis suorum vitiorum impunitatem largiatur, & cum erga eos sit indulgentissimus, sit aduersus alios asperrimus, imperans illis cum austeritate.

Math. 16.

simil.

4. Reg. 5.

Esa. 1.

Matth. 23. Luc. 11.

Et dispersa sunt oues meæ. Est enim hoc magnum periculum: nam lupo in oues simul congregatas non audet impetum facere: at si dispergantur, in eas statim inuehitur.

Errauerunt greges mei in cunctis montibus. Alludit ad loca excelsa, ubi solebat Iudæi idola constituere, & ibi ea colere.

Super omne in faciem terræ. Hoc est, terrena se cõtabantur, non cœlestia. At in epistola ad Colossenses ait apostolus: Quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est, in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Si altè spectare voluerimus, & æternas beatorum sedes contueri, & supera ac cœlestia gaudia cogitare, omnia terrena contemnemus, & exigua ac fragilia reputabimus.

Et non erat, qui requireret. Nec rex, nec princeps, nec sacerdos, nullus denique erat, qui errantem populum ad viam dei reuocaret, quoniam hi extra viam syluas vitiorum peragrabant. Omnes tam nobiles, & illustri loco nati, quam obscuri, & plebei erant sceleribus imbuti. Hoc intelligens Esaias dicebat: A planta pedis vsque ad caput non erat in eo sanitas. Hoc est, ab agricola vsque ad principem, ab infimo vsque ad supremum, omnes erant flagitiorum labibus infecti. Verba hæc repetit Ezechiel ad tanti mali magnitudinem exaggerandam.

Ecce ego ipse super pastores. Subaudi veniam, ut in eos grauius animaduertam.

Requiram gregem meum de manu eorum. Id est, petam ab illis rationem excidij populi mei, eiusque detrimentum illis imputabo.

Ut ultra non pascant gregem meum. Auferam ab eis oues meas, quas opprimunt & perdunt. Hoc fuit impletum tempore Christi, cum ipse electos suos liberauit ab scribis & pharisæis, qui populum oneribus grauibas opprimebant, ut apud Mattheum, & Lucam licet videre. Ab hac legis seruitute, & onerum impositione liberati sunt fideles per euangelicam li-

bertatem, ut copiose ostendit apostolus in epistola ad Galatas. At oportet, quid sit libertas hæc intelligere: ne eam male intellectam in scelerum occasionem sumamus. Ita enim ait diuus apostolus: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. In epistola ad Romanos ait ita apostolus: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati, & mortis. Et in secunda ad Corinthios: Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Sed ad Romanos, Liberati, inquit, a peccato serui facti estis iustitiæ. A duplici damnatione, in quam incurramus per Adam, nimirum peccati & mortis, liberati sumus per Christum. Eam ob causam sanctus apostolus eius legem appellat legem spiritus contra peccatum, & legem vitæ contra mortem, dicens: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Vnde libertas nostra spiritualis est, non carnalis.

Et non erit vltima vis in eam. Id est, non amplius posthac impij pastores gregem meum deuorabunt.

Requiram oues meas, & visitabo eas. Eodem modo apud Esaiam: Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: scetas ipse portabit. Et apud Zachariam: Visitabit dominus exercituum domum suam, domum Iuda.

In die nubis & caliginis. Hoc est tempore calamitatis. Qua de re ea poteris videre, quæ capite. 32. diximus, verba illa explanantes. Et operiam cœlos.

Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberibus pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi

Gala. 4.

Gala. 5.

Roma. 8.

2. Corint. 3.

Roma. 6.

Roma. 8.

Esa. 40.

Zacha. 10.

Inf. 32.

D

requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascuntur super montes Israel. Ego pasca oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus deus. Quod perierat, requiram, & quod abiectum erat, reducam: & quod contractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pasca illas in iudicio. Vos autem greges mei, hæc dicit dominus deus: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum. Nonne satis vobis erat pasca bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbastis. Et oves mea his, quæ conculcata fuerant pedibus vestris, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibe bant. Propterea hæc dicit dominus meus ad vos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum: pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infima pecora, donec dispergerentur foras. Salva bo gregem meum, & non erit ultra in rapinam: & iudicabo inter pecus, & pecus.

Et educam eas de populis, & congregabo eas. Per populos regiones intelligit Chaldeorum. Sed quis non videt intelligi hoc præcipue de Christo deo nostro, qui eos, qui dispersi erant, & vanis, ac varijs Gentium superstitionibus additi, ad veram Hierosolymam, hoc est ad ecclesiam

catholicam duxit, ubi eos congregavit: ut impio idolorum cultu relicto religio nem veritatis plenissimam amplecteretur? Quæ de re non solum alibi apud hunc nostrum Ezechielem, sed etiam in nostris in Esaiam commentarijs fasce differuimus, verba illa undecimi capituli explanantes: A Phetros, & ab Aethiopia; & verba illa capituli vigesimiseptimi: Et erit in die illa: clangetur in tuba magna.

In montibus Israel, in rivis, & in cunctis scaberrima. Hoc est, in montibus, & vallibus aqua fluminum irriguis, & in omni denique loco fertilis & herbofo. Explicans autem seipsum, ait: In pascuis vberimis pasca eas. Felices illi, qui se deo committunt, & tam diligenti pastori custodiendos & pasceandos tradunt. Audi unum ex illis aientem: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascae ibi me collocavit. Super aquam refectiois educavit me, animam meam conuertit. Locum pascae vocat vberimum contemplationis rerum diuinarum pastum, quo mentes admirabili voluptate afficiuntur: aquam vero refectiois gratiam spiritus sancti, & amœna diuinarum literarum flumina. Ex his rebus tantum roboris animis iustorum accedit, ut nullis calamitatibus fulminibus terreantur, nullis sceleratorum oppugnationibus debilitentur.

Quod perierat, requiram. Quemadmodum pastor ovem perditam requirens solet in locum excelsum ascendere, ut inde ad eam clamet, ita Christus genus humanum requirens in excelsum crucem in monte Caluarie defixam ascendit, ut nos ad seipsum clamore magno vocaret. Et quantum impij Iudæi Christi voces contemnunt, quod ipse iam ijs verbis dixerat per Salomonem: Vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret: eius tamen voces emissas è cruce audiunt electi, veluti oves sibilum sui pastoris attendentes. Ipse enim dixerat per Zachariam prophetam: Sibi labo eis, & congregabo illos, quia redemi eos.

eos. Sibilat Christus, sibilat etiam diabolus. Viscire cuius pastoris sis ovis, intue re cuius sibilum sequaris.

Quod contractum fuerat, alligabo. De eo dixerat Esaias: Calamum cassatum non conteret. Quem locum diuus Matthæus de Christo interpretatur. Per calamum cassatum homines intelligit imbecillos, & fragiles in fide, quos Christus roboravit, congregavit, & vinxit.

Quod infirmum fuerat, consolidabo. Præfulis & concionatoris munus est vulnera curare, non exulcerare, morbis mederi, non eos efficere. De Christo dixerat Esaias: Verè dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portavit. Quæ locum diuus Matthæus & diuus Petrus de Christo interpretatur. Sed Matthæus de corporis languoribus, quibus ipse mirabiliter medebatur, Petrus autem de animi ægrotationibus, hoc est, de peccatis, à quibus genus humanum liberavit. Et uterque rectissime, & literaliter: nam unus ac idem scripturæ locus duos potest habere sensus literales.

Quod pingue & forte custodiam. Ne scilicet ægrotet. A Egros curabo, ut restituantur in pristinam sanitatem, robustos autem ac valentes præservabo, ne incidant in morbum. Pro custodiam verti potest, exterminabo, siue disperdam. Et tunc erit sensus: Pingues & potentes, qui opprimunt imbecillos, & in viros innocentes contumelias iaciunt, castigabo. Id voluit diuina scriptura in Exodo significare, cum dixit, esse bouem cornipetam lapidibus obruendum: *Quid per bouem cornipetam percipientem nisi homo immanis intelligitur, qui alios vexat, & ad excidium vocat? Aspicias hinc totum præfulis munus numeris suis absolutum. Debet enim bonos remaneri, malos vero punire, vitia euellere, & virtutes plantare. Vnde Ieremiæ dixit deus: Constitui te hodie super gentes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & edifices, & plantes: Sed ad hoc opus est habere præfulis*

amorem charitatis in animo, labore in negotijs, fortitudinem in periculis, consilium in providendo, industriam in agendo, constantiam in perseverando.

Et pasca illas in iudicio. Hoc est, sapienter, sciens, quod cuique conveniat. Vel in iudicio, id est, in rectitudine, & æqualitate, dans vnicuique quod suum est. In hoc consistit iustitia, quæ est omnium moralium domina, ac regina virtutum.

Vos autem greges mei. Increpatis iniquis principibus increpatis modò subditos iniquos, qui cum laute & splendide vitam agant, volunt alios opprimere, & inter eos discordiam seminare. Ideo ait: Ecce ego iudico inter pecus, & pecus, hoc est inter bonos & malos. Id explicare volens subdit: & inter arietem & hircum. Per arietem subditum bonum intelligit, per hircum malum: per aquas pedibus conculcatis pacem perturbatam. Potest hoc hæreticis accommodari, qui cum legant sacra scripturam, quæ est aqua pura, & lucida, eam turbant, & conculcant, & perperam interpretantur. Et ita decipiunt multos, quibus familiariter utuntur. Quæ ob causam oportet eos summopere vitare. Hæreticum hominem, inquit diuus Paulus in epistola ad Titum, Tit. 3. post vnam, & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Et diuus Ioannes in epistola sua secunda. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Et si hæretici velint sanctitatem ostendere, non est illis habenda fides. Ideo dicebat Christus: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Citant quidem diuinas scripturas, sed deprauate: & ad hereses suas confirmandas locos afferunt sacrarum literarum, sed qui illud minimè dicant. Ut qui regis imaginem ex auro, & gemis pretiosis à folerte artifice fabricatam dissoluit, & transferunt aurum illud & gemas

in canis imaginem, quam ex eadē materia cōficiūt, aiunt imaginem illam suam canis, esse regis imaginem, quoniam idē est aurum, & ijdē pretiosi lapilli: sic heretici imaginem fidei dissoluunt, & ex iisdē sacrae scripturae autoritatibus perperam ac falso expositis imaginem perfidiae conficiunt, & ornāt: & aiunt illam esse fidei & veritatis imaginem, quoniam est ex iisdē locis sanctarum scripturarum cōstructa. Et hoc modo imbecillos & fragiles homines saepenumero fallūt, suadentes illis turpem illam canis figuram, hoc est pestiferam suam haresim esse pulchram regis, hoc est expressam veritatis imaginem. Hac similitudine vititur Irenaeus libro aduersus Valentinum primo.

Pro eo quod lateribus & humeris. Metaphora sumpta à bouibus pinguibus & robustis, qui imbecillos & macilentos impellunt, & lateribus, humeris, ac cornibus eos percutiunt.

Ioan. 1. g.
Ioan. 10. b.
Esa. 40. c.
Danie. 9. g.

Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meū Dauid: ipse pascet eas: & ipse erit eis in pastorem. Ego autē dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis: & cessare faciā bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto securi dormiēt in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo, & pluuiae benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore: & sciēt, quia ego dominus, cum contriue-

ro catenas iugi eorū, & eruo eos de manu imperantium sibi: & non erunt vltra in rapinam in Gētibus, nec bestiae terrae deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vlllo terrore. Et suscitabo eis germē nominatum: & non erunt vltra in minuti fame in terra, neque portabunt vltra opprobrium Gentium. Et scient, quia ego dominus deus eorū cum eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait dominus deus. Ioan. 10. b. Vos autem greges mei, greges pascuae meae homines estis, & ego dominus deus vester, dicit dñs deus.

Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. Verba sunt dei patris verum pastorem Christum promittentis. Cum Moyses ad exitum vitae vocaretur, populo Israelitico benedixit: Et postquam multa de Christi protulit aduentu, has voces emisit: Habitabit Israel confidenter solus, oculus Iacob in terra frumenti & vini, coeliq; caligabūt rore. Israelem, qui vocatur Iacob, oculum appellat per appositionem, non corporis oculum, sed aquae, hoc est fontem, à quo deductus est populus Israeliticus veluti fluiuius à fonte. Oculus fuit & vena aquarum multarum, à qua deriuatus est populus, qui Iacob etiā appellatur. Hūc Israeliticum populum, hos Hebraeos à Iacob genus suum ducentes dixit loco illo Moyses esse tempore Christi cum animi securitate in ecclesia catholica habituros. Ecclesiam autem vocat terrā frumenti & vini, hoc est in qua futurus erat Christus in sancto eucharistiae sacramento sub speciebus frumenti & vini. Vel per vinum & frumentum intelligit abundantiam donorum caelestium: quod alijs verbis idem significantibus repe-

Deute. 33.

tit, dicens: Coeliq; caligabunt rore. Hoc est, ex caelis distillabuntur pluuiae ecclesiam foecundantes: erit ecclesia irrigata affluentia gratiae, & diuinorum bonorum. Hæc est terra illa fertilissima, de qua dixit psalmographus: In loco pascuae ibi me collocauit, super aquam refectiois educauit me. Per Israelitas hi intelliguntur, qui erāt fidem Christi recepturi, qui sunt Israelitæ secundū spiritum, siue sint ex Hebraeis, siue ex Gentibus. Qui autē sunt infideles, hi etiam si sint Israelitæ secundum carnem, non autem sunt secundum diuinam promissionem. In epistola ad Romanos ait ita diuus Paulus: Nō enim omnes, qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, nec qui semē sunt Abraham, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen. Id est, nō qui filij carnis hi filij dei sunt, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Et in epistola prima ad Corinthios, Videte, inquit, Israelem secundum carnem: innuens alterum esse secundum spiritum. De hoc Israele secundum spiritum vaticinatus est loco illo Deuteronomij Moyses, prædicens illum esse in ecclesia dei fidēter habitaturū. Id asseruit postea Ieremias ita dicens: Ecce dies veniēt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomē, quod vocabūt eum: dominus iustus noster. Vbi in editione vulgata est dominus, est in hebraico Iehouah, quod nomen ex omnium & Hebraeorum & Christianorum sententia tantū de vero deo dicitur, & illi soli tribuitur. Indicat apertē Ieremias his verbis Messiam esse verum deū, in cuius aduentu erant Israelitæ cum animi fiducia & tranquillitate in ecclesia cōmoraturi, & æternam salutem consecuturi: ipsumq; futurum esse pastorem, & regem, & verū Dauidem, & super Dauidis thronum sessurum. Illum autem locū intelli-

Psal. 22.

Roma. 9.

1. Corin. 10.

Ierem. 23.

gūt de Christo omnes, tam Iudæi quam Christiani, sed variant in tempore. Idem repetit Ieremias trigesimalotertio, dicens. Ecce dies venient, dicit dominus: & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domū Iuda: in diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Vel vt alij vertunt, deus iustitia nostra. Christus enim est ille, qui iustificat nos, de quo ait diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hic est supremus rex, caelestis Dauid, ex eius semine secundum carnem, de quo dixerat Esaias: Super solium Dauid sedebit, & super regnum eius. Ideo dixit Gabriel angelus sacratissimæ virgini: Vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et quia Christus processit ex genere Dauidis, fuitque pastor & rex quemadmodum Dauid, & multis in rebus fuit adumbratus in Dauide, ideo Ezechiel hoc loco appellat eum Dauidem, imò deus pater per illum, dicens: Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. Et rursus capite. 37. Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Eam ob causam Ieremias duobus locis paulò antè citatis eum vocat Dauidem, regem & pastorem, quemadmodū Ezechiel. Esse autem Christum pastorem à patre caelesti missum indicat Esaias ijs verbis: Ecce deus vester, ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dñabitur: ecce merces eius cū eo, & opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suum.

Ierem. 33.

1. Corin. 1.

Esa. 9.

Luc. 1.

Inf. 37.

Esa. 40.

suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit. Intuere quàm dilucidè afferat Christi diuinitatem & humanitatè: aper tē eum vocat deum & dominū, & pasto rem humeris suis oues portatē. Postquā Mich. 5. Michas capite. 5. locutus est de vtraq; Christi natiuitate, temporali & æterna, subdit: Stabit, & pascet in fortitudine dñi. Hoc est, perpetuò regnabit in eccle sia pascens oues suas magna fortitudine, efficiēsq; per se, & per apostolos suos cla rissima miracula. Ideo Dauid in perso na ecclesiæ canebat: Nos autē populus eius, & oues pascue eius. Oues sunt Chri stiani & fideles oēs pastoris illius, qui de se ait: Ego sum pastor bonus: & cogno sco oues meas. Aspicis non esse nouū no mē hoc pastoris, quo se Christus cogno minauit, sed tributū ei fuisse à prophetis: nec esse nomē, quo nos terreret, sed quo nos ad amorem excitaret. Ipse enim ait per Oseā: In funiculis Adam trahā eos, in vinculis charitatis. Hunc pastorē imi tabatur ille, qui ouibus suis dicebat: Cupi dē volebamur tradere vobis non solū euāgeliū dei, sed etiam animas nostras, quoniā charissimi nobis facti estis. Vocans se Christus pastorē ostendit quāta cura nos pascat, & quāto nos labore rede merit, vt ex remedij qualitate periculi nostri magnitudinem cogitemus. Cū duplex sit pastus, alter animæ, alter cor poris, multò magis se Christus sollicitū ostēdebat erga oues suas in pastu animę, q̄ corporis: nā præ fame spicas vellebāt aliquādo, & calamitatibus premebātur, at in pastu animę summam curā habuit: cōcionabatur, docebat, arguebat, cōsola batur. At hodie à multis ille vocatur præ stātor pastor, cui maior est cura corpo rum quàm animarū: famē panis permi sit Christus discipulis suis, non autem famem doctrinæ: est enim verus animarū pastor. Quapropter diuus Paulus en epi stola ad Hebræos Iesum Christū appel lat magnum pastorem. Ei assentiens Pe

trus apostolorū princeps in prima sua ca nonica, Conuersi, inquit, estis nūc ad pa 1. Pet. 2. storem, & episcopū animarū vestrarū. Id prædixit hoc loco Ezechiel inducens promittētem deū patrē, se esse suscitaturum pastorē vnum, seruum suū Dauidē. Et Oseas dicens. Post hæc reuertētur fi lij Israel, & quærent dominum deū suū, & Dauid regē suū. Pro quo habet translatio Chaldaica: Post hæc reuertētur fi lij Israelis, & quæret cultū dei sui, & obe dient Mesiā, filio Dauidis, regi suo. Per spicuū est, nec Ezechielē, nec Ieremiā, nec Oseā, nec alios prophetas illius me moriæ de Dauid patre Salomonis locu tos fuisse, cū eum venturū prædicebāt, quoniam iam excesserat è vita, & inter eos & illum longum annorū interuallū interfluxerat. Sed intelligebantur vaticinia illa de cœlesti Dauid, cuius ille ter renus eximia pietate præstante gesserat imaginē. Quemadmodū Dauid baculo & quinque lapidibus vicit Goliath, sic Christus cruce, & quinque vulneribus mundū superauit. Ipse enim de se ait: Cō fidite: ego vici mundum. Tanta est eius fortitudo, vt manus eius in cruce vulne ribus confossæ, & duris clauis traiectæ mundū vincerent, & dæmonistyranni dē depellerēt. Manus enim illæ dei sunt, quæ mundū condiderunt: quoniā Chri stus deus est & homo, duas in eo naturas cognoscimus, vnam autem personam, vnum suppositū, vnam hypostasim. Per sona super hypostasim non addit nisi de terminatam naturā nempe rationalem, & in Christo nō est alia hypostasis præ ter hypostasim verbi. Quā obcausam in concilio Ephesino assertum & decretū fuit, factā fuisse vnionē in hypostasi aut supposito, quēadmodū in cōcilio Chal cedonēsi factam fuisse in persona. Et ita verè asserimus, manus illas, quę in cruce affixæ fuerunt, eas esse, quæ cælū forma runt, quoniam harum manuum suppo situm & persona est deus. Videbatur ille, qui erat inuisibilis, tangebatur ille, qui

qui erat intāgibilis, moriebatur ille, qui erat immortalis. Et brachijs extensis pul sabat citharā cœlestis ille Dauid, & dæ mon vincebatur. Hic est ille Dauid, qui pro ouium salute mortuus est, qui nos suo corpore sacratissimo, & suo sangui ne pretiosissimo recreat & reficit, q nos pascit sua gratia, & bonorum abundan tia: de quo ait hoc loco deus pater per Ezechielē: Et suscitabo super eas pasto rem vnum, qui pascat eas, seruum meū Dauid &c.

Seruum meum. Pater cœlestis Christū vocat seruum suum ratione humanita tis assumptæ, secundum quam minor est patre, iuxta id quod ipse ait: Pater maior me est. At secundum diuinitatem equalis est patri. Ipse enim ait: Ego & pater vnum sumus. Dicens vnū, significat vni tatem naturæ & substantiæ, dicens su mus, distinctionem personarum. Vnde diuus Paulus in epistola ad Philippēses, Hoc, inquit, sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cū in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit, for mam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Ac si diceret: Ita afficiamini erga vos, quomodo sibi affectus fuit Christus, qui nostram quærens vtilitatem abiecit semetipsum. Nam cū in eadem esset cum patre substantia, deo patri æqualis & consubstantialis, cū posset hanc equa litatem & consubstantialitatē sine rapi na & iniuria sibi tribuere, noluit eā apud homines imperiosè vendicare: qui potius seipsum exinaniuit, assumens homi nis naturam, planè instar hominum, ac verus homo factus est perinde ac vnus quiuus ex hominibus, quod ad naturam attinet, non autem quo ad vitium con tractum. Et quoniam dei filius formam serui accepit, & vt ipse ait, non venit mi nistrari, sed ministrare, & quia deo pa tri obediuit factus obediens vsq; ad mor tem, mortem autem crucis, ideo à patre

appellatur seruus hoc loco, & capite. 37. *Infra. 37.* Et seruus meus Dauid rex super eos. Et apud Elaiam: Ecce seruus meus, susci piam eum, electus meus: complacuit si bi in illo anima mea. Quem locū diuus Matthæus de Christo intepretatur. *Matth. 12.*

Princeps in medio eorum. Quasi centrū, à quo ductæ ad circumferentiam lineæ om nes sunt equales. Vult significare Chri stum iudicem esse rectum, apud quem non est acceptio personarum. Id quod as serit his verbis in Deuteronomio diuina scriptura: Deus personam non reci pit, nec munera. Et Iob, Deus, inquit, nō accipit personam principum, nec cogno uit tyrannum. Hanc sententiam assert diuus Petrus capite decimo Actorū, & diuus Paulus capite secundo epistolæ ad Romanos. *Act. 10.* *Roma. 2.* Qui in medio est, omnibus vult æqualiter consulere, quod est Chri stiani principis & præsulis munus. Vo lentes veteres Aegyptij regem signifi care, tutrem pingebant à serpente in or bem circumdatam & redimitam. Torris illa tūtissima est regis præsentia & vo luntas, quę in medio circuli, in medio re gni, in medio rerum debet esse, vt om nes eum videant, participent, ament, & ad eum necessaria referant, & ab eo vi deantur, amentur, & iustè iudicentur. Serpens ille tenens principem in medio populus est prudens, qui eum eligit præ sulem, & rectorem, qui medium teneat, & colat æqualitatem: prudens enim cū serpente comparatur, iuxta saluatoris il lud: Estote prudētes sicut serpentes. Pla to libro quinto legum urbem suę repu blicæ metropolim, principis domiciliū in medio regionis dicebat esse consti tuendam. In libro Genesis ita scriptum legimus: Habibat autem Ephron in medio filiorum Herh. Et rectè in me dio eorum habitabat, qui inter eos prin cipatum obtinebat. Qua de re susē dis seruimus capite duodecimo, verba il la explanantes: In medio domus exape rantis.

Ioan. 14. Et faciam cum eis pactum pacis. Ipse enim dixit: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.

Psal. 73. Et cessare faciam bestias pessimas de terra. Qui totum hoc intelligunt de reatu Hebræorum ex Babylonia, per pastorem intelligunt Zorobabilem, & per oves Iudæos: & per bestias pessimas intelligunt ad literam feras, quæ erant in terra promissionis ob eius solitudinem. Nos autem qui totum hoc precipue intelligimus de Christo, existimamus pastorem esse Christum, oves, fideles, bestias autem pessimas esse vitia nefaria, & homines impios, scelerumque labibus infectos, ac dæmones generis humani inimicos; iuxta illud psalmographi: Ne tradas bestiis animas confidentium tibi.

Deute. 32. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem. Hoc est, ponam fideles meos intra ecclesiam meam, ubi erunt felices. Accipitur benedictio pro felicitate & fecunditate: & collis pro ecclesia in excelso loco sita.

simile. Et pluuia benedictionis erunt. Hoc est, erunt pluuie fertilitatis & fecunditatis. Non solum non nocebunt fructibus, sed proderunt. Erit tempus illud felix, & affluens doctrinis. Accipitur pluuia pro doctrina, vt in Deuteronomio: Concresecat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquiū meū. Nā quæadmodū pluuia agros rigat, & fecundat, & segetes educat, atque cōfirmat, & plantas latissimorum fructuum copia exornat, sic Christiana doctrina pios homines irrigat, eorumque animos alit ad æternitatem, vberimosque virtutum fructus producit. Hanc tribuit deus populo suo tempore opportuno copiosam & abundantem, iuxta id quod ait regius vates: Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tuæ. Pluuiam voluntariā appellat doctrinam desideratam & tempestiuam: hereditatem verò dei vocat populum Christianū, quem deus tanquam agrum hereditarium excolendum suscepit: quæ, cum esset antea sterilis, doctrina

sua imbribus irrigauit, & fructiferum reddidit.

Esa. 9. Cum contriuero catenas iugi eorum. Christus contriuit graue diaboli iugū, quod erat hominum ceruicibus impositum, & loco eius iugū nobis imposuit: suaue. Id prædixerat his verbis Esaias: Iugum oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Ac si diceret: Cum veneris ò domine Iesu, & assumpta humanitate viam ad gloriā immortalē munieris, eripies homines à graui dæmonis iugo, quo ipse dæmon eorum colla deprimit, & à virga, qua eos percutit, & à sceptro, quo imperat: & diaboli denique tyrannidem delebis. Sed heu, quàm multi hodie Christi iugum repellunt, seque Satanæ iugo submittunt! Est quidem dæmonis iugum asperū, & graue, & intolerādum, Christi verò leue, suaue, & amplectendum: inuitat diabolus mortales ad pondus sui iugi, & currunt libenter: inuitat eos Christus ad sui iugi suauiatē, & renuunt. Venite ad me, inquit clemētissimus dominus, omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meū suaue est, & onus meum leue. Per Ieremiam ait ita deus: Ambulate in via bona, & inuenietis refrigeriū animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Impij homines diuinum iugum aiunt durum esse, & laboribus plenum: at Christus, qui est ipsa veritas, illud leue & suaue esse asseueratē affirmat. Et diuus Ioannes in prima epistola sua, Mandata, inquit, dei grauia nō sunt, quoniam omne, quod natum est ex deo, vincit mundum. Et diuinus psalmista: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Ac si dicat: Tu qui fingis dei præcepta dura esse & intolerabilia, nonne sedes in flagitijs? Sedes quidem. Dei iugum graue appellas, in eius præceptis fingis labores, non quod hoc ita sit, sed quod tu sis in se de mi-

de iniquitatis collocatus, ex qua surgere non vis. Dum lignum viride est, potest esse graue iugum ex illo factum: sed longum tempus reddit lignum siccum & leue. Priusquam dei filius super se iugum ferret, poterat illud graue esse, sed postquam illud Christus collo suo imposuit, atque triginta & tres annos portauit, effectum est siccū & leue. Poterat Christus legem suam cum lapide comparare, aut ligno, aut aliqua huiusmodi re, sed ideo voluit eam cum iugo comparare, quia iugum nisi à duobus portari non potest: vt significaret, dei seruū non esse solum, cum pondus aliquod aut laboris, aut calamitatis, propter Christum ferret toleranter, eiusque iugū portaret: ipse enim Christus illud ex altera parte tollit, & seruo suo vires suppeditat. Et ita dei seruus labores vitæ, ærūnas mūdi, & graua humanarum molestiarū pondera valet sustinere, & cum societate Christi ea inuenit suauiā, & adiumenta quædam, atque veluti alas, quibus volat in sublime vsque ad cœlum. Vt enim currus etsi grauis sit, efficit tamen, vt boues onus aliās intolerādū ferant, sic Christi iugū, quāuis iugū sit, efficit tamē, vt dei seruus vitæ onera sustineat, & ferat, & se extollat in excelsum, tendens ad Christum in curru Eliæ: eiusque alta mysteria sole ipso lucidiora lætus ac tutus contēplatur. Vt penne quauis suum habeant pondus, tamen corpus auis onerosum ferunt in sublime, sic dei iugum, licet naturæ peccatū corruptæ graue videatur, tamē hominē suapte natura graue extollit in excelsum, & volare facit vsque ad cœlorum altitudinem. Tam suaue est Christi iugū, vt qui illud collo suo imponit, admirabiles voluptates percipiat, & incredibilibus animæ oblectationibus perfundatur. Iugū est, fateor equidē: sed suaue: pondus est, sed leue. Non omnino Christus nobis subtrahit iugum, & onus, non nobis laborem penitus aufert, sed cōmunit. Pro aspero mūdi iugo tribuit suaue,

& pro graui onere leue, vt in hac vita animæ tribuat quietem, & in altera gloriā sempiternā. Graue onus est iniquitas sedens super talentū plumbi, quo ille premebatur, qui aiebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatur sunt super me. Sed deus tunc nos onerat, cum à peccati pondere exonerat: onerat beneficio, cum exonerat peccato. Onera nostra super se portauit, vt nos mūdi leuaret impedimentis. Ideo canebat diuinus psalmista: Lacta super dominū curā tuā, vel, vt potest verti ex hebræo, pondus tuū, & ipse te enutriet, seu vt alij vertant, subleuabit. Quid plura? Ipse Christus nos vocat laborantes, & pondere pressos, vt nos laboribus leuet, & oneribus. O immensam Christi clementiā, ò infinitam dei nostri pietatem! Quis non admirabitur tam singularem erga nos amorē, tam admirabilem charitatis abundantiam? Si cadimus, erigit nos: si torpemus, excitat: si dormimus, exuscitat: si erramus, ducit ad viam: si laboramus, clamat & vocat nos, vt pro labore requiem nobis largiatur: si vinculis vitiorum detinemur, catenas iugi dæmonis conterit & confringit. Quid igitur retribuemus domino, pro omnibus, quæ retribuit nobis? Ipse est, qui à nobis iugum Satanæ repellit, qui ait hoc loco per Ezechielem: Cum contriuero catenas iugi eorum &c.

De manu imperantium sibi. Hoc est, de potestate diaboli, mundi, & carnis, & ipsius peccati. Qui facit peccatum, inquit ipsa veritas, seruus est peccati. Hanc sententiā explicuit diuus Paulus in epistola ad Romanos capite sexto, & diuus Petrus in epistola sua secunda capite secundo. Vel de manu imperantium, hoc est de Chaldæorum seruitute. Nam totū hoc potest referri ad reductionem populi Israelitici à Chaldea in terram promissionis: nec nos inficimur illud, sed aperte fatemur. Verū arbitramur esse totū hoc ad Christi tempus referendū, quando

similia.

similia.

quando Gentes receperunt fidem, & cū Iudæis credentibus fuerunt in ecclesia vna congregata. Id voluit diuinus vates in primis prædicere, hoc fuit eius præcipuum propositum & institutū: & hæc existimo esse literalem & germanam huius loci intelligentiam.

Et suscitabo eis germē nominatum. Hoc est, mittam ad eos Christū. Verba sunt dei patris. Eum, quem paulò antè appellauit Dauidem, appellat modò germē nominatum. Eodem modo apud Ieremiam: Suscitabo Dauid germē iustū. Et apud Esaiam: In die illa erit germē dñi in magnificentia & gloria. Ac si dicat: Tēpore humanæ redēptionis celebrabitur Christi nomē, & verus ac purus dei cultus omnibus terrarum finibus propagabitur, & dæmonistyrānis euertetur. Apud Zachariam prophetam, vbi Christus appellatur Oriens, pro Oriente poterat verti germē: vtrunq; enim eadem dictio hebraica significat. Accipitur igitur germē dñi pro Christo vero deo, & vero homine, quem ideo hoc loco Ezechiel appellat germē nominatū, quia est celebratus sermone omnium nationum, & ille, quem diuini vates nominarūt, & nuntiarunt: de cuius nomine prædixerat regius psaltes: Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuū in vniuersa terra! Ac si diceret: Quam celebris est tui nominis amplitudo, quæ omnes Gētiū oras peragravit! Famam huius germinis nominati celebrauit ipse deus omnibus terrarum finibus per apostolos suos, de quibus dixerat idem diuinus vates: In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et Christus deus noster apud Lucam: Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionē peccatorum in omnes Gentes. Vides igitur esse Christum non in vna tantū natione, sed in omnibus Gentibus, omniū linguis & literis nominatum & celebratū.

Quidam aiunt hunc, quem Ezechiel vocat germē nominatum, esse Zorobabelem, sed nos credimus Ezechielem hoc loco de Christo vaticinari, & hoc præcipuè intendere, etiam si minus præcipuè de Zorobabele & reditu Hebræorum à captiuitate vaticinetur.

Et non erunt ultra imminuti fame in terra. Hoc est, non deerit vnquam in ecclesia catholica vera doctrina: non erit fames verbi dei. Qui hoc intelligunt solū de reditu Iudæorum in terram suam, per famem ad literam intelligunt penuriā ciborum corporeorum, & annonæ caritatem, quam aiunt non fuisse in Iudæa post Hebræorum regressum ad illam, sed fuisse semper magnam terræ fertilitatē, & alimentorum abundantiam. At nescio quomodo se poterunt à dubijs explicare, cū constat ex libro primo Esdræ capite. 4. & 5. & ex primo Machabæorum Iudæos postea famem sustinuisse. Nisi dicant hanc abundantiam frugū & ciborum promissam fuisse iustis, non impijs. Sed tunc quomodo probabūt, omnes illos, qui in agrorū sterilitate abundabant frumēto, iustos esse, omnes verò, qui fame laborabant, impios? Non se poterūt facile eripere, nisi fortè dicant, promissis se deum hanc ciborum affluentiam statim post reditum, non autem perpetuò.

Et scient, quia ego dominus, deus eorum cum eis. Ipse enim ait apud Matthæum: Ecce ego vobiscum sum cūctis diebus vsque ad consummationem seculi.

Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Hæc litera est ita disponenda. Vos autē ò homines estis greges mei, greges pascuæ meæ. Locutus fuerat deus de ouibus: & ne aliquis existimaret esse hoc ad literam de pecoribus intelligendum, explicat nunc seipsum dicens: se per oues & greges homines intelligere, non autem pecora. Exponit deus metaphoram, qua vsus fuerat. Vel sic. Vos ò greges mei, ò Christiani, qui meis sacramentis pascimini, & mihi adhæretis, digni

digni estis, qui homines vocemini. Infideles, & nefarii feræ sunt, non homines: vos autē qui cœlum aspiciatis, qui ratione vtimini, qui turpes voluptates, falsos mundi honores, incertas & fallaces diuitias, & alia huiusmodi, quæ mortales flagitijs cooperti ardentè amant, contēntis, & parua ducitis, atq; ad bonā immortalia aspiratis, homines estis: illi autem, qui solū terram intuentur, & corporis illecebris ducuntur, bruta potius quàm homines appellantur. In Ecclesiaste ait ita Salomon: Deū time, & mandata eius serua: hoc est omnis homo. Vnde qui nec deū timet, nec eius seruat præcepta, homo dici nō meretur. Licet enim veterem induat hominē, qui corrumpitur secundum desideria erroris, tamē quia nō renouatur spiritu mētis, nec induit nouū hominem, qui secundum deū creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, bellua potius quàm homo potest appellari. Homo cū in honore esset, inquit diuinus vates, non intellexit, cōparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis. Vnde ait apostolus in epistola prima ad Corinthios: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales terreni, & qualis cœlestis, tales cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis. Et ad Colossenses: Expoliantes veterem hominē cum actibus suis, & induētes nouū. Hoc intuēs diuus Augustinus ait sermone. 18. in Ioānem: Homo si vivit secundum carnē, pecoribus coniungitur, si secundum spiritū, angelis sociatur. Cū deus statuisset ex omnibus animantibus solū hominem facere rationis participem, & cœli cultorem, eum ad cœli contemplationē erexit, vt illud aspiceret, quod erat migraturus, si eo munere fungeretur, cuius colēdi efficiendiq; causa eum deus sui præstantissimi numinis similem efficiebat. Est hoc animal prouidū, sagax, multiplex, acutum, memor, & tantæ excellentiæ &

dignitatis, vt si seipsum veller considerare, deum perpetuò summè diligeret, à quo tantam acceperit præstantiam. Esti homo sit ex terra, nō tamen vt incola & habitator, sed vt spectator rerum superarum & cœlestium, quarum spectaculū nulli alij generi conuenit animantium. Sed nefarii ac flagitiosi homines suæ dignitatis oblitī diffiunt voluptate virtuti inimica, quæ boni naturam fallaciter imitando adulterat, eamq; omni honestati anteponunt. Quare se hominis abdicant dignitate & amplitudine, & brutorum animalium, quorū mores sequuntur, nomine appellantur. Hinc procedūt proditiones, inimicitie, & discordiæ hominum dignitati & præstantiæ maximè inimicæ: homo enim dicitur ab hominō, ομνοβόα, quod significat consentio & concordo, vnde homōnis idem est quod concors & cōsentaneus, & homonia concordia. Est enim homo natus ad concordiam & amorem. Marcus Varro hominē deriuari ait ab humo, sed prior etymologia videtur rectior, eiusque dignitati congruentior.

Et ego dominus deus vester. Cū deum habeamus, & ille sit noster, quid præter illum desideramus? Id intelligens regius vates aiebat: Quid mihi est in cœlo, & à re quid volui super terram? Ac si diceret: Desiderent alij, quod voluerint, ego certè domine deus te ipsam desidero, tui amore inflammor: nec in cœlo, nec in terra aliquid volo præter te ipsam. Ad te aspiro, te amplector, te contemplan: tu es spes mea, fortitudo mea, refugium meum, opes meæ, & deniq; omne meū bonum.

Annotations ex hebræo in caput XXXIII.

Propheta de pastoribus Israel. Septuaginta habent: Propheta super pastores Israel.

Ierem. 23.
Esa. 4.

Zach. 3.

Psal. 8.

Psal. 18.

Luc. 11.

Eccles. 12.

Ephes. 4.

Psal. 48.

1. Corint. 15.

Colossen. 3.

Esdr. 4. & 5.
1. Machab. 1.

Matth. 28.

Israel. Et ita etiam habet Pagninus. Prode, est in hebraico **וַי** quæ particula significat super, iuxta, de, contra, ad, apud, propter. Genes. primo capite: Tenebræ erant super faciē abyssi. Et psalmo. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Hoc est, iuxta Tigrim & Euphratrem. Et Numerorum capite quarto decimo: Murmurauerūt contra Moysem & contra Aaron. Ideo poterat hic Ezechielis locus ita verti: Vaticinare cōtra pastores Israel. Pro pastoribus est in hebraico **רָהַח** à verbo **רָהַח** rahah, quod significat pascere, cogitare, affligere, cōfringere, cōtereer, amare, cōiungere. In hoc eodem capite ait deus per Ezechiellem: Pascam eam in mōtibz Israel. Loquens Michæas de rege Assyriorum ait: Suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines, & pascēt terram Assur in gladio, & terrā Nenrod in lancis suis. Per septem & octo numeros definitos intelligit numerum indefinitum, & per pastores principes Medorum, & Persarum, qui terrā Assur, & terram Nenrod, hoc est Assyriam & Babylo niā deuastarunt, & armis percusserūt. Vbi in versione vulgata est: Et pascent terram, est in hebræo hoc nostrum verbū rahah: ideo poterat locus ille ita verti: Et conterent, seu confringent terram. Vel vi armorum cōiungent terrā Assur & terram Nenrod: hoc est ex duobus regnis Assyriorum & Babyloniorū regnū vnum efficiēt. Id quod re vera effectū est. Vel pascent regiones illas armis suis. Id est, eas violenter gubernabunt. Omnes has explanationes recipit locus ille, quia verbum rahah illic positū omnes has habet significationes. Capite. 22. ait Ieremias: Oēs pastores tuos pascet ventus. Hoc est, omnes tui principes & presules res friuolas & vanas molietur, oblectabuntur vento vanitatis, & veluti chameleontes aere pascentur. Potest tamē locus ille ita transferri: Omnes pastores tuos conteret ventus. Pro quo Tharghū

habet: Omnes gubernatores tui dispergentur in omnem vētum. Ac si diceret: Reges Assyriæ & Aegypti perinde cōterentur, ac si eos vētus validus in varias partes expulisset. Vel sic: Omnes pastores tui cogitabunt ventū: vel diligēt ventum. Significat enim verbū hoc cogitare, & diligere. Vnde **וַיִּרְאֵהוּ** reagh significat cogitationē, & amicum. vt in psalmo: In tellexisti cogitationes meas de longē. Quibus verbis vult diuinus psalter dei prouidentia & cognitionem significare, cui non solum facta, sed etiā cogitata notissima sint. Ideo ait. De longē dñe, hoc est de cælo intellexisti meas cogitationes, cum ego in terra sim. Vel de longē, hoc est, priusquā ego rem cogitem, iam tuscis, quid ego sim cogitaturus. Vel à lōgē, hoc est, cum adhuc sit lōgē ab opere: cognoscis enim cogitationes nostras, dū adhuc res sunt in potētia, priusquā exeāt in actū. Id verò, quod est in eodem psalmo paulò post: Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: verti potest: Mihi autē valde pretiosę sunt cogitationes tuę deus. Est enim idē nomen reah, quod, vt diximus, & amicū significat, & cogitationē. Est autem sensus: Mihi dñe eximia & præclara videntur cōsilia tua. Sed quoniā dictio significans pretiosum significat etiā rarū, potest locus ille ita verti: Mihi autē dñe rarę fuerunt cogitationes tuę. Hoc est, rarò intelligo cogitationes tuas: ex cōsilijs tuis pauca cognosco. Vnde id, quod est capiti tertio libri Regum primi mandatū: Sermo dñi erat pretiosus in diebus illis, poterat verti: Rarus erat sermo dei in tempore illo. Rarò enim tūc deus prophetis loquebatur. In Ecclesiaste, vbi vulgata editio habet: Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus, pro afflictione est rehuth, ab eodē verbo nro rahah. Quare in hunc modū verti pōt locus ille: Et ecce oīa vanitas, & cogitatio spūs. Vel & pastus spūs; vt spiritus pro vēto accipiatur, quemadmodū multis in locis diuinarū literarū. Et

Gen. 1.

Psal. 136.

Num. 14.

Mich. 5.

Ierem. 22.

Psal. 138.

1. Reg. 3.

Ecclesi. 1.

Et tunc erit sensus: Postquā omnia, quæ in mundo sunt, in animo versavi, eaquæ caduca esse, & fragilia perspexi, facta summa omnium harum rerum, in tellexi omnes esse vanas, & inanes, & cibum venti: & homines, qui his rebus pascentur, & oblectantur, ventū ipsum bibere, & comedere dixi, eosque cum chameleontibus, qui aere sustentantur, comparavi. At paraphrastes Chaldaus spiritus fractionem seu contritionē vertit, quod coincidit cum vulgata editione. In psalmo. 36. vbi nos habemus, Spera in deo, & fac bonitatem, & inhabitata terram, & pascēris in diuitijs eius. Pro pascēris est hoc idē verbum, & pro diuitijs eius est in hebraico fide, seu veritate. Voluerunt significare septuaginta, fidem & veritatem magnas esse diuitias. Nonnulli vertūt: Pasce fidem: vt sit sensus: Ne te torqueat flagitiorū hominum prosperitas, quoniam mundi opes tanquam flosculi decidunt, euanescent, & consumuntur. Incumbe in virtutum actiones, fige spem tuā in deo, & nutre ipsum fide & veritate: comede hæc, quæ animum alunt ad eternitatem. Vel doce veritatē, & fidei doctrinam. Qui alios instruit, eos pascit, iuxta id quod ait deus apud Ieremiā: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ab hoc verbo rahah deriuatur dictio hæc rohe, qua in præsentī vitur Ezechiel, dicēs: Propheeta de pastoribus Israel.

simile.

Psal. 36.

Ierem. 3.

sup. 32.

Et cum purissimam aquam biberetis. Pro purissima est in hebraico **מִיָּמִין** mixcagh, quod nomē profunditatem significat, à verbo xacah, quod significat profundū esse, & submergere. Eam ob causam verti poterat hic locus: Et cum profunditatem aque biberetis, hoc est aquā profundam & multam. Sed quoniam aqua nimis alta non facillē turbatur, rectē vertit interpres noster pro aqua profundissima aquam purissimam. Eodem modo capite 32. pro eo quod multi ver

tunt ex hebraico: In profundum descendere faciam aquas eorum, clariū vertit noster interpres: Purissimas reddam aquas eorum.

Et faciam cum eis pactum pacis. Pro pacto pacis habēt septuaginta: **דִּיבְרֵי שְׁלוֹמִים**, Hoc est, testamentum pacis. Promisit deus hoc loco nouū testamētum, quod est pacis plenissimum. Nascente Christo, nouoquē testamento incipiente cecinerunt angeli: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vel vt potest verti ex græco: Et in terra pax, hominibus bona voluntas. At vetus testamētum datum fuit in monte Sinai sonantibus tonitruis, & micantibus fulguribus. Quæ omnia terrorem incutiebant: cum angelorum canticā pacem & amorem significarent. Eam ob causam hoc loco legem euangelicā vocat Ezechiel testamentum pacis.

Germen nominatum. Septuaginta habent plantam pacis. Hoc est Christum, qui arbor est vitæ, & planta producens pacem. Pagninus vertit: Plantationem in nomen. Alij, plantam celebri nomine. Quod in idem coincidit. Id est Christum, qui suis pariet nomen, nam ab eodem Christo Christiani vocabuntur. Planta significat deum factum hominem. Pro germine est in hebraico **בְּרִיחַ** matragh, à verbo natagh, quod significat plantare: vt in psalmo: Manus tua Gerres disperdidit, & plantasti eos. Hoc est: Potentia tua domine euertit Gētes barbaras & incultas, quæ Palæstinam incolabant, & earum loco plantasti Israelitas.

Argumentum capitis. XXXV.

Radicis Idumæorum euerisionem, quod populum domini affixerint. Idem est argumentum cum eo, quod Nn capi-

capite vicesimo quinto tractavit, postquam aduersus Ammonitas & Moabitas vaticinatus est.

Caput. XXXV.

A factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hominis pone faciē tuā aduersus montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te mons Seir: & extendam manum meā super te, & dabo te desolatum, ac desertum. Vrbes tuas demoliar: & tu desertus eris: & scies quia ego dñs. Eò quòd fueris inimicus sempiternus, & cōcluseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ: propterea viuo ego, dicit dominus deus, quoniā sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatum atque desertum, & auferam de eo euntem & redeuntem. Et implebo montes eius occisorū: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

EXPLANATIO.

Pone faciē tuā aduersus montem Seir. Seir mons est in terra Edom, in qua habitauit Esau, in regione Gabalena. Et quoniam Esau pilosus erat, & hispidus, voca-

ta est regio illa Seir, quæ sonat pilosum. Oram illam coluerat prius Chorrhæus, quem Chodorlaomor vita priuauit. Huius montes Seir meminit liber Genesis, & Deuteronomij, & Esaias in visione Idumææ, & Malachias capite primo, & noster Ezechiel capite vicesimo quinto: & Iosephus libro secundo antiquitatum capite primo: vbi ait, Esau habitasse in Seir, & regionem à seipso appellasse: cum autem ille Edom vocaretur, fuisse regionem illam Edom etiam & Idumæam vocatam. Et quoniam Idu mei ab Abraham genus ducentes in cœlo odio perpetuo in Israelitas eos iniurijs conati sunt opprimere, qui ab Abraham etiam descendebant, fuerunt iuste oppressi ab ipsis Israelitis tempore Machabæorum, & tandem ob flagitia sua merito euersi. Et de eorum euersione vaticinatur hoc loco Ezechiel. Cum in fine capitis superioris locutus fuisset de regno Christi, & de ecclesia catholica, atque de verorum Israelitarum nobilitate, quos ibi deus gregē vocauit suū, hoc est de Christianorum dignitate & amplitudine, & de saluatoris nostri mirabili in mundum aduentu, per quem erant credentes vitam consecuturi: nunc agit de euersione impiorum, quos mentis oculis prospiciebat, non esse Christum recepturos. Et sub nomine Edom aduersus eos vaticinatur. Eò idem est quod terrenus, terreni verò sunt, qui cœlo contempto intuentur terram duntaxat, & neglecta virtute, vitijs contaminantur.

Ecce ego ad te. Hoc est, ecce ego aduersus te venturus sum. Potest verti: Ecce ego contra te. Hoc explicans subdit. *Extendam manum meam super te.* Hoc est, te grauius puniturus sum. Euersurus sum te. Hebraismus est vsitatissimus in literis diuinis, de quo alibi locuti sumus. De hac euersione Idumææ vaticinatus est in hunc modū Abdias capite vnico: *Perdā sapientes de Idumæa, & pru-*

prudentiā de mōte Esau. Et paulò post: Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuū Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum. De ea vaticinatus est Esaias capite 34. & Ieremias 49.

Eò quòd fueris inimicus sempiternus. Ego te euertam, ait deus, propterea quòd odio perpetuo fueris persecutus populum Israelis: eiusque sanguinem manu armata effuderis, cum illi calamitatibus premerentur acerbissimis. Hoc ideo ait, quia Idumæi in bello aduersus Hebræos Babylonijs adhæserunt, illis opem ferentes. In libro Genesis scriptum legimus Esau primogenitum Isaac odio habuisse Iacob propter benedictionē sibi ereptam, dixisseque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Hoc odium fuit in posteris Esau aduersus posteritatem Iacob perpetuò confirmatum. Cum nihil sit pestilētius odio, nihil magis hominum naturæ repugnans, tamen nihil magis durat, nihil est diuturnius & permanentius. Volens illud è cordibus hominum eradicare deus, aiebat: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus vos. Et diu⁹ Paulus in epistola ad Ephesios: Sol non occidat super iracūdiam vestram. Et diuus Ioānes in prima sua canonica: Qui odit fratrem suum homicida est. Et paulò post: Charissimi diligamus nos inuicem: qui non diligit, nō nouit deū. Odia nostra in scelera ardere debēt, nō in personas. Qui diligitis dominum, inquit regi⁹ vates, odite malū. Et alibi: Iniquitatē odio habui, & abominatus sum.

In tempore iniquitatis extremæ. Hoc est, cum deus summam eorum iniquitatem puniret. Ac si diceret: In tempore punitionis maximorū scelerum. Vel capitur iniquitas pro pœna: vt sit sensus: Tunc tu o Edom Hebræos occidebas, cum ipsi summa pœna afficerentur. Homines summè afflictos & calamitosos afflige-

bas. Vel in tempore quo illi suorum peccatorum pœnas persoluebant. Tunc dicitur iniquitas extrema, cum deus punitionem amplius non differt. Vel tempore summè iniquitatis tuæ. Summum fuit Idumæorum scelus populum dei vndique oppugnare, cum ille à Babylonijs opprimeretur. Pagninus vertit: In tempore quo propter iniquitatem eorū venit finis. Hoc est, quando tota Hierosolyma ob Iudæorum scelera fuit euersa, & incensa, & solo adæquata.

Quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur. Hoc est, ego te tradam hominibus sanguinolentis, homicidis, & crudelibus, qui te trucidant, & ferro vitam eripiant. Sequitur: Et cum sanguinem oderis, sanguis te persequetur. Hoc est, tu homines illos occifores odio habebis, illi autē te interficient. Vel ita: Ego te o Idumæa tradā Hebræis, qui tibi inferāt cædē: tu eos odio prosequeris, cum sint consanguinei tui, illi verò te ad ferrum & flammam vocabunt. Ideo Iudæos vocat sanguinem Idumæorum, quia vtrique ab Abraham, per Isaac originē ducebāt, Iudæi per progeniem Iacob, Idumæi per progeniē Esau, filios Isaac & Rebeccæ. *Quidā pro, cum, vertūt nisi: vt sit sensus: Nisi sanguinē oderis, nisi ab hominū cede te abstineris, tu ipse gladio peribis.* *Auferam de eo euntem & redeuntem.* Nō solum non habebit habitatorem mōs ille, sed nec erit, qui per illum iter faciat. Erit penitus desertus.

In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis, quia ego dominus deus. Eò quòd dixeris: Duæ gētes, & duæ terræ meæ erūt, & hereditate possidebo eas, cum domin⁹ esset ibi: propterea viuo ego, dicit dominus deus: quia faciā iuxta irā tuā: & secundū zelū tuū, quē fecisti odio habēs eos: & notus efficiat per eos,

cum te iudicauero. Et scies, quia ego dñs audiui vniuersa opprobria tua, quę locutus es de motibus Israel, dicens: Deserti nobis ad deo-
Drandū dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui. Hęc dicit dñs deus: Latate vniuersa terra in solitudinē te redigā. Sicuti gaudis es super hereditatē domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Scir, & Idumæa omnis: & scient, quia ego dominus deus.

Eò quòd dixeris duę gentes: & duę terras, meę erunt. Per duas gentes. & duas terras intelligebant Idumæi Iudæam cū duabus tribubus, & Samariā cum decē tribubus. Existimabāt enim se esse cū Babylonijs totam terrā Hebræorū vastaturos, eam quę possessuros. Vel per duas gentes & duas terras intelliguntur duę regiones, nimirū Iudæa & Idumæa, quas Idumæi dicebant suas futuras esse. Volēbant Iudeos affligere, & occidere, atq; eorū terrā possidere: at postea fuerūt ab ipsis Iudei superati & interfecti. Vide quibus odijs hi cōsanguinei inuicē ardebāt. Omnes procedebāt ab vno principio, nepe Isaac: sed quāuis essent sanguine cōiuncti, erāt tamē voluntatibus distracti. Vt ex eadē materia prima elemēta contrarias habēt qualitates, sic fratres ex eodē patre progeniti, & cōsanguinei ex eadē stirpe producti secū discordiā, ardenti-
Simile. busq; inter se odijs aliquādo disidēt, & tāta est inter eos, quāta maximē potest esse morū studiorumq; distantia. Fit enim, & nescio quomodo, vt quicū de vita, opibus, & honoribus aliquis cōtenderit, cuius ex infidijs euaserit, hūc semper oderit, nulla cōsideratione eius, qui ait: Hoc est præceptū meū, vt diligatis inimicem, sicut dilexi vos.

Cum dominus esset ibi. Hoc est, cum deus in Iudæa coleretur. Vel sic: Hoc tu dicebas audiēte deo, qui ibi erat, vbi tu verba hęc emittebas: deus enim vbiq; est, & omnia videt, & audit.

Cum te iudicauero. Hoc est, cum te puniero, & opes tuas hostibus tuis tradidero. Homines scelerati, qui auiditate incensi ad mūdi opes aspirant, nulla re magis torquentur, quā earum amissione: hanc existimāt summā esse calamitatē. At vi ri sapientia & charitate præstantes non opum direptione, non tectorū excisione, non oppidorum vastitate ita mouētur, vt de gradu honestatis & cōstantiæ dijciantur. In harū rerum amissione dicunt cum Iob. Dñs dedit, dñs abstulit: sicut domino placuit, ira factū est: fit nomen domini benedictum. Eam ob causam non tam earum rerum facultatē & copiam expetendā putant, quā in vtēdo rationem, & in carendo patientiam. Et quanuis diuites sint, magis in illis virtus elucescit, quā opum abundantia. Vt obscuratur luce solis lumen lucernę, sic rerum corporearum æstimatio virtutis splendore euanescit, & quasi tenebris obfuscatur. Sed quoniam Idumæi avaritię stimulis agitabantur, nihil quę erat illis magis in optatis quā diuitiarum affluentia, ideo illis deus earum amissionem minatur. Abstulit eas deus ab illis, quoniam eis intemperanter utebantur. Et si enim diuitiæ ex se malę non sint, sunt tamen periculosę, & eam ob causam non est illis cor tradendum. Ideo aiebat Ecclesiasticus: Multos perdidit aurum & argentum. Et Christus deus noster: Nemo potest duobus dominis seruire: nō potestis seruire deo & Māmonæ. Et Dauid: Diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere. Ac si dicat: Si mundi opes obtinueritis, nolite eas ardēter diligere, nō illis adijciatis animū: possidete, si volueritis diuitias, sed nō illis seruiatis: seruate cor deo: erga diuitias autē perinde affecti sitis, ac si nihil possideatis.

tis. Transiit enim breui imago caducarū rerū inanis & adūbrata. Quā ob causam sunt pro nihilo putāde: deus autem, qui semper est, summa charitate diligēdus.

Deserti. Subaudi, sunt montes Iudææ. Tanta eras o Idumæa superbia elata, vt diceres, iam mōtes Israelis euersos esse, & desertos, tibi quę traditos ad deuorandum. Hoc aiebant Idumæi asserentes non posse deum Hebræos in Iudæā reducere, nec ex Babylonica captiuitate in pristinam libertatem reuocare.

Et insurrexistis super me ore vestro. Idest, læsistis me verbis blasphemię, quę in meam iniuriam redundabant. Id explicat alijs verbis subdens: Et derogastis aduersum me. Derogabant Idumæi aduersum deū legē, & populū: & ait de in iurias in populū suū iactas, sibi ipsi illatas esse. Ideo dicebat Christus Saulo Christianos opprimere, & de medio tollere conātī: Saule Saule qd me psequeris? Et discipulis suis. Qui vos spernit, me spernit.

Latante vniuersa terra. Subaudi, ob euerfionem tuā. Poteris per vniuersam terram eam intelligere, quam ipsi Idumæi vastare conabantur, nempe Idumæā: vt sit sensus: Cum tota Idumææ regio gaudio exultauerit, & Idumæi fuerint per Cyrū ad patriā suam, pristinamq; dignitatē restituti, tūc eris tu o Idumæa euersa, & in solitudinē redacta. Quemadmodū ob Hebræorū erumnas efferebaris letitia, ita illi tuas ærumnas videntes, diuinamque iustitiā contemplantes gaudio perfundentur. Simile quippiam ait deus per Esaiā: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibēt, & vos sitietis: ecce serui mei lætabūtur, & vos confundemini. Sed quoniam per Israelitas fideles, per Idumæos verō infideles significantur, possunt verba hęc ad tempus gratiæ referri: quando viri iusti videntes deletam esse impiorum idololatriam, & Gentes ad Christi fidem religionemque conuertī, mirabiliter lætabantur. Cum impij relicto idolorū euf-

tu adhærent veritati, perire dicuntur, & euerfi, non quo ad personas, sed quo ad impietates. Perit eorū perfidia & infidelitas, pereūt eorū scelera & flagitia. Lætatur igitur ecclesia ob Idumæę hoc est ob idololatrię euerfionē. Id effecit omnipotēs ille saluator noster suas vires explicās, omnia illustrās, tā quę oculis apparēt, tum quę oculos subterfugiūt. Ipse est lumē de lumine, splendor glorię, & figura substātię eius, verus deus, qui omnia continet & coërcet, nihil desertum à sua potentia relinquens.

Annotationes ex hebræo in caput XXXV.

ET ciuitates tuę nō habitabūtur. Pro nō habitabūtur est in hebræo: *לֹא תִשְׁכְּנֶנּוּ*. Verbum est *שָׁכַן*, quod significat habitare. Quare rectē translulit interpres noster. Septuaginta etiam & nonnulli alij eodem modo translulerunt. Sed quoniam verbum hoc significat etiam reuerti & reuocare, non desunt, qui hūc locū ita vertāt: Et vrbes tuę non reuertētur: nimirum ad dignitatem & amplitudinē suam. Ac si dicat: Nunquam ciuitates tuę ad pristinā celebritatem reuocabuntur. Significat etiā reddere, vt apud Nahū prophētā: Reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel. Vbi superbia accipitur in bonā partē pro gloria & amplitudine. Poterat locus ille ita vertī: Reuocabit dominus magnificentiā & dignitatē Iacob iuxta maiestatem Israelis. Vbi Iacob & Israel pro eodē accipiūtur: vt sit sensus: Restituet dominus populū Iudaicū in pristinū illū suū splendorē, quē ei Sēnacheribus obscurauit. Sed quoniā verbū hoc significat etiā quiescere, vertunt nonnulli in hūc modū. Quiescere fecit dominus gloriam Iacob, iuxta gloriam quam quondam habuerant filij Israelis.

4. Reg. 19.

Psal. 12.

Iron. 1.

Eccle. 33.

Et per gloriam Hebræorum intelligunt Hierosolymam: quæ quavis in adventu Sennacheribi fuit cõturbata, & magna ex parte destituta fortitudine, fuit tamẽ erepta, & ad pristinam quietem restituta: & exercitus Sennacheribi ab angelo mirabiliter nocte quadã occisus. Ionathas habet: Redire fecit dñs fortitudinẽ suam ad Iacob. Illud etiã psalmographi: Ut in habitem in domo dñi in longitudinem dierum, verti potest: Ut requiescam in domo domini tempore longissimo. Ab hoc verbo deducitur dictio mixbah, quæ significat auersionẽ, & quietem siue otium. Vnde illud Proverbiorum: Auersio paruulorum interficiet eos: verti potest: Otium stultorum perdet illos. Nam ut ait Ecclesiasticus: Multam malitiam docuit otiositas. Alit enim delicias, & omne flagitiosum genus.

Et derogatis aduersum me, verba vestra ego audiui. Possunt hæc ita disponi: Et derogatis aduersum me verba vestra: & post comma subditur: ego audiui. Pro derogare est in hebraico verbũ athar, quod significat loqui, efflagitare, verba dura multiplicare. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Et multiplicastis aduersum me verba vestra: ego audiui. At septuaginta verba vestra cõnectunt cum verbo audiui, ita vertentes: Et vociferati estis contra me: verba vestra ego audiui.

Argumentum capitis. XXXVI.



Remittit deus Israelitis se esse eos à Gentibus, & Babyloniorũ captiuitate liberaturum. Misericors est enim, & non patitur fragilitatem hominum supra vires affligi & tentari: qui potius post tempestatem tranquil-

litatem largitur. Indicat Hebræorũ calamitatum causam esse eorum impietatem & perfidiam: beneficia vero in illos collata esse diuinæ misericordiæ tribuenda. Prædicatur Christi dei nostri in mundũ aduentus, & cordium hominum instauratio.

Caput. XXXVI.



V autem fili hominis A propheta super montes Israel, & dices: Mõtes Israel audite verbũ domini. Hæc dicit dominus deus: Eo q̃ dixerit inimicus de vobis: Euge altitudines sempiternæ in hereditatem datæ sunt nobis: propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod desolati estis, & cõculcati per circuitũ, & facti in hæreditatẽ reliquis gẽtibus, & ascendistis super labiũ linguæ, & opprobriũ populi, propterea montes Israel audite verbũ dñi dei. Hæc dicit dñs deus mõtibus et collibus, torrẽtibus, vallibusq̃, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ de populatæ sũt, & subsannatæ à reliquis gẽtibus p̃ circuitũ. Propterea B hæc dicit dñs deus: quoniã in igne zeli mei locutus sum de reliquis gẽtibus, & de Idumæa vniuersa: quæ dederũt terram meã sibi in hæreditem cũ gladio, & toto corde, & ex animo, & eiecerũt eã, vt vastarent: idcirco vaticinare super humũ Israel, & dices mõtibus & collibus, iugis,

iugis, & vallibus: Hæc dicit dominus deus. Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum. Eo q̃ cõfusionẽ gentiũ sustinueritis; idcirco hæc dicit dñs deus. Ego leuaui manũ meã, vt gẽtes, quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ cõfusionem suã portent. Vos autẽ mõtes Israel, p̃pe enim est, vt veniat. Quia ecce ego ad vos, & cõuertar ad vos, et arabimini, et accipietis sementẽ. Et multiplicabo in vobis homines, omnemq; domũ Israel: & habitabũtur ciuitates, & ruinosæ instaurabũtur. Et replebo vos hominibus, & iumentis, & multiplicabũtur, & crescent.

EXPLANATIO.

Propheta super montes Israel. Hoc est vaticinare de instauracione montiũ terræ promissionis. Superiore capite locutus est mõti Seir, per quem significauit Idumæã: nũc mõtibus Israelis, per quos totã Iudæã, quæ mõtosa est, absq; dubio intelligit. Synecdoche est, figura frequentissima, cum pars accipitur pro toto: vt in Genesi: Omnis caro corruperat viã suã. Accipit caro pro toto homine.

Montes Israel audite verbum domini. Res alloquitur insensibiles, quoniam homines eum audire nolebãt. Eodem modo Esaias: Audite cœli, auribus percipe terra. Vel est metonymia, seu transformatio, cum cõtinẽs pro eo quod cõtinetur, vsurpatur: vt apud Esaiam: Vlulate naues maris. Hoc est, lamentamini, qui in nauibus nauigatis. Et apud Lucã: Ierusalẽ Ierusalẽ, quæ occidis prophetas.

Vrbs ipsa non occidebat diuinos vates, sed Iudæi eã colẽtes. Et noster Ezechiel ^{sup. 35:} capite superiore. Ecce ego ad te mons Seir. Hoc est, ego vos castigabo. Idumæi, qui habitatis in mõte Seir.

Eo quod dixerit inimicus de vobis, euge. Hoc est, quoniã Idumæi hostes vestri calamitate vestra delectati dixerunt latantes, esse vos ab illis possidendos. Videntes Idumæi Israelitarũ ærumnas, Hierosolymæ euerсионẽ per Chaldæos, & totius terræ promissionis vastitatẽ, fuerũt incredibili voluptate affecti: & existimauerunt totã regionem illam esse in ditionem suã redigendã, vt capite superiore ostensum fuit. Eam ob causam dicitur: Euge: altitudines sempiternæ in hereditatem datæ sunt nobis. Ac si diceret: Haha, montes Israelis possidebimustãquam hæreditatem in nos collatã: qui alti sunt non hominum artificio, sed dei voluntate, qui eos à mundi principio excelsos constituit. Ideo poterat verti locus hic: Euge, excelsa loca à seculo, nobis sunt data in hæreditatem. Vel ideo mõtes Iudææ vocabãt Idumæi altitudines sempiternas, vt eos in perpetuũ duraturos, vel suos semper futuros esse significarent. Poteris per hos mõtes martyres intelligere, tempore Diocletiani, & aliorum tyrannorũ, quãdo Christiani fuerũt calamitatibus pressi, & varijs tormentorũ generibus cruciati: eisq; passim infideles periculum capitis afferebãt, & aduersus illos odium vsq; ad sanguinem excitabant. Tunc fuerunt multæ Christianorũ ecclesiæ proscriptæ, multæ direptioni commissæ, multæ funditus vastatæ. Et montes Israelis, hoc est verẽ Christiani excelsi animo, & virtutum magnitudine cumulati fuerunt ab Idumæis, hoc est, à terrenis hominibus, terram tantũ intuentibus immaniter afflicti. Edom enim terrẽnũ significat. Hos montes, quorum nomine ecclesiæ magnates, & viri apõstolici, & Christi martyres intelliguntur, cõsolatur

tur hoc loco noster Ezechiel, promittens illis quietem & prosperitatem, & necessarium rerum affluentiam tempore Constantini imperatoris. Qui ad Christum confugiunt, & si se videant magnis calamitatum fluctibus exagitari, & inimicorum suorum telis transfigi, non debent tamen cadere animis, quonia deus qui eos affligi permittit, eorum prelium & certamen intuetur, & eos, cum opus fuerit, liberabit. Vult enim eos per varias calamitatum angustias ad vitam perducere immortalem, quare oportet eas æquo animo tolerare. Ita enim faciebant, qui montes hoc loco appellantur. Apellari viros iustos & sapientes montes, est in diuinis literis satis vsitatum: vt in psalmo: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Nam quemadmodum sol prius motes illustrat, à quibus postea suscepti luminis splendor resilit in valles, sic deus viros charitate excellentes illuminat, vt ipsi sapientie lumen ad alios fundant. Dicuntur autem hoc loco montes siue altitudines sempiternæ, non quod fuerint ab æterno, sed quod ab æterno fuerint ad hoc præordinati à deo, vt per eos ipse deus alios illuminaret. Id cecinit his verbis regius vates. Illuminas tu mirabiliter à motibus æternis. Ex se non poterant emicare sapientie & charitatis splendore, eumque in alios diffundere, nisi eos deus prius illuminaret. Id ingenue fatebatur diuus Paulus, dicens: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Et rursus: Deus qui dixit, de tenebris lumem splendescere, ipse eluxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei. Et alibi: Non ego autem: sed gratia dei mecum. Verum in psalmo illo, pro à montibus æternis, vertit diuus Hieronymus: à montibus captiuitatis. Et Symmachus: à montibus præde: quod idem ferè est. Ac si dicat psalmodographus: Tu deus mundum illuminasti per viros excellos & præcellentes, qui &

si essent spiritu liberi, corpore tamè à tyrannis captiui detinebantur. Præda erat infidelibus, qui eos coniciebant in vincula, & varijs cotidie cruciatibus torquebāt. Per captiuitatem Hebræorū sub Babyloniorum potestate significabatur Christianorum afflictio sub potestate Romanorum, quæ à Nerone vsque ad Constantinum durauit. De hac afflictione dixerat regius vates: Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem & inopem, vt trucidet rectos corde. Et quonia Roma erat caput imperij, & in ea habitabat impius Nero, & alij tyranni, qui apostolos, & viros apostolicos affligebāt, vocauit eam diuus Petrus in prima epistola sua Babylonem, vbi verè Israelitæ, hoc est Christiani veluti in babilonica captiuitateangebatur. At imperate Maximo Constantino, & ad Christi fidem conuerso facta fuit in tota ecclesia admirabilis tranquillitas: & vrbs inelyta Roma, quæ ab infidelibus imperatoribus possessa fuerat, fuit donata ecclesie, & à summis pontificibus gubernata, & in summa dignitate constituta. Id vaticinatus fuit hoc loco Ezechiel promittens ecclesie Romanæ prosperitatē. In vrbe Roma constituit diuus Petrus cathedram suam deo ita precipiente, & ecclesiam hanc Romanam rexit idem Petrus apostolorum princeps, eiusque successores summi pontifices: in qua, vt asserit in epistola. 1. 62. diuus Augustinus, apostolicæ cathedræ sepe viguit principatus. Nam cum alie ecclesie, quibus apostoli præfuerunt, desererint à fide, sola Romana ecclesia, sancta, & apostolica, mater nostra, ob Christi gratiam à tramite apostolicæ prædicationis nunquam declinavit: sed in norma illa, quæ ab exordio fidei Christianæ ab apostolis accepit, semper illibata permansit. Eam ob causam Romanæ ecclesie fides semper habita est fides catholica: vsque adeo, vt Gratianus imperator, quo gubernante floruit diuus Hieronymus, præ-

Psal. 1. simile.

Psal. 75.

2. Corin. 3.

2. Corin. 4.

1. Corin. 15.

Psal. 36.

1. Petr. 5.

simile.

precepit, ne quis de fide disputaret, sed oēs eam religionem retinerent, quæ verteret apostolorum Petrus initio tradidisset, ac tunc Damasus summus pontifex, episcopus Romanus custodiret. Et non solum hoc fuit tunc preceptum, & mandatum ecclesiasticæ historie, & perpetuis consignatum monumentis, sed etiã edictum ipsum Gratiani est in codice imperatoris Iustitiani relatū cap. 1. de summa trinitate & fide catholica. Quemadmodum in grano est virtualiter, vt ita loquar, herba, folia, spica, & fructus: sic in his verbis credo quicquid credit sancta Romana ecclesia, continetur totum euangeliū, cuncta concilia vniuersalia, & omnis denique sacra scriptura. In sancto Chalcedonensi concilio legimus acclamatū fuisse: Omnes ita credimus: Papa Leo sic credit, anathema ei, qui partit, & ei, qui diuidit. Et iterum: Petrus per Leonem ita locutus est: apostoli ita docuerunt: piè, & verè Leo docuit. Omnes ita credimus: sicut Leo, ita credimus. Aspicias ecclesie Romanæ excellentiam, in quam apostoli sancti doctrinam cum sanguine suo profuderunt: cui euangeliū Petrus & Paulus sanguine suo signatum reliquerunt: in qua sedet beatus Petrus, & eius successores. Fuisse autem beatum Petrum ecclesie caput, esseque Romanum pontificem Petri successorē, & totius ecclesie pastorem asserunt omnes doctores catholici, quotquot hac de re sententiam suam monimentis contestatam reliquerunt. Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Theauri ita ait: Sicut Christus accepit à patre sceptrum ecclesie gentium dux ex Israel, egrediens super omnem principatum & potestatem, super omne quodcumque est, vt ei cuncta curuentur, sic & Petro, & eius successoribus plenissime commisit, & nulli alij apostolorum quam Petro, Christus quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit. Et rursus: Petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tamquam ipsi domino Iesu obediunt. Chryso-

stomus explanans verba illa Christi apud Mattheum: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Deus, inquit, concedere solus potest peccatorum remissionem, & vt futura ecclesia tot, tantisque fluctibus impetu erumpentibus immobilis permaneat, cuius pastor & caput piscator homo, atque ignobilis, terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate superet: hæc, inquam, omnia, quæ solius dei sunt, se pollicetur daturum. Et infra: Hunc Petrum vniuerso terrarum orbi Christus præposuit, Theophilactus etiam explicans verba illa apud Lucam: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: beatum Petrum principem apostolorum vocat, & omnium principatum, atque orbis præfecturam ait recepisse. Diuus Ambrosius enarrans locum illum diui Pauli in epistola prima ad Timotheum: Vt scias, quemadmodum oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui. Cum, inquit, totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector est Damasus. Diuus Hieronymus in epistola ad papam Damasum, & habetur vigesima quarta quæst. 1. Quoniam vetus. Ego, inquit, nullum præmiū nisi Christum sequens beatitudini tue, id est cathedræ Petri communionem confortior: super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Et paulo post: Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, antichristi est. Diuus Gregorius libro 4. registri, epistola. 32. Cunctis, inquit, euangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto, & omnium apostolorum principi Petro apostolo totius ecclesie cura commissa est: ipsi quippe dicitur: Petre amas me? Pafce oues meas. Ipsi dicitur: ecce Satanas expetiuit cribrare vos sicut triticum: & ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ipsi dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:

Mat. 16.

Luc. 22.

1. Tim. 3.

Ioan. 21.

Luc. 22.

Mat. 16.

Na 5 meam:

meam: & portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cœlorū, & quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatū & in cœlis: & quodcūque solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Ecce clauēs regni cœlestis accepit: potestās ei ligandi & soluēdi tribuitur: cura ei totius ecclesię, & principatus cōmittitur. Diuus Bernardus Romanum pontificē appellat totius ecclesię caput, & vicariū Iesu Christi. Et in epistola prima ad Eugenū papam, *Locus, inquit, in quo stas, terra sancta est: locus Petri est, locus principis apostolorū, ubi steterūt pedes eius. Locus illius est, quē constituit dominus dominum domus sue, & principem omnis posesionis sue. In Constantiensi cōcilio damnatus est eorū error, qui aiebant Romanā ecclesiā nō esse inter alias ecclesias supremā. In cōcilio Florētino sub Eugenio quarto sunt hæc verba literis mādāta: Diffinimus sanctā apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbē tenere primatū, & ipsum Romanū pontificē successorē esse beati Petri principis apostolorū, & verū Christi vicariū, totiusque ecclesię caput: & omnīū Christianorū patrē ac dominum existere: & ipsi in beato Petro pascēdi, regēdi, & gubernandi vniuersam ecclesiā à domino nostro Iesu Christo plenā potestatem traditā esse, quemadmodum etiā in gestis œcumenicorū conciliorū, & in sacris canonib; cōtinetur. Vbi aspicias hæc veritatē non esse nouam, sed antiquam, à sanctis patribus, & catholicis doctoribus assertam, multis sacris cōcilijs œcumenicis, & ecclesię vniuersalis decretis & canonibus cōfirmatā. Id quod modò multis in locis sacrosancti generalis cōcilij Tridētini assertū fuit, vt in sessione quartadecima de casuū reseruatione, capite 7. & sessione vigesima quinta, capite vigesimo primo in principio, & in decreto de indulgētis, & alijs in locis. Dies me deficeret, si cōciliorū omnīū decre-*

ta, sacrorū canonū cōsultationes, doctorū ecclesiasticorū, tam veterum quàm recentium sententias veritatē hanc afferentes vellē recēdere. At heretici nostri temporis, cum extra ecclesiā sint, & eā ob causam eā euertere toto pectore cōtendant, magnoperē nitūtur summū ex ea tollere pontificē, & ad vnū illum expugnandū totas suas diabolicas machinas conuertunt. Existimant enim delecto pōtifice maximo ecclesiā ipsam cōstitere nō posse, & sublato capite corpus statim rüere, & perire. Eam ob causam student, vt quem Christi vicariū, Petri successorē, ecclesię caput esse pspiciunt, cuius ministerio in ecclesia vnitas spiritus in vinculo pacis retinetur, omnibus reddāt exosum & inuisum. De eo iniuste detrahūt, in eū iaciūt cōtumelias, illū deniq; in odiū & inuidiam falsis criminibus vocāt. Vt qui vult rempublicā euertere, & in ea seditionem cōcitare, principē petit in primis, illum famosis libellis proscindēs, & ex illustri dignitatis gradu præcipitare contendens: sic hæretici volētes ecclesiam perturbare, & extinguere, in eius caput sub Christo capite, hoc est in pōtificem maximū inuehuntur, eius dignitatem & principatum auferre, splendorem extinguere, & omnia denique ornamenta eius delere contendunt. At longē opinione falluntur. Quò enim fortius ecclesiam Romanam labefactare voluerint, eò magis illam deo permittēte illustrabūt. Et quemadmodum hæretici in primis summū pontificem volūt deicere, sic catholici eum in primis tueri debēt. Vt solertes & periti pictores ante omnia caput effigiant, nec in alia membra prius destināt lineas, & artē dirigunt ac manum, quàm imaginis fastigiū absoluant, sic qui aduersus impias Lutheri hereses scribere voluerint, & excellētē ecclesię imaginē depingere, à capite debent exordiū sumere, hoc est à summi pontificis autoritate & principatu, & per-

simile.

simile.

perfecto capite, absoluto opere hoc de pontificis maximi dignitate, tunc ad reliqua mēbra delinianda progrediantur. Arx, quam contra nos cōstruxerūt, est negare summi pontificis autoritatē: hæc est turris, ad quā præcipuē confugiūt: sed ea victa & expugnata omnes hereticorū aduersus catholicā fidem, machinas ruere necesse est. Et quoniā ecclesia est, vt ait apostolus, colūna & firmamentū veritatis, semper firma permanebit. Hæc ecclesia etsi in principio sub crudelibus & impijs imperatoribus calamitates sustinuit, fuit tamē postea tranquillitatem consecuta. Id cecinerat regius vates, vaticinans tempus fore, cum deus fideles suos ab imperatorū infidelium tyrānide liberaret, ita dicens: Benedixisti dnē terrā tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Vbi præterita pro futuris more prophético ponuntur. Ac si diceret: Ecclesiā tuā domine cœlestibus bonis afficies, eamq; ab infidelium tyrānide liberabis. Pōtēst bñdictio hæc de ea felicitate intelligi, quam pater cœlestis mundo impertiuit, vnigenam filiū suū mittens è cœlo: de qua ita ait in epistola ad Ephesios diuus Paulus: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. At Ezechiel de illa loquitur hoc loco, quā ecclesia tēpore diui Syluestri pōtificis maximi, imperiū obtinente Constantino, fuit mirabiliter adepta præter infidelium spē: Dixerat enim de Christianis afflictis infidelis populus: Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem data sunt nobis.

Facti in hæreditatem reliquis gentibus. Diverse nationes possederunt terram Israelis post Hebræorum excidium & captiuitatem. Vnde aiebat Mathathias secundo capite libri secundi Machabæorum de Iudæa loquens: Quæ gens non hæreditauit regnū eius? & quæ non obtinuit spolia eius?

*Ascendisti super labium lingua. Hoc est, traducti estis infabulam. Populus in vos passim conijcit opprobria: estis omnibus in derisionem, & prouerbiū iuxta illud psalmi: Facti sumus opprobriū vici-
nis nostris, subannatio & derisio ijs, qui in circuitu nostro sunt.*

Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa. Hoc est, quoniam cum ira & affectu iustitiæ & seueritatis meæ locutus sum contra gentes, præsertim contra Idumæam. Loqui in igne zeli hebraismus est, pro effundere verba cum stomacho & ira. Loquitur deus more humano, significans his verbis tempus fore, vt commotus ille Gentium infidelium immanitatibus & flagitijs, eas ferro, peste, ac flamma consumeret: earumque reliquias exilio & egestate multaret. Ita per Sophoniam prophetam, Effundam, inquit deus, indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

Qui dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gladio. Id est, qui dicebant, datam sibi esse in hæreditatem Iudæam, quam gladijs oppugnaverāt. At pro gladio est in nonnullis libris correctis: cū gaudios & ita est in hebraico. Et sequitur: Toto corde, & ex animo. Vt sit sensus. Hoc fecerunt exultates, lætitia animi affecti: cum nihil illis esset magis in optatis.

Et eiecerunt eam, vt vastaret. Id est, eiecerunt terræ habitatores, vt eam redderēt desertam. Pro vastaret, pōtēst verti: in prædā: vt sit sensus: Eiecerunt habitatores, vt terram direptioni cōmitterent.

Ecce ego in zglo mea. Id est indignatus, Eodem modo etiam si diuersis verbis dicitur de deo in psalmo: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Solet diuina scriptura de iudicere humano aliquādo more loquerem, & operantē; vt eum intelligamus.

Ego leuaui manum meā in Gētes. Hoc est, ego iuravi esse me gentes puniturū: ipse absque

Exo. 3.

Psal. 104.

1. Tim. 3.

Psal. 84.

Ephes. 1.

2. Mach. 2.

Psal. 78.

Sopho. 3.

Psal. 2.

absque dubio, quæ circa Iudæam sunt, ignominiam suam ferent: & suorū scelestorum mihi pœnas persoluēt. Leuare manum pro iurare hebraismus est. Huiusmodi erat quondam gestus iurantiū, & statura apposita ad aliquid magnū promittendum. In libro Genesis scriptū legitur, dixisse Abraham: Leua manum meam ad dominū Deum: hoc est eleuata manu iuro domino. Eodē modo accipi potest apud Ezechielē capite vigesimo, vbi Deus ait: Et leuaui manū meam pro stirpe domus Jacob. Est etiā leuare manum, dare operā, vt in psalmo: Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Aliquando idem est quod misericordiā postulare, signūq; deuotionis ostēdere, vt in psalmo: In nomine tuo leuaui manus meas. Et apud Esaiā: Cūm ex tēderitis manus vestras &c. Et apud Ieremiā: Leua ad Deū manus tuas. Est etiā manū leuare vehementer percutere, vt in psalmo: Leua manus tuas in superbias eorū. Hoc autē Ezechielis loco leuare manum idem est quod promittere. Potest nihilominus accipi pro castigare: vt sit sensus. Ego, inquit Deus, in Geres, quæ in circuitu terræ promissionis habitant, grauitē animaduertam.

Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis. Mōtes terræ promissionis insigniores sunt quindecim. Iaphia, Libanus, Bahalgad, Hermon maior, Hermon minor, Thraconimotes, Galaad, Habarim, Ferreus mons Scir, Ephraim montana, Somrom, Gelboe montes, Acrabitenæ montes, Thabor, quinque montes in circuitu Hierosolymæ: de quibus Hieronymus in locis Hebræicis, & post eum Zieglerus in sua Palestina. Hos montes alloquitur in præsentī deus, ac si dicat: Efficiam, vt qui vos vastarunt, & in circuitu vestro sunt, iuant suorū flagitorū pœnas, vos autem montes terræ promissionis, qui nunc estis inculti, producat arborea, & ramos frondosos, fructumq; letū feratis populo Israelitico à Babyloni-

ca captiuitate reuerso. Hoc ideo ait, quia tēpore obsidionis fuerant mōtes Israel vastati, & arbores cæsæ. At nunc eis prosperitatem promittit, & fructuum abūdantiā. Id cecinerat his verbis regius vates: Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Qui maioribus calamitatibus fuerant oppressi, vberiore fructum prodixerunt. Nam, vt ait apud Ioannem Christus Deus noster: Nisi granum frumēti cadēs in terram, mortuū fuerit, ipsum solum manet: si autē mortuum fuerit, multum fructū afferit. Et in libro Exodi scriptum legitur, tāto magis creuisse filios Israelis, quanto magis opprimebantur. Loquitur hoc loco Ezechiel de tēpore reuersionis in Iudæam, quando arbores, & cæteræ plantæ Deo ita volente plus solito fructiferæ fuerunt. Id prædixerat ijs verbis diuinus psaltes: Visitaſti terrā, & inebriaſti eam, multiplicasti locupletare eā. Sed psalmus hic etſi de Hebræorum reductione à Babylonica captiuitate intelligatur, vt asserunt Origenes, & Eusebius Cæsariensis, præcipuē tamen de Christi ecclesia intelligitur, & de ijs, quos Deus à captiuitate peccati, ab idololatrijs, & impijs Gentiū superstitionibus in vnum corpus adduxit & congregauit, ad vnam fidem, ad vnā ecclesiam, cuius caput Christus est. Nō nego posse de ea benignitate intelligi, qua vsus est Deus erga Israelitas, cū illis à Chaldaea reuersis omnia necessaria suppeditauit: sed hoc asseueranter affirmo, debere in primis ad Christi mysteria referri, & ad eius ecclesiā ex Gentibus & Iudæis congregatam, plenam sacramentorum fructibus, & cœlestium donorum abundantia. Hæc est fertilitas, de qua loquebatur Dauid, & de qua vaticinatur hoc loco Ezechiel.

Propè est enim, vt veniat. Nimirū à Babylonica captiuitate in patriā suam. Consolatur populū Israeliticū in Chaldaea detētum. Vel sic: Futurū est, ait deus,

Psal. 84.

Ioan. 12.

Exo. 1.

Psal. 64.

Ephes. 5.

Colos. 1.

vt citò ad me veniat populus Hebræorum. Ideo eos ad vos ô montes reducā, quia sunt citò ad me conuertēdi. Vel sic: Propè est vt veniat id, quod promitto: nō enim tardabit. Vel propè est, vt veniat Christus, quē ego missurus sum, vt vos cōgreget, & vobis viam muniat ad cœlestē Hierosolymā, atq; ad æternam ducat beatitudinem, vbi eo in æternum fruamini.

Quia ecce ego ad vos. Subaudi venturus sum, vt omnia vobis necessaria suppeditem. Qua de re multa prædixit Aggeus cap. 2. Zacharias cap. 4. & 6. Malachias cap. 3. vbi ea poteris videre.

Et multiplicabo in vobis homines. Homines vocat eos, qui ad rationis normam vitam dirigunt: qui pestilentibus delicijs repudiatis virtutē amplectuntur, qui cauent, ne quid indecorè effoeminate ve faciant: tū in omnibus & deliberationibus & factis ne quid impiè moliātur, aut cogitent. Nec enim figura corporis humani, nec ratio excellens hominum naturæ significat natum esse hominem, vt corporis voluptatibus fruere, sed vt res ederet præclare gestas, & in honestatis actiones toto pectore incuberet, & tandē gloriā sempiternā obtineret.

Et habitabuntur ciuitates. Hoc in libris Efdrae impletum ostenditur.

Et replebo vos hominibus & iumentis. Hoc est, mitibus, & immanibus, iustis & iniustis. Efficiam, vt qui fuerant tyranni & crudeles deposita tyrannide & crudelitate cum impijs & mansueris in ecclesia viuant. Id vaticinatus fuerat his verbis Esaias: Hababit lupo cū agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus, leo, & ouis simul morabuntur. Solet sacra scriptura homines aliquando cum brutis comparare.

Et habitare vos faciam sicut à principio, bonisq; donabo maioribus, quā habuistis ab initio: & scietis, quia ego dñs. Et adducam

super vos homines populum meū Israel, & hæreditate possidebūt te. Et eris eis in hæreditatem, & nō addes vltra, vt absque eis sis. Hæc dicit dñs deus. Pro eò quòd dicūt de vobis: Deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuā: propterea homines nō comedes amplius, & gentem tuam nō necabis vltra, ait dominus deus. Nec auditam faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquā portabis, & gentem tuam non amittes amplius: ait dñs deus. Et factū est verbū domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerūt eam in vijs suis, & in studijs suis. Iuxta immūditā mēstruatæ facta est via eorū coram me, & effudi indignationē meā super eos, pro sanguine, quem fuderūt super terrā. Et in idolis suis polluerūt eā, & dispersi eos in Gentes, & ventiliti sunt in terras: iuxta vias eorū, & ad inuentiones eorū iudicaui eos.

Et habitare vos faciam sicut à principio. Scilicet quādo repleti eratis habitatoribus Hebræis. Quidam vertunt. Habitare faciā vos iuxta antiquitates vestras. Hoc est, vt antea.

Bonisq; donabo maioribus quā habuistis ab initio. Hoc est, maiora beneficia in vos cōferam post reditū à captiuitate quā antea. Hic oritur difficilis quædam questio: quando deus Hebræis hæc felicitatē largitus est. Ante babylonicā captiuitatē Hebræi viros habuerūt omni sanctitate, sapientia, & animi fortitudine præstātes: & præterea fuerūt ditissimi, præfertim tēpore Dauidis, & Salomōis, tot

opi-

Agg. 2.
Zach. 4.
6.
Malach. 3.

Esa. 11.

vt

opibus repleti, tanta diuitiarū abundantia cumulatī, tot victorijs de hostibus reportatis insignes, tam ampla sumptuosorum ædificiorū magnificentia muniti, in tam eximia dignitate & amplitudine cōstituti, vt nullus esset populus cum illis cōparandus. At post reditū à Chaldaea in egestate & inopia vitā traducebant, subditi Persis & Medis, afflicti & calamitosi. Et quanuis templū instaurarent, tamē tantum aberat à prioris templi magnificentia & præstantia, vt senes, qui illustre Salomonis templū aspexerant, eiusq; sumptuositatis, pulchritudinis, amplitudinis, & præstantiæ recordabantur, cum secundi templi paupertatē aspicerent, lamētarentur, & nō possent lacrymas tenere: vt libro primo Esdrę literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Id quod etiam Iosephus vndecimo Antiquitatum libro literis mandauit. Quæ est igitur maior hæc felicitas, quàm illis hoc loco deus tempore secundi templi promisit? Auget huius quæstionis difficultatem id, quod ait Aggæus propheta capite secundo: qui cum reuersus esset cum Hebræis suis ex babylonica captiuitate, & quadam die viseret templum, quod Hierosolymæ instaurabatur, afflatus spiritu prophetico has voces emisit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquā primæ, dicit dominus exercituū. Quid est, in quo maior hæc secundi templi gloria consistit? Nō quidē in diuitijs, non in templi magnitudine & maiestate, nō in cæremonijs, non in sacerdotum sanctitate, non in diuinorum vatum oraculis & vaticinationibus: nā omnia hæc multò illustriora in primo tēplo fuerūt. Quæ est igitur hæc gloria secundi templi, & quod est hoc præstantius bonum, de quo loquebatur Aggæus, & agit hoc loco Ezechiel? Credo absq; dubio & Ezechielem hīc, & Aggæum illic de admirabili Christi præsentia in terra locutos fuisse. Videbant mentis oculis per spiritum pro-

pheticum, tempus fore, cum deus factus homo in terra promissionis, intra mœnia Hierosolymæ, in secundo illo Iudæorum templo sese videndum mortali bus præberet, ipsos Hebræos alloqueretur, cum illis cōiunctissimè versaretur, illis prædicaret, & viam ad æternam beatitudinem consequendam muniret. Illic docuit Christus veritatē, & cœlestem doctrinā, ingētia miracula edidit, euangeliū prædicauit, & ex ea regione euangeliū exiuit. Ita futurū esse prædixerat ijs verbis Esaias: De Sion exhibit lex, & verbū domini de Ierusalē. Vbi per legē & verbum domini intelligitur absq; dubio euangeliū. Nā vetus testamentū exiuit à monte Sinai, nouū autē à monte Sione, de quo prædixerat Baruc inducēs deū in hunc modum aientem: Et statua illi testamentum alterū sempiternū. In vetere testamēto promittebat Moses obseruantibus illud bona terræ fluxa & caduca, in nouo autem promittit deus bona cœli immortalia & sempiterna. Hæc est lex gratiæ, hoc est euangeliū, hoc est bonum nuntium, hoc est testamentū illud, de quo locutus fuerat deus per Ieremiā: Ecce dies venient, dicit dominus: & feriā domui Israel, & domui Iuda testamētum nouum. Et per Esaiā: Inclinate aurem vestram, & venite ad me, audite, & viuēt anima vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternū. Apparuit Christus verus deus, & verus homo: & vt verbis vtar diui Pauli, apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundē per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundū spē vitę æternę. Hęc fuit gloria Hierosolymę: hęc fuit illustrior illa dignitas, & illud præstantius bonū, qđ deus secundo tēplo promisit. Quid poterat gloriosius esse, quàm

quàm videre deum verum humanitate assumpta, eumque audire, & amplecti? Quod poterat in hac vita maius bonū excogitari? Quid poterat esse ad animę suauitatem iucundius? ad veram vtilitatem accommodatius? ad gloriā æternam consequendam præstantius? Hæc sunt illustria illa, quæ de Hierosolyma vaticinati sunt propheta, iuxta id quod ait regius vates: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In ea visus est deus, & euāgelium illud docuit, quo apostoli Gētes barbaras & agrestes, & idolorum cultrices ab impura simulachrorū superstitione ad castissimū diuini numinis cultū, plenissimamq; veritatis religionē traduxerūt, & sanctissimū Iesu Christi nomen per totū orbem terrarum celebrarunt. Id intellexit Aggæus loco citato absque vlla dubitatione. Sed vt hoc perspicuū euadat, eius verba expendamus. Loquens propheta Zorobabelo, & Iesu filio Iosedech, & reliquis Hebræis secūdi templi ædificiū intuētibus, has voces emisit: Quis in vobis est relictus, qui vidit domū istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hęc nunc? Nūquid nō ita est, quasi nō sit in oculis vestris? Ac si diceret: Quis ex vobis reliquus est, qui viderit primū templū in magnificentia sua, videns nūc templū hoc secundum, nōne intelligit planē nō esse hoc cū illo comparandū? Et paulò post, vbi eos cōsolatus est ob Christi aduentum ita ait: Hęc dicit dominus exercituū: Adhuc vnum modicum est, & ego cōmouebo cœlum, & terrā, & mare, & aridam, & mouebo oēs gentes. Ac si diceret: Post tempus aliquod, & illud breue respectu annorū à mūdi creatione, ego veniā, & mouebo totū orbē terrarū: magnus erit motus nō solum inter Iudęos, sed etiam inter Gētes circa fidem & religionē: Et subdit statim: Et veniet desideratus cunctis gētibus: & implebo domū istā gloria, dicit dñs exercituū. Meū est argentū, et meū est aurū: magna erit gloria do-

mus istius nouissimæ plusquam primæ. Hęc diuinus vates. Nōne vides, qđ apertè prædixerit mirabilē dei in terrā aduentum: & ideo secundū templū gloriosius esse primo, quia ipse deus erat illud ingressurus, & in eo prædicaturus? Quare inquit præstantius fore secundū templū, quàm primum, nisi quia ad illud veniet desideratus cunctis gētibus, illudq; gloria implebit ob præsentia suam? In sancto euāgelio scriptū legimus fuisse Christum deū nostrū in tēplo præsentatum. Ibi concionatus est, & edidit miracula, quā ob causam illud ingēti gloria decorauit. Cū autē templū illud secundum sit euersum, & funditus deletū, apertissimè ostēditur, venisse Messiam, qui iuxta diuini vatis oraculū erat ad templum illud venturus. Si deus promisit per Aggæum prophetam venturum esse Messiam ad illud templū, dum extaret, templū autem est solo adæquatum, nec est tale templū, nec lapis super lapidē, quæ infania est Messiam venturū expectare? Ad quod templū secundum venturus est, si corruit, si est funditus deletum, si nec talis tēpli reperitur vestigiū? Nec possunt dicere Iudæi se habituros esse tēplū aliud, ad quod Christus veniat: nam Aggæus eorū propheta de eo ipso tēplo locutus est, quod tūc Hierosolymæ cōstruebatur, & non de alio, vt eius verba planē testatur. Imò apertè dixit, nullum aliud futurū esse: cōiiciens enim oculos in templū ipsum, dixit: Magna, siue vt ex hebręo rectè verti poterat, maior erit gloria domus istius nouissime, quàm primæ. Asseruit propheta templum illud nouissimum esse, & vltimum, vltra quod nullum aliud illis futurū esset. Id quod hodie impletum aspiciamus. Vbi enim Iudæi templū habent, vbi immolent sacrificia: Nusquā quidem. Nullam habent fidem, nullū sacrificiū, nullum regem, nullum sacerdotem, nullū templum. Sed qui ex illis veram Christi fidē receperūt, eiusq; adhæserunt cōsilijs, sunt

1. Esd. 3.

Agg. 2.

psal. 87.

Agg. 2.

Esa. 2.

Exo. 20.

Gala. 4.

Bar. 2.

Ierem. 31.

Esa. 55.

1. Tim. 3.

Lnc. 2.

sunt beatitudinem cœlestem, summum que bonum consecuti. Et quoniam diuini vates mentis oculis intuebantur, vni-genitum dei filium hanc ad illos felicitatem allaturum, qui in eorum ciuitate & templo erat videndus, & cum illis locuturus, & in regiõe illa versaturus, promiserunt illis ex parte dei bona hæc, de quibus hęc, & alijs locis loquitur Ezechiel. Sed dices: Nõne Ezechiel hoc loco loquebatur de Iudeorũ reditu à babilonica captiuitate? Loquebatur quide: sed de ea liberatione se transfert ad liberationem captiuitatis spiritualis, & ad redemptionẽ generis humani per Christum more aliorum prophetarum. Dauid in psalmo. 71. loquens de Salomone terreno, trãffert sermonem suum ad Salomonem cœlestem, hoc est ad Christum Iesum. Nam dicens prius: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, subdit paulõ post: Permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generationem. Quæ verba Salomoni nullo modo possunt cõuenire, sed Christo, regi pacifico, cuius Salomon imaginem gerebat: quẽadmodum nec illa, quæ paulõ post sequuntur: Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Nam hoc multis retro ante seculis deus promiserat Abrahamo esse in Christo adimplendum; dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod explanans diuus Paulus in epistola ad Galatas, Nõ dicit, inquit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Ostẽdit apostolus significare verba illa omnes nationes deo patri per Christum reconciliandas esse, omnesque esse gloriam immortalẽ consecuturos, qui se illi commiserint; eius verba custodierint, & in fide formata perleuerauerint. Eodem modo volens Esaias loqui de Christo, incipit sermonem à Cyro temporario liberatore, sed conuertit ad cœlestẽ vocẽ suam:

psal. 71.

Genes. 12.

Gala. 3.

cum enim capite. 45. diceret: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro. Et postea multa de eo, qui capta Babylone Iudeos misit in terram promissionis, differeret, subiunxit: Verẽ tu es deus absconditus: deus Israel saluator. Quæ verba de Christo apertissimẽ intelligantur. Appellatur deus absconditus, quia diuinitas in humanitate delitescerebat, & fortitudo in fragilitate abscondebatur. Ita dixerat Habacuc propheta: Ibi abscondita est fortitudo ei. Et ipse de se ait apud Mattheũ: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. Ipse enim est regnũ cœlorum, qui de se ait: Regnum dei intra vos est. Aspicias igitur morem esse diuinorum vatum sermonem suum ex rebus corporeis ad spirituales transferre, & à reductione à captiuitate Babylonis ad liberationem animæ ex peccati captiuitate verba sua traducere, quod erat præcipuũ eorũ institutum: erat enim Christus scopus omnium prophetarum.

Et hereditate possidebunt te. Id est, viri pro bi te firmiter possidebunt.

Et non addes vltra, vt absque eis sis. Aspicias hoc non referri ad tempus Zorobabeli, & Esdræ, sed esse ad Christi tempus referendum. Et si de reditu agat à captiuitate Babylonis, tamen multa inserit, quæ soli ecclesię Christi conueniunt, & liberationi à seruitute peccati. Non est igitur dicendum terram illam Iudææ post Hebræorum reditum non fuisse vnquã vastatam, & à Iudæis destitutam, cum sciamus luce meridiana clarius, fuisse postea vastatam à Romanis, & Iudæos partim interfectos, partim captiuos, & per orbem terrarum dispersos, & Hierosolymam incendio traditam, & in cinerem conuersam. Sed intelliguntur hæc de sancta Christi ecclesia, aduersus quã portæ inferi nõ preualebunt: quæ in perpetuum durabit.

Deuoratrix hominum es. Hoc dicebant Iudææ inimici eius, quod multi Iudæi in ea fuissent à Babilonijs interfecti, mul-

Esa. 45.

Habac. 3.

Mat. 13.

Luc. 17.

Et non addes vltra, vt absque eis sis.

Mat. 16.

ti peste & fame mortui, multi in captiuitatem ducti. Præterea ipsi Iudæi inter se sepe dimicabant, & seipso occidebãt: & turbulentis illis disidijs conuellebatur animorum status, & ipsi disidentes vita priuabantur.

Gentem tuã non necabis vltra. Hoc est, lõgo tẽpore. Qua de re alibi differuimus.

Domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in vijs suis. Ostendit fuisse filios Israelis è terra sua ob fraudes suas expulsos. Sensus est: Hebræi dum colerent patriam suam, eam vitijs suis polluerũt, ac seipso sceleribus cõtaminarũt. Quare in eos grauiter animaduerti. Accipitur via pro viuẽdi ratione: vt in psalmo. Et in via peccatorum non stetit.

Iuxta immunditiam mēstruatæ. Immunditia, & pannus menstruatæ, hoc est mulieris menses suos habentis significat in literis diuinis animi impuritatem & cõtaminationem. Ita apud Esaiam dicebãt Iudæi: Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

Iuxta vias eorum, & adinventiones eorum indicauimus eos. Id est, iuxta eorum scelera illos puniui. Alibi diximus in sancta scriptura peccata appellari hominum adinventiones, vt in psalmo: Ibunt in adinventionibus suis.

Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctũ meum, cum diceretur de eis: Populus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Et pepercit nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentes, ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit dñs deus: Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomẽ sanctum meũ, quod polluistis in Gentibus, ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meũ magnum, quod

psal. 1.

Esa. 64.

psal. 80.

Esa. 52. c.

Rem. 2. d.

E

pollutũ est inter Gentes, quod polluistis in medio earũ, vt sciant Gentes, quia ego dominus, dicit dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de Gentibus, & cõgregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini ab omnibus iniquamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meũ ponam in medio vestri.

Et ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierunt. Id est, Gentium, ad quas ducti sunt, superstitionibus adhæserunt.

Et polluerunt nomen sanctum meum. Hoc est, in causa fuerunt, vt nomen meum inter Gentes blasphemaretur, Videntes enim Gentes eorum maleficia dicebant. Qualis est deus ille, qui talem populum habet, tam flagitiosum, tot sceleribus cõtaminatum? Si sanctus esset, non essent illi impij: si potens esset, non permisisset eos de terra depelli. Aspicias hoc loco impios homines nomini dei, quantum in se est, maculam inurere. Est quidem nomen dei ex se sanctum, & impollutum, at illud pollunt impij. Ita per Esaiã ait deus: Ablatus est populus meus gratis: domipatores eius iniquẽ agunt, dicit dominus; & iugiter totã diẽ nomẽ meũ blasphematur. Illum locũ citat apostolus in epistola ad Romanos: Cum David Bethsabææ stuprũ, & viro eius mortẽ intulisset, illeq; peccata sua agnosceret, & sibi remitti ac cõdonari deprecassetur, dixit ei Nathan vir omni sapie

Sup. 11. d.

Sup. 11. d.

Esa. 52.

Rom. 2.

2. Reg. 11.

2. Reg. 12. tia & pietate prestanti: Quoniā blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter hoc verbū, filius, qui natus est tibi, morte morietur. Vbi aspicias Dauidē ob peccata sua dedisse hostibus domini eum blasphemandi occasionem. Dicebāt enim deum Iudæorū constituisse regē iniustū, qui se vitio cōtaminasset, & innocentē Vriam ad certū capitis periculum misisset. Hunc locum ita vertit Ionathas Chaldæus: Aperiendo aperuisti os inimicorum domini in hoc negotio. Ac si diceret: De desti causam impijs hominibus contra ipsum loquendi, qui te in regia constituit dignitate.

2. Reg. 11. Et peperci nomini sancto meo. Hebraismus est, ac si diceret deus: Nolui, ut nomen meū irrideretur, & fama mea apud Gentes obscuraretur. Qui alicui rei parcit, non vult eam irrideri, aut extinguī. Sensus est: Ideo populum à seruitute babilonica liberabo, & in pristinam dignitatem reducam, ut videant Gentes potētiam meam. Beneficia in Hebræos collata non eorum meritis attribuuntur, sed diuinæ misericordiæ. Eam ob causam subdit deus: Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum. Id intelligens Dauid aiebat: Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Nos etiam in calamitatibus nostris debemus ad dominum cōfugere, ab eo liberationem & victoriam petentes, non gloriæ nostræ causa, sed ne eius sanctissimum nomen ludibrio sit impijs. Eodem modo idem Dauid, Non nobis, inquit, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: propter misericordiam tuam, ne quando dicant Gentes: Vbi est deus eorum. Et ipse dominus per Esaiam: Propter me, inquit, ego faciam, ut non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. Verū septuaginta interpretes hunc Ezechielis locū ita vertunt: Et peperci eis propter nomen sanctum meum.

Et sanctificabo nomen meum. Hoc est sanctum & admirabile illud ostendā. Vel sic: Efficiam, ut fama mea in omni orbe terrarum celebretur. Ita intelligitur id, quod Christus docuit petendum: Sanctificetur nomen tuum. In qua petitione hæc occurrit dubitatio: Cum id petamus, quod deest, sit autem nomen dei sanctum, cur petimus, ut sanctificetur? Huic obiectioni respondendum existimo, dei nomen sanctum in se esse, nos autē petere, ut nobis sanctificetur, quo alij opera nostra vidētes deum summis laudibus efferant: iuxta illud saluatoris nostri: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrū, qui in cœlis est. Et iuxta illud diui Petri in prima sua canonica: Ex operibus vos considerantes glorificent deum in die visitationis. Vel petimus, ut nomen dei, quod in se sanctum & magnum est, ita ab omnibus cognoscatur. Nam licet fuerit notus in Iudæa dominus, & in Israele magnū nomen eius, in alijs tamen regionibus non colebatur, nec cognoscebatur. Et ob euangelij prædicationem dei nomē fama celebratur illustri, & regionibus abstrusis innotescit, & in illis colitur, & laudibus effertur. Et hoc est sanctificari dei nomen. Petimus itaq; ut dei nomē, quod in se est omni prædicatione dignissimum, ubique terrarum celebretur, & diligatur, eique omnes homines cultū adhibeant, & honorem.

Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Hoc est, cum vos coram illis me sanctū esse ostenderitis: ostenderis autem hoc, cum eorum superstitionibus & vitijs repudiatis incubueritis in virtutum actiones, inuocaueritis me ipsum, me vnum deum adorandum esse asserueritis, mihi serueritis, & summis laudibus extuleritis. Tūc ego vos eripiam à misera seruitute, & ostendam potentiam meam, & intelligent Gentes me esse verum & potentem deum.

1. Esd. 1. Et effundam super vos aquam mundam, & emundabimini. Dixerat deus Iudæis paulo antè se esse eos ablaturum de Gentibus, & congregaturum de vniuersis terris, & adducturum in Iudæam: id quod effectū fuit tempore Cyri, ut constat ex primo capite libri primi Esdræ, quemadmodū vaticinatus fuerat Esaias capite. 44. & 45. & alij diuini vates. Nunc promittit illis, daturum se eis esse aquam mūdā, qua ab immunditijs suis abluerentur. Multi ex Iudæis intelligunt hoc de tempore Messie, dicentes hanc aquam eam esse, de qua agit capite. 47. per quam bonorum intelligunt affluentiam. Rectè illi quidem, nisi in hoc errarent, quod Messiam, qui iam venit, venturum esse expectarent. Si hoc de Christi tempore asserunt etiam Iudæi, quis erit Christianus, qui illud neget ad Christum referendum? Quis non videt hæc de ecclesia præcipuè intelligi, in qua deus fideles coadunauit, & à demonis tyrannide eripuit? Ecclesia est Sion, mōs fidei & virtutum, de quo ait Christus deus noster, de deo patre loquens: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicās præceptum eius. De ecclesia id intelligitur, quod ait diuinus psaltes: Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Et Esaias: Respice Sion solennitatem ciuitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. Super ecclesiam effudit deus aquam mundam, ut ab omnibus peccatis mundemur. Nam si hoc solum de reitu Hebræorum à babilonica seruitute intellexeris, dic obsecro, quādo deus illis aquā mundam effudit, qui per aquam intelligis lympham materiale? Quæ est hæc aqua munda, quæ scelerum labes abluerat, & animas expiabat? Hæc aqua absq; dubio est diuina gratia, & spiritualium bonorum abundantia, quæ de saluatore Iesu Christo per sacramenta tanquam

per fontes dimanat, & totam ecclesiam rigat. De ea dixerat Esaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Nō ait: Haurietis aquam, sed aquas, nec de fontē, sed de fontibus, ut gratiæ magnitudinem, & donorum spiritualium multitudinem significaret. In fonte est aqua, at in pharmacopolæ officina sunt diuersa aquarum salutarium genera: ita in ecclesia, quæ est diuini medici officina, & miropolium cœlestis, sunt multa sacramenta, multa dona, varia gratiarū genera, cœlestis doctrina, diuinæ inspirationes, admirabilis salutarium medicamentorū abundātia: quæ omnia aquarum nomine significantur. Ad has salutare aquas nos inuitat alibi idem Esaias dicens: Omnes sitiētes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate emite, & comedite. Hæc sunt aquæ, quæ ecclesiam dei perpetuis gaudijs afficiunt: quæ, ut est Canticorum literis prōditū, impetu currūt de Libano. De quibus ait regius vates: Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Et rursum: Super aquam refectionis educauit me. Et Zacharias de tempore Messie loquens, In die illa, inquit, erit fons patens domui Dauid, & habitatibus Ierusalem in ablutionē peccatoris, & menstruatæ. Et Ioel. Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarū. Riuus Iuda sunt ecclesie sacramenta, aquas gratiæ cōferentia: domus autem domini, vbi in principio congregati sunt fideles, est Hierosolyma, vnde fons cœlestis doctrinæ manauit, quæ orbē terrarum adimpleuit. Et quoniā gratia, ut ait diuus Paulus in epistola ad Romanos, nō est ex operibus, alioquin gratia iam nō esset gratia, ait Christus in Apocalypsi Ioannis: Ego sitiēti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Huius aquæ imaginem gerebat illa, quam virgo Rebecca seruo Abrahami, eiusq; camelis impertituit. Quoniam futurum erat, ut diuina Rebecca, gloriosa dei generatrix, O o 2 nitrix

nitrix virgo esset gratie dispensatrix, eã que non solum hominibus, sed etiã brutis, hoc est non solum iustis, sed peccatoribus ad ipsam confugiẽtibus impetraret. Hęc est aqua, de qua ait Christus Samaritanã: Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitã æternã: Quemadmodum auceps auiculã capit, qua vitur ad alias capiendas, eamque aliarum auivũ vocatricem & inuitatricem iuxta fontem aliquem in vinculum cõiectam collocat, vt alijs illuc cõuenientibus impleat suũ rete: sic dominus Iesus mulierem illam Samaritanã veluti turturem quãdam voluit aucupari iuxta fontem Iacob, vt illa esset multorũ volucrum inuitatrix, qui exeuntes e ciuitate ad Christum cõuenerunt, quos ille in admirabili reti fi dei recepit, vt ex illo aucupio ad vitam æternam perduceret. Aquam illam potauerũt, de qua ait hoc loco deus per Ezechielem: Effundam super vos aquam mũdam, & emundabimini. De qua agit etiam capite. 47.

Et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos.

Qui ea actu, & affectu à vobis proijcietis, vt illis derelictis mihi seruiatis. Nemo enim potest duobus dominis seruire, vt ait apud Mattheum Christus deus noster: Cum Pharaõ permitteret Hebræis, vt deõ in Aegypto victimas immolarent, respondit Moyses: Non potest ita fieri; abominationes enim Aegyptiorum immolabimus deo nostro? Fieri non potest, vt Pharaoni, hoc est diabolo, & deo simul seruiamus. In templo Dagonis nõ potuit eius simulacrũ cũ arca dei erectũ esse, & coli: Et Elias illis, qui & deo vero, & Baali deo commẽtino seruire gloriabãtur, Vsq̃e quo, inquit, claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Id explicãt diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios. Quæ, inquit, participatio iustitiam

tia cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial?

Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum.

Idest, dabo vobis animi puritatem, & vim illam, per quam nihil nisi rectum, iustum, & pium expetitur. Huius diuinæ reformationis eò magis participes efficimur, quò magis spiritus noster ad imaginem dei renouatur. Hanc reformationem, & cordis nouitatem, & spiritus instaurationem petebat à deo Dauid, dicẽs: Cor mundũ crea in me deus, & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Cor postulauit mundum, nam de imundo exeunt ea, quæ hominem cõtaminant, qualia sunt, cogitationes male, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, blasphemia. Hęc sunt, inquit deus, quæ coinquinant hominem. Hęc sunt quæ mentis oculos tenebris obfundunt, ne deum aspiciant. Beati verò illi, qui sunt mundi corde, quoniam ipsi deũ videbunt. Beati qui spiritu nouo, indui homine nouo deum eos innovantẽ amplectuntur. Vnde diuus Paulus in epistola ad Ephesios, Renouamini, inquit, spiritu mētis vestrę. Hoc promiserat deus his verbis per Zachariam: Effundam super domũ Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum. Cum deus ceremonias & sacrificia legis veteris antiquaret, & nouam ferret legem, opus erat noua in hominibus corda creare. Id intelligens regius vates canebat: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Et Esaias: Noua ego annuntio. Et rursus ita deum loquentem inducit: Creo celos novos, & terram nouã. Vbi per celos novos intelligit apostolos, & viros iustos, per terram verò nouam ecclesiam catholicam, in qua essent corda noua & spiritus noui, qui in nouitate animorum noua deo cantica emitteret. Ideo ait in Apocalypsi beatus Ioãnes: Vidi cœlum nouum, & terram nouam.

Ioan. 4.
simile.
Mat. 6.
Exo. 8.
1. Reg. 5.
3. Reg. 18.
2 Corin. 6.

Psal. 50.
Mat. 15.
Mat. 5.
Ephes. 4.
Zach. 12.
Psal. 95.
Esa. 42.
Esa. 65.
Aper. 21.

nam. Et paulò post. Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cœlo. Et iterum: Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et apud eundem Ioannem ait Christus: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et si mandatum de proximi dilectione fuerit antiquum, & in lege vetere scriptum, nam Christus apud Mathæũ illud ait esse vnum de primis legis præceptis, hoc tamen loco illud nouum appellat, quia erat ab eo innouatum & instauratum, quoniam fuerat per pharisæorum traditiones ferè delectũ. Addiderant enim præcepto de charitate: & odio habebis inimicum tuum: quæ verba in lege nusquam inueniuntur. Dicitur etiam præceptum nouum, quòd in nouo testamento frequẽtius inueniatur. Cum lex de ceremonijs & sacrificijs frequẽtissimẽ faciat mentionẽ, rarò meminit huius præcepti: at euangelium Christi illud vbique prædicat, & inculcat. Præterea ideo dicitur nouum, quia quemadmodum quod nouum est, propinquum est principio suo, sic charitas nos deo rerum omnium principio vnit, & propinquos reddit. Postremò nouũ appellatur charitatis præceptum, quòd non possit perfectè nisi nouo spiritu adimpleri. Nã charitas dei teste diuo Paulo ad Romanos, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Spiritus sanctus corda nostra innouat, diffundens in ea charitatẽ, non solum erga deũ, sed erga proximũ. Et licet charitas & dona dei propria sint totius trinitatis, tamẽ spiritui sancto attribuitur, quòd sola diuina voluntate donetur, per cuius modũ spiritus sanctus à patre & filio spiratur. Et inter alia præcipua quadã ratiõẽ illi charitas ascribitur, quòd per illũ, qui charitas est patris & filij statuit nos deus secũ, & inter nos inuicẽ charitate coniũgi. Ideo ait apostolus dari nobis charitatẽ dei per spiritũ sanctum, qui datur nobis. Nõ quòd spiritus

Ioan. 13.
Mat. 22.
Mat. 5.
Rom. 5.

sanctus secundũ substantiam illabatur nobis, & in nobis insit secundũ suam naturã, sed datur nobis in effectu suo, nimirũ per charitatem, quam infundit in corda nostra: qua charitate & deum diligimus & proximum. Ideo diuus Augustinus hanc charitatem eam dicit esse, nõ qua diligit nos deus, quæ est eius essentia diuina, sed qua in nobis inhzente ipsum deũ amamus, quæ quidam effectus est, & impressio in nobis diuinę bonitatis. De vtraq; charitate intelligitur id, quod ait Christus deus noster: Qui diligit me, diligitur à patre meo. Et de vtraque ait Origenes hunc locum diui Pauli intelligi: de ea quæ prima causa est nostrę salutis, quæ est illa, qua nos diligit deus: diuino enim fauore præuenimur, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Sed hęc charitas dei in corda nostra diffunditur, quẽ admodum dicimus diffundi causam per effectus, & principis magnificentia, quẽ in ipso est, dicimus in ciues per beneficia diffundi. De hac igitur charitate locum illũ apostoli interpretatur, & de ea etiam, qua nos ipsam deũ summo prosequimur amore, & proximũ sicut nos ipsos diligimus. Et quoniã hęc charitas, qua proximũ amplectimur, non est nisi in corde nouo, ideo eius præceptum nouum vocatur, presertim cum deus illud innouauerit. Quemadmodũ qui feudũ habet tantũ in vita sua, sibi à patre suo relictum, ita vt dominium penes concedentẽ remaneat, innouat illud, & nouũ conficit contractum, & ita dicitur habere nouum feudum, non quòd sit nouũ, sed ob nouum pactum, & feudi innouationem: sic cum præceptum de proximi charitate datum à deo in lege vetere esset obliuione posteritatis ferè deletum & extinctum, & veluti feudũ in vltima vita quasi penitẽ finiretur, innouauit & instaurauit illud Christus deus noster: quã ob causam nouũ ab illo merito appellatur. Dedit nobis dominus præceptũ

1. Ioan. 4.
simile.

hoc denuò, vt illud vicinùs intuètes, & suum esse contemplàtes, obligationem seruandi illud in memoriam redigere-
mus. Et quoniam ad illud implendù no-
uo corde indigebamus, promisit hoc lo-
co, se illud nobis esse daturum. Hoc idè
dixit suprà cap. 11. vbi ea poteris vide-
re, quæ ibi exposuimus.

Sup. 11.

Et auferam cor lapideum. Indicat legem gratiæ, Christi sanguine confirmatam, quæ durissima hominum immaniù & indomitorum corda emolliuit, & mitia fecit. Annotauit hoc Tertulianus, & rectè quidem, Christi sanguinem ea corda domuisse, & mollia reddidisse; quæ terribilis Romanorum potentia lenire & domare nunquam potuit. Corda hominum lapidea, dura, & in sceleribus obstinata, nullam piæ & salubris doctrinæ impressionem admittentia, fuerunt in carnea conuersa, docilia, & mollia, & ad diuinam doctrinam accipiendâ accommodata. Diuus Gregorius libro decimo Moralium hunc explicans locum ait: Cor lapideum tollit Deus, cum à nobis superbiæ duritiam subtrahit: & cor carneum tribuit, cum eandem duritiam ad sensum reducit. Cum cor nostrû sit id, quod à nobis Deus præcipuè exigit, summa ope niti decet illius duritiam & prauitatem vitare. Abominabile domino, ait Salomon, est cor prauum. Et Ieremias: Laua à malitia cor tuum. Vnde ait apostolus in epistola secunda ad Thessalonicenses: Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei & patientia Christi. Idem dixit Ezechiel capite vñdecimo, vbi de cordis duritia latè disseruimus.

Prov. 11.
Ierem. 4.

2. Thef. 3.

Et faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra, quâ dedi patribus vestris: & eritis mihi in populû. & ego ero vobis in deû. Et saluabo vos ex vni-

uersis inquinamentis vestris, & vocabo frumentû, & multiplicabo illud, & non imponâ vobis famè. Et multiplicabo fructû ligni, & gemina agri, vt nò portetis vltra opprobriû famis in Gentibus. Et recordabimini viarû vestrarû pessimarum, studiorumq; non bonorû: & displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra. Non propter vos ego faciam, ait dñs deus: notum sit vobis. Cõfundimini, & erubescite super vñs vestris domus Israel. Hæc dicit dominus deus: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa, & terra deserta fuerit ex-culta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, dicet: Terra illa in culta facta est vt hortus voluptatis, & ciuitates deserta & destitute, ac suffossæ, munitę sederû. Et sciēt Gêtes, quæcunq; derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego dñs ædificauì dissipata, plantauiq; inculta: ego dominus locutus sim, & fecerim. Hæc dicit dñs deus: Ad huc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis. Multiplicabo eos sicut gregē hominû vt gregem sanctû, vt gregē Ierusalem in solènitatibus eius. Sic erûnt ciuitates deserta, plenæ gregibus hominum: & scient, quia ego dominus.

Rom. 6. d.

Et habitabitis in terra quam, dedi patribus vestris. Diuus Augustinus libro tertio de doctrina Christiana, capite. 34. hunc enarrans locum, ait: Non carnaliter, si-

cut

cut carnalis Israel, sed spiritualiter, sicut spiritualis Israel, debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in æternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra viuentium. Ipsa est intelligenda patribus data, quando eis certa, & immutabili dei voluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate iam data est, quæ danda suo tempore, à patribus credita est. Hæc ille: quibus per terram promissionis patriam intelligit cœlestem, & ecclesiam triumphantem. Sed quoniam in ecclesiam illam triumphantem nemo ingreditur, nisi fuerit huius ecclesię militantis membrum, & ciues huius, qui in gratia migrant, in illam transferuntur, per hanc terram, quam deus hoc loco promisit, ecclesia hæc catholica absq; dubio significatur: quæ est domus dei, columna & firmamentum veritatis. Hæc est ciuitas regis, vinea electa, noua Hierosolyma, ciuitas dei, & terra promissa.

1. Tim. 3.
Ipsal. 47.
Esa. 5.
Apoc. 21.
Ipsal. 45.

Et dabo frumentum. Hoc est, ad iussum meum, ad vnam vocem meam veniet magna frumeti copia. Reddam terram fertilissimam: & fame non laborabitis. Non solum loquitur de cibis corporis, sed de alimentorum animæ abundantia. Ac si dicat: Ego vobis gratiam tribuam, & sacramenta, & verbi dei concionatores: quæ omnia frumenti siue cibi nomine significantur. Verus animi cibus spiritualis est, & vera fames est rerum spiritualium penuria. Hac fame laborabat filius ille prodigus, qui in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereò. Comparatione status illius presentis, in quo erat, & præteriti, quem amiserat, excitatus est ad poenitentiam. Vidit famem presentem, & meminit abundantia præterita, & in suspirium erupit. Et si peccator se videat omni humanarum opum copia af-

Luc. 15.

luentem, tamen cognoscit se veris diuitijs carere: nam torquetur animo, & nec satiatur, nec eius sitis vnquam expletur. Quid habet, qui deum nò habet? Quid possidet, qui seipsum non possidet? Id intelligens diuus Augustinus aiebat: Omnis copia, quæ deus meus non est, egestas mihi est. Omnia appetunt in centro suo conuiescere: ideo ignis sursum tendit, lapis autè deorsum. Eodè modo anima nostra in deo quiescere desiderat tanquã in cetro suo. Eã ob causam ait Aurelius Augustinus: Creasti nos domine ad te, ideo inquietû est cor nostrum, donec requiescat in te. Hinc efficitur, vt mûdi diuitiæ, & prosperarû rerû abundantia, honores, & dignitates nequaquã possint animã satiare, cum centrum nò sint, vbi illa quiescit. Et vt lapis & si auro ornetur, & in arcula pretiosa includatur, non tamen propensionem amittit, quam habet ad centrum & proprium locum, vbi est eius quies: sic anima nostra quauis magnis mundi opibus & dignitatibus affluamus, non tamen tranquilla omnino & satiata est, donec in cœlo conuiescat in deo, illoque in æternum fruatur. Sentit quidem ob gratiæ assistentiæ modum quandam quietis & suauitatis, sed perfectam quietem & suauitatem in cœlo tantum consequitur. At impij homines nullam habent effigiẽ quietis, nec saturitatis. Imagines & vmbas rerum comedunt peccatores, ideo non replentur. Id intelligens aiebat Salomon: Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis est. Et Esaias: Declinabit ad dextram, & esuriet. Et Oseas: Comedent, & non saturabuntur. Et Amos, aut potius, deus per illum: Emittam famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. Hanc famem permittit deus aliquando ob hominum scelera nefanda, permittens vt impij præfules rempublicam gubernandam suscipiant, qui nec con-

simile.

simile.

Prov. 13.

Esa. 9.

Ose. 4.

Amos. 8.

cionantur, nec concionatores admittunt, sed scientiam repellunt, & veram animorum escam abscondunt. De huiusmodi pastoribus ait Salomon in Proverbijs: Qui abscondit frumenta, maledicitur in populo. Cum hæc fames in terra viguisset, venit diuinus ille concinator Christus deus noster, qui eam abstulit, & frumenti saturitatem tribuit.

Et multiplicabo fructu ligni, & genimina agri. Hoc est, arbores lætissimorum fructuum copia exornabo, & terram frugiferam reddam. Poteris per lignum hoc lignum vitæ intelligere, & per agrum ecclesiam, cuius admirabilis & vberri- mus fructus viros Christiana pietate præstantes reficit & recreat. Nam, vt ait in Prouerbijs Salomon, de sapientia patris, quæ Christus est, loquens, lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.

Et rursus: Fructus iusti lignum vitæ. Poteris per lignum virum iustum intelligere: de quo ait regius vates: Erit tanquam lignum, quod plantatum est fecus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Vir enim iustitia præstanti instar arboris fecundæ pulchros virtutis fructus, illosq; tempestiuos producit.

Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum. Impiam vestram pristinam viuendi rationem in memoriam redigetis, vt eius pœnitentiam agatis, eamq; deteste mini. Ideo ait Ieremias. Vide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Ac si dicat: Adhuc vestigia tua apparent in valle, quibus terram attingebas, cum ibas ad idola colenda, intueri ea, considera peccata tua, vt illa execreris, teq; illorū pœniteat. Et in Deuteronomio scriptū legimus: Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuū. Ideo præterita vitia sunt in memoriam reuocanda, vt ea deploremus, non vt & illorum cogitatione voluptatem capiamus. Audi diuū Paulum dicentem: Quæ quidem retro

sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Aspicias igitur debere nos peccatorū præteritorum & recordari, & obliuisci: recordari ob acquirendum dolorē, obliuisci ob fugiendam voluptatem. Multa sunt enim, quorum vile est obliuisci. Ferunt floruisse apud Græcos virum quendam nomine Themistoclem, incredibili quadam animi atque ingenij magnitudine, cui cum Simonides artem memoriæ polliceretur, obliuionis, inquit, mallet: nam meministi eorum, quæ nolo: obliuisci non possum, quæ volo. Meminit huius apophthegmatis Cicero libro 2. de Oratore, & 4. de finibus. Et Plutarchus libro 5. apophthegmatum. Sed quoniam necesse est de peccatis confiteri, & sanctū pœnitentię sacramentum frequentare, necesse est reuocare in memoriam delicta, vt debitam illorum confessionem faciamus. Vt qui incidit in flumen, non obruitur, quandiu aqua non accedit ad os, quoniam respirare potest, & non submergi: si autē aqua attigerit, & adimpleuerit os, statim obruitur, & moritur: sic qui incidit in peccati gurgitem, adhuc spem habet vitæ, si os non habet im- peditum, si paratus est de sceleribus debite confiteri: si autem tanta est culpa rum aqua, vt ei super os ascēdat, quò flagitia sua silentio prætereant, nolens de illis cōfiteri, obruitur miser, & ad ima tartarorum descendit. Eā ob causam dicebat regius vates: Nō me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundū, nec vrgeat super me puteus os suū. Aquis maris obruti sunt Aegyptij, non Iudæi: Iudæus enim significat confitentē, Aegyptius turbatū. Ille eripitur, qui ad veram confugit confessionem, ille perit, qui obstinatione turbatus, peccatorum suorum confessionē contemnit.

Non propter vos ego facio. Hoc est, non ex operibus iustis, quæ feceritis, sed mea in-

intuēs misericordiā vos liberabo. Hoc ita euenisse testatur his verbis in epistola ad Titum diuus Paulus: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis &c.

Et instaurauero ruinosam. Hoc est, hoc faciam, cum ciuitates terræ promissionis, quæ modò euerse sunt, fuerint instauratæ, & deleta ac diruta ædificia in pristinam amplitudinem restituta. Liberabo vos à Babylonica seruitute: & erūt mœnia vestra magnificentissimè instaurata. Per hæc mœnia homines significantur: quasi dicat deus: Homines antea vitij contaminati, infidelitate corrupti, insipientia cæci, omnibus flagitiorum maculis notati, qui per peccatum ceciderant, & fuerant funditus euersi, erunt diuino fauore erecti, mundati, illuminati, & in Christiana nobilitate constituti.

In oculis omnis viatoris. Hoc est, coram oculis omnium transeuntium. Poteris per viatores homines intelligere. Ait enim in epistola ad Hebræos apostolus: Non habemus hinc manentem ciuitatē, sed futuram inquirimus. Et de patribus antiquis ait in eadem epistola: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriā inquirere. &c. Et in secunda ad Corinthios, Dum sumus, inquit, in corpore, peregrinamur à dño.

Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis. Hoc est, terra promissionis, quæ nunc inculta est, & deserta, quòd fuerint ex ea Hebræi in Chaldæam abducti, post eorum reditum à captiuitate, erit culta & frugifera instar hortus amœnissimi, & viridarij pulcherrimi. Idem prædixerat his verbis Esaias: Consolabitur

dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi hortum domini. Possunt hæc referri, & rectè quidem ad Gentilitatem, quæ cum ante gratiam inculta fuisset, & deserta, absque fide & charitate, fuit postea per euangelij prædicationem culta & fructifera, & ob fidem, & sacramentorum receptionem vberriimos virtutum fructus mirabiliter tulit.

Et ciuitates deserte. Subaudi, ab habitatoribus: destitutæ ab alimentis, suffossæ hoc est euerse ab inimicis, muros funditus delentibus. Hæ ciuitates restaurabuntur, & munitæ colentur.

Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, & faciam eis. Quærent me verè Israelitæ, & inueniar ab eis, quibus ea faciam, quæ sequuntur.

Multiplicabo eos sicut gregem hominum. Hoc est, non erit grex pecorum, sed hominum. Erunt viri iusti, ratione vtentes, qui ea officia exercebunt, quorum causa eos mundi creator sui diuini numinis similes effecit, & naturam rationis compotē impertiuuit. Comparat se Christus cum pastore, & fideles suos cum ouibus, non brutis, sed intellectus participantibus. Id quod apud diuum Ioannem capite decimo multis verbis explicuit, Qua de re capite trigesimo quarto supra disseruimus.

Vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius. Hoc est, numerus hominum excedet numerum ouium, quæ in festiuitatibus conueniunt Hierosolymam, vt ibi immolentur, & comedantur. Diebus solennibus erat Hierosolymæ magna pecorum multitudo, præsertim tribus solennitatibus, quibus Iudæi tenebantur venire ad templum: de quibus loquitur diuina scriptura capite. 23. Exodi: & 2. Exo. 23. Ijs in locis.

O o 5 An-

Tit. 3.

Prou. 11.

Prou. 3.

Prou. 11.

Isal. 1.

simile.

Heb. 13.

Heb. 11.

Ioan. 10.

sup. 34.

Ierem. 2.

Isal. 68.

2. Corin. 5.

Deut. 9.

Exo. 14.

Exo. 23.

Philip. 3.

Esai. 51.

Annotationses

hebræo in caput XXXVI.

Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum. Septuaginta habent: Pro eo quod inhonorati estis ab ijs, qui sunt in circuitu vestro. Pagninus: Pro eo quod desolauerunt & absorberunt vos vndique. Quæ omnia in idem coincidunt.

Pro desolati estis est in hebraico: חממות, à verbo chamam, quod significat desolare, perire, & euertere: vt in Threnorum: Propter montem Sion, qui disperijt. Vel, vt alij vertunt, qui desolatus est. Id verò quod ait Iob: In nihilum redacti sunt omnes artus mei, potest verti ex hebræo: Desolasti omnem congregationem membrorum meorum.

Ac si diceret: Omnia membra mea vulnerasti. Est enim idem verbum. Significat etiam obstupescere, & conturbari, vt apud eundem Iob: Attēdite me, & obstupescite. Vnde id, quod est in psalmo: In me turbatum est cor meum, verti potest: Intra me obstupuit cor meum.

Id etiam, quod est apud Esaiam: Et aporiatu est, quia non est, qui occurrat: pro aporiatu est, est in hebraico hoc idem verbum. Quare poterat verti locus ille: Et obstupuit, quia non erat, qui occurreret. Ex his omnibus colligitur posse hunc Ezechielis locum ita verti: Eo quod in nihilum redacti estis. Vel, quod præ nimio dolore obstupuistis.

Prope enim est vt veniat. Ex hebraico potest verti: Appropinquarunt enim, vt veniant, Subaudi, ad me. Ac si dicat deus: Dederunt signa futuræ resipiscentiæ: ostenderunt se pœnitentiam velle agere, & ad me confugere. Pro prope est, in hebraico est רב רב cereuu, à verbo carau, quod significat appropinquare, vt apud Esaiam: Recede à me: non appropinques mihi. Et in psalmo: Dū appropian-

piant super me nocentes, vt edant carnes meas. Significat etiam dimicare & pugnare, vnde cerau significat bellum, vt in psalmo: Dissipa gentes quæ bella volunt. Vnde id, quod modò citabam ex psalmo: Dum appropiant super me nocentes, seu vt legit Augustinus: dum appropinquant super me nocentes, potest rectè transferri ex hebræo: Dum dimicant aduersus me impij. Significat præterea verbum hoc offerre, vt capite tertio Numerorum: Mortui sunt enim Nadab, & Abiu, cum offerrent ignem alienum. Significat postremò adhærere, vt in psalmo: Mihi adhærere deo bonum est. Vel mihi bonum est offerre me ipsum deo. Vnde locus hic Ezechielis poterat rectè conuerti ex hebræo: Obtulerunt enim se, vt veniant.

Et adducam super vos homines, populum meum Israel. Hoc est: Super vos o montes Iudææ adducam homines, nimirum populum meum Israel, qui modò in Babylonica captiuitate detinetur. Efficiam, vt vos incolant Iudæi, qui modò à vobis absunt. Septuaginta ita transtulerunt: και γενήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους ἀντὶ τοῦ λαοῦ μου ἰσραήλ. Hoc est, & generabo super vos homines pro populo meo Israel. Ac si dicat deus: Ego o ecclesia mea pro populo Israelitico quondam fidei generabo tibi apostolos, & viros apostolicos, & magnam fidelium Christianorum infinitatē. Id cecinerat ijs verbis regius vates: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Hi ex indoctis piscatoribus facti sunt principes totius orbis terrarum, non solum dum vitam agerent tantum modò, vt Iulius Cæsar, & Octavianus Augustus, sed etiam per mille quingētos annos talem obtinent principatum, vt etiam summi imperatores & illustrissimi mundi monarchæ ante eorum ossa venerabundi procumbant, optantes vel vestigia pedum eorum exoscu-


luc. 10. Esai. 53. Ioh. 1. 10. Dent. 2. Par. 19. Rom. 2. Gal. 2. 1. Tim. 2.

Exosculari. Horum tanta est autoritas & maiestas, vt qui eos audit, ipsum deum audiat, qui eos spernit, ipsum deum spernat. Patres fuerant patriarchæ & prophete, quorum loco nati fuerunt apostoli, & viri alij sapientia insignes, virtute præcellentes, charitate præstantes: qui omnes mundi nationes sancta religione imbuerunt, & admirabile Iesu Christi nomen vbique celebrarunt. Hos genuit Christus sanguine suo: & hæc est admirabilis illa generatio, de qua ait Esaias: Generationem eius quis enarrabit? Ac si diceret: Quis poterit consequi oratione magnam illam spiritualem, & infinitam hominum prolem, quos Christus est suo sanguine geniturus? Id explicans diuus Ioanes ait: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Non ait euangelista fuisse beneficium hoc concessum magnatibus, & in solos principes collatum, sed in omnes, quicumque in Christum crediderunt. Intuere dei nostri bonitatem. Non est apud eum acceptio personarum, vt. 10. Deuteronomij, & secundo Paralipomenon. 19. & capite secunda epistolæ ad Romanos, & multis alijs in locis literæ diuinæ continentur. Deus est omnium, communis omnibus, qui vult omnes homines saluos fieri. Quotquot autem eum receperunt, siue sint Iudæi, siue Gentes: siue reges, siue coloni: siue diuites, siue pauperes: siue mares, siue foeminae: siue senes, siue adulescentes. Neminem reijcit, neminem contemnit, omnibus in eum credentibus dedit potestatem filios dei fieri. Quod poterat maius erga homines beneficium excogitari? Quid nobis poterat esse gloriosius, quid illustrius? Quæ poterit tanta ingenij vbertas existere, quæ tanta dicendi copia, quod tam

eminens atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit singularem hanc dei nostri erga nos charitatem non dicam complecti dicendo, sed recensere munerando? Quid est esse filios dei, nisi esse Christi sanguine spiritualiter genitos, ipsius dei hæredes? Si enim filij, & hæredes, ait apostolus. Hæredes dei, cohæredes autem Christi. Hæc est generatio, de qua hoc loco ait deus per Ezechi elem iuxta septuaginta interpretum translationem: Et generabo super vos homines pro populo meo Israel.

Et displicebunt vobis iniquitates vestrae. In hebraico pro & displicebunt est שׂוֹנְאֵי וְנֶעוֹתְהֶם, à verbo שׂוֹן, quod significat abominari. Ideo septuaginta transtulerunt: Erabominationi habebimini ante faciem vestram in iniquitatibus vestris. Significat etiam excidere & interficere. Ideo vertit Pagninus: Et quod succisione digni essetis, iudicabitis in conspectu vestro propter iniquitates vestras. Ac si diceret: Videntes scelera vestra coram oculis vestris, iudicabitis vos dignos esse morte. Significat etiam litigare, vt in psalmo. Quadraginta annis litigavi cum generatione hac. Pro quo septuaginta verterunt: Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Et alij: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Significat etiam displicere & tabescere, vt in psalmo: Super inimicos tuos tabescebat. Vel inimici tui mihi displicebant. Vel aduersus inimicos tuos litigabam. Vnde poterat locus hic Ezechielis verti: Et tabescetis intra vos super iniquitates vestras. Vel litigabitis intra vos aduersus flagitia vestra.

Argumentum capitis. XXXVII.



Apote superiore promissit deus se esse reducturum filios Israelis à babylonica captiuitate in terram pro-

eminens atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit singularem hanc dei nostri erga nos charitatem non dicam complecti dicendo, sed recensere munerando? Quid est esse filios dei, nisi esse Christi sanguine spiritualiter genitos, ipsius dei hæredes? Si enim filij, & hæredes, ait apostolus. Hæredes dei, cohæredes autem Christi. Hæc est generatio, de qua hoc loco ait deus per Ezechi elem iuxta septuaginta interpretum translationem: Et generabo super vos homines pro populo meo Israel.

Et displicebunt vobis iniquitates vestrae. In hebraico pro & displicebunt est שׂוֹנְאֵי וְנֶעוֹתְהֶם, à verbo שׂוֹן, quod significat abominari. Ideo septuaginta transtulerunt: Erabominationi habebimini ante faciem vestram in iniquitatibus vestris. Significat etiam excidere & interficere. Ideo vertit Pagninus: Et quod succisione digni essetis, iudicabitis in conspectu vestro propter iniquitates vestras. Ac si diceret: Videntes scelera vestra coram oculis vestris, iudicabitis vos dignos esse morte. Significat etiam litigare, vt in psalmo. Quadraginta annis litigavi cum generatione hac. Pro quo septuaginta verterunt: Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Et alij: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Significat etiam displicere & tabescere, vt in psalmo: Super inimicos tuos tabescebat. Vel inimici tui mihi displicebant. Vel aduersus inimicos tuos litigabam. Vnde poterat locus hic Ezechielis verti: Et tabescetis intra vos super iniquitates vestras. Vel litigabitis intra vos aduersus flagitia vestra.

Argumentum capitis. XXXVII.

Apote superiore promissit deus se esse reducturum filios Israelis à babylonica captiuitate in terram pro-

promissionis, & Hierosolymam instauraturum. ubi per babyloniam captiuitatem mundum intelligit & peccatum, per Hierosolymam vero ecclesiam catholicam, & gratiam, qua in hac vita non est nisi in ecclesia. Hoc autem capite pollicetur deus idem sub alia dicendi forma: nam impios homines scelerum labibus infectos ossa arida appellat, quibus capus, hoc est mundus, quem supra significauerat nomine Babylonis, plenus erat. Sed illa erecturum, & suscitaturum pollicetur, Hierosolymamque reducturum. Qua in re voluit ostendere, fore ut peccatores ab infidelitate & impia superstitione eriperet, tetrasque illorum maculas, & scelerum labes suo sanguine expiaret, eosque in ecclesia sua constitueret. Itaque capite hoc astringitur fides promissioni praecedenti, ducto argumento à corporum resurrectione, ut à re certissima. Ostenditur decem tribuum cum duabus societas: & Christi in mundum praedicatur aduentus, quem diuinus vates regem, & pastorem unum, eumque aeternum vocat.

Caput. XXXVII.



Facta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus: & circumduxit me per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem

campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis: & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, quia ego dominus. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnunquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis: & dices ad spiritum: Hæc dicit dominus deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntque super pedes suos: exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis ossa hæc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissus sumus.

EXPLANATIO.

Facta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus.

Facta est super me manus domini. Hoc est, venit in me spiritus prophetie: afflatus sum spiritu prophetico. Hebraismus est, quo etiam est vsus capite primo, & tertio: quibus in locis manus pro spiritu vaticinandi accipitur: pro quo dixit capite vndecimo: Irruit in me spiritus domini. Fortasse per manum domini intelligit dei filium: qui manus domini eam ob causam appellatur, quia per ipsum omnia facta sunt. Ob eam etiam causam brachium domini appellatur ab Esaia dicente: Parauit dominus brachium suum in oculis omnium gentium. Ac si diceret: Mittet de coelis pater æternus filium suum vnigenitum, & videbunt homines eum, per quem omnia facta sunt. Et rursum: Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Quasi dicat: Quis nostris verbis fidem habebit? & qui sunt illi, quibus innotescet, Christum illum, qui pro humano genere summos cruciatus perpessus est, esse rerum omnium conditorem & moderatorem? Vel sic: Facta est super me manus domini, & duxit me &c. Hoc est, videbar mihi asportari manu effigiei cuiusdam deum representantis, & in campum duci &c.

Et eduxit me in spiritu domini. Refertur hoc ad manum, ut sit sensus: Eduxit me manus domini in spiritu domini. Vel refertur ad dominum: ac si diceret: Afflatus sum spiritu domini, qui dominus eduxit me &c. Particula illa domini potest verti per nominandi casum, ut dicat diuinus vates. Et eduxit me in spiritu dominus. Sensus est: Non corporaliter ductus sum de loco ad locum, sed totum hoc per spiritum imaginariè mihi ostensum est: videbar enim mihi egredi ad quendam campum, & in spiritu vidi de manum, quæ me ducebat.

Et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus. Aenigmaticè describit Iudæorum liberationem, eosque merito cum ossibus aridis confert: nam ut ossa arida per se

animum recipere, & ad vitam redire nequaquam possunt, sed necesse est, ut diuino fauore adiuuentur: sic Hebræi in Babylonica seruitute constituti, nec ad patriam reuerti per se poterant, nec à misera captiuitate liberari, nisi eos deus mirabiliter eriperet. Cum autem per captiuitatem peccatum intelligatur, & qui captiui erant ossibus aridis comparentur, non est dubium, quin per ossa arida peccatores intelligantur. Et merito quidem, fieri enim non potest, ut impij per se, ex viribus proprijs iustificentur. Cum autem à peccati morte redeunt ad vitam iustitiæ, hoc dei misericordiae tribuitur, qui gratiam suam largitur peccatori. Opera nostra ex se bona in lethali flagitio facta, gratiam, qua iustificamur, cum ex impijs efficiamur iusti, non merentur ex condigno. Id quidem est quod aiunt catholici doctores opera nostra non mereri primam iustificationem. Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioquin, ut verbis vtar diui Pauli, gratia iam non est gratia. Et alibi: Non ex operibus, inquit, iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est tamē necesse, ut huiusmodi iustificationi concurrat motus liberi arbitrij. Ideo ait diuus Augustinus: Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te. Non enim fit hæc iustificatio absque bono opere, & motu voluntatis diuinæ gratiam acceptatis. Verum bona opera primam iustificationem præcedentia: etsi iustificationem ipsam non mereantur, sunt tamen diuinæ misericordiae prouocantia, & hominem ad ipsam recipendam disponentia. At post iustificationem cum gratia gratum faciente de condigno mereamur, incumbentes in bona opera, & virtutum actiones, sed meriti nostri fundamentum est in diuina misericordia collocatum. Ut anulus cupreus pretiosissimo adamante ornatus summi valoris est, non ob cuprum, sed ob gemam inæstimabilem, cupro ipsi inclusam: sic bona opera nostra in gratia vitam æternam merentur,

nō quod nostra sint, quia sic vt cuprum sunt parui pretij, sed quia fiunt in gratia, & insignita sunt tanquam inestimabili adamante merito mortis & passionis Christi, cui per gratiā adhæremus: qui nobis ob misericordiam suam bona opera in gratia facientibus vitam æternam promissit. Eam ob causam in euangelio vita æterna merces iustorum appellatur, quod eam bonis suis operibus mereantur. Vnde diuus Paulus in epistola sua secunda ad Timotheum connumeratis laboribus suis subdit: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed et ijs, qui diligunt aduentum eius. Præmium suorum operum, hoc est vitam æternam appellat coronam iustitiæ, quod eam meruerit: & deum esse eam ei daturum dicit, quod iustus sit iudex. Illud est aduertendum, non dixisse: quam dabit mihi dominus, sed quam reddet mihi dominus: reddere enim est dare, quod debetur. Vnde in epistola ad Romanos, Reddite, inquit, omnibus debita. Volēs Christus hanc ostendere veritatem ait apud Matthæum: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Attende: Non ait: dabit, sed reddet. Et rursus loquens de eorum præmio, qui bene in vinea, hoc est, in ecclesia laborarunt, Voca, inquit, operarios, & redde illis mercedem. Merces est id, quod debetur ex merito. Aspicias igitur exigi opera ad æternam salutem, per quæ illam consequimur, non ex ipsorum operum in se dignitate, sed ex illis cum fide, spe, & charitate coniunctis, per quæ ex dei misericordia ita nobiscum paciscentis vitam æternam dicimur mereri. Quauis enim quis fidem habeat, si tamen est peccato mortifero affectus, non prodest ei fides ad æternam salutem consequendam. Fides, qua vitam æternam mereamur, ea est, quæ, vt ait apostolus, per

charitatem operatur. Nam ipse ait: Si habuero omnem fidem, ita vt montes ^{1. Corin. 13.} transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Hoc quid est, quod ait diuus Iacobus apostolus in canonica sua: Videtis, quod ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantum. ^{Iaco. 2.} Loquitur de secunda iustificatione, de qua ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Qui iustus est, iustificetur adhuc: sanctus sanctificetur adhuc. ^{Apoc. 22.} Ex operibus enim, ad iuncta gratia, meremur salutem, & iusti nominamur. Nec repugnat hæc Iacobi sententia diui Pauli doctrinæ, qui in epistola ad Romanos ait hominem non iustificari ex operibus. ^{Rom. 11.} Ibi enim loquitur apostolus de prima iustificatione, quando peccator ex impio fit iustus per dei gratiam: Iacobus autem loquitur de secunda iustificatione, de qua loquitur Ioannes in Apocalypsi. Diuus Paulus errorem Iudæorum refellit, qui se meritis bonorum operum gratiā euangelicā arbitrabantur obtinuisse, afferentes non esse ad euangeliū recipiendos Gentiles, qui fuerāt idolorum cultores, & in opera legis veteris non incubuerant: apostolus autē docet non iustificari hominē ex operibus fidem & primā iustificationem præcedētibus, sed ex dei gratia. Sed quoniā erant nonnulli, qui ex hac Pauli doctrina perperā intellecta bona opera contemnebant, & solam fidem ad vitam æternam consequendam satis esse affirmabant, voluit illis diuus Iacobus veritatem illius doctrinæ beati Pauli ostendere, afferentes hoc de prima intelligi iustificatione, nō autē de secunda: nā si post primā iustificationē quis bona opera reliquerit, sequitur sceleribus comminauerit, amittet gratiā manente fide, ^{Iaco. 2.} quæ sine operibus mortua est. Aspicias igitur horum duorum apostolorum sententias inter se nō repugnare, qui impotius maxime coherere: & impios nō mereri ex cōdigno primā iustificationē, etiam si postquā sit in gratia constitutus, bonis suis operi-

operibus vitā æternā mereantur. At nostri teporis hæretici nō ferūt meriti vocabulum, afferētes nullū esse meritū, & vocabulum hoc delendum penitus esse: & bona opera nostra in gratia nihil mereri, imò peccata esse. Quod quidem mirandum nō est. Cū enim illi sint à fide separati, & ab ecclesia exclusi, cū cæci sint, seque vitijs contaminauerint, & Satanæ dederint, & vt verbis vtar apostoli, cū tradiderit illos deus in reprobum sensum, quid mirum est, eos dicere, nullum esse meritum, cū ipsi nihil boni mereantur? Meritū vocabulum est sanctorum doctorum, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij, & reliquorum patrum, qui vitæ sanctitate, & miraculorum euidētia fuerunt præcellētes, & ingenij acumine, ac doctrinæ & sapiētiae celeberrime præstantes. Pleni sunt libri doctorum theologorum, tam veterum, quàm recētium diuisione hac, plena est præsens schola, plena est antiquiorum vestigia, quorum scripta ad memoriā immortalem consecratur. Res ipsa per se loquitur, infinitis lucet exemplis, clarior est luce meridiana. Nihilominus tamē audent Lutherani afferere vocem hanc nunquam fuisse in ecclesia auditam, nec inter doctores vsitatam, nec in sacris biblijs reperiri. O errorem intolerabilem, ô figmentum impudens! Numerarem doctorum sanctorum loca, nisi essent innumerabilia. Passim vocabulum hoc in catholicorum patrum tam Latinorum, quàm Græcorum libris inuenitur. Quin imò ipsa sacra scriptura hoc vititur vocabulo, nimirum capite Ecclesiastici sextodecimo, quod eam ob causam annotandum duxi. Ita enim est loco illo scriptum: Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Sed cur in tam manifesto Lutheranorum errore refutando tepus cōsumo? Vt autem eò, vnde deducta est, reuertatur oratio: cū plerique Iudæorum, qui in babilonica captiuitate

detinebantur, essent flagitijs constricti: meritò eos, imò peccatores omnes nefarios, mortiferis labibus pollutos vocat noster Ezechiel ossa arida, quæ per se ad vitam sine diuino fauore non possunt redire, quemadmodum nec impij absque diuina gratia iustificari. Hoc intelligēs regius vates canebat: Spiritus vadens ^{Psal. 77.} & non rediens. Ac si diceret: Per se quidem potest homo lethale flagitium committere, & à deo recedere: verum per seipsum nisi adiutus speciali dei auxilio ad deum redire non potest. Est enim gratia qualitas, quæ per se vadit, sed per se non redit. Vnde noster Ezechiel capite secundo, Ingressus est, inquit, in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et Cantatorum ^{Cant. 1.} 1. Thrahe me post te. Et Ieremias ^{Thre. 5.} in Lamentationibus. Cōuerte nos dñe ad te, & conuertemur, Et diuus Paulus: Gratia dei sum id, quod sum. Et Christus deus noster: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et quoniam per campum intelligit hoc loco Ezechiel Babylonem, per Babylonem autem mundum, qui, vt ait diuus Ioannes, ^{1. Ioan. 5.} totus in maligno positus est, aperte concluditur, per campum plenum ossibus mortuorum mundum plenum peccatoribus significari.

Et circumduxit me per ca in gyro. Vt scilicet ea plenius viderem. Noluit deus, vt otiosus essem, sed vt ambularem, non inter ossa ea tangendo, sed in eorum circuitu, ne eorum tactu contaminarer. Licebat illi ossa videre, & in eorum circuitu ambulare, sed nō tãgere illa, & seipsum ex eorum tactu polluere. Erat enim lege prohibitum tãgere cadauera. ^{Leui. 11.} Ita licet viro iusto & sapienti alloqui impios & sceleratos, eosque à vitijs deterrere, & ad virtutem cohortari, sed illis familiariter vti non licet, ne eorum flagitijs coinquinetur. Id intelligens Moyses dicebat: Recedite à tabernaculis hominum impiorum: nolite tãgere, quæ ad

Mat. 20.

2. Tim. 4.

Rom. 13.

Mat. 16.

Mat. 20.

Gal. 5.

Rom. 1.

Rom. 11.

Apoc. 22.

Eccl. 16.

Psal. 77.

Sup. 2.

Cant. 1.

Thre. 5.

1. Corin. 15.

Ioan. 6.

1. Ioan. 5.

Leui. 11.

Num. 19.

Num. 27.

simile.

ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Quemadmodum qui est terra naufragium alicuius intuetur, potest illum tabula vel ligno, vel fune, aliquo modo iuare, sed non ita se debet inuoluerere cum illo, ut obruantur ambo: sic qui iustitia & sapientia prestat, debet te terrimis hominibus scelerum maculis notatis, in vitiorum gurgite laborantibus operare verbis, consilijs, & exemplis: illisque; aliquibus modis ne penitus submergantur, opitulari, sed ita cautè & sapienter, ne eorum maleficijs contaminetur.

Erant autem multa super faciem campi, sicca que vehementer. Hoc est, erant hæc ossa multa, & inhumata, & ob temporis vetustatem aridissima. Vult significare multos esse peccatores summè vitiosos, & longa temporis diuturnitate flagitijs contaminatos. Ut enim ossa quo sunt aridiora, eò magis indicant longè abesse à vita, ita peccatores quòtò ficciores vocantur, tantò longius à gratia, quæ est animæ vita, abesse intelliguntur.

simile.

Dixit ad me. Nimirum dominus, vel angelus, qui me ducebat.

Ossa arida audite verbum domini. Volebat deus illis vitam tribuere: sed ut viuerent, opus erat verbum domini audire. Est enim perspicuum magnam vim habere verbum dei ad conuertendos ad Christum peccatores. Diuus Paulus in epistola ad Hebræos, Viuus est, inquit, fermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite. Dei verbum gladio vtrinque scindentem comparatur. Esaias inducit Christum ita loquentem: Posuit os meum quasi gladium acutum. Hic est gladius, de quo ait apostolus in epistola ad Ephesios: Et gladius spiritus, quod est verbum dei. Potest tamen locus ille diui Pauli ad Hebræos de Christo intelligi, qui verbum dei est, de quo ait diuus Ioannes: In principio erat verbum: etiam si non desint, qui de verbo illo intelligant, de quo ait Christus: Beati, qui audiunt verbum dei, & custo-

Hebr. 4.

Esa. 49.

Ephes. 6.

Ioan. 1.
Luc. 11.

diunt illud. Si magnificamus, & veneramur sanctorum vestes, quoniam eorum corpora tetigerunt, & merito quidem, quòtò magis venerari debemus verba illa, quæ ex ore Christi prodierunt, quæ ex eius corde exierunt, quibus ipsi sancti sanctitatem comparauerunt? O verba Christi diuina, o reliquias sanctas, tam pretiosas, & tam paruum aestimatas! Cõcione vna diui Petri tria millia hominum in Christo crediderunt. Vide admirabilem dei verbi vim & virtutem. Eam ob causam conuocantes apostoli discipulorum multitudinem, ut narrat in Actibus diuus Lucas, has voces emisit: Non est æquum, nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis. Et si mensæ erant pauperum & viduarum, tamè opus prædicationis verbi dei illis prætulerunt.

Act. 2.

Act. 6.

Factus est autem sonitus. Id est, coeperunt peccatores scelera sua detestari.

Et ecce commotio. Hoc est attritio quædam. Sed adhuc vitam non habebat, quia scelerum detestatio & attritio esse possunt absque contritione, & ex consequente absque gratia. Fieri enim potest, ut quis flagitia detestetur, & attritus sit, cum tamen existat in mortifero peccato, quod tamen tollitur per veram contritionem. Vera autem contritio tria exigit, ut verbis vtar scholasticis, quæ sunt displicentia de commissis peccatis supra omne odibile, propositum vitandi peccata supra omne vitabile, & propositum cõfiteri seu satisfaciendi, si homo confessus non est. Possunt referri verba hæc literaliter ad ipsa ossa, quando se coniunxerunt. Sunt qui, commotionem hæc referendam dicunt ad Babyloniorum conturbationem à Persis & Medis excitatam, quando Babylonem expugnarunt, & Iudeos in patriam suam liberos miserunt. Et ita ossa coniecta sunt, quodlibet ad iuncturam suam, quia vnusquisque tribui & familie suæ adhærebat. Et hoc modo fuerunt reuersi in Iudæam, & in pristina sua dignitate constituti.

A quatuor ventis veni spiritus, & in suffla super interfectos istos. Iudei, qui ossibus aridis, & homi-

hominibus interfectis comparantur, captiui erant in omni regione Chaldeæ, quidam ad plagam Orientalem, quidam ad occidentalem: hi ad Meridiem, alij ad Septentrionem. Ideo inuocat propheta spiritum sanctum, qui ad eos veniat excitandos à quatuor ventis, hoc est, à quatuor mundi plagis, in quibus exulabant, eisque vires tribuat, & animam, & audaciam. Erant enim adeò debilitati, & fracti, & deterriti, ut non putarent se posse ad Iudæam redire, etiamsi eis Cyrus copiam faceret redeundi. Quam ob causam id non audebat experiri, quod nullo modo obtinere posse credebant. At cum ad eos venit spiritus, animam receperunt, quo se retulerunt in patriam, vbi urbem & templum instaurarunt. Sed per hanc Iudeorum in patriam reductionem, ut diximus, & per hæc ossa ad vitam reuocata impiorum iustificatio intelligitur, & humani generis per Christum redemptio. Eam ob causam inuocat diuinus vates spiritum sanctum, qui veniat à quatuor ventis, hoc est vndique, qui vbique est, & Christianos ex quatuor orbis partibus in vna ecclesia catholica, in vnitatem vnus fidei in spiritu dei congregat, & coadunet. Diuus Ambrosius libro. 3. de spiritu sancto explicans hunc locum per hunc spiritum intelligit spiritum sanctum. Per aduentum spiritus à quatuor ventis voluit fortasse diuinus vates significare eum occultè venire, eiusque aduentum nonnullis in rebus: cum ventis qualitibus quodammodo conferre. Eodem modo Christus apud Ioannem, Spiritus, inquit, vbi vult, spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat. Licet enim apud Ioannem loco illo per spiritum intelligatur ventus, ut multi interpretantur, tamen omnes aiunt usumuisse Christum quodam similitudine ob nominis, & multarum rerum conuenientiam: quemadmodum hæc apud Ezechielem. Ut enim ventus liberè fertur impetu suo, nullis humanis legibus constr-

Ioa. 3.

ctus, sed vbiq; spirat, in aere, in terra, & in mari, penetrans aliquando viscera terræ, sic spiritus sanctus in operationibus suis liber est: nemo eum cogere, nemo retinere potest. Eius miseretur, quem vult proficere favore, quem verò vult, indurat: potest ex vase iræ facere vas misericordie, & ex vili luto magnum & pretiosum vas, & ex abiecta materia opus insigne. Dauidem pastorem euegit in regiam dignitatem, eiq; spiritum vaticinandi impertiuit. Petrum piscatorem apostolum constituit, & principem apostolorum: Matthæum ex publicano fecit euangelistam: Paulum ex persecutore doctorem Gentium, & vas electionis. Et quemadmodum ventus etsi inuisibilis, magna tamen efficit, nam deiicit turres, arbores euellit, & saxa rupium scindit, sic spiritus sanctus eos, qui superbia elati in illustri sunt dignitate constituti, deiicit aliquando, ut fragilitatem suam, mundi varietatem, & diuini numinis potentiam agnoscat. Id quod Nabuchodonosori, & Anthioco, & multis alijs euenisse diuina litera testantur. Potest arbores steriles, hoc est impios peccatores radicatus euellere, iuxta illud psalmodographi: Propterea deus destruet te in fine, euellere te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uentium. Potest etiam saxea & dura hominum corda conuertere, & ad poenitentiam adducere, quemadmodum fecit latroni, peccatrici, & Zachæo. Præterea ventus se per omnia transfundit: sic spiritus sanctus omnia implet, iuxta id quod est libro Sapientie mandatum: Spiritus domini repleuit orbem terrarum: Tribus pueris affuit in ignis fornacæ, Daniele in lacu leonum, Moyse in deserto, Ioannæ in ventre ceti, Petro in carcere, Pauli in profundo maris. Omnia scit, omnia penetrat, & ut verbis vtar apostoli in epistola prima ad Corinthios: Spiritus omnia scrutatur etiã profunda dei. Deinde ut ventus interdum tranquillus &

Roma. 9.

1. Reg. 16.

Matth. 4.
Matth. 16.
Matth. 9.
Act. 9.

Danie. 4.
2. Macha. 9.

Psalm. 51.

Luc. 23.
Luc. 7.

Luc. 19.
Sap. 1.

Danie. 3.
Danie. 6.
Exod. 3.

Ioan. 2.
Act. 12.
2. Corint. 11.

1. Corint. 2.

suavis est, interdum violentus & fortis: sic spiritus sanctus quosdam suauitate & tranquillitate reficit, vt Petrus & Ioannem, quosdā verò impetu deicit & proster nit, vt Manassem regem, & Saulum Tharsensem. Impius Manasses cum se vidit regno suo priuatum, & in Babylonicam captiuitatem coniectum, deū cognouit, & ad illū supplex confugit. Saulus autem prostratus, captus visu, oculos aperuit, & pro eo, quem odio prosequēbatur, acerbissimos cruciatus tulit, se hostium relis intrepidē milies obiecit, & tandem mortem ipsam alacri & erecto animo subiuit. Demum vt venti vocem audimus, cum ignoremus, vnde veniat, aut quò vadat, quoniā nō est nobis perspectus & exploratus definitus locus eleuationis eius, nec defectio: sic vocem internam spiritus sancti audimus aliquādo, & intelligimus nos ab eo doceri, rapiti, & absorberi, sed nescimus, quomodo animam nostram ingrediatur, qui ubique est, aut quomodo inde recedat. Eas ob causas existimo dixisse nostrum vatem: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos.

Et ingressus est in ea spiritus. Hoc est introiuit in ea spiritus vitalis, & vixerunt. Vel per spiritum intelligit gratiam spiritus sancti: quasi dicat: Impertiuuit illis de gratiam, & vixerunt, cum antea essent per peccatū mortua, imò ossa arida mortuorū. Impij sceleribus cōtaminati mortui dicuntur: cum autem diuino fauore peccata relinquunt, & gratiā consequuntur, viui nominātur. Homo, inquit in libro Sapientie diuina scriptura, occidit quidem per malitiam animam suā. Ex quo colligis impium hominem esse sui ipsius homicidam. Diuus Iacobus in epistola sua canonica, Peccatū, inquit, cum consummatum fuerit, generat mortem. Ac si dicat: Peccatum tūc est mortiferū, & mortem gignit, cum plenē fuerit delibatum, cum voluntas impiæ concupiscentie perfectē consenserit, siue in actū

exeat exteriorē, siue non. De eo dixit supra Ezechiel: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ex quibus verbis probatur, vitam impij esse mortē. Vnde ait Salomō in Ecclesiaste: Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operū. Hoc est horribile quoddam monstrum esse animā mortuam in corpore viuo. Qui fieri potest, vt viui sint, qui sunt in vitiorum tumulo sepulti? Quando deus in lege præcepit, ne quis hominē mortuū attingeret, volebat in primis prohibere, ne quis impijs hominibus familiariter vteretur: qui enim sunt flagitijs inquinati, mortui vocantur. Existimamus sæpe nos in homines respicere, cum homines nō sint, sed hominū sepulchra. In hominibus nō homines videmus, sed cadauera. Intuemur qualdā statuas viuas quoad sensum, mortuas quoad animā. Intuemur ossa arida in campo, hoc est in mundo constituta. Sed beati, qui audiunt verbū dei, vt à vitijs resurgant. Venit hora, inquit, apud Ioannem Christus, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, viuent. Quemadmodū fulmen ensē attingens, vaginam foris integrā relinquit, ferrum autem intus terit, sic lethale flagitiū corpus viuū, foris relinquit, animam autem intus occidit, separans ab illa gratiam, quæ est anime vitæ.

Et vixerunt. Redierunt ossa ad vitam. Voluit diuinus vates his verbis resurrectionem mortuorum significare: & est perspicua quedam de reditu ad vitā vaticinatio. Quoniā capite superiore ostendit inenarrabilia vitæ æternæ bona, voluit hic ostendere resurrectionem, & viros iustos in corpore & anima suscitatos bona illa esse obtenturos. De hoc reditu ad vitam ait Daniel: Multi ex ijs, qui dormiunt in terræ puluere, resurgent, isti in vitam æternam, & isti in opprobrium, vt videant semper. Seu vt alij vertūt ex hebræo, & isti in opprobriū, & confusio nem

nem æternam. Quod autem ait: Multi ex ijs, qui dormiunt, vult significare omnes mortuos, quos, quoniā multi sunt, multos appellat. Hunc locum explanare viderur Christus deus noster, dicens apud Ioanē: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij. Hæc est Danielis paraphrasis. Esaias etiā, Viuent, inquit, mortui tui, interfecti mei resurgent. Ioel inducit Christum in hunc modum loquentē: Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebō, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Et Iob: Credo, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circundabor pelle mea: & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & non alius. Diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios toto quintodecimo capite probat carnis resurrectionem, & concludens ait: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hoc asserit in epistola ad Romanos capite octauo, & prima ad Thessalonicenses capite. 4. & alijs in locis. Sed cum diuus Paulus dicat resurrectionem futurā esse in momēto, in ictu oculi, quærendum videtur, cur hoc loco dicat Ezechiel, neruos & carnes ascēdisse, & cutem desuper extēsam esse, & postea ait, spiritū fuisse ingressum in ossa, illisq; vitam tribuisse. Quæ omnia videntur innuere resurrectionem fore successiue. Huic obiectioni respondēdum puto, omnia hæc quæ narrat Ezechiel, simul facta fuisse, sed non simul potuisse à diuino propheta explicari. Non intelli-

gas tamen per momēto illud instans significari, partium expers, in quo aiunt philosophi nihil fieri, sed tempus breuissimum: instans enim nō est tempus, imò nec pars temporis, vt asserit Aristoteles quarto Physicorū capite. 11. sed id, quo temporis partes connectuntur: quod auctore Aristotele libro Physicorum capite. 3. indiuisibile est, ita vt nihil in eo moueatur. De hoc igitur instanti nō loquitur apostolus, sed de parua temporis mora, in qua erit collectio cinerum & mortuorū resurrectio: immēsa est enim dei virtus, quæ in tam breui tēpore rem tam admirabilem operabitur. Hūc Ezechielis locum exponit diuus Ambrosius de resurrectione mortuorū in libro de fide resurrectionis, & Tertulianus in libro de resurrectione carnis.

Steteruntque super pedes suos. Hoc est surrexerunt, & erecti steterunt. Sed quoniā ducto argumento à mortuorum resurrectione explicat diuinus vates impiorū iustificationem, dicendum est homines illos post reditum ad vitam gratie super pedes suos, hoc est super affectiones suas steterisse, sub quibus, cum essent sceleribus astricti, iacebant. Quid autem sit stare super pedes ostendimus capite secūdo, verba illa explanantes: Fili hominis stas super pedes tuos.

Ossa hæc vniuersa domus Israel est. Hoc est, per hæc ossa populus Israeliticus significatur. Nam cum tibi ostendam esse me resuscitaturū mortuos omnes, quid mirum posse me Hebræis opem ferre, eosque, qui tanquam mortui in regionibus Chaldeæ veluti in sepulchris detinentur, ad patriam suam reuocare?

Ipsi dicunt: aruerunt ossa nostra. Ita Iudæis infringitur audacia, & languescit industria, vt dicant euaniisse omnem fortitudinem suam, & eam ob causam nullā habere spem in patriā redeundi. Explicantes autem quod dixerant, subiungunt: Er perit spes nostra: Repetitio est superioris sub alijs verbis apertiorib⁹. Sequitur.

simile.

simile.

Iob. 19.

simile.

Micha. 1.

Et abscissi sumus. Subaudi à patria nostra. Ac si dicerent: Vt fieri nō potest, vt ramus ab arbore penitus abscissus illi postea cōiungatur, & inferatur: sic fieri nō potest, vt nos à Iudæa separati ad illā reuertamur. Et vt arbor destituitur spe sua, si euellantur radices eius: ita cum nos sumus à pristina nostra dignitate radicitus euulsi, quomodo poterimus ad illā vnquam restitui? Ita aiebat Iob: Pereo, & quasi euulsæ arboris abstulit sp̄ meā. Non desperabat de salute animæ, & de diuina misericordia: sed tāta erat eius calamitas, vt diffideret redire posse ad pristinam prosperitatē. At multi ad id impietatis perueniunt, vt desperent posse veniam cōsequi suorum scelerū: & morti corporis propinqui, nullum spirituale admittunt remediū, nullam animæ medicinam. Id quod in vita leue esse & facile, illis diabolus suadebat, in morte grauissimum esse, & prorsus inexpiabile illis persuadet. Vt arboris truncus in gurgite fluij natans à quouis homine facile attrahitur ad unco instrumēto à medio aquarum ad littus: at vbi terrā attingit, non possunt illud quatuor homines mouere: sic peccatum, dum viuit homo, vsque adeo videtur leue, vt facile illud admittat: at mortis tempore cum iam homo est terræ propinquus, tūc apparet ita graue, vt non valens peccator tantum onus ferre, cogitet de tanta ponderis magnitudine, & tali cogitationi desperatio nem penitus adhibeat. Duplici tentatione aggreditur diabolus hominem, vna est facilitatis in admisione, altera difficultatis in desperatione. Vita nostra fluuius est, mors littus, truncus arboris peccatum. Quandiu peccator spem figit in deo, non est de salute eius desperandum, sed si ipse de diuina misericordia penitus desperet, incurabilis est. Talis erat ille, de quo aiebat Michæas propheta: Super hoc plāgam, & vlulabo, quia desperata est plaga eius.

Propterea vaticinare, & dices ad

eos: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terrā Israel. Et scietis, quia ego dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris popule meus, & dederō spiritum meū in vobis, & vixeritis. Et requiescere vos faciam super humum vestrā, & scietis, quia ego dominus locutus sum, & feci, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis sume tibi lignum vnū, & scribe super illud, Iudæ, & filiorum Israel, & sociorū eius: & tolle lignū alterū, & scribe super illud: Ioseph lignū Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius. Et adiūge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnū, & erunt in vnionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filij populi tui loquētes: Nonne indicas nobis, quid in his tibi velis? Loqueris ad eos: Hæc dicit dominus deus. Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iudæ, & faciā eas in lignum vnū, & erunt vnū in manu eius. Erūt autē ligna, super quæ scripseris, in manu tua in oculis eorū, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego assumā filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & cōgregabo eos vndiq; & adducam ad humum suam.

Ecce

Ioh. 8.

2. Corint. 3.
Galat. 4.

Iaco. 1.

Roma. 8.

Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris. Tumulos & sepulchra vocat carceres Chaldeæ, & loca, vbi filij Israelis captiui detinebātur: captiuitas enim mors dicitur ciuilibus. Sēsus est: Ego vos liberabo à babylonica seruitute. Ego mundum eripiam à captiuitate peccati. Nulla est maior seruitus quàm seruire peccatis. Qui facit peccatum, inquit dominus, seruus est peccati. Contrā, nulla maior libertas, quàm seruire deo: seruire deo regnare est. Qui spiritu dei ducitur, liber est. Nā vt ait diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Eam ob causam in epistola ad Galatas: Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Hæc est causa, cur euangelium Christi lex perfectæ libertatis appellatur: ita enim ait Iacobus apostolus: Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Hæc apostolus. Qui mente purgata nō solum exterioribus sed interioribus oculis euangelium penetrat, in eius fertur authorem, eius erga se cognoscit charitatem, & suo erga eum inflammatur amore, hic liber est, & spiritu libertatis fretus clamat abba pater. Sed hac libertate hæretici intemperanter abutuntur. Prædicant carnis libertatem, cum Christiana libertas spiritualis sit. Crescunt Mahumetica & Epicurea libertate accedente, eiusque sacerdotes repudiato voto castitatis sub titulo coniugij se ingurgitant in perpetuum concubinatum & sacrilegium. Appellānt matrimonia ea, quæ sunt impurissima & obstinatissima meretricia: & dicunt libertatem Christianam esse nemini obedire, sed carnis voluptate duci. O cæca pectora, o intellectus cimmerijs tenebris attriores! Audite obsecro hæretici diuū Petrum apostolorum principem in prima epistola sua vestram impiam opinionē hoc mo-

do refutantem: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter dominum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam à deo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas dei, vt beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominū ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem: sed sicut serui dei. Hæc princeps apostolorum, Quid poterat dici clariū? Quid poterat o infelices Lutherani vestram hæresim dānare apertius? Vestrum abusum tollit, quæ prætextu libertatis Christianæ prædicitis. Liberi sunt verè Christiani à iugo legis veteris, à peccatis, à tyrannide dæmonis, à seruitute Babylonis. His nō debet seruire, si volunt Christiana vti libertate. Sed parendum est magistratibus absque euangelij contumelia: & reddenda sunt, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt dei, ideo: crucifigenda est caro cum vitijs & cōcupiscentijs, neganda est propria voluntas, & ferenda crux propria, vt ita à peccato liberi Iesum Christum sequentes vitam æternam consequamur. Hæc est Christiana libertas, non ea, qua hæretici gloriātur, quæ est illis suorum flagitiorum velamen, & vana impiorum scelerum excusatio. Vocant libertatem cæci homines diffluere illecebris, & turpibus voluptatibus, euertere templa deo, eiusque sanctis à principio ecclesiæ vsque ad hanc nostram memoriam dedicata, eripere sacramenta à Christo instituta, turbare ordinem ecclesiæ, supplantare veterum patrum disciplinam, antiquitatis auctoritatem conuellere, extinguere religionem, pietatem, timorem, honestatem, pudorem, & virtutem denique de medio tollere, & penitus delere. Hæc est eorum libertas, quam prædicant impij Lutherani, quæ ex diametro repugnat Christianæ libertati, quæ deus hoc loco apud Ezechielem promissit. Illud est hoc loco aduertendum, impios omnes esse in

scelerū tumulis sepultos. Sed potest eos deus à peccatis abducere, eisq; gratiam suam impertire. Ipse enim ait: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris. Qui Lazarum sceleratentem eduxit de sepulchro, & ad vitam reuocauit, poterit, si voluerit, impiū conuertere, & ad seipsum adducere. Sed attende. Apud Matthæum comparat dominus impios homines cum sepulchris dealbatis ossibus mortuorum plenis, hinc autem dicit se esse eos ablaturum de sepulchris. Cum igitur impij sint sepulchra, & dicat deus se esse illos educturū de sepulchris, nonne vides eum dicere, se esse impios homines à seipsis educturū? Vult dicere deus: Ego liberabo vos à vobis. Utinam deus me à meipso eripiat. Eripe me à me Christe sancte, eripe me ab intimis inimicis meis, qui sunt mei proprij appetitus, mea propria volūtas, mea vana desideria. Libera me ab acerrimo meo inimico, hoc est à meipso, educ me à tumulo mei ipsius, ut à meipso liberatus, ad teipsum confugiam. Iaceo in meipso tanquam in sepulchro, expecto vocem tuam illam dulcissimam, misericordizque plenissimam: Hector exi foras. Vbicunque sum, meum habeo mecum inimicum: quocunq; eo, illum mecum fero, nimirum corpus meum, quod mihi non licet occidere. Sed exclamo cum apostolo: Quis me liberabit de corpore mortis huius? De corpore loquitur apostolus, non quatenus sedes est, & organū naturale animæ, sed qua ratione obnoxium est corruptioni, nam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Trisnegistus ille Hermes AEgyptius, cuius eruditionem antiquitas admirabatur, in septimo Pymandri de corpore loquens, quod vestem animæ appellat, hæc verba literis mādauit: In primis oportet vestem, quam circumfers, exuere, indumentum inscitiz, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, sensitiuū cadauer,

sepulchrum circunuertibile, domesticū denique furem: qui dum blanditur, odit, dum odit, inuidet. Huiusmodi est, quo circuntegeris, vmbra culum inimicum. Ad seipsum te deorsum raptat, ne fortē conspiciens veritatis decorem, ac proximum bonum, huius oderis prauitatem, ne ve huius insidias, quas in te assidue machinatur, aliquando perferas. Hæc ille. Vide que nomina imponat corpori AEgyptius ille, cuius admirabilem doctrinam prisca omnes magnis laudibus extulerunt. Intuere quā aperte corpus appellet sepulchrum. Hinc euenisse arbitror, ut Græci corpus appellent soma, sepulchrum verò sima: innuētes corpus nostrum sepulchrū esse, *σωμα* enim quasi *σῆμα*, quod anima sit in corpore quasi sepulta. Sed quoniam homo caro dicitur & corpus, per synecdochen, ut pars accipiatur pro toto, vocatur homo ipse sepulchrum. Ex quo cōcluditur promississe deum hoc Ezechielis loco esse nos à nobis ipsis erepturum, cum ait educam vos de sepulchris vestris.

Et requiescere vos faciam super humum vestram. Qui nunc in aliena laboratis. Dabo vobis tranquillitatem & pacem in Sione. Pollicetur deus pacem illam ecclesiz sue, de qua postea dixit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pollicetur deus viris iustis prosperitatem & quietem, quam illis impertit. Et quanuis eos acerbis calamitatibus aliquando exerceat, non tamen eos vult perdere, sed illustrare. Ut aurum in aquam coniectum non amittit colorē, nec pretium, in ignem verum immisum purius redditur, & splendidius: sic vir iustus & sapiens in aqua prosperitatis nō amittit virtutem nec splendorem, in igne verò calamitatis redditur illustrior & præstantior, habet enim cum auro similitudinē. Impius autem similis est luto, quod in aqua dissoluitur, in igne induratur: nam rebus secundis & ad voluntatem fluentibus

bus ducitur voluptatibus & illecebris, & opinione inflatus versatur in erroribus: cum verò reflauerit, si se ærumnis videt oppressum, indurescit, & ab omni tolerantia relictus in sceleribus obstinatur.

Et scietis quia ego dominus locutus sum, & feci. Cum ea, que dico, videritis completa, tunc scietis vera esse ea, quæ nunc vobis per Ezechielem polliceor.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Nar-
3. Reg. 12.
rat diuina historia libro tertio Regum omnes duodecim tribus Israelis coniunctas fuisse sub vno rege Salomone, sed post eius obitum obrinente regnum filio eius Roboam, fuisse decem tribus diuisas à duabus, & secutas fuisse Ieroboam. Itaque duæ tribus nimirum Iuda & Benjamin cum magna parte sacerdotum & leuitarum adhæserunt Roboam filio Salomonis, qui regnavit in Iuda & Ierusalem, & appellatus est principatus eius regnum Iuda: decem autē tribus cum parte sacerdotum & leuitarum adhæserunt Ieroboam, cuius principatus appellatus est regnum Israelis. Et quoniam Ieroboam erat de tribu Ephraim, Ephraim autem fuerat filius Ioseph, & hi, qui eum sequebātur, habitabāt in Samaria, appellabantur hædecem tribus Ephraim, & Ioseph, & Samaria. Decem tribus fuerūt captæ ab Assyrijs, duæ verò à Babylo- nijs: nam etsi postea regnum Assyriorū & Babyloniorum vnum fuit, & sub vno principe, tunc tamen duo erant regna diuisa, Assyria, & Babylonia. Cum autem Ezechiel esset in Babylonia captiuus, vidit mētis oculis per spiritum prophetiz fore, ut multi ex decem tribubus adhererent duabus; & ita omnes duodecim tribus in Iudæa coniungerentur, essent que coadunatę in vnum populum, ut antea tempore Salomonis. Illud est certissimum plerisque Iudæos ex decem tribubus nunquam rediisse Hierosolymā, captiu enim & positi inter gentes idolorum cultrices, ipsi etiam idola coluerūt, & legem Moysi penitus repudiarūt, ex-

ceptis paucis, in quib⁹ fides & virtus elucescebant. Sed illi, qui redierunt Hierosolymam, fuerūt cum alijs Hebræis duarum tribuum coniuncti, & omnes fuerunt in vnum corpus redacti. Hoc voluit Ezechiel hoc loco significare sub figura duorum lignorum in vnum coniunctorum.

Sume tibi lignum vnum. Hoc est, accipe duo ligna, & scribe in vno nomen tribus Iuda cum Hebræis illis, qui illi adhæserunt, nimirum cum illis, qui sunt ex tribu Benjamin, & sacerdotibus ex tribu Leui, & in altero ligno scribe nomen decem tribuū, quæ secutæ sunt Ieroboam, qui fuit ex tribu Ephraim filij Ioseph, & adiunge duo hæc ligna, ita ut ex duobus vnū efficiatur. Et explica tuis Hebræis, ita esse duo regna nimirum Iudæ & Samariæ inter se coniungenda post Babylonicam captiuitatem: & ex duobus populis vnum esse efficiendum. Solebant aliquando diuini vates signo aliquo sensibili futura prædicere, ut vehementius populum mouerent, quemadmodum fecit hic Ezechiel: & capite quinto, quādo assumptione gladij acuti pilos radentis vastationem populi significauit: & capite duodecimo, quando vasa asportauit transmigrationis, ut futuram regis Sedechiz captiuitatem ostenderet: & multis alijs in locis. Similiter Esaïas capite. 20. apparens nudus coram populo, futuram AEgyptiorum nuditatem & captiuitatem vaticinatus est. Et Ieremias capite. 27. imponens collo suo vincula & catenas, significauit esse regē Iuda, & reges alios à Nabuchodonosore expugnandos, & in vincula conijciendos. Verum per hæc duo ligna intelligunt nonnulli duo sceptrā lignea, est enim sceptrū symbolū regni. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta pro lignis virgas conuertens, sceptrū enim aliquando virga appellatur, iuxta illud psalmographi: Virga directionis, virga regni tui. Alij pro lignis tabellas interpretatur, quibus
Pp 4 Ezechiel

Ezechiel erat & nomina duarum, & decem tribuum scripturus. Sed per hanc duorum populorum unionem intelligebat propheta esse duos populos nimirum Iudaeorum, & Gentium ad vnum Christum per fidem conuerturos, & ex ijs duobus populis esse vnā ecclesiam constituendam per eundem Christum. Id intelligens diuus Paulus has voces emisit: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem macerie soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucē. Hæc ille. Duo itaque populi inter se discrepantes Iudæicus & Gentilicus in vnā fidem, in vnā ecclesiam, in vnā Christianam religionem conuenerunt. At multo plures ex Gentilitate, quæ sterilis erat, quàm ex fertili Iudaismo se ad Christum contulerunt, & vanas superstitiones repudiarunt. Id prædixerat ijs verbis Esaias: *Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudē, & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virum, dicit dominus. Hanc duorum populorum in vnā ecclesia congregationē & unionem sub figura Iuda & Israel prædixit his verbis Oseas. Congregabuntur filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibi met caput vnum. Ac si diceret: Congregabuntur fideles, tam ex Iudæis, quàm ex Gentibus, & recipiet Christum, qui erit eorum deus, princeps, & dominus. Hoc etiam vaticinatus fuit Zacharias in hunc modum sub figura aurei candelabri. Vidi, & ecce candelabrum aureum totū, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput ipsius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Candelabrum aureum humanitatem Christi saluatoris nostri significabat ab omni macula peccati penitus alienā. Lampas*

super caput eius diuinitatem carni coniunctam ostendebat: septem lucernæ cum infusorijs imaginem septem donorum spiritus sancti gerebant, quæ Esaias connumerat, & super dominum Iesum requieuisse ostendit. Oliua à dextris Israeliticum populum, oliua à sinistris Gentilicum aduibrabat. Hi duo populi erant Christum recepturi, & in ecclesia catholica coadunandi. Eam ob causam in fine capituli adiecit: Hi sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terre. Hoc ipsum postea clarius significauit, dicens: Erit dominus rex super vniuersam terram: In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Ac si diceret: Propagabitur ecclesia ex Gentibus & Iudæis congregata, cuius rex erit Iesus Christus. Ille coletur in tempore illo, & in omni ecclesia nomen eius inuocabitur. Vnus erit Christus, vnum baptisma, vna fides, vna ecclesia: & ex duobus lignis antea diuisis efficietur vnum, hoc est ex duobus populis efficietur vna congregatio.

Ioseph lignum Ephraim. Ioseph significat decem tribus, quæ lignum Ephraim dicuntur, quia diuiso regno, vt diximus, Ieroboam qui erat de tribu Ephraim filij Ioseph imperauit Israeli, hoc est decem tribubus.

Et erunt vnum in manu eius. Id est in manu dei. Potest veri ex hebræo: Et erunt vnum in manu mea. Vt dicat deus: ego ero rex horum duorum populorum, vterque erit in manu mea, sed ita, vt ex duobus populis sit vna ecclesia.

Eccc. ego assumam filios Israel de medio nationum. Explicat quod dixerat. Sensus est: Ego liberabo filios Israel à babilonica captiuitate, & credentes omnes in vna congregabo ecclesia catholica.

Et faciam eos in gentem vnā in terra, in motibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. Et non erunt vltra duæ gentes, nec diuidetur amplius in duo regna. Nec polluentur vltra

vltra in idolis suis, & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt: & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus: & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. In iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea custodiet, & faciet ea. Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri, & habitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorum eorum vsque in sempiternum. Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. Et percussit illis foedus pacis, pactum sempiternum erit eis. Et fundabo eos & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient Gentes, quia ego dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Et faciam eos in gentem vnā in terra, in motibus Israel, & rex vnus erit. Cum hac vaticinatione conuenit id, quod ait Sophonias: *Lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalē: abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel dominus in medio tuo, non timebis malum vltra.* Et Zacharias: *Exulta satis filia Sion, iubilabunt filia Ierusalē, ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper &c. Hic est rex, quem diuini vates prædixerunt, esse homines in varijs mundi partibus dispersos in vnā ecclesiam congregaturum, quem admodum hic ait Ezechiel, & paulo ante ostendimus. Et Esaias: Congregabit filios Israel,*

& dispersos Iuda colliget à quatuor partibus terræ. Non id silentio trāsiuit Ieremias, sed ita inducit Messiam loquentem: *Congregabo eos de vniuersis terris, & reducam ad locum istum, & habitabunt confidenter. Et diuinus psalter: Aedificans Ierusalē dominus: dispersiones Israelis congregabit. Hic dominus est rex ille, de quo hoc loco ait Ezechiel: Et rex vnus erit omnibus imperans. Hic est, de quo dicebant magi Orientales: Vbi est, qui natus est rex Iudeorum? Non dicunt: Vbi est rex Iudeorum: sed qui natus est rex: priusquam enim nasceretur, rex erat, & iam natus est rex. De eo dixit angelus virgini sanctissimæ Mariæ: Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et Nathanael apud Ioanē Christum alloquens, Rabbi, inquit, tu es filius dei: tu es rex Israel. Multi sunt in republica Christiana reges & dñatores, sed vnus est omnium rex regum, & dominus domini, cui alij parere debent, quæ colere & sequi tenentur. Tunc enim reges, & principes, & præsules recte munere suo fungentur, & nomen suum commendabunt immortalitati, cum Christo paruerint, ei per charitatem adhaerint, & in recte iustitiæ ac virtutum actiones incubuerint. Felix appellabitur regnum, quod tales obtulerit gubernatores, calamitosum vero, quod fuerit à tyrānis gubernatum. Vt homo oculus priuatus manet in tenebris, ita respublica orbata iustis & sapientibus rectoribus circumfunditur caligine. Est enim gubernator oculus rei publicæ, quæ admodum dux oculus exercitus. Eā ob causam Demas insignis orator, cum videret, migrasse Alexandrum Magnū à vita, exercitum Macedonum cum Cyclope comparauit.*

Et seruus meus Dauid rex super eos. Verba sunt patris cælestis, qui Christum filium suum vni genitum verum deum, & verum hominem seruum suum vocat ob assumptam humanitatem, secundum quam minor est patre, cum secundum diuinitatem æqualis sit illi. Eodem modo supra dixit capite. 3. 4. Suscitabo super eas pastorem

rem vnum, qui pascat eas, seruum meū Dauid. Dauidem vocat Christum, hoc est, manu fortem, cuius alter Dauid imaginem gesserat. Vbi hic ait: Et seruus meus Dauid, dictio, Dauid, potest esse in recto: vt sit sensus. Messias seruus meus, qui erit verus Dauid, qui Goliath, hoc est mundum superabit. Vel in gignendi casu: vt sit sensus: Seruus meus, Dauidis filius secundum carnē. Eodem modo deus pater per Ieremiā: Seruiet, inquit, domino deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. Hunc regem expectabant Iudæi, qui erat illis magna bona largiturus. Erant autem hæc bona spiritalia & cœlestia. Sed dices: Cur igitur audientes natum esse regem turbati sunt? Cū enim reges magi interrogarent, vbi esset, qui natus erat rex Iudæorum, ait euangelista turbatum esse regē Herodem, & totā Hierosolimam cum illo. Turbari Herodem alienigenam nō videtur mirum, qui tyrannicē principatum obtinebat: sed turbari Iudæos ortu sui regis, quem ipsi expectabant, hoc mirandum quidem videtur. Sed turbabat eos eorum impietas: & vt ait Sapia: Excœcauit eos malitia eorum. Si virtute præditi essent, regem suum iustum, quem expectauerant antiqui patres, de quo vaticinati fuerat vates diuini, cuius aduentu erant homines à vitiorum tenebris eripiendi, & fidei atque gratiæ lumine mirabiliter illustradi, venire gauderent. Vt bonus villicus cū vberissimos fructus videt labore suo productos, cupit venire dominum, vt suscepti laboris vtilitatem aspiciat, vt eum afficiat præmio: & miles strenuus post præliū & victoriam præsentiam regis desiderat, vt sudores suos, & vulnera, & animi corporisq; fortitudinem remuneratione compenset: sic qui villicationem sibi traditam à deo fideliter gessit, & aduersus mundum, diabolum, & carnem fortiter dimicauit, atq; de illis illustrem victoriam indefessa virtute fuit consecutus

rus, cupit ad præmium & palmam suam Christum venire. Contra verò qui mundi voluptatibus & pestilentibus illecebris deliniti, & cupiditatis stimulis concitati virtutem contemnūt, & à vitijs superantur, cū pœnam formident, & cōscientiæ furij exagitentur, Christū nequaquam venire desiderāt. Hæc est causa, cur Iudæi nato Christo turbati sunt, quia timebant domini ac regis præsentiam, quem iustum esse iudicem credebant. Reus nō vult videre iudicem, nec proditor principem, nec perfidus cognitorem. Iudæi euerterant villam, tradiderant se hostibus, omnia bona dilapidauerant: ob eam causam audito nūtio de regis sui aduentu, cœperunt turbari.

Et pastor vnus erit omnium. Ipse ait apud Ioannem: Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Hic est pastor ille, de quo dixerat deus pater per Zachariam: Percutiam pastorem, & dispergentur oves: quē locū Christus deus noster apud Matthæū de seipso interpretatur. Hic est pastor, qui ouem errantem quæsiuit, & suis humeris imposuit. Qui languores nostros tulit, & labres nostros portauit, vt ait Esaias. Nam vt ait idem propheta eodē capite: Omnes nos quasi oves errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Qua de re disseruimus capite 34.

In iudicijs meis ambulabunt. Hoc est, legem meam custodient.

Et filij filiorum eorum in sempiternum. Nō igitur intelligitur hoc de terra Iudææ, ex qua pulsi fuerunt Iudæi, & nunc à Turcis possidetur. Sed intelligitur de ecclesia catholica, quæ nunquam delebitur, in qua fideles in perpetuum habitabunt.

Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. Id quidem est, quod dicebat Gabriel angelus dei genitrici Mariæ: Et regni eius non erit finis. Sēper enim Christus in ecclesia sua regnabit. Vnde dicebat turba apud Ioannem: Nos audiui-

Ioan. 12.
Psalms. 109.
mus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et psalmographus: Tu es sacerdos in æternum.

Psalms. 84.
Ioan. 14.
Luc. 1.
Esa. 52.
Rom. 10.
Luc. 1.
Esa. 52.
Rom. 10.
Percutiam illis fœdus pacis. Id prædixerat ijs verbis Dauid: Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et ipse dominus, Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis. Christi euangelium fœdus est pacis, totum spirans amorem, pacem, & charitatem. Et quoniam euangelium semper est duraturū, sequitur: Pactum sempiternum erit eis. Hunc locū ita septuaginta transtulerunt: Et ponam eis testamentum pacis: testamentū sempiternū erit eis. Quibus verbis aperte indicat esse hoc ad nouum testamentū referendum, quod est pace plenissimū. Nascente Christo cœlites pacem nuntiauerunt: & hanc optatissimam pacem postea Christi discipuli in toto terrarū orbe prædicauerunt: de quibus prædixerat Esaias: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangeliizantium bona! Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos de apostolis interpretatur, & euangelicis concionatoribus. Loquebatur illic Esaias de Hebræorum liberatione à babilonica captiuitate, & diuus Paulus explicans præcipuum prophetæ propositum, de captiuitate à peccato & redemptione per Christum, & apostolorum prædicatione illud explanat. Docet apostolus prophetarū institutum fuisse in primis Christi mysteria prædicare, & de corporis liberatione ad iustificationē animæ se transferre. Alta redemptionis humanæ arcana verborum tegunt inuolucris, & nomine Babylonis mundum, nomine verò Hierosolimę ecclesiam significant: quemadmodum hoc capite Ezechielem fecisse intuemur. Quare non eos audiendos esse existimo, qui cū gloriantur nomine Christiano, hebraizant cum Hebræis, reputant humi, nihil aliud à terra confurgunt, omnia diuinorum verum oracula

de ereptione seruitutis babilonicæ loquentia ad illam tātummodò corporis reductionem ad Iudæam referenda esse asseuerant: & alia huiusmodi quæ apostoli de arcanis, & altis redemptionis humanæ per Christum mysterijs interpretantur, ipsi literam sequentes, nō autem literæ spiritum, ea solū ad Iudæorū res gestas asseueranter affirmant pertinere.

Et fundabo eos. Hoc est, statuam eos in terra firma, vbi habebūt solidum fundamentum. Ponam eos in terra promissionis, vbi urbem habebunt munitam, & in locis firmis fundatam. Hæc est catholica ecclesia fundata super Christū. Christus est primum illud fundamentum, de quo ait diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Ipse est sanctorum fundamentum, de quo ait idē apostolus in epistola ad Ephesios: Estis ciues sanctorum, & domestici dei, super ædificati super fundamento apostolorū & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo. Illud est certissimū esse ecclesiam super Petrum ædificatā, iuxta illud Christi dei nostri: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ita illum locum Hieronymus, Augustinus, Gregorius, & omnes doctores catholici interpretantur, quorum multos citat Ioannes Eckius in libro, qui inscribitur Enchiridion locorum communium aduersus Lutherum: & in libro suo primo de primatu Petri. Et Albertus Pighius libro sue hierarchiæ ecclesiasticæ, ambo viri doctissimi & optimi. Et sanctus ille episcopus Ioānes Rossensis Anglicus, aut potius angelicus, qui pro vera fide Christi incredibiles tulit cruciatus, & animo erecto & inuicto mortē subire non dubitauit, ab impio & hæretico tyranno sibi iniuste illatā, hæc veritatē in libro suo aureo aduersus articulos Lutheri apertissimè ostendit. Itaq; oēs orthodoxi patres tã Græci quam

quàm Latini omnibus ab initio ecclesie seculis, ex omnibus terre cardinibus, per Petram intelligunt Petrum, super quem ædificatam esse ecclesiam Christi omnes non solum fatentur, sed profitentur. Sed Petrus est secundum fundamentum, Christus autem primum. Itaque ecclesia est fundata super Petrum, Petrus autem super Christum: & ita primum ecclesie fundamentum Christus est. Id quidem est, quod dicitur hoc loco: Et fundabo eos. Illud est hoc loco aduertendum, eos esse fundatos, qui fide muniti sunt, qui iustitiam colunt & pietatem, qui sanctæ ecclesie Romanæ catholicæ obediunt, qui Christum eiusdem ecclesie constitutum sequuntur: contra verò, eos qui Babylonem colunt, qui Lutherana perfidiam tenent, qui se vitijs contaminant, fundatos nullo modo esse. Quam fieri potest, ut fundamentum habeant, qui sunt eieci ab ecclesia in Christo fundata, qui deficient à fide, qui ruunt vento tentationis, qui seruiunt Nabuchodonosori, hoc est diabolo, in Babylonia regno, hoc est in Lutherana congregatione, in hereticorum confusione, in spiritali captiuitate? Omnes impiorum turres parua procella euertit: Eam ob causam ait Christus apud Matthæum: Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit. Id animi oculis præuidens Esaias, dicebat: Memento istud, & fundamini. Et rursus: In iustitia fundaberis. Ac si dicat: Vera virtus est firmum fundamentum. Non potest esse autem vera & perfecta virtus absque fide. Ea autem, quæ ve-

ra est & perfecta, solidum fundamentum est. Hæc est, quæ radices agit, atque etiam propagatur: cætera omnia, mundi opes, deliciae, voluptates, honores, & alia huiusmodi, ad quæ plerique cupiditate incensis aspirant, tanquam flosculi decidunt, & incerta sunt, non in hominum potestate sita, sed in mundi varietate collocata.

Et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Hoc est, semper erit in ecclesia mea sanctitas: semper erunt aliqui, qui sint virtutibus septi, virtutibusque sanctimonia ornati. Potest hoc referri ad sanctum eucharistiae sacramentum. De eo dixerat psalmographus: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui. Et Malachias: Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Et erit tabernaculum meum in eis. Hoc est, erit habitatio mea in manibus eorum, prius per gratiam, postea per gloriam. Per tabernaculum etiam intelligitur ecclesia, cuius imaginem gerebat legis veteris tabernaculum. Eam ob causam Esaias ecclesiam appellauit tabernaculum, quod nequaquam transferri potest. Et regius vates, Fluminis, inquit, impetus lætificat ciuitatem dei. Hoc est donorum & gratiarum influxus ecclesiam catholicam, in qua verus dei cultus viget, tutam reddit, & spiritali gaudio afficit, atque perpetua lætitia exhilarat. Et volens idem alijs verbis ostendere, ait: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, per tabernaculum ecclesiam catholicam significans. Non me fugit, non deesse, qui per flumen hoc intelligat Iordanem, cuius impetum aiunt lætificasse ciuitatem dei, hoc est populum Iudaicum, cum ad eius transitum illius aquæ constiterunt. Sed tunc dicendum erat: Fluminis diuisio, & aquarum statio, non autem, fluminis impetus. Oblectentur suo Iordane Iudei, ego nanque aliud flumen

flumen existimo illud esse, quod ciuitatem dei gaudio afficit, cum Basilio Magno, & Aurelio Augustino, & alijs huiusmodi patribus, qui præstantibus ingenijs, admirabili sanctimonia, eximia sapientia ex culti, per flumen hoc intelligunt spiritum sanctum per fidem & virtutes influentem in pectora credentium, unde fluunt admirabiles illæ aque, de quibus ait Christus: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Et subiungit euangelista: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: Hic spiritus est inexhausta bonorum omnium copia: & comparatur flumini placidissimo inter amœnas ripas & virentia prata, impetu deletabili, & dulci aquarum sonitu, ciuitatem ingredienti, & admirabili influencia irriganti. Ciuitas autem dei ecclesia est, de qua ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendantem de caelo, à deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo. Hæc est ciuitas dei, & tabernaculum admirabile, quod sanctificauit altissimus, aduersas quod nec portæ inferi præualebant. Ex hebraico vertunt nonnulli verbum illum psalmographi: Sanctuarium tabernaculorum altissimi. Sed illud nostram non euertit expositionem, imò eam confirmat: est enim dei ecclesia sanctuarium omnium tabernaculorum, hoc est omnium particularium ecclesiarum, quarum nulla potest esse tabernaculum altissimi, nisi fuerit in vnitatem catholicæ ecclesie sanctificata, quæ est vniuersale dei tabernaculum: de quo ille ait hic per Ezechielem: Et erit tabernaculum meum in eis. Poteris per tabernaculum Christum intelligere, de quo ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populos eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Videtur diuus Ioannes ad hunc Ezechielis locum alludere, illucque de Christo explanare. Appellatur

Christus tabernaculum, quod in eo inhabitat, ut ait diuus Paulus ad Colossenses scribens, omnis plenitudo diuinitatis. Et bene ait, cum hominibus esse, nam ipse Christus de seipso ait in Proverbijs Salomonis. Deliciae meæ sunt esse cum filijs hominum. Cum autem deus patet promittat tabernaculum suum fore semper cum hominibus, & per tabernaculum Christus intelligatur, aperte concluditur, Christum in perpetuum esse in ecclesia sua futurum. Id quod ait ipsemet Christus apud Matthæum: Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Ego dominus sanctificator Israel. Duplex est Israel, alter secundum carnem, alter secundum spiritum. Israel secundum carnem est Iudeorum populus, Israel secundum spiritum est concio fidelium, siue ex Iudeis sint, siue ex Gentibus, dummodo Christum sequantur. Eorum deus dicitur sanctificator. Id quidem est, quod volebat significare Esaias capite primo, cum deum sanctum Israelis vocauit, hoc est sanctificatorem omnium eorum, qui fidem & iustitiam colebant. Et hæc erat dei periphasis, qua diuini vates utebantur.

Annotations ex hebræo in caput. XXXVII.

Quatuor Ventis Veni Spiritus. In hebraico pro ventis & pro spiritu idem est nomen, nepe ריח ruach. Similiter in translatione septuaginta τὸ πνεῦμα. Unde versio Latina Complutensis desumpta ex greca habet. A quatuor spiritibus veni spiritus. Dictio hæc ruach significat spiritum, & quia ventus spiritus etiam dicitur, significat ventum. Unde id, quod est primo capite Genesis: Spiritus dei ferebatur super aquas, intelligunt nonnulli de vetero magno, qui substabat ad siccandas aquas: appellatur autem

Matth. 7.

Esa. 46.
Esa. 54.

Ioan. 7.

Apoc. 21.

Matth. 16.

Apoc. 21.

Psal. 110.

Mal. 1.

Esa. 33.

Psal. 45.

Iosue. 3.

tem dei, quia solet scriptura, ea quæ magna sunt, dei appellare: vel ideo dicitur spiritus dei, quia fuit missus à deo. Sed ego existimo spiritum dei loco illo non accipi pro vento, imò nec tunc esse ventum, ventus enim fit ex terræ exhalationibus cum aëris motione: at tunc nondum erat aër, quoniam nondum erat cœlum, nec ignis, est enim aër inter cœlū & terram: aut inter terram & ignē. Præterea nec tunc erant exhalationes terræ, cum terra esset inanis & vacua, & tenebræ essent super faciem abyssi. Quare arbitror locum illum intelligi de spiritu sancto, qui, ut ait diuus Hieronymus, incubabat super aquas, fouens illas instar volucris ova calore animantis. Idem ait Magnus Basilius referens Syri cuiusdam sententiam aientis spiritum sanctum vitale fecunditatem aquarum naturæ præbuisse, incubantis auis effigie vim vitale imprimens in ea, quæ ab ipsa fouentur. Et asserit probatum esse maioribus intelligi locum illum de sancto dei spiritu. Diuus etiam Ambrosius enarrans locū illum, ait: Etsi aliqui pro aëre accipiant, aliqui pro spiritu, quem spiramus, nos tamen cum sanctorum & fidelium sententia congruentes spiritum sanctum accipimus, ut in constitutione mundi operatio trinitatis eluceat. Hæc ille, quibus ostendit non solum ex sua, sed ex antiquorum patrum sententia per spiritum dei spiritum sanctum significari. Existimo tamē spiritum pro vento accipi capite. 1. Ecclesiastes, vbi ait Salomō: Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circuitos suos reuertitur. Quasi dicat: Circuit, & pergit ventus, & in suos orbes reuertitur, ut iterum sufflet. Spiritus labiorum significat verba, quod ex ore cum spiritu egrediantur: ut apud Esaiam: Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Aliquando spiritus significat iram, ut apud Zachariam: Qui egrediantur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. Et in Prouer-

bis: Totum spiritum suum profert stultus. Hoc est, omnem furorem suū effundit statim insipiens. Quidam existimant illic spiritum accipi pro voluntate & desiderio. Et quanuis multa significet, hoc tamē Ezechielis loco in prima parte capituli pro mundi plagis, oriente, occidente, aquilone, & meridie: in secunda verò pro spiritu vitali. Vnde poterat hic locus ita verti: A quatuor mundi plagis veni vitalis spiritus.

Et saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis. Septuaginta habent. Et etiam eos ex omnibus iniquitatibus suis. Peccata impiorum sunt sedes, in quibus illi sedent. Humanum est incidere in peccatum, & lineas trāsilire, sed in peccatis sedere & perseverare, hoc est penitus intolerandum, & diabolicum. Ei, qui se ab errato reuocare molitur, facile ignoscitur, si ad deum simplex cōfugit: at obstinatus, qui in dei præcepto fingit laborem, & non vult recedere à peccato, quomodo veniam consequetur? Eum alloquitur ita psalmographus: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Quasi dicat: Tu qui ais te non esse dei præcepta seruaturū, quod nimis difficilia sint, nonne sedes in peccatis? Sedes quidem. Peccata tua & scelera tua sunt sedes tuæ.

Et dabo sanctificationem meam in medio eorum. Pro sanctificatione mea est in hebraico: *מקדדא* micddaxi, à verbo cad-hax, quod significat sanctificare. Vnde id, quod paulo post sequitur: Ego dominus sanctifico Israel, potest verti: Ego dominus sanctifico Israël. Ab hoc verbo deriuatur codhex, quæ dictio significat sanctitatem, ut capite tertio Exodi: Locus, in quo stas, terra sanctitatis est. pro quo noster interpret transtulit, terra sancta est. Et psalmo. 19. Mittat tibi auxilium de sanctitate, pro quo noster interpret vertit: Mittat tibi auxilium de sancto, hoc est de tabernaculo, vbi tunc arca foederis quiescebat. Nam Tharghum

ghum habet, de domo sanctuarij. Vel de sancto hoc est de cœlo. Ac si populus, qui pro rege ad bellum difficile proficisceret vota faciebat, ita diceret: Intueatur deus periculum tuum è sancto cœlo suo, teq; saluum & triumphatē à bello reducat. Dictio autem hæc micddax significat sanctuarium, & templum deo sacratum, ut capite. 15. Exodi: Introduces eos, & plantabis in monte hæreditariæ tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine: sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ. Quibus verbis vaticinatus est Moyses, esse Hierosolymæ templum à deo cōstitutū, quod appellat sanctuariū. Hæc ratione ducti nonnulli aiunt, deum hoc Ezechielis loco promississe Hebræis in Babylonis vincula coniectis, esse illis templum Hierosolymæ instauraturū, quod hic sanctificationē suam, seu sanctuariū suum vocat. Sed negare non possunt templum illud ecclesiam significari. Ego existimo per hanc dei sanctificationem intelligi septem ecclesie sacramenta gratiam conferentia ex opere operato, quæ Christus deus noster instituit in perpetuum duratura. Hæc interpretationi fauet translatio septuaginta ita habens: Et ponam sancta mea in medio eorum in perpetuum. Sancta sunt sacramenta, quibus sanctificamur, quæ in medio fidelium dicuntur esse, ut omnes ea cōmunicent. Id quidem est, quod dicimus in symbolo: sanctorum cōmunionem: est enim sanctorum cōmunionis sacramentorum participatio. Fateor equidē ecclesiam ipsam esse sanctorum hoc est fidelium omnium cōmunionem & societate. In primitiua enim ecclesia oēs fideles sancti appellabantur, etiam si minus sancte atq; integrè viuerent: satis erat ad hoc, ut sancti dicerentur, nomen dare Christo, eiusq; ecclesie ascriptos esse. Est enim ecclesia congregatio fidelium, & corpus vni ex multis membris cōpactum, cuius caput Christus est. In epistola ad Romanos

ait ita diuus Paulus: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent, ita multi vni corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Et in epistola prima ad Corinthios: Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Et ad Ephesios: Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & cōnexum per omnem iuncturam subministrationis. Et rursus: Christus caput est ecclesie, ipse saluator corporis eius. Vides igitur ecclesiam cōmunionem esse fidelium sub vno capite Christo. Sed fit hæc cōmunicatio per ecclesie sacramenta, quæ vocantur sancta, quorū est in ecclesia societas quedam & cōmunio, iuxta id quod ait in epistola prima ad Corinthios apostolus: Vnus panis: & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Hæc ecclesie sacramenta, quæ sunt signa quedam, quibus Christiani ab infidelibus discernuntur, & signa sacræ rei, nimirū invisibilis gratiæ, quæ in elemento visibili confertur, & signa efficacitæ: quæ ipsam continent gratiam, eiusq; causa sunt, atq; id, quod signant efficiunt, & signa, quibus præteritorum admonemur, & præsentium, & futurorum; hæc, inquam, sunt ea, quæ hoc loco deus ore Ezechielis se fidelibus suis daturū promissit. Quæ sunt numero septenario cōprehensa, qui numerus est spiritui sancto familiaris. Dona spiritus sancti septem ab Esaiâ recensentur. In Apocalypsi ait diuus Ioannes vidisse agnum stantē tanquam occisum habentē cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei. Et in eodem loco septem sigillis ait fuisse veteris testamenti paginam signatam, quam agnus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, referauit. Et rursus: Septem angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt, ut tuba

Apoca. 2. tuba canerent. Et alio eiusdem Apocalypsis loco: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Septem sunt panes, quibus dominus turbas pavit apud Matthæum. Septem sunt oculi apud Zachariam super vnum lapidem. Et septem lucernæ tabernaculi super vnum candelabrum. Et septem denique fuerunt lotiones Naaman in Iordane. Quibus omnibus fuerunt septem sacramenta adumbrata, de quibus hic loquitur Ezechiel.

Matth. 13.
Zacha. 3.
Zacha. 4.
4. Reg. 5.

Argumentum capituli. XXXVIII.

Radicis aduentum Gog, & Magog in terram promissionis, & eorum cladem & euersionem. Hoc est penultimum Ezechielis vaticinium, quod his duobus capitibus sequentibus continetur: vltimum vero est de imagine templi instaurandi, quod incipit à capite quadragesimo, & durat vsque ad finem libri. Cum toto hoc opere Ezechiel vaticinatus fuisset de Christi regno & gratia, nunc quasi per oppositionem voluit de Antichristi regno & tyrannide tractare.

Caput. XXXVIII.

Factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog, principem capituli Molocho, & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ad eum: Hæc dicit do-

minus deus: Ecce ego ad te Gog principem capituli Molocho, & Thubal. Et circumagam te: & ponam frenum in maxillis tuis, & educam te, & omnem exercitum tuum, equos, & equites vestitos loriceis vniuersos, multitudinem magnam, hastam, & clypeum arripientium, & gladium. Persæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes scutati & galeati. Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma latera aquilonis, & totum robur eius, populiq; multi tecum. Præpara & instruite, & omnem multitudinem tuam, quæ coaceruata est ad te, & esto eis in præceptum. Post dies multos visita beris: in nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio, & congregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter. Hæc de populis educta est: & habitabunt in ea confidenter vniuersi. Ascendens autem quasi tempestas venies, & quasi nubes, ut operias terram tuam, & omnia agmina tua, & populi tui tecum. Hæc dicit dominus deus: In die illa ascendent sermones super cortum, & cogitabis cogitationem pessimam, & dices: Ascendam ad terram absque muro. Veniam ad quiescentes, habitantesq; secure: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Ut deripias & inuadas prædam, & inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum, qui est congregatus

B

C

gregatus ex gentibus, qui possidere cepit, & esse habitator vmbilici terræ.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog. Hoc est vaticinare aduersus Gog, & Magog. Superiore capite prædixit diuinus vates fore, ut Iudæi, qui in babylo-nica detinebantur captiuitate, ad patriam redirent, & Hierosolymam colerent, vbi ab vno rege in perpetuum gubernarentur. Quo oraculo voluit significare esse fideles omnes in vna ecclesia congregandos, & ab vno Christo in perpetuum regendos. Et quoniam intuebatur mentis oculis futuros esse multos tyrannos, & hereticos, & alios impios & immanes homines, qui ecclesiam Christi affligerent, & Christianos varijs calamitatibus opprimerent, inuehitur nunc in illos, quos nomine Gog & Magog significauit. Et quia præcipuus ecclesie persecutor, & acerrimus hostis futurus est Antichristus, ideo aduersus eum his duobus capitibus præcipue vaticinatur. Antichristus appellatur Gog, populus autem, qui eum secutus est, Magog: nam in sacris literis, & in sanctorum doctorum libris Gog & Magog Antichristum, eiusq; membra designant. Gog idem est quod testum, auctore diuo Hieronymo, quoniam Antichristus erit diaboli tegumentum sub specie humana. Erit quidem homo, sed quoniam in eo diabolus habitabit, testum & domus diaboli vocatur. Magog verò idem est quod à Gog: nam apud Hebræos litera, m, est prepositio, à, vel ab. Ideo per Magog gentes impiæ intelliguntur, à Gog hoc est ab Antichristo deceptæ. Ex filijs Iaphet fuit quidam appellatus Magog, ut in libro Genesis diuina testatur scriptura, qui Magogas à se nominatos instituit: ut asserit Flavius Iosephus libro. 1. Antiquitatum capite. 11. Vbi etiam ait

Genes. 10.

hos Magogas eos esse, quos Græci Scythas appellarunt. Hac ratione ducti existimant nonnulli ex Hebræis Gog & Magog gentes esse quasdam à Scythia, quæ venerunt aduersus Iudæos, & oppugnarunt Hierosolymam, sed postea perierunt. Ex Latinis quidam purant Gog & Magog non esse determinatas gentes, sed omnes ecclesie catholicæ persecutores: ita ut per Gog intelligantur tyranni & heresiarchæ, per Magog verò eorum satellites & sectatores. Sed quoniam magni auctores asserunt has gentes Scythicas esse, & Turcæ teste Pomponio Mela, referente Hermolao Barbaro, sunt populi Scythici, à quibus orti sunt, qui hodie Turci dicuntur, & latissime imperitant, & Christianos immaniter affligunt, fortassis hi sunt, de quibus hoc loco agit Ezechiel, quorum tyrannidem prædicit, & tandem eorum interitum & perniciem vaticinatur. Spero enim fore, ut citò eorum ruat imperium, & ipsi de medio deleantur. Diuus Ambrosius libro. 2. de fide ait huc, Gog Gotum esse. Et diuus Isidorus in etymologiarum libro Gotos ait fuisse denominatos à Magog filio Iaphet. Quam ob causam non desunt, qui dicant has gentes Gog & Magog Gothos esse, qui dei ecclesiam grauiter vexarunt: sed postea omnes perierunt. Paulus Orosius, Eutropius, Blondus, Leonardus Arminus, & multi alij scriptores narrant Gothos immanes populos fuisse, & subiugasse Italiam, Galliam, Hispaniam, & magnam partem Africae, & Asiae. Hi Romæ orbis caput, bonarum disciplinarum mercaturam, & antiquitatum monumentis ornatae euerterunt, & vrbes alias celebres, mœnibus altissimis munitas, solo adæquarunt. Voluerunt, ut aiunt nonnulli, antiqua omnia delere, & alterum mundum constituere, ne præteritorum seculorum vllum maneret vestigium, sed omnis vetustatis memoria extingueretur, ut ipsi solum essent per vniuersum orbem celebrati, tanquam noui mundi

conditores. Sed omnes fuerunt consumpti, & cunctę eorū contentiones ad magnam mundi gloriam florentes corruperunt. Petrus Apianus in libro de mundi descriptione ait Magoꝝ esse ciuitatē Asię regionis Cyrrhesticę. Plinius libro quinto historię naturalis, capite. 23. Cęle Syria, inquit, habet Bamyccem, quę alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magoꝝ. Ibi prodigiōsa, &c. At Ioannes Annius Viterbensis in commentarijs in Berosum hęc vltima Plinij verba legit in hunc modum: Syris verò Magoꝝ ibi. Hoc est patria Magoꝝ. Et paulò post ait idem Plinius, in eadem regione esse urbem Cyrrhum, à qua denominata est Cyrrhestica prouincia. Quod cōuenit cum Petro Apiano. Strabo etiam libro quartodecimo meminit Magoꝝ, & multi alij authores. Sunt, qui dicant, Gog & Magoꝝ esse Getas & Massageras, quorum opinionem diuus Augustinus libro. 20. de Ciuitate dei reprobat capite vndecimo. Et quoniam Gog significat defectum, Magoꝝ verò defectum, existimant nonnulli per Gog intelligi hypocritas, qui dei ecclesiam occultè odio prosequuntur, per Magoꝝ verò homines apertè impios, ex omnium scelerum colluione natos, non solum à virtute, sed etiam à simulatione virtutis alienos. Ego etsi nullam harum improbo opinionum, existimo tamen per Gog & Magoꝝ intelligi præcipuè Antichristum, eiusq; sectatores tempore illius, posse tamen hoc ad omnia eius membra omni tempore accommodari. Nam diuus Ioannes in Apocalypsi loquens de Antichristo meminit Gog & Magoꝝ, quasi Gog sit Antichristus, Magoꝝ verò populus ab eo seductus. Membra præcipua Antichristi sunt hæretici, vt quondam Arrius, nunc autem Lutherus, homo ad omnia scelera paratus, nulla dignitate conspicuus, solum erroribus notus, procella patrię, turbo ac tempestas pacis & verę doctrine: & ecclesię ca-

tholicę acerrimus hostis. Et oēs, qui illius impijs hæresibus adhærent, easq; augent, & amplificant, vt Calvinus, & alij hæretici, qui fide destituti, omniūq; virtutū ornamentis nudati in summa ignominia versantur. Hi oēs, ac impij Turci hostes ecclesię crudelissimi sunt absq; dubio mēbra Antichristi, aduersus quos hoc loco vaticinatur Ezechiel.

Principem capitis Mosoch & Thubal. Hoc est vaticinare contra Antichristum, qui erit princeps principis Cappadocię & Hispanię. Rex Cappadocię, & rex Hispanię Antichristo subijcientur. Nominē capitis intelligitur rex, nomine Mosoch Cappadocia, nomine Thubal Hispania, vt ait Flauius Iosephus libro Antiquitatum primo, & nos supra ostendimus capite. 27. Potest hoc rectè ad Turcorum principem referri, qui modò est princeps capitis Mosoch & Thubal: accipitur autem caput non pro rege, sed pro ciuitate præcipua sedis imperatorię, hoc est pro Constantinopoli vrbe florentissima, quò se transtulit imperator Constantinus Maximus, postquã se ad Christi fidem conuertit, Romamq; ecclesię, summisq; pontificibus donauit. Ciuitas illa Constantinopolis, quę antea Bizantium vocabatur, à Constantino aucta & denominata, fuit quondam caput imperij, cui Mosoch & Thubal, hoc est Cappadocia in Oriente, & Hispania in occidente subiectę erant. Nunc non sine graui orbis Christiani iactura crudelissimi Turcorum tyranni paret imperio. Impius Turcorum imperator eius ciuitatis est princeps, quę olim imperij Christianorum fuit caput. Nam Ammurates impius Turcorum rex, qui vastauit Illyricos & Vngaros, Peloponessum vi cepit, & murum Isthmi Corinthiaci deiecit, Albamq; Vngarię anno à Christo nato 1439. cinxit obsidione, filio Mahumeto regnum reliquit, acerrimo Christianorum inimico. Hic Bulgariam & Rusciam sibi subiecit, Nigropontum in

in deditionem accepit, Moldauiam, & Vualachiam euertit, & Constantinopolim expugnauit, quam modò possident gentes Turcicę nominis Christiani inimicę, aduersas quas intelligi potest hoc Ezechielis vaticiniū. Sed nos primã de Antichristo expositionē sequamur, qui est Turcorū, & aliorū impiorum caput.

Et circumagant te, & ponam frenum in maxillistuis. Hoc est, te coercebo, ne facias, nisi quod ego permiserō. Eodem modo apud Esaiã dixit deus impio Sennacheribo: Ponam circulum in naribus tuis, & frenū in labijs tuis. Et apud Ezechielem nostrū capite. 29. dixit Pharaoni: Ponā frenum in maxillis tuis. Tanta erit Antichristi impietas & immanitas, tot erunt eius flagitia, vt si ei daretur nocēdi ad libitum facultas, totum orbem terrarū penitus deleret & vastaret. Metaphora est sumpta ab equo, quē strenuus ascēsor domat freno, & in gyrum ducit & coercet.

Et educam te, & omnem exercitum tuum. Hoc est, permittam, vt venias cum magno exercitu ad affligendos & probandos Christianos. Volens Antichristus populum Christianorū opprimere, gentes congregabit, & in ordinē rediget: & harum gētū ordinata multitudo appellatur exercitus. Non enim dicitur exercitus multitudo militū, nisi sint dispositi & ordinati. Ordo est digestio, & in suo loco rei cuiusq; collocatio. Tanta est ordinis vis, vt etiam qui ordinem conātur euertere, illud absq; ordine non valeant efficere. Vt lapides, latera, ligna, tegulę, hęc omnia confusè mista, & inordinatim coniecta nō efficiunt domū, cum verò ordinantur, & disponuntur, tunc fit domus, sic hominēs inordinati, vt Socratis vtat similitudine apud Xenophontem, non efficiunt exercitum, cum verò ordine disponuntur, efficiūt. Hoc intelligens Antichristus ad ecclesiasticum ordinē oppugnandum copias ducet ordinatas. Sed eius ordo erit confusus.

Vestros loricos vniuersos. Poterat ita verti

ex hebræo: Indutos omni armorum genere à pedibus ad capita.

Perſæ & Aethiopes. Describit exercitū Antichristi, cui oēs hęc gentes parebunt. Per Persas intelligit Orientales, per Aethiopes meridionales, per Libyes occidentales, per Gomer & Thogorma septentrionales. Ex omnibus his orbis plagis insurgent multi aduersus Christū. Ipse enim lapis est & signum, cui cōtradicitur. Id intuens Esaias de Christo loquens dicebat: Erit vobis in sanctificationem: in lapidem autē offensionis & in petrā scandali duabus domibus Israel. Ad quę verba alludit apostolus in epistola prima ad Corinthios, dicens: Offenderunt in lapidem offensionis. Et iustus ille Simeon apud Lucam: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem mortuorum in Israel, & in signum, cui cōtradicitur. Verum per Gomer intelligunt nonnulli Galatas, per Thogorma Phryges: alij verò Germanos.

Præpara, & instrue te. Hoc est, mea permissione te aduersus fideles instrues & præparabis.

Et esto eis in præceptum. Idest, tu exercitui tuo imperabis, ille autem tibi parebit.

Post dies multos visitaaberis. Tu o Antichriste affliges fideles, sed punieris grauissimè. Visitare in literis diuinis punire aliquādo significat: vt in psalmo: Visitaaberis in virga iniquitates eorū. Et terriodecimo Esaię capite: Visitaaberis super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum.

In nouissimo annorū venies ad terram, quę euerſa est à gladio. Hoc est in fine mundi venies aduersus ecclesiam, quę liberata à tyrannorum gladio, ab impiorū cædibus & calamitatibus in pace & securitate quiescet.

Et congregata est de populis multis. Nā multi ex omnibus mundi plagis in vnā ecclesiam conuenerunt, in qua sunt coadunati. Sequitur: Ad montes Israel. Hęc verba duos possunt sensus recipere. Primus est: Venies ad ecclesiam ex multis gen-

Q 2 tibus

Esai. 37.
Sup. 29.

simile.

Apoca. 20.

Esai. 8.

1. Corin. 1.

Luc. 2.

psal. 88.

Esai. 13.

tibus collectam, mōtibusq; Israelis, hoc est patriarchis insitam & prophetis.

Hoc ideo ait, quoniam populus Gentilicus fidem recepit, quam habuerant antiqui patres: & vt ait in epistola ad Roma-

Roma. II.

nos diuus Paulus, cum oleaster esset, infertus est fractis ramis oliuæ. Cōparauit apostolus populū Israeliticū cum oliuæ

Ieremi. II.

Ieremiam securus, qui illū oliuam vberem, pulchram, & fructiferam vocauit: populum autem Gentilicum cum oleastro, qui nihil habuit dulcedinis ex oliuæ

germana, nisi postquā in eius radicē fuit insitus, hoc est in fidem patriarcharū, & virorum veteris testamēti fide & virtute præstantium, & in eorū locum assum-

Psal. 44.

ptus. Id intuens diuinus psaltes ita alloquitur ecclesiam: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Fides, quam habuerunt sancti veteris testamēti, & quam nos habemus, eadem est: sed illi credebant in

Christum venturum, nos autem in eum quem venisse asseueramus. Eam ob causam ait hoc loco Ezechiel, esse ecclesiā congregatam de populis multis ad mō-

tes Israelis, hoc est ad patres antiquos fide illustres, virtute præditos, & sapientia insignes. Hic est primus huius loci sensus: secundus est hic. Venies ad ecclesiam ex varijs hominum generibus congregatam, & præcipuè venies ad montes Israel, hoc est ad terram sanctā, quæ

fuit sæpe vastata & euersa, & ibi in Christianis impietatem tuam exercebis.

Hæc de populis educta est. Id est, hæc ecclesia Christi fuit de Gentibus vocata, & de earū superstitionibus abducta. Vel sic: Hæc terra Israelis eructur à potestate populo- rum infidelium, priusquam veniat Antichristus, & à Christianis securè possidebitur. Sed in fine mundi ab Antichristo oppugnabitur.

Ascendens autem. Nimirum tu ò Gog, ò Antichriste. Comparat eum cum tempestate ob ferocia verba, & comminationes, quibus homines terrebit: & nubis ob falsam doctrinam, qua homines deci-

piet, & obcecabit. Vel per tempestatem intelligitur crudelitas, per nubem voluptas. Nam ad Christi fidem euertēdam quosdam calamitatibus vexabit, quosdam verò illecebris & delicijs alliciet.

Ascendens sermones super cor tuū. Hoc est, versabis in animo tuo cogitationes: inibis tecum consilium de affligenda ecclesia. Deus illi permittet ecclesiam oppugnare. Ascendere cogitationes in cor alicuius, est phrasis hebræa pro cogitare: Ita apud Lucā: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Si hi cogitatus impij sunt, statim sunt interficiendi. Vt Pharaō non dimisit israelitas, donec primogeniti occisissent, sic si volumus, vt nos dimittat dæmon, oportet nefarios occidere cogitatus, qui primum in corde gignuntur.

Et dices, Ascendam ad terram absque muro. Hoc est ad ecclesiam, quæ tūc erit omniferè humano auxilio destituta. Ac si dicat: Capiam terram, ac si esset oppidum absq; muro & defensione. Vide Antichristi superbiam. Murus vniuscuiq; ecclesie particularis est diligens præsul, iustus & sapiens, qui debet ecclesiam suā seruare, illaq; loco vectis & portæ custodire.

Vt diripias spolia, & inuadas prædam. Spoliabit enim ecclesias, & affliget viros ecclesiasticos. Idem faciūt tyrāni, qui sunt membra Antichristi: virorum piorum diuitias diripiunt, sed perniciem machinantur sibi, alijs autem, quos affligūt, & quorum opes cōmittunt direptioni, coronam tolerantia nescientes cōficiunt. Vt qui versatur in theatro aut circo, vbi

exagitur taurus, si solers est, venienti tauro, atq; in illum inuehenti relinquit pallium in cornibus, ipse verò se vertit in fugam: & hoc modo saluus euadit: sic viri iusti pietatem & charitatem colentes in mundi agonibus & certaminibus relinquunt tyrannis diuitias humanas, ipsi autem incolumes ad Christum confugiunt, dicentes cum apostolo: Propter Christum omnia detrimētum fecimus,

&

& arbitramur vt stercora, vt Christum lucrifaciamus. Veræ tamen Christianorum diuitiæ, quibus eos Antichristus conabitur spoliare, sunt fides, spes, charitas, & cæteræ virtutes. Fortasse per spolia ipsos homines intelligit, qui Antichristo adherentes, eius præda & spolia dicuntur. Nam apud Esaiam ait deus pater: Di-

Esa. 53.

spertiam ei plurimos. Hoc est dabo filio meo seruos multos. Et subiungit statim: Et fortium diuidet spolia. Spolia fortium eos appellat, qui dæmoni seruiebant, & mundo, & carni, quos Christus ab hostibus animæ ereptos distribuit. Nā quosdam, vt ait in epistola ad Ephesios beatus Paulus, dedit apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores. De ijs spolijs ait Christus apud Lucam: Cum

Ephes. 4.

fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Sed quoniam hoc potest ad literā de Turcis intelligi, vt diximus, & ad illos totum hoc rectè referēdum putamus, ideo per hæc spolia opes intelligimus humanas, quas gentes Turcicæ nobis diripuerunt. Et hac in re apertè videmus esse hoc vaticinium adimpletum. Nam oculis nostris aspiciamus, non sine acerbissimo animi dolore ecclesie terras, & Christianorū diuitias esse hodie à Turcis possessas, eosq; populo Christiano magnas clades & strages intulisse. Exigūt hoc peccata nostra, quibus deus infensus nos ab infidelibus veluti fax iustitiæ ministris torqueri permittit. Sed euertētur tamen aduersarij nostri, vt euersi fuerunt Aegyptij, Babylonij, Macedones, Pharaō, Sennacheribus, Nabuchodonosor, & alij huiusmodi tyranni, qui dei populum affligerunt, & magnis calamitatibus lacerarūt.

Luc. II.

Et inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti. Hoc est, dabis operam ò Antichriste, vt Christianos sum-

mis premas calamitatibus: qui Christiani deserti sunt & spoliati à terra sancta, sed postea restituentur, & totam Palestinam à Turcis captam expugnabunt, & securè possidebunt. Colligitur ex hoc diuini vatis oraculo, Christianos expugnatos esse Iudæam, eamq; ab impijs infidelibus erepturos, à quibus nunc tyrannicè possidentur: & ibi incipiendam esse primam Antichristi persecutionem in fine mundi. Sed quoniam verba hæc possunt fortasse alium sensum recipere, nosque de futuris incerti sumus, altero modo literam hanc interpretabimur, pio lectori electionem committentes. Conaberis ò Antichriste Christianos summo vrgere mœrore, & ad æternum vocare exitium: qui ex Gentilitate quondam sterili ad ecclesiam Christi repudiato idolorū cultu venerunt. Hæc Gentilitas est sterilis illa, de qua cecinit regius vates: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Et Esaias: Lauda sterilis, quæ non parit, decanta laudem, & hinni, quæ non parietas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virum. Quem locum diuus Paulus de Christi ecclesia ex Gentibus congregata in epistola ad Galatas interpretatur. Deserta dicebatur Gentium congregatio, quæ seruiens idolis nullos producebat virtutum fructus: vbi autem adhæsit Christo, quem Iudæorum synagoga repudiavit, facta est multorum filiorū mater. Aspicias igitur, eos qui deserti fuerant, & postea sunt restituti Gentiles esse, qui ad ecclesiam conuenerunt. Id explicare volens diuinus vates subdidit: Et super populū, qui est congregatus ex Gentibus. Vbi particula, &, accipitur pro id est.

Qui possidere cepit, & esse habitator vmbilicis terræ. Hoc est, qui populus possessionibus colendis operam dedit, cœpitq; habitare in terra promissionis. Vmbilicus terræ est periphrasis Iudææ, quæ est in medio terræ cōstituta veluti vmbilicus

Psal. 112.

Esa. 54.

Gala. 4.

Qui possidere cepit, & esse habitator vmbilicis terræ. Hoc est, qui populus possessionibus colendis operam dedit, cœpitq; habitare in terra promissionis. Vmbilicus terræ est periphrasis Iudææ, quæ est in medio terræ cōstituta veluti vmbilicus

Q 9 3 in

psal. 73.

in medio corporis. Id intuens Dauid de Christo loquens, Operatus est, inquit, salutem in medio terræ. Antiqui cosmographi diuiserunt terram habitabilem in septem spacia, quæ climata vocarunt, & Hierosolyma est in quarto climate sita. Ex quo concluditur, eam rectè medium & umbilicum terræ appellari. Ibi operatus est Christus salutem, ibi prædicauit, docuit, & miracula edidit, & ibi pro nobis mortuus est. Et inde exierunt primi Christiani, qui per orbem terrarum sanctum Christi euangelium nuntiarunt.

D

Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi: Nunquid ad sumenda spolia tu uenis. Ecce ad diripiendam prædam cōgregasti multitudinem tuam, ut tollas argentum & aurum, & auferas supellectilem atque substantiam, & diripias manubias infinitas. Propterea uaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit dominus deus: Nunquid nō in die illo, cum habitauerit populus meus

E

Israel confidenter, scies? Et uenies de loco tuo à lateribus aquilonis tu, & populi tui tecum: ascensores equorum uniuersi, cætus magnus, & exercitus uehemens. Et ascendes super populum meum Israel, quasi nubes, ut operias terram. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam, ut sciant gentes meæ, cum sanctificatus fuero in te, in oculis eorum à Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruatorum meorum prophetarum Israel, qui pro-

phetauerunt in diebus illorum temporum, ut adducerem te super eos.

Saba & Dedan, & negotiatores Tharsis. Populi sunt, qui Antichristo adhærebunt, & multi alij, qui ob vires & immanitatem leones hoc loco appellantur.

Et diripias manubias infinitas. Manubiæ dicuntur, quæ manu capiuntur ab hostibus. Describit auaritiam & cupiditatem Antichristi, & omnium, qui euangelij ueritatem, & ecclesiam catholicam oppugnant. Poteris per manubias animas intelligere fidelium, Christi uictorijs congregatas, quæ se sunt Antichristo tradituræ.

Cum habitauerit populus meus Israel confidenter. Hoc est, cum populus Christianus, qui est Israel secundum spiritum, recuperata terra promissionis, vitam degerit securè, & terram illam tutò coluerit, tunc ueniet Antichristus à lateribus aquilonis: hoc est à plaga septentrionali: per quam fortasse intelligit Babylo-nem, quæ est ad aquilonem respectu Hierosolymæ, iuxta id quod ait Ieremias: Ab aquilone pandetur omne malum. Poteris per latera aquilonis Scythiã intelligere, quæ respectu terræ sanctæ est ad septentrionem, unde uenerunt Turci, qui sunt membra Antichristi.

Et ascendes super populum meum Israel, quasi nubes. Id est, uenies subito contra ecclesiam quasi nubes atra, quæ surgit insperatò, ex qua statim magna oritur procella totam terram operiens & vastans. Omnia metu implebis, & terroribus & calamitatibus. Erit enim tunc talis tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, nec fiet.

In nouissimis diebus eris. Hoc est, non uenies modò, sed prope finem mundi in ultimis temporibus.

Et adducam te super terram meam. Id est, permittam te venire contra terram promissionis. Terram illam appellat deus suam singulari quadam ratione: quia ibi natus

psal. 23.

Esa. 8.

roma. II.

simile.

natus est, ibi mysteria redemptionis humanæ confecit. Ibi fuit eius mors, reditus ad vitam, & ascensus in cælum. Eam ob causam etsi eius sit omnis terra iuxta id, quod ait diuinus psalter: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in ea: terram tamen promissionis suam appellat. Ideo loquens Esaias cū Christo de illa dixit: Erit extensio alarum eius implens latitudinẽ terræ tuæ à Emanuel. Sed quæres fortasse, cur deus permissurus sit uenturum esse Antichristum, qui tot calamitatibus Christianos affligat. Noli hæc scrutari, nec rationes consiliorum dei, quæ ad te non attinent, curiosè intueri. Et ut uerbis utar apostoli, Noli altum sapere, sed time. Verum deus ideo mala permittit, ut ex illis eliciat bona. Antichristus affliget iustos, sed dabit illis deus gratiã & patientiam, quibus plus mereantur. Conficere monile pretiosum & elaboratum industria ex auro excellenti non est mirum, sed ex uili plumbo efficere purum aurum, hoc est absque dubio mirabile. Ex auro quilibet artifex cōficiet monile, sed ex infimo cupro pretiosum aurum educere, & aureum monile conflare, emblemate pictum, & mirabiliter elaboratum, est alchimia cœlestis. Ita ex bono bonum facere bonum est, sed humanum, at ex uitio depromere uirtutem, hoc est diuinum. Homines ex auro uirtutum efficiunt monilia meritorum, sed aurifex ille, qui ex scelerum plumbo extrahit uirtutum aurum, deus est. Ille ex impiorum sceleribus aduersus iustos admissis ipsorum iustorum elicit gloriã & utilitatem: imò ex culpa nostra elicit commodum nostrum, nam largitur nobis contritionem, & fauore suo agimus pœnitentiam. Incidunt homines in peccata, & ille misericordiam suam ostendit, pœnitentibus flagitia remittens, & iustitiam suam, deiiciens in æternas pœnas obstinatos. Ex nostris malis ingen-tia bona depromit. Ideo ait Augustinus:

Deus adeò bonus est, ut non permitteret malum, nisi præuidisset, posse inde aliquod elicere bonum. Permittet ut Antichristus varijs tormētis urgeat uiros pietate & charitate præstantes, ut eorum firmitudo clariùs elucescat, & eorum gloria magnificentius illustretur. Beati, inquit dominus, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipso rum est regnum cœlorum. Vnde diuus Paulus, Persecutionem, inquit, patimur, & sustinemus. Et rursus: Id quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Ut sciant Gentes me. Hoc est, ut sciant fideles me esse deum iustum & potètem, cum te interfecero. Tunc deus iustitiam & potentiam suam declarat, cum asperam alicuius impij tyrannidem euerit, illumq; ad pœnam & cruciatum rapit.

Cum sanctificatus fuero in te. Id est, cum me sanctum ostendero te occidendo, & exercitum tuum tecum ad æternum excidium relegando. Tu à Antichriste, o hostis immanis tanquam leo furore incitatus ad Christianorum meorum cædem rapieris. Sed ego ex tuo ore ac faucibus fideles illos meos eripiam, qui uoluerint in fide permanere, teque insigni supplicio coercebo, & illustria iustitiæ meæ documenta constituam: qua in re sanctus ac potens apparebo: ut qui fuerint in fide & charitate constantes, gaudio afficiantur, & ad colendum diuinum numen ardentius excitètur. Aspicias hoc loco celebriorem esse apud homines domini gloriã, cum impios homines, omnibus sceleribus coopertos punit, & in gentibus opprimit calamitatibus. Cum deus impium Pharaonem obruit in mari, adhibuerunt ei Israelitæ cultus & honores, agentes ei gratias, eiusq; sanctissimum nomen hoc carmine celebrantes: Cantemus domino, gloriosè enim magnificentus est, equum & ascensorem dei eiecit

Ecclesi. 36.

Psal. 9.

Psal. 9.

Dan. 7. 8. 9.

Num. 24.

in mare. Ideo aiunt deum fuisse gloriose magnificatum, quia impium tyrannū deiecit in mare. Ecclesiasticus etiā deū in hunc modū alloquitur. Glorifica manum, & brachium dextrum: excita furorem, & effunde irā: aufer aduersariū, & afflige inimicum. Et de ipsius Antichristi supplicio ait psalmographus: Cognoscetur dñi iudicia faciēs, in operibus manuum suarū cōprehensus est peccator.

In manu seruatorum meorum prophetarum Israel. Hebraismus est: id est, per seruos meos diuinos vates. Multis enim in locis vaticinati sunt de Antichristo. Dauid psalmo nono, & multis alijs. Daniel capite septimo, octauo, nono, Esaias, Ieremias, & alij varijs in locis. Libro Numerorum capite. 24. vbi nostra versio habet: Tolle tur propter Agog rex eius, & auferetur regnum illius, habet translatio septuaginta: Exhibit homo ex semine eius, & dominabitur gentibus multis, & exaltabitur p̄soch regnū eius. Quæ verba diuus Hieronymus de Antichristo interpretat̄. Et pro p̄soch legit ille Gog. Ita fortasse erat in eius codice.

Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terram Israel, ait dominus deus: Ascēdet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram Israel: & commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestia agri: & omne reptile, quod mouetur super humum, cunctiq; homines, qui sunt super faciem terræ. Et subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait dominus deus. Gladius vnus cuiusq; in fra-

Matt. 24. c.
Luc. 21. 6.

trem suum dirigeretur. Et iudicabo eum peste & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immēsis. Ignem & sulphur pluam super eū, & super exercitū eius, & super populos multos, qui sunt cum eo. Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia ego sum dñs.

Et erit in die illa. Prædicit deus se esse grauiter puniturum Antichristum.

Commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli. Vtitur ea orationis exornatione, quam rhetores Græci ὑπερφωλιμ, Latini superlationem vocant. Ea vtuntur aliquando diuini vates ad vim & impetum iræ diuinæ ostendendū & exaggerandum. Ad hunc modum ait Dauid: Commota est, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis. Et Esaias ita deū loquentem inducit: Cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum. Poteris per pisces maris homines intelligere, mūdi negotijs irretitos, & pestilentibus voluptatibus deditos: per volucres cœli vanos, & superbia elatos: per bestias agri voraces, & ventri obedientes: per reptilia cupidos, & avaritiæ seruos. Et quia solent diuini vates interpretari ea, quæ obscuris verbis proponūt, & ea, quæ sunt explicatu difficilia, verbis alijs apertis explanant, subdit statim: Cunctique homines, qui sunt super faciē terræ: innuens se per hęc animalia rationis expertia homines significare maculis scelerū cōtaminatos, qui nō homines appellari merentur, sed ferē. Nec est mirū nomine brutorū homines intelligi, nam in Actis apostolorū fuit vas brutorum animalium diuo Petro ostensum, per quæ homines significabantur. Et in euangelio Iudæi genimina appellātur viperarū:

Et subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis

Psal. 17.

Esa. 13.

Act. 10.

Matt. 3.

Luc. 3.

simile.

1. Corint. 8.

1. Corint. 13.

Esa. 33.

Psal. 7.

omnis murus corruet. Per montes intelliguntur magnates & eloquentes, quos Antichristus decipiet, per sepes & muros cōcionatores elati, & p̄sules vani, qui gloriatur se esse ecclesiæ defensores, & mūdi scientia & eloquentia ornatos. Multi ex his relinquunt Christū, & Antichristo adhærebunt. Superbi eloquentes tradēt se Antichristo, sed humiles in charitate fundati, in fide & virtute permanent. Vt es plus tinnit quā aurū, & longius auditur, cū tamen aurum multo sit præstantius: sic eloquentia cum scientia coniuncta longius sonat, quā humiliteras cum charitate copulata, cū tamē huiusmodi humilitas multo sit illustrior & præstantior. Sciētia, inquit apostolus, inflat, charitas ædificat. Et rursum: Si linguis hominum loquar, & angelorū, charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalū tinniens. Cōcionator superbia elatus tinnitu suo longius sonat, sed humilis Christianus maioris est pretij.

Et conuocabo aduersum eum in cunctis montibus meis gladium. Hoc est in terra Israelis quæ magna ex parte montosa est, aduersus Antichristū, eiusq; sectatores supplicia excitabo. Verba sunt dei seueritatē iustitiæ suæ declarātis aduersus impios, eosq; ad internecionem redacturum esse promittentis. Conabitur Antichristus ecclesiam dei euertere, & ad excidiū & vastitatē vocare: sed illum impia flagitia, cædesq; tetras anhelantem, & infinitam hominum multitudinē opprimētē conteret deus, illū summis vrgebit calamitatibus, & ad æternos inferorum cruciatus tādē relegabit. Pestis, quā alijs machinabitur, in eius caput redūdabit: iuxta id quod dixit Esaias: Vx qui prædaris, nonne ipse prædaberis? Et Dauid: Lacum aperuit, & effodit eū, & incidit in foveā, quam fecit: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticē ipsius iniquitas eius descendet. Nihil sceleris, nihil fraudis prætermittet Antichristus,

vt homines seducat, & à veritate auertat: atq; in homines pios summam exercebit tyrannidem & immanitatem. In sano furore, & cæco impetu debacchabitur, sed ipse miser peribit, & suorum flagitiorum pœnas dabit, & impietas, quæ illum ad aliorum exacuet perniciem, eum perdet, & ad cædem, ignominiam, & æternum exitium adducet.

Gladius vnus cuiusq;. Mortuo Antichristo pugnabunt eius sectatores cōtra seipfos, mutuis se vulneribus interficientes. Præterea puniet eos deus peste sæuiente, & procella horribili: & mittet in illos fulgura & sulphur: & ita suorum scelerum iustas pœnas persoluent.

Et magnificabor, & sanctificabor. Hoc est, & tunc ostendam esse me magnū & sanctum, cū me viderint homines piorū & impiorum habere rationem, & impium immanissimi tyranni furorem terribili supplicio coercere. Interficiā Antichristum, eumq; cum sectatoribus suis in barathrum obscurarum tenebrarum projiciam, vbi omnes illi æternis cruciatibus torquebuntur. Loquens diuus Paulus de Antichristo in epistola secunda ad Thessalonicenses ait non venturum esse diē vltimi iudicij, priusquam veniat Antichristus, cuius ad literam hæc sunt verba: Quoniam nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super omne, quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat, ostēdens se tāquā sit deus. Beatus Gregorius in Moralibus locū illū Genesis: Fiat Dan coluber in via, de Antichristo interpretatur: aitq; nōnullorū sententiā esse Antichristum esse de tribu Dan processurum. Hanc sententiā sequit in quarta parte theologali diuus Antoninus, asserens Antichristū futurū esse de tribu Dan. Ideo diuū Ioannē in Apocalypsi, vbi agit de numero signatorum, de quibus dixerat angelus: Nolite nocere terræ, & mari, nec arboribus, quo

2. Thess. 2.

Genes. 49.

Apoca. 7.

adusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum, numeratis tribubus Israelis de tribu Dan nullam fecisse mentionem. Ait etiam ibi diuus Antoninus, Antichristum ædificaturum esse Hierosolymæ quoddam templum, in quo poneret folium suum, asserens se esse deum, & Messiam in lege promissum: & attracturum esse ad se homines terrore tormentorum, promissione diuitiarum & voluptatum, & operatione falsorum miraculorum. Et duraturam esse prædicationem eius tribus annis cum dimidio, iuxta id quod ait Daniel capite duodecimo, & Apocalypsis duodecimo. Vincētius in Speculo historiali ita ait: Antichristus circa finem mundi nascetur in Babylonia ex viro & muliere, sed concepto & animato, vt ait magister in historia scholastica descendet diabolus in vterum matris ad implendum illum omni malitia, vtens eo vt vase suo. Hæc ille. Et si angelus bonus detur ei ad custodiam, vt alijs hominibus datur à deo iuxta beati Thomæ in prima parte sententiam, postquam tamē inceperit vti malitia, nullum effectum custodię in eo obstinato exercebit. Hic Antichristus, vt ait Vincentius, cum venerit Hierosolymam, circumcideretur, & illum Iudæi vt Messiam recipient, & venerabuntur. Id significauit illis Christus dicens apud Ioannem. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Ait diuus Gregorius, & habetur de Consecratione distin. iij. cap. Peruenit præcepturum esse Antichristum, vt dies sabbati, & dies dominica ab omni opere custodiatur: dies sabbati propter Iudæos, dies dominica propter seipsum, affirmabit enim se esse post mortem die dominica ad vitam rediturum. De illo ait ita apostolus in epistola ad Thessalonicenses secunda. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduen-

Danie. 12.
Apoc. 12.

Ioan. 5.

2. Thess. 2.

tus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs. Vbi accipitur virtus pro vi & potentia diaboli, qua Antichristus signa magna efficiet, quibus multos perdet. Et quemadmodum leo *simile.* prospicit ex insidijs, si qua se offerat præda, sic ille nihil aliud dies noctesque machinabitur, quam quomodo homines decipiat, seque possit illorum sanguine satiari. Postremò tamē ipse spiritu oris Christi interficietur. Id prædixit ijs verbis Daniel: Sine manu conteretur. Et Esaias: Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Zacharias propheta vocat Antichristum pastorem stultum & idolum. Quæ maior potest esse stultitia, quam seipsum & alios perdere? Quam ob causam eum apostolus filium vocat *2. Thess. 2.* perditionis. Et quis potest veriùs appellari idolum, quam ille, quem cæci & impij homines colent vt deum, & diuino cultu venerabuntur? Eum euangelistæ vocant abominationem, & desolationem: & in diuersis sacræ scripturæ locis appellatur percussor, persecutor, bestia, iniquus, superbus, aduersarius, fur, pseudo propheta, immundus, impius, fraudulentus, inimicus, semen pessimum, fera singularis, & hoc loco apud nostrum Ezechielem Gog, eiusque sectatores Magog.

simile.

Danie. 7.
Esa. 11.
Zach. 11.

2. Thess. 2.

Annotations ex hebræo in caput. XXXVIII.

Venies ad terram, quæ reuersa est à gladio. Pro quæ reuersa est, est in hebraico: משובבת mexobeberth, à verbo שׁוּב quod significat reuerti, auertere, eripere, quiescere, conterere. Ex hac significatione varietate fluxit interpretum varietas. Noster translator vertit: Quæ reuersa est. Pagninus: Ad terram contrita gladio. R. Dauid: Ad terram ereptam à gladio. Pagninus

Pagninus respexit ad terræ vastationem & calamitatem, R. Dauid ad eius liberationem. Potest verti: Ad terram, quæ quieuit à gladio. Significare autem verbū hoc auertere, indicat locus ille psalmographi: Auertisti captiuitatem Iacob. Qui poterat rectè verti: Eripuisti captiuitatem Iacob. Hoc est, liberaisti à captiuitate babilonica Hebræos. Sed cum in illo psalmo multa dicantur, quæ historię de re ditū à Chaldæa non conueniant, sed humanæ redemptioni, interpretantur illū viri doctissimi de liberatione à tyrānide diaboli, & peccati seruitute. Illud etiā psalmographi: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, potest transferri: Quiesce anima mea in tranquillitate tua, quia dominus reddidit te tibi. Ac si dicat: Cum antea ob admissa scelera non esses tua, sed corporis, cui obtemperabas: corporis voluptate oblectabar: eius quærebam requiem, cui te subieceras: at nunc delecta re gaudio spirituali, oblectare gaudio tuo, quoniam iam es tua, quoniam dominus reddidit te ipsam tibi, liberans te à peccato: quiesce igitur in requie tua: seu conuertere in requiem tuam.

psalm. 84.

psalm. 115.

Quasi tempestas venies. In hebraico est: כַּחַשׁ בַּצָּפוֹן venies. Dicitio est deriuata à verbo xoah, quod significat desolare, vastare, sonare, impetum facere. Vnde Pagninus vertit: Veluti multitudo aquarum. Alij transferant. Tāquam inundatio aquarum repente venietium cum impetu. Potest verti: Venies tanquam desolatio, aut vastatio. Significat hoc nomen idem quod xoon, pro quo Latinus interpres vertit aliquando miseriam, vt in psalmo. 39. Eduxit me de lacu miserię, & de luto facis. Quod potest transferri: Eduxit me de lacu strepitus, seu sonitus, seu inūdationis. Hoc est, extraxit me de cisterna, in quam aquæ inundantes & vehementes cum impetu magno descēdebant. Ac si diceret: Eripuit me deus à plurimis & vehementif-

psalm. 39.

simis calamitatibus, quæ vi dolorum & molestiarū me obruebant. Describit impetum & magnitudinem ærumnarum, quibus esset penitus submersus, nisi eum deus mirabiliter liberasset.

Negotiatores Tharsis. Septuaginta transtulerunt: ἑμποροὶ καρχηδοῖοι. Hoc est, mercatores Carthaginenses. Quidā vertunt: Mercatores maris. Dicitio Tharsis significat mare, & Carthaginem, & alia, de quibus supra disseruimus in annotationibus in primum caput, verba illa exponentes: Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris.

Argumentum capitis. XXXIX.



Vaticinatur aduersus Gog & Magog, qui eos, qui fuerint in fide Christi constantes, tolerantia rerum humanarū muniti, & virtutibus denique omnibus veluti mœnibus septi, oppugnabunt, sed non expugnabunt: quoniam viri iusti eligent de ciuitate, imò de vita potius, quam de veritate dimoueri. Describit acerbissimum impiorum interitum, qui honestate contempta se corporis voluptatibus tradunt, dei, hominumque iura peruertunt, & in cacas tenebras eadem proiciuntur. Idem serè est huius capitis ac superioris argumentum.

Caput. XXXIX.



V autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices: Hęc dicit dominus deus: Ecce ego super te Gog principem capitis Moloch & Thubal. Et circum-

A

agam

Apo. 20. agam te, & seducam te, & ascende re te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te super mōtes Israel. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua eijciam. Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum. Feris, auibus, omni que volatili cœli, & bestijs terrę dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades, quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et immittā ignem in Mago, & in ijs, qui habitant in insulis cōfidenter, & scient, quia ego dominus. Et nomen sanctum meū notū faciam in medio populi mei Israel: & non polluam nomen sanctum meum amplius: & scient gētes, quia ego dominus sanctus Israel. Ecce venit, & factum est, ait dominus deus. Hęc est dies, de qua locutus sum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculos manuum, & contos: & succendent ea igni septem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, nec succident de saltibus, quoniam arma succendent igni, & depraedabuntur eos, quibus praedafuerāt, & diripient vastatores suos, ait dominus deus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, vallem viatorum ad orientem maris, quę obstupescere faciet praetereuntes.

EXPLANATIO.

V. Atcinare aduersus Gog. Quid intelligatur per Gog & Magog, diximus capite superiore, vbi etsi multas attulimus expositiones, eam tamen praecipuē secuti sumus, quę videtur literę accommodatior, & diuini vatis proposito conuenientior, vt per Gog Antichristum, per Magog eius sectatores intelligeremus: etiamsi fateamur posse per Gog & Magog principem Turcarum significari, & tyrannos alios, ac hæresiarchas cum sequacibus suis, qui omnes sunt Antichristi membra. Eorum animi caligine flagitiorum obducti diuinę iustitię seueritatem non intuentur, cuius contemplatione solent homines a sceleribus detereri, & ad virtutem excitari.

Ecce ego super te. Subaudi, venturus sum, vt te perdam. Hebraismus est in diuinis literis non infrequens.

Principem capitis Mosoch. Hoc fuit explicatum capite superiore.

Circumagam te, & educam te. Idest, coercebo te in gyro freno seueritatis meę, & educam te de terra aquilonis. Permittā, vt de aquilone ad oppugnandam ecclesiam educaris. Ita nostra hac memoria permittit deus oppugnari ecclesiam suā a Luthero, Munstero, Caluino, & alijs huiusmodi pestibus, qui cum nihil aliud molirentur, quàm extinguere veritatē, se tamen veritatis esse assertores iactabundi gloriabantur. Vt in pharmacopola officina & miropolio inter alia vasa sunt nonnulla ornata literis medicamentū aliquod salutare illic inclusum significationibus, cum tamen nihil præter toxicum contineant, & remedium aduersus venenum præferentia, sunt plena veneno: sic hæretici, sapientes falsi fingunt se esse virtute præditos, & sapientia ornatos, cum sint nefarijs sceleribus imbuti, & pestilentibus hæresibus cōtaminati, & omni vera sapientia destituti. Et vt verbis vtar diui Pauli, repleti sunt omni iniquita-

simile. iniquitate; malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, contentione, & dolo. Itaq; non docent virtutes, sed vitia. Et quāuis virtutes docerent, nihil hoc prodesset illis, cum id quod verbis docerent, operibus destruerent. Vt saltandi magister nō poterit cōmodē discipulos suos verbis instruere; nisi ipse ludum saltatoriū ingrediatur, & saliat ac tripudiet: sic qui se magistros venditant virtutū, debent eas exercere, & operibus instruere, eaq; actis efficere, quę verbis alios docent. Exeant ad circum, exerceant tripudium virtutum, & ita plus operibus proficient vno die, quā verbis multis annis, si facta discrepant a verbis. Oleum perdunt & operam plerunq; qui honestatem in ore continent duntaxat, in corde verō & manibus impia flagitia. In huiusmodi magistros inuehitur apostolus ijs verbis in epistola ad Romanos: Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandam, mœcharis. Et Christus deus noster apud Mathæum: Hypocrite bene prophetauit de vobis Elaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longē est a me. Huiusmodi sunt hæretici, quos deus permittit, vt ab Aquilone hoc est a Germania, vbi natus est Lutherus, venirent, vt asidigerent ecclesiam. Illis verba hæc dei per Ezechielem conueniant, etiam si propriē, vt dixi, ad Antichristum referantur, cui deus ait: Educā te, vt subaudiatur, de terra aquilonari. Vel, Educam te in gyrū, cohibens tuam depravatam voluntatem duritia fræni, ne indomitæ tuę cupiditates, & effrænatæ libidines longius dilatētur, sed seueritate diuinę iustitię contrahantur. Paucis enim annis regnabis, quoniā ego te interficiam, & telam tuorum scelerum, & vitæ tuę concidam. Quidam codices habent pro educam te, seducam te. Ac si dicat deus: Permittam, vt seducaris. Ad id enim furoris & insanix perducetur

Antichristus, vt deum cōtemnat, & pro nihilo putet, & perpetuam sibi scelicitatem polliceatur. Nullam existimabit tam esse alicuius potētiam, quę illum valeat de suo florente statu dimouere. Id intelligens psalmographus ita de illo varicinatus est: Non est deus in conspectu eius, inquinatę sunt vię illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo. Non mouebo a generatione in generationem, sine malo. Hęc vltima verba, sine malo, suspensa manent, nisi illis adiungas verbum ero, vt sit eclipsis figura in diuinis literis frequens. Quasi dicat Antichristus. Tanta firmitudine & perpetuitate roboratus sum, vt nihil me possit dimouere: semper ero sine malo, hoc est sine dolore & calamitate. O cæcum hominis furorem, o caliginem stupendam! Cum omnia corporea sint fluxa & caduca, & homo sit bulla, & omnis caro scelerum, audebit Antichristus se æternam appellare, & perpetuam sibi vitę prosperitatem polliceri.

Ascendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te super montes Israel. Hoc est, venies a regione septentrionali ad Iudæā, quę montibus abundat. Poteris per mōtes Israelis vitos intelligere fide insignes, virtutumque altitudine præstantes. Nihil est enim excelsius virtute, nihil illustrius & sublimius. Nesciunt plerique mortales, quantam celsitatem virtus habeat, nomen virtutis tantum vsurpant, quid ipsa valeat, ignorant. Virtus in horribili procella tranquilla est, in te nebris lucet, pulsa loco non dimouetur, quantò humilior videtur, tantò altior apparet. Nihil tam altum natura constituit, quod possit cum eius altitudine comparari. Hęc est, quam solam Stoici satis esse dicebant ad bene beateque viuendum. Sed illi vmbra quādā virtutis videbant, ipsam autem veram virtutē non intuebantur. Nam non est vera virtus, vt

ait Augustinus libro quarto de ciuitate dei, nisi que ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius non est. Sed virtutis altitudinem illi non aspiciunt, quorum cogitatio est in terram prona, humiq; defixa, de quibus ait diuinus psaltes: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Seneca solo lumine naturali, aut Christianorum confortio, aut utroque illustratus ait epistola. 88. Virtus extollit hominē, & super astra mortales collocat. Et tragœdia nona: Nunquam stygias fertur ad umbras inclita virtus. Et Sallustius in proœmio de bello Catilinario: Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parat. Et Virgilius libro Aeneidos sexto: Iupiter aut ardēs euexit ad æthera virtus. Tanta est virtutis altitudo, ut non solum Christiani eam lumine fidei & doctrinæ aspiciant, sed etiam nonnulli ex infidelibus & indoctis eam quodammodo intueantur. Hęc est quæ hominem etiã in vita mortali fert in cœlum, eius animum à rerum caducarum cogitatione abducens, & ad altissimam rerum diuinarum transferens contemplationem. Vnde diuus Paulus aiebat: Conuersatio nostra in cœlis est. Sed virtus hæc, de qua loquor, quæ hominē rapit in cœlum, est cum illa charitate cōiuncta, quæ, ut verbis utar Augustini, est rectissimi animi affectio, qua diligitur deus propter se, & proximus propter deū. Hęc est virtus, ad quam debemus aspirare, & in cuius actiones debemus incumbere. Danda opera est, ut appetitus pareant rationi, eamque nec ob cœcum impetum præcurrant, nec ob ignauiam deferant, sintq; ab omni turbulenta animi perturbatione alieni: ex quo eluceat animi tranquillitas & moderatio.

Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua. Hoc est, omnem potentiam tuam labefactabo, & penitus euertā. Poteris per arcū & sagittas dolos Antichristi intelligere. Solent sagittarij arcum manu sinistra tenere, sagittas verò dextera. Si ve-

rò illis arcum auferas & sagittas, omnē illis auferas potestatem. Impij autē, quorum cogitationes nihil nisi pestem alijs & perniciem moliuntur, cum sagittarijs comparantur. Ideo ait in psalmo regius vates: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in occulto rectos corde. Sed ab omnibus his sagittis sumus dei armis liberandi, & scuto fidei protegendi. Id intelligens diuus Paulus in epistola ad Ephesios, Propterea, inquit, accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo. Diem malum vocat tempus calamitatum & tentationū. Et paulo post: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Feris, auibus. Mortuo Antichristo, eiusque populo, manebunt cadauera insepulta, sed in ventribus ferarum & auium sepelientur. Intuere dei iudicia, & mundi vicissitudines & varietates. Ille, qui potens erat, & magna satellitū caterua comitatus, qui mundum terreat, & quasi cestro, impetu scelerū absq; vilo metu ad omnia maleficia incitabatur, corruit ignominiosē, & fuit à deo interfectus, & eius cadaver factū est auium & ferarum alimentū. O mirabilem, & breui tam celerem & tam variā mūdi cōmutationē: Cū se viderit in illustri dignitate, ut mundi fert opinio, cōstitutū, omnē virtutē conabitur extinguere, & Christianæ religionis splendorē maculare: & rei publicæ ac sibi ipsi perniciē machinabitur. Nec mirū, cū ad rēpublicā gubernandā ingressurus sit absq; consilio: cū enim futurus sit omni sapientia destitutus, consequens est, ut consilio etiã destituatur. In Prouerbijs ait ita Salomō: Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Ut dux qui præliū difficile absq; armis ingreditur, faciliē corruit: sic qui absque consilio rēpublicam gubernandam capessit, faciliē seipsum perdit, & in dedecus perpetuum incurrit. Pote-

psal. 73.

Luc. 8.

psalm. 73.

Genes. 3.

1. Pet. 5.

psal. 96.

Rom. 4.

ris per has bestias dæmones intelligere, de quibus dicitur in psalmo: Ne tradas bestijs animas cōfidentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Similiter per volucres, de quibus ait Christus in euangelio: Aliud semen cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Vbi per volucres dæmones significantur, quos diuina scriptura in psalmo populos Aethiopum vocat: hoc est coruos, & cæteras aues nigredine affectas, ita dicens: Tu confregisti capita draconis, disti eum escam populis Aethiopum. Quibus verbis voluit significare impios Aegyptios in mari rubro obrutos dæmonum fuisse prædam & pastum. Cibus diaboli peccator est, iuxta id quod ei dixit deus: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Est enim perspicuum, in literis diuinis nomine terræ impios significari. Hos dicitur diabolus deuorare, cū illis persuadet, ut se vitijs lethalius contaminent: iuxta id quod ait diuus Petrus: Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

Et immittam ignem in Magog, & in ijs qui habitant in insulis confidenter. Hoc est, Ego immittam fulmina in populum Antichristo adhærentem, & in omnes illos, qui cū sint varijs periculis expositi, & maris mundi fluctibus exagitati, degunt tamen in stulta quadam securitate, fiduciam suā in Antichristo figentes. Quem admodum per continentem & terram firmam intelliguntur iusti, ita per insulas, & insularum cultores intelliguntur impij & scelerati. Ita intelligitur locus ille psalmographi: Dominus regnavit, exaltet terra, lætentur insule multe. Ac si diceret: Christus deleuit diaboli tyrannidem: mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram, & regnat in orbe terrarum, & occisurus est Antichristum: eam ob causam gaudio exaltet non solum iusti, sed

peccatores. Mittet enim ignem aduersus Magog, nouissimis tēporibus, priusquam è cœlo descendat ad iudicia exercenda. De eo igne loquitur eodem psalmo propheta, dicens: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Per hunc ignem intelliguntur fulmina, quibus Antichristus perterrebitur, & interficietur: vel vis & potestas, qua Christus in Antichristum, eiusque sectatores vteretur.

Et nomen sanctam meum notum faciam in medio populi mei Israel. Subaudi, cū impios puniero. Ideo psalmographus. Cognoscetur dñs iudicia faciens. Quod autem sequitur: Et non polluam nomē sanctum meum amplius, hunc habet sensum. Non permittam, ut homines amplius de me detrahant, quod Antichristum non puniam. Eius blasphemias coercebo, eumq; ignominiosē interfectum ad pœnas æternas relegabo.

Quia ego dominus sanctus Israel. Id est, sanctificans Israelem. Ita Esaias: Blasphemauerunt sanctum Israel, id est eum, qui sanctificat Israelem. Et rursus: Redemptor noster dominus exercituum: nomen eius sanctus Israel.

Ecce venit, & factum est. Præterita pro futuris. Sensus est: Id quod futurum vaticinor, ita certum est, ac si iam venisset, & factum esset.

Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & comburent arma. Hoc est, mortuo Antichristo, eiusque exercitu interfecto, egredientur verè Christiani habitatores ciuitatum ecclesie, & accipient hostium mortuorū clypeos, hastas, arcus, & cætera arma, eaque igne comburent. Tanta autem erit armorū copia, ut multo tēporis spatio non sit illis necesse ligna succidere ad cōburendū: ea enim pro lignis sufficiēt. Quod autem ait: Succedet ea igni septē annis, ponitur tēpus certū pro incerto. Est enim numerus septenarius Hebræis familiaris propter diē septimū, quē obseruat. Volēs Esaias significa-

re, tam admirabile futuram esse Hierosolymam virorum paucitatem ob cladem Iudaeorum, ut multae viduae apprehenderent virum unum, quem vix possent inuenire, dixit: Apprehendent septem mulieres virum unum. Vbi septem mulieres pro multis ponuntur. Et rursus: Lux solis erit septemplex sicut lux septem dierum. Explicans Ieremias Hierosolymam calamitatem & Hebraeorum interitum, Infirmata est, inquit, quae peperit septem. Ac si diceret: Oppressa est Hierosolyma mater multorum virorum, qui in praelio corruerunt. Mulier cum filiis augetur, dicitur corroborari, cum autem eos amittit, infirmari. Id quod est in Genesi: Omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur, hunc habet sensum. Qui Cain interfecerit, multiplici poena multabitur, & perfecte punietur. Non quod septies puniatur, cum nec his deus iudicet idem, sed perfecte castigabitur. Quae admodum dicitur in psalmo: Argentum igne examinatum, purgatum septuplum. In oratione Annae, quae fuit capiti secundo libri primi Regum mandata, ubi communis versio habet: Sterilis peperit plurimos, est in hebraico: Sterilis peperit septem. Vbi aspicias accipi numerum definitum pro indefinito. Eodem modo arbitror intelligi Prouerbiorum illud: Septies in die cadit iustus. Et illud euangelij: Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Quibus Petri verbis respondit Christus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Ac si diceret: Non solum sepe dimittes poenitenti, sed quoties peccauerit. Nec obstat id, quod deus dixit per Amos prophetam: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eam. siue, ut potest verti ex hebraeo, non parcam ei. Ac si diceret: Quoniam Damascus ter & quater, hoc est septies incidit in scelera, quoniam sepe flagitia committit, non ea illi condonabo: nam apud Matthaeum agit de poeniten-

te, apud Amos autem de peccatore obstinato nullum faciente finem peccandi. Huiusmodi erat Syria, cuius caput erat Damascus, de qua loco illo deus per suum diuinum vatem loquebatur. Sed tanta est dei misericordia, ut si bene aduertas, verbis illis, quibus Syris supplicium minabatur, eos voluit excitare ad poenitentiam, ut illis ad seipsum conuersis flagitia condonaret. Sed ut eodem, vnde digressa est, redeat oratio, his verbis vult Ezechiel significare, post Antichristi interitum fore multis diebus in ecclesia tam mirabilem pacem, ut arma comburantur. Et licet hoc possit recte de pace corporis intelligi, ego tamen existimo esse potius ad pacem spiritus referendum. Eodem modo Esaias volens significare fore, ut tempore Messiae magna esset spiritualis tranquillitas, ait, conflandos esse gladios in vomeres, & lanceas in falces. Et psalmographus: Venite, & videte opera domini, quae posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terrae: Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igne. Quibus verbis dulcissimam illam animi pacem praedixit, quam hominibus attulit Christus, quae ab illis solum cognoscitur, qui iustitiam colunt & pietatem, & Christianam religionem amplectuntur. Arma daemonis, mundi & carnis, sunt tentationes, dolus, spes diuitiarum, & honorum, & pestilentium voluptatum, quibus animae hostes nos vndique oppugnare contendunt. At illa debemus illo diuini amoris igne comburere, de quo ait dominus apud Lucam: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? Hanc esse existimo germanam huius loci interpretationem. Antiqui Iudaei huius loci Ezechielis explanatione asseruerunt se esse calamitosos, & varijs acerbisque aerumnis oppressos, & hanc suam calamitatem esse mille annos duraturam ab euersione Hierosolymae per Titum, illis autem finitis veterum esse Messiam, qui

qui eos eriperet a Gog & Magog, & ad pristinam felicitatem reuocaret. At vanam esse & committiam hanc eorum spem, & falsam interpretationem, clarius est luce meridiana, cum sit apertissimum ab illa Hierosolymae euersione ad hanc vsque aetatem mille quadringentos nonaginta & quatuor annos interfuisse. Currit enim nunc annus a virginis partu milesimus quingentesimus sexagesimus septimus. Hierosolyma autem fuit euersa anno domini septuagesimo tertio iuxta Eusebii sententiam de temporibus, & caeterorum, qui Romanorum gesta cum annorum memoria literis mandarunt. Eam ob causam alij hoc corrigere volentes, dixerunt hos mille annos numerandos esse non a Tito imperatore, sed ab Hadriano, qui idolum in loco templi Hierosolymae collocauit. Sed hoc est plane falsum, cum sit perspicuum absque dubio Hadrianum migrasse e vita anno ceteresimo quadagesimo a Christi natali die, ut asserit Eusebius de temporibus, & constat ex historijs, & certissima annalium computatione. Ex quo concluditur, ab eius interitu vsque ad nostra tempora praeterisse annos mille quadringentos viginti septem, & ex consequente vanum esse, et plane comentitium id, quod Hebraei veteres de ereptione sua a Gog, & Magog per Messiam suum, quem miseri expectant, praedixerunt. Intelligitur ergo per Gog Antichristus, quem Christus interficiet, & per Magog populus deceptus, Antichristi sectator. Sed insurgit hinc non parua difficultas. Nam nonnulli doctores catholici aiunt post Antichristi interitum, post eius persecutionem, quam dicunt esse tres annos cum dimidio duraturam, vsque ad quadragintaquinque dies futurum esse diem ultimi iudicij: hos autem quadragintaquinque dies dandos esse a deo, ut illi qui fuerant ab Antichristo decepti, locum habeant, & tempus poenitendi. Et hoc colligunt ex dictis Danielis prophetae

capite duodecimo. Cum autem hic dicat Ezechiel futuros esse post mortem Antichristi annos septem eximia pacis & quietis, & per septem multi intelligantur, videtur esse inter hos duos loco repugnata. At dicendum existimo in utroque loco poni numerum certum pro incerto. Nam si aperte ex scripturis constaret, futuros esse praecise & determinate quadragintaquinque dies ab Antichristi morte vsque ad diem iudicij, scirent homines diem illum post Antichristi mortem, imò incipiente eius persecutione, quae duratura est tres annos cum dimidio: atqui hoc repugnat verbis Christi dicentis: De die autem illo & hora nemo scit, nec angeli caelorum, nisi solus pater. Imò veniet dies ille insperatus & repentinus, ut dominus loco illo asseruit. Hoc etiam asserit diuus Paulus in prima ad Thessalonicenses, dicens: Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint: Pax & securitas, tunc repentanus ei superueniet interitus. Ego existimo locum illum Danielis esse explicatum difficilimum, nec ex eo colligi aperte id, quod nonnulli dicunt de illis quadragintaquinque diebus ab Antichristi morte vsque ad ultimi iudicij diem. Non enim sequitur post Antichristi obitum erunt quadragintaquinque dies, ergo non plures, sed statim immediate sequetur vniuersale iudicium. Praeterea non constat, sint ne dies illi naturales, an annuales instar illorum, de quibus deus dixerat nostro Ezechiel capite quarto: Diem pro anno dedit tibi. Fortasse accipitur dies pro mense, aut pro hebdomada. Sed quoniam haec, de quibus varicatur diuinus vates, futura sunt, & obscure ab eo dicuntur, & de huiusmodi rebus incertum sumus, nihil audeo temere affirmare: praesertim cum eodem capite duodecimo, ubi Daniel agit de his diebus, dicat, clausos esse eius sermones & signatos vsque ad praefinitum tempus. Illud velim tibi persuadeas,

me existimare, si aliquid possum con-
 ferre coniecturis, mūdum post Antichri-
 sti interitū esse nōnullos annos duraturū,
 sed incertū nobis esse tempus illud,
 futuramq; esse post tempestatē quietē,
 & post bellum pacem, de qua existimo
 Ezechielem locutū fuisse hoc loco. Ve-
 rum per habitatores ciuitatis Israelis,
 quos hic ait Ezechiel, egressuros esse, &
 inimicorū arma igni tradituros, poteris
 sanctos intelligere habitatores mansio-
 nū cœlestiū, de quibus ait Christus: In
 domo patris mei mansiones multæ sunt.
 Hi egredientur cum Christo deo no-
 stro ad impiorum arma comburenda:
 quia venient cum eo in die iudicij ad iu-
 dicanda sceleratorum flagitia. Diuina
 autē sentētia, quam sancti approbābūt,
 deiciētur impij cum armis, hoc est cū
 fraudibus & sceleribus suis in ignem in-
 extinguibilem, vbi semper ardebunt,
 poenas maleficiorū suorum iustas illas
 quidem lucentes, ac sine spe vlla gloriæ
 seipfos cruciātes. De sanctis est in libro
 Sapientię literis mandatū: Iudicabunt
 nationes, & dominabuntur populis, &
 regnabit dñs illorum in eternū. Et Chri-
 stus in euangelio discipulos suos allo-
 quens, Vos, inquit, qui secuti estis me,
 in regeneratione, cum sederit filius ho-
 minis in sede maiestatis sue, sedebitis &
 vos super sedes duodecim iudicātes duo-
 decim tribus Israel. De impijs verò di-
 ctum fuit supra capi. 32. Descenderunt
 ad infernum cum armis suis.

Et depraedabuntur eos, quibus præda fuerant.
 Hoc est, spoliabunt eos, à quibus fuerāt
 spoliati. Vult significare propheta ma-
 gnā impiorum cædem & calamita-
 tem, pioram verò admirabilem victo-
 riam.

*Dabo Gog locum nominatum, sepulchrum in
 Israel vallem viatorum.* Ego, ait deus, dabo
 ipsi Gog pro sepulchro in terra Israelis
 vallem, qua viatores eunt ad mare ver-
 sus orientē. Ibi iacebit Gog, cum secta-
 toribus suis, vbi tātus erit foetor cadau-
 erum, vt prætereūtes obstupescāt, & nares
 obturēt. Aduerte. Ille, qui excelsos mō-
 tes sibi assumiebat, in infima valle mor-
 tuus iacebit, vbi ob nimium foetorem se-
 pelietur. Mortuo Alexandro Magno,
 dixit quidam philosophus, vt refert in
 quarta parte theologali diuus Antoni-
 nus: Hic qui terram heri totam concul-
 cabat, hodie ab ea cōculcatur: Heri pos-
 sidebat eam, hodie possidetur ab illa: he-
 ri nō sufficiebat ei totus mundus, nūc suf-
 ficiunt ei quatuor vlnæ terræ. Eodem
 modo Antichristus, cui totus orbis ter-
 rarum paruos videbitur, in valle ima-
 gnominiosè sepelietur prope mare.
 Hoc mare non est Oceanū, nec Medi-
 terraneum, sed mare mortuū, quod est
 ad partem Orientalē Iudææ. Poteris
 per vallem viatorū, vbi sepelietur An-
 tichristus, infernū intelligere, vbi im-
 pij sepeliūtur. Ibi iacet diues ille, de quo
 ait Christus apud Lucā: Mortuus est di-
 ues, & sepultus est in infernū. Appella-
 tur autem infernus vallis viatorū, quia
 ad eum illi eunt, qui via illa lata ince-
 dūt, de qua ait dominus Iesus: Lata por-
 ta & spatiosa via est, quæ ducit ad perdi-
 tionem, & multi sunt, qui intrant per
 eam. Dicitur autē vallis hæc ad orientē
 maris, quia ex eo oritur amaritudo, &
 in eo est fons amarissimus dolorum.

Et sepeliēt ibi Gog, & omnem
 multitudinē eius, & vocabitur val-
 lis multitudinis Gog. Et sepelient
 eos domus Israel, vt mudent ter-
 ram septem mensibus. Sepeliet au-
 tem eum omnis populus terræ, &
 erit eis nominata dies, in qua glori-
 ficatus sum, ait dñs deus. Et viros
 iugiter constituent lustrantes ter-
 rā, qui sepeliāt, & requirāt eos, qui
 remanserant super faciem terræ, vt
 emundarent eā: post mēses autem
 septē querere incipiēt. Et circuibūt
 peragrantes terrā: cumq; viderint
 os hominis, statuent iuxta illud ti-
 tulū, donec sepeliant illud pollin-
 ctōres in valle multitudinis Gog.
 Nomen autē ciuitatis Amona, &
 mundabunt terrā. Tu ergo fili ho-
 minis, hæc dicit dñs deus, dic om-
 ni volucris, & vniuersis auibus, cun-
 ctisq; bestijs agri: Conuenite, pro-
 perate, concurrite vndiq; ad victi-
 mā meā, quā ego immolo vobis vi-
 ctimam grandē super montes Is-
 rael: vt comedatis carnem, & biba-
 tis sanguinem. Carnes fortium co-
 medetis, & sanguinem principum
 terræ bibetis, arietum, & agnorū,
 & hircorum, taurorumq; & alti-
 liū, & pinguium omniū. Et come-
 detis adipem in saturitatem, & bi-
 betis sanguinem in ebrietatē, de vi-
 ctima, quā ego immolauī vobis: &
 saturabimini super mēsam meā de
 equo, & equite forti, & de vniuer-
 sis viris bellatoribus, ait dñs deus.

Et vocabitur vallis multitudinis Gog. Septua-
 ginta habent: Et vocabitur tunc cœme-
 terium Gog.

Et sepelient eos domus Israel. Hoc est, Chri-
 stiani sepelient Antichristum, & exer-
 citū eius. Sed dices: Nonne paulò antè
 dixerat per hunc prophetā deus: Feris,
 auibus, omniq; volatili, & bestijs terræ
 dedi te ad deuorādū: super faciē agri ca-
 des? Dixit quidē: significās his verbis fo-
 re, vt Antichristi, eiusq; sectatorū cada-
 uera insepulta iacerent in cāpo, & escæ
 fierent volucrū & ferarū. Sed id nō re-
 pugnat huic loco, vbi ait esse Antichri-
 stum à Christianis sepeliendū. Nam ca-
 dauera Antichristi, eiusq; sequaciū pri-
 mò iacebunt in terra insepulta, vbi ab

auibus & bestijs magna ex parte deuo-
 rabūtur: & ita intelligitur id, quod pau-
 lò antè dictum fuit. Sed postea ob ni-
 mium cadauerum foetorem sepelient
 ea Christiani, non ob eorum honorem,
 sed ne aer tot corporū corruptorum fo-
 etore corrumpatur: & ita intelligitur
 id, quod modò ait diuinus vates. Potest
 hoc ita intelligi. Domus Israel, hoc est
 populus Christianus sepeliet Antichri-
 stum, hoc est eius memoriā extinguet,
 eiusq; errores & scelera quasi foetores
 in obliuionis sepulchra projiciet. Dele-
 bitur eius nomen, & celebrabitur fama
 iustorum, iuxta id quod ait Salomon in
 Prouerbijs: Memoria iusti cum laudi-
 bus, & nomen impiorum putrescet.

Et erit eis nominata dies. Idest, celebra-
 bunt fideles diem illum, quo ego sum
 Antichristum interfectorus. Vel erit
 illis dies illa nominata, hoc est, nomen
 illis pariet & famam. Et tantā erit im-
 piorum clades, vt viri iusti constituent
 homines, qui terram lustrant, & mun-
 dent, cadauera sepelientes, ne ob eorum
 corruptionem aer corrumpatur.

Post menses autem septem. Septem men-
 sibus sepelient cadauera, quæ inuene-
 rint: illis autē finitis finem facient qua-
 rendi. Poteris hoc ita intelligere: Viri
 docti & pij, verè Christiani dabunt ope-
 ram, vt nihil remaneat hæresum, quod
 non sepeliatur cum hæresiarcha, hoc
 est cum Antichristo: & ita terra eccle-
 siæ munda manebit. Sin autem postea
 ossa aliqua, hoc est hæreticæ prauitatis
 duritiem, & scelera obstinata inuene-
 rint, ea annotabunt, vt sepeliant, & igne
 comburant. Poteris per hæc vacua ossa
 hypocrisim intelligere. Vt os plenum
 medulla est vtilis esca, & optimum ali-
 mentum, at absque medulla cibus est ca-
 nis: sic ceremoniæ exteriores cum virtu-
 te cōiunctæ, & species honestatis refer-
 tæ medulla & substātia religionis epu-
 lę sunt excellentes & salutarēs: at exte-
 riorum apparentia absque virtute cibus

daemonis, qui non virtutis substantia, sed vitio sub specie virtutis delectatur. Non comedit coelum, sed terram, iuxta id quod ei dixit deus: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Has exteriores superficies, hæc ossa virtute vacua, sepelient viri iusti, dantes operam, ut vera virtus splendet, hypocrisis verò extinguitur. Nec est mirum, ministros Satanæ trāsfigurare se in ministros iustitiæ, cum ipse Satanus, ut verbis utar apostoli, transfiguret se in angelum lucis.

Genes. 3.

2. Corint. 11.

Pollinētores. Id est, funerum accuratores, & cadauera sepelientes.

Nomen autem ciuitatis Amona. Amona idem est quod multitudo. Ita vocabitur ciuitas prope vallem interfectorum ob cadauerum multitudinem. Septuaginta pro Amona habent *πολυάνδριον* hoc est cæmeterium, vel multitudo hominum sepulcorū. Sunt, qui ciuitatē hanc Hierosolymam, esse contendunt.

Conuenite, properate. Conuocat aues & feras ad deuorandum hostium cadauera. Eodem modo Esaias: Omnes bestię agri venite ad deuorandum. Similiter Ieremias: Congregamini omnes bestię agri, properate ad deuorandum.

Esa. 56.

Ierem. 12.

Vt comedatis carnes, & bibatis sanguinem. Priusquam enim cadauera sepeliantur, erunt nonnullis diebus insepulta in terra, quod aues & bestię congregabuntur ad deuorandum illa. Vocat igitur diuinus vates bruta animalia, ut cadauera comedant, eorumque sanguinem bibant. Poteris per carnem & sanguinem homines intelligere ventri deditos, cupiditatum seruos, & libidinum stimulis concitatos: de quibus ait in epistola prima ad Corinthios diuus Paulus: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt.

1. Corint. 15.

Arietum, agnorum, hircorum, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium. Per hæc omnia significantur sceleratorum hominum diuersitates, qui Antichri-

sto adhærebunt, & cum eo interficientur. Sed quoniam postquam propheta hæc animalia nominauit, subdidit: Et pinguium omnium: quibus verbis significat, non de ijs omnibus loqui, sed de illis solum, quæ pinguia sūt, et viribus præstantia, non deest, qui dicat, per hæc pingua animalia eos intelligi, qui cum potentia valeant, & in alios dominantur, sunt sceleribus constricti, & in flagitijs cum ignominia versati. Sunt enim nonnulli, qui etsi dum vitam agerent priuatam, iusti viderentur, cum tamen in dignitatibus constituuntur, & publicam induunt personam, nullam ostendunt virtutem, nullum splendorem: imò potentia fiunt deteriores. Pauci sunt quibus velle & posse simul non afferant detrimentum. Multos vidimus in aduersitate fulgere, quos in rerum prosperarum abundantia aspeximus obscurari. Ut gemmæ quædam sunt in obscuro splendidiore quam in luce: sic nonnulli in vita quieta latitantes, probitatis claritatem ostendebant, qui postea ad magistratus, & gubernandæ reipublice munus euecti, vitia occulta præseferunt, & in dedecore & ignominia versantur. Dum erant priuati, & absconditi, lucebant, sed exeuntes in lucem, & ad rem publicam ministrandam accedentes, lucem amiserunt. Huiusmodi futuri sunt multi ex his, qui Antichristo adhærebunt, qui vbi ab eo fuerint in dignitatibus constituti, & honores ac magistratus gesserint, impietates suas pestilentes, quas antea quodammodo operuerant, declarabunt. Ad id perducetur sceleris, ut deum ipsum despiciant, & pro nihilo putent, iuxta id quod ait in Proverbijs Salomon: Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobriū. De talibus ait psalmographus: Iniusti autem disperibunt, simul reliquie impiorum interibunt. Et Ecclesiasticus: Vindicta carnis impij ignis & vermis.

simile.

Prov. 15.

Esa. 36.

Eccl. 7.

Et

Et ponam gloriam meam in gentibus, & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manū meam, quam posuerim super eos: & scient domus Israel, quia ego dominus deus eorum à die illa, & deinceps. Et scient gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel, eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meā ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immunditiam eorū & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. Propterea hæc dicit dominus deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel. Et assumam zelum pro nomine sancto meo, & portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem, qua præuaricati sunt in me, cum habitauerint in terra sua confidenter, neminem formidantes, & reduxero eos de populis, & congregauiero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et scient, quia ego dominus deus eorū, eò quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondam ultra faciem meam ab eis, eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait dominus deus.

sup. 32. e.

Et ponam gloriam meam in gentibus. Hoc est, ob iustitiæ meæ feueritatem in flagitiosos nomen meū gentes celebrabunt, quòd asperrimam Antichristi tyrannidem funditus euerterim.

Et manum meam, quam posuerim super eos. Hoc est, & videbunt, quemadmodum eos puniero. Ponere super aliquem manum, est illū supplicio afficere. Hebraeus est in literis diuinis creberrimus, de quo alibi disseruimus.

Et scient gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel. Id est, erit hominibus per spectum & cognitum, fuisse populum fidelem merito afflictum. Nam tunc abundabit iniquitas, ut ait dominus Iesus, & refrigescet charitas multorum.

Mat. 24.

Vnde ait diuus Paulus in epistola secunda ad Timotheum: Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistratos prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertēt, ad fabulas autem conuertentur. Cum autem multa futura sint flagitia, punientur fideles, & diuina permissione oppugnabit eos Antichristus: acerbis eos premet calamitatibus, & fraudibus pestilentibus seducet. Cum autem mortuus fuerit tyrannus, confugient ad deum, intelligentes iustas se suorum scelerum poenas dedisse. Poteris per domum Israelis intelligere Iudæos: & tunc erit sensus: Cognoscent Gentes fuisse merito Hierosolymam à Romanis captam & euersam, & Iudæos interfectos, & afflictos, & usque ad Antichristi interitum diuersis principibus subiectos, quia Christum verum deum & hominem, qui ideo humanam induit formam, ut eos, qui in caligine versabantur, diuino lumine illustraret, falsis criminibus ad interitum vocarunt, & vulneribus fauciatum immaniter occiderunt. Sed in fine mundi post Antichristi cædem omnes Iudæi ad veram Christi fidem conuertentur, & in vna ecclesia cum alijs catholicis

2. Tim. 4.

congregabuntur.

Et absconderim faciem meam ab eis. Ostendere faciem alicui, est illum prosequi favore, abscondere verò faciem ab eo, est illi non fauere, non se ei propitium ostendere. Eam ob causam ijs verbis diuinus psaltes deum alloquebatur: Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Ac si diceret: Quousque eris nobis iratus domine deus exercituum? Iam quæso nos reduc tecum in gratiam: prosequere nos favore tuo, & salutem consequemur. Et in Canticis: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Ostendens deus Moyse futuram populi Iudæi rebellionem dixit ei: Irritum faciet foedus, quod pepigi cum eo: & irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuotionem. Et apud Esaiam: In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te. Et rursus idem propheta impios Iudæos alloquens aiebat: Pecora vestra absconderunt faciem eius à vobis. Hoc est, scelera vestra deum aduersus vos irritarunt, ea fuerunt in causa, vt ipse à vobis auerteret faciem illam suam rerum vestrarum quondam fauorem. Effecerunt flagitia vestra, vt deum illum, quem antea propitium & fautorem habuistis, modò infestum & iratum sentiatis. Et iterum ipsos Iudæos in babylonica seruitute detentos ita inducit cum deo loquentes: Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et David: Faciem tuam, inquit, illumina super seruum tuum. Et alibi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ac si diceret: Vultu tuo domine splendidissimo nos aspexisti: alacritate & iucunditate faciei tuæ tuum erga nos fauorem indicasti: ex quo effectum est, vt nobis omnia florent, & ingentibus bonis circumflueremus.

Psal. 79.

Can. 2.

Deut. 32.

Esai. 54.

Esai. 59.

Esai. 64.

Psal. 118.

Psal. 4.

Nunc reducam captiuitatem Iacob. Mortuo Antichristo manebunt fideles liberi ab eius tyrannide, & aspera captiuitate. Potest hoc referri ad Iudæos, qui videntes mortuum Antichristum, quem Messiam suum esse crediderant, & se ipsos deceptos, & in erroribus intolerādis versatos, conuertetur ad Christum, in quem antea credere volebant. Id quidem est, quod nunc ait: Reducam nimirum ad me captiuitatem Iacob, hoc est infideles Iudæos, qui captiui à dæmone detinebantur. Tunc videbunt impletum id, quod ait diuus Paulus in epistola ad Romanos: Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ex parte dicit, quia non omnes Israelitæ cæci fuerunt, sed magna eorum pars, quæ fuit multò maior, quàm reliquiarum, quæ fidem susceperunt. Huius cæcitatæ non est dicendum fuisse deum causam effectricem, cum sit diues, vt verbis vtat apostoli, in omnes, qui inuocant illum: & diues in misericordia. Id autem quod est apud Esaiam: Excæca cor populi huius, hunc habet sensum: Annuntia tu o Esaias excæcandum esse cor populi Iudæici. Non quòd deus populum excæcasset, sed vt excæcetur permisit, non dans illis gratiam, quia illi eam non solum nullo modo merebantur, sed nec eam petebant, nec volebant. Imò Christus alloquens Hierosolymam aiebat. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti. Nec dicit diuus Paulus: Cæcitas ex parte contigit in Israel, vt plenitudo Gentium intraret: quasi non possent Gentes intrare, nisi Iudæi excæcarentur: sed donec plenitudo Gentium intraret. Non igitur eos deus excæcavit, sed eorum inuidia, & malitia, & pertinacia obstentibus cooperuerunt. Deus enim est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: qui Gentes antea cæcas verò fidei lumine il-

Rom. 11.

Rom. 10.

Ephes. 2.

Esai. 6.

Mal. 23.

Ioan. 1.

lu-

lustravit. Et quia Iudæorum cæcitas accepta occasione viam muniuit, quæ Gentes ingrederentur, duratura est, donec Gentium plenitudo recipiat fidem, & tunc finita cæcitate, mortuo Antichristo, ingredientur omnes Hebræi: & erit tunc vnum ouile, & vnus pastor. Id prædixerat regius vates ita canens: Cogitauerunt consilia, quæ non poterunt stabilire: Quoniam pones eos dorsum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Hæc Iudæorum consilia fuerunt velle Christi famam extinguere, eiusque splendorem maculare: quæ eos sefellerunt: nam quantò magis eius famam voluerunt sepelire, tantò eam splendidius illustrarunt. Eos posuit deus dorsum, permittens vt caderent retro: sed in reliquijs, hoc est in Enoc & Elia tempore Antichristi præparabit vultum illorum, eos illuminando, & ad veram fidem conuertendo. Et tunc implebitur id, quod dixit Esaias: Et veniet Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, vel vt vertit diuus Paulus: Venit ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Tunc enim plenitudo Gentium introibit, & omnis Israel saluus erit, & reducet in libertatem captiuitas Iacob. Iudæi, Gentiles, & Mahumeti, recipient Christi fidem. Diuus Augustinus, diuus Hieronymus, & infiniti propè doctores aiunt circa finem mundi venturos esse Eliam & Enoch, & conuersuros esse Iudæos ad Christi fidem. De Elia enim ait deus per Malachiam: Ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

Ioan. 10.

Psal. 10.

Esai. 59.

Rom. 11.

Mal. 4.

Et assumam zelum pro nomine sancto meo. Idest, prosequar Iudæorum populum amore, vt antea solebam, & hoc non propter eorum merita, sed propter nomen sanctum meum.

Et portabunt confusionem suam. Quando in memoriā reducerint, se de Christo detraxisse, eumque iniurijs affecisse, & ad cædem crudelissimam vocasse.

Et reduxero eos de populis. Hoc est de Gentium erroribus & idololatrijs. Ac si dicat: Mortuo Antichristo, Christiani illi, qui fuerant inter fidei hostes captiui, liberabuntur, & ad terras suas reducentur.

Eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel. Idest, ecclesiæ meæ fauebo, nã in illam conferam gratiam, & spiritum meum. Hic est spiritus ille, de quo dixit deus per Ioelē prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Totum hoc ab illo loco: Nunc reducam captiuitatem Iacob, vsque ad finem huius capitis, vbi agitur de reductione à captiuitate, potest intelligi de reditu à captiuitate babylonica, in qua Iudæi, cum hæc Ezechiel literis mandaret, detinebantur. Locutus fuerat primò de liberatione ab illa seruitute, postea se transtulit ad liberationem spiritualem à peccato, & ad redemptionem per Christum in primo aduentu, vnde se contulit ad Antichristi tyrannidem, & ad liberationem ab ea per Christum prope finem mundi, & ad pacem & tranquillitatem, & vnitatem ecclesiæ post mortem Antichristi: nunc redit ad id, vnde digressus est, nimirum ad liberationem Hebræorum à babylonica seruitute, quam deus illis hoc loco promisit.

Annotations ex hebræo in caput XXXIX.

Cruciatu te, et educa te. In hebraico est: וְשִׁבַּתְךָ וְשִׁבַּתְךָ וְשִׁבַּתְךָ

Rr 4 ca

ca vexiethica . Primum verbum est xauau, quod significat circunagere, conterere, & in scintillas redigere . Vnde xeuib significat scintillam, fragmentum, & contritionem, & aranæ telam . Id quod est apud Oseam capite . 8 . In araneorum telas erit vitulus Samariæ, potest verti: In fragmenta seu scintillas redigetur vitulus Samariæ . Ac si diceret: Confringendus est ab Assyrijs vitulus, quem decem tribus deo vero relicto coluerunt . Ergo pro circunagam te hoc loco poterat verti: Conteram te, siue confringam te, siue in frustra aut scintillas redigam te . Septuaginta transtulerunt: *συναξα σε* . Idest, congregabo te . Ac si dicat deus: Ego permittam, vt exercitum tuum congreges, & pares . Secundum verbum est xaxah, quod significat succidere, adducere, euertere, seducere, & sextare, hoc est sextam partem detrahere . Vnde dictio xex ab hoc verbo deriuata significat sex . Eam ob causam verti poterat locus hic: Et succidam, siue euertam te . Vel, & ducam te, quemadmodum transtulit noster interpret, septuaginta interpretes secutus . Vel permittam vt seducaris . Cui interpretationi fauet paraphrasis Chaldaica habens: Errare faciam te . Vel, Et relinquam sextam partem ex te . Et ita vertit Pagninus . Quasi dicat: Quinque partes populi tui interficiam, sextam autem intactam referuabo . Vel, Et sex plagis afficiam te . Has plagas connumeravit capite præcedente, cum dixit: Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehemēti, & lapidibus immēsis, & igne, & sulphure . Perpende hanc vltimam interpretationem, & fortasse tibi non displicebit: placuit enim nonnullis viris doctis . Ea, quæ literis mando, priusquam proferantur in lucem, amicis ostendo viris doctis & limato iudicio præditis . Vt enim pictor solers & prudens tabulas à se pictas, &

ose. 8.

3. Reg. 12.

simile.

industria elaboratas alijs porrigit considerandas: vt si quid in illis deprehenderit erratum, emendetur, illeque secum, & cum alijs quid in illis reprehensibile sit, exquirat: sic amicorum sapientium consilio permulta nobis facienda, & omittenda, & corrigenda sunt .

Et immittam ignem in Magog, & in ijs, qui habitant in insulis confidenter . Septuaginta habent . Et mittam ignem in Magog, & habitabuntur insulæ in pace . Ciuitates seditionibus commotæ, & sceleratorum procellis exagitatae insulæ appellantur . Ea ratione ductus Esaias Hierosolymam vi impiorum oppugnata, & concussam, insulam his verbis vocauit: Et dicet habitator insulæ huius . Insulæ etiam pro Gentibus flagitiorum stimulis concitatis accipiuntur, vt apud eundem Esaiam: Taceant ad me insulæ . Hoc est animum recipiant, & in rerum aduersarum mole viribus roborentur: æquo, tranquillo, ac forti animo me expectent . Hactenus ceciderant animo, & vitijs se tradiderant: nunc recipiant nouas vires, & ad me conuertantur . Volens autem diuinus vates indicare, quid per insulas intelligeret, subiunxit: Et Gentes mutant fortitudinem suam . Vbi particula, &, accipitur pro idest . Tacere insulas ad deum, & Gentes mutare fortitudinem suam, idem est . Mutare autem fortitudinem hebraismus est, significans accipere nouas vires, quemadmodum tacere ad deum . Vnde idem propheta, In silentio, inquit, & spe erit fortitudo tua . Et diuinus psaltes: Tace domino . pro quo noster interpret habet: Subditus esto domino . Vtroque enim modo verti potest . Accipi autem insulas pro Gentibus indicat aperte locus Esaiæ capite quadragesimo secundo . Nam vbi communis editio habet: Legem eius insulæ expecta-

Esa. 20.

Esa. 41.

Esa. 30.

Psal. 36.

Esa. 42.

sta-

stabit, habent septuaginta interpretes: Gentes sperabunt . Quam versionem diuus Matthæus capite sui euangelij duodecimo secutus est . Poterat igitur transferri locus hic Ezechielis: Mittam ignem in Magog, & habitabuntur vrbes in pace . Vel, & Gentes, quæ fuerant ab Antichristo exagitatae, eo mortuo in tranquillitate vitam degent .

Mat. 12.

Dabo Gog locum nominatum, sepulchrum in Israel . Pro loco est in hebraico:

מקום mecom, à verbo *מקם*, quod significat stare, & stabile esse . Secundo capite Iosue, vbi nos habemus: Non remansit in nobis spiritus, pro remansit est in hebraico verbum hoc . Ideo poterat verti locus ille: Non stetit in nobis spiritus . Nam cum homo metu perterretur, cadit eius spiritus, & concidit cor eius . Id significant verba illa Dauidis primo libro Regum mandata: Non concidat cor cuiusquam in eo . Cum autem est intrepidus, nullo timore commotus, dicitur stare . Vnde apud Latinos stare animo, est esse fortitudine roboratum, & nullo modo despondere . Ita Cicero in epistola quadam ad Atticum, Stamus, inquit, animis . Et stare protrahere & permanere sæpenumero vsurpat, vt libro Officiorum secundo: Vtinam respublica steterit, quo coeperat statu . Capite quadragesimo sexto, inducit Esaias deum in hunc modum loquentem: Consilium meum stabit, & voluntas mea fiet . Vbi pro stabit est verbum hoc *מקם* . Ac si dicat deus: Permanens erit & stabit consilium meum, & quicquid voluero, fiet . Significat etiam verbum hoc surgere, vt in psalmo vndecimo: Nunc exurgam, dicit dominus: Et psalmo primo: Ideo non resurgunt impij in iudicio . Et si omnes resurrecturi sunt, iuxta id quod ait diuus Paulus in epistola secunda ad

Iosue. 2.

1. Reg. 17.

Esa. 46.

Psal. 11.

Psal. 1.

Corinthios: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, tamen impij non dicuntur resurgere, quia non sunt ad vitam æternam resurrecturi, quæ est resurrectio iustorum, de qua loquitur illic psalmographus . Cum resurrectio sit reditus ad vitam, vita autem damnatorum mors potius dicatur quam vita, rectè dicit diuinus psaltes impios non esse resurrecturos . Sed quoniam verbum hoc, quod pro resurgere ponitur, stare etiam significat, vt diximus, potest locus ille hunc habere intellectum: Quanquam mortales omnes sunt ad vitam reuocandi, cum Christus de cœli fastigio ad vniuersale iudicium exercendum venerit, tamen nefarij homines, qui se impijs tradiderunt sceleribus, & vitiorum suorum constituerunt monumenta, & in lethali flagitio è vita migrarunt, non poterunt in iudicio consistere, aut stare: sed causa cadent, & separati à cœtu iustorum, in barathrum æternarum poenarum præcipitabuntur . Apud Marcum Tullium, & graues illos authores, qui nobis fontes aperuerunt eloquentiæ, & linguam illustrarunt Latinam, ille dicitur cadere causa, qui litem amittit, aduersus quem iudex sententiam fert . A verbo hoc *מקם* deriuatur nomen macon, quod stationem seu locum significat: vt apud Iob: Nec vltra intuebitur eum locus suus . Vbi locus accipitur pro oppido, seu congregatione, in qua habitabat . Et psalmo centesimotertio: In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum . Ea ratione ductus interpret noster vertit ita hunc Ezechielis locum: Dabo Gog locum nominatum . Pro nominato est in hebraico dictio xam, quæ significat ibi, & illic . vt in psalmo: Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus . Pro illic est in hebraico hæc eadē dictio . Significat etiam il-

2. Corin. 6.

Iob. 20.

Psal. 103.

Psal. 136.

R r 5 lic,

Iob. 1.

luc, Vt apud Iob: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Vbi per uterum matris intelligit sepulchrum & terram, quæ est omnium mater. Id intuens Salomon dicebat in Ecclesiaste: Omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Narrat

Eccle. 3.

Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, filijs Tarquiniij Delphos profectis & interrogantibus, quis eorum esset Romæ principatum obtenturus, dictum esse, eum regnaturum, qui prius matrem osculatus esset. Cùm autem illi current, vt matrem oscularentur, Iunius Brutus, qui aderat, & responsum audierat, prolapsus se finxit, & terram osculatus est, eam esse matrem suam intelligens. Idque factum eius rei euentum comprobauit. Nam cùm eiusdem Bruti opera Tarquinius expulsus esset ob eius superbiam & cetera flagitia, fuit ipse Brutus primus consul creatus. Osculatus est enim primum matrem suam, hoc est terram, quam Iob uterum matris suæ appellauit, dicens: Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar illuc. Epro illuc est in hebraico dictio xam. Vides igitur dictionem hanc significare illic, illuc, & ibi. Eam ob causam Pagninus ita vertit hunc Ezechielis locum: Dabo ipsi Gog locum sepulchri ibi in Israel. Sed quoniam hæc particula xā deriuatur à dictione xem, quæ significat nomen, ideo ponitur pro re nominata: quam significationem secutus est, & rectè quidem, noster interpretes.

Eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israel. In explanatione per hunc spiritum diximus significari spiritus sancti gratiam. Potest nihilominus per illum intelligi ira dei, quam ipse aduersus Iudæos ostendit, puniens eos iuxta eorum scelera. Huic expositioni fauet septuaginta interpretum transla-

tio, quæ pro spiritu habet θυμὸν, hoc est furorem: pro quo in hebraico est dictio חַרְחַרְחַח, quæ spiritum significat, vt apud Esaiam capite. 32. Donec effundatur super nos spiritus de excelsis. Et furorem, vt apud Zachariam: Requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis.

Esa. 32.

Zach. 6.

Argumentum capitis. XL.



Stenditur diuino vati dei templi & ciuitatis, hoc est ecclesie militantis per Christum insturio, & ecclesie triumphantis gloria, & mirabilis amplitudo, vbi beati pulcherrimis ornamentis muniti, & caelestibus inexplicabilibusq; gaudijs magnificentissime cumulati deum ipsum intuentur, & sempiterna diuini numinis contemplatione oblectantur.

Intuetur Ezechiel mentis oculis diuino lumine lustrata mensuram longitudinis, latitudinis, & altitudinis portarum, thalamorum, fenestrarum, vestibulorum, cubiculorum, graduum, & torius denique aedificij: quod verbis describit difficilimis explicatu. Qui erat spiritu prophetico afflatus, qui animi aciem perpurgatam in rerum omnium dominum & moderatorem intendebat, alta hæc mysteria sole ipso splendiora penetrabat. Nos vero, qui humi repimus, & in tam eximium rerum excelsarum splendorem extollere intellemus.

Etum

EXPLANATIO.

Etum non valemus, dabimus operam, vt literam in aperiore sententia exponamus, illis saltem aperiens fores, qui in arcana interiora penetrare voluerint. Nos experiemur hæc, illi sublimiora consequi contendant: par enim esse existimo, omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnoperè experendas concupierunt.

Caput. XL.

AN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquã percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi aedificium ciuitatis vergentis ad austrum: & introduxit me illuc. Et ecce vir, cuius erat species, quasi species aris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autem in porta, & locutus est ad me idem vir: Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi, adductus es huc. Annuntia omnia, quæ tu vides, domui Israel.

IN vigesimo quinto anno. Cùm Hebræi essent in babilonica captiuitate detenti, eorumque languesceret industria, & vires confringerentur: non existimabant fieri posse, vt ad patriam aliquando redirent, & templum ac ciuitatem suam instaurarent. At voluit eos deus spe restitutionis suæ per Ezechielem reficere & roborare. Eam ob causam ostendit ei templi Hierosolymæ, eiusdemque vrbs instauracionem, præcipiens illi, vt nuntiaret Hebræis visionem hanc, qua intelligerët, esse se ipsos ad patriam suam reuocandos, & in pristinam dignitatem restituendos. Vt autem huius vaticinationis memoria non deleretur obliuione posteritatis, mandauit eam literis diuinus vates, vt esset perpetuis contestata monumentis. Nuntiabat illis ventura, hortans eos ne exilio & calamitate, & rerum aduersarum fluctibus vsque adeò commouerentur, vt ærumnis suis adhererent de diuina pietate desperatione. Quimpotius eos excitabat, vt ad deum confugerent, in quo spem suam collocarent: nam ipse sciebat fore, vt ad terram promissionis gaudio exultantes redirent: quoniam spiritu prophetico viderat templi & ciuitatis reedificationem: quam à principio huius capitis vsque ad finem libri multis verbis describit. Et ita euenit, vt ipse prædixit. Nam sub Zorobabele, & Iesu filio Iosedech, & Nehemia, fuerunt Israelitæ ad patriam cum gaudio & honore reuocati, & templum ac urbem collapsam restituerunt, vt in libris Esdræ literæ diuinæ testantur. Sed vaticinans Ezechiel de templo Hierosolymæ ædificando rapitur spiritu, & à templo materiali ad templum spirituale se transfert, & de ecclesia catholica, de hoc admirabili templo, quod mentis oculis intuebatur construendū à Christo, vaticinatur. Templū enim

1. Esd. 1. 2.

3. 4.

enim hoc, quod spiritu prophetico vidit, de quo præcipue tractat in hac visione: multò sublimius est & magnificentius templo illo secundo sub Zorobabele edificato: imò ipso primo templo à ditissimo & illustrissimo rege Salomone sumptuosissimè condito multò illustrius & præstantius. Et ciuitas hæc, quam ædificandam perspexit, per quam etiam ecclesia significatur, multò est amplior, & capacior, & celebrior ciuitate illa, quã Nehemias & Zorobabel instaurauerunt. Præterea templum illud secundum re ædificatum fuit in loco, ubi prius fuerat, ut constat ex libro primo Esdræ, capite tertio: atqui primum templum fuerat in vrbe ædificatum, ut patet ex tertio, & quarto Regum, ergo secundum fuit in eadem vrbe conditum à Nehemia, & cæteris Hebræis. At templum hoc, de quo hic loquitur Ezechiel, non erat in ciuitate, imò longo interuallo distabat ab illa: quoniam inter templum & ciuitatem erat pars quædam portionis sacerdotum, & tota portio leuitarum, ut capite vltimo huius visionis licet videre. Et multa alia dicit de aquis è templo egredientibus, & in mare mortuum intrantibus, de arboribus fecundissimis, quæ singulis mensibus vberimos fructus ferebant, & de multis alijs, quæ in secundi templi instauracione nunquam fuerunt, nec erunt in æternum in populo Iudæorum. Quare in errore aperto versantur, qui aiunt omnia hæc esse ad reditum Iudæorum ex babylonica captiuitate in patriam referenda: & ad vrbis Hierosolymæ, ac templi lapidij instauracionem tantummodò accommodanda, & ad nihil aliud Ezechielem respexisse. Quis non videt hæc omnia, & multa alia, quæ hic fuerunt prædicta, quæ diuinus vates conspexit fore in huius sui templi & vrbis cõstructione, nec in primo, nec in secundo templo, nec in ciuitate Hierosolyma terrena vnquam fuisse. Referuntur quidem ad ecclesiam ca-

tholicam, & ad hominum generis redemptionem per Christum, ut ipso adiuuante in huius visionis progressu ostendimus. Erat enim præcipuum diuini vatis institutũ, de templo illo vaticinari, quod Christus erat constructurus, & de ciuitate illa pietatis & religiõis plenissima, hoc est de ecclesia catholica, quam saluator noster verus deus & verus homo mirabiliter constituit, tãta firmitudine & fortitudine roboratam, ut nullis vnquam ne tyrannorum, nec hereticorũ machinis possit eueri. Ea enim est illa, de qua dixit ipse dominus: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Calx, qua fuit hæc domus coagmentata & ascripta, nõ materialis est, sed spiritualis, sanguine ipsius Christi conglutinata, ut homines cœlesti patri reconciliaret, & duos populos diuisos Gentium & Hebræorum in hac vna domo coniungeret, sibi quæ per fidem & charitatem copularet. Ideo ait diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Vos qui aliquando eratis lögè, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & mediũ parietem macerari soluens, inimicitias in carne sua. Medius paries, quem Christus diruit morte sua, qui & Gentes & Iudæos diuidebat, & vtroque à deo separabat, peccatum erat, & hominum flagitia, & odia inter Gentes & Iudæos: quæ omnia idem apostolus statim appellat inimicitias, & ex duobus populis domum vnam constituit. Hæc est domus illa, de qua ait apostolus in epistola prima ad Timotheum: Vt scias, quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et in prima ad Corinthios, Templũ, inquit, dei sanctum est, quod estis vos. Et in secunda: Vos estis templum dei viui. Hoc templum hanc ecclesiam catholicam consummauit Christus, cum pendens in cruce vulneribus fauciat, volens spiritum emittere dixit: Consummatum est.

est. Et quoniã ecclesia catholica nõ solum templũ vocatur in diuinis literis, sed ciuitas, eam ob causam agit in hac visione Ezechiel de templi & ciuitatis, hoc est de ecclesiæ per Christum constructione. Ecclesia enim est ciuitas illa, de qua ait regius vates: Fluminis imperus lætificat ciuitatem dei. Ac si diceret: Donorum cœlestium & gratiarum affluentia ecclesiam Christi gaudio perfundit. Vocatur ecclesia, aurora, mater, sponsa, columba, amica, electa, fons Israelis, cœlum, regina, vinea electa, regnum dei, solium Davidis, domus Iacob, Sion, Hierosolyma, domus dei, columna & firmamentum veritatis, mons sanctitatis, tabernaculum, templum, ciuitas dei: & alijs nominibus eius dignitatem explicantibus. Sed ex omnibus his elegit Ezechiel hæc duo, nempe templum & ciuitatem, quibus ipse, imò deus per ipsum eam significauit. Et quoniam diuini vates prædixerunt Messiam esse regem, ut David psalmo 2. Zacharias capite nono, Sophonias capite tertio, Ezechiel capite trigesimo septimo, & multi alij id ipsum contestantes: huius autem regis munus erat ædificare templum & ciuitatem: agit modo Ezechiel de hac ædificacione sibi à deo ostensa in spiritu: fuit enim hæc visio intellectualis & imaginaria. De ædificacione hac fuerat David in hunc modum vaticinatus: Aedificans Ierusalem dominus dispersiones Israelis congregabit. Non loquitur diuinus psaltes præcipue de mœnium terrenæ vrbis constructione, sed de ædificacione ecclesiæ, diuinis sacramētis tanquam firmissimis muris & propugnaculis munitæ. Zacharias de Messia loquens, Ecce, inquit, vir, Oriens nomen eius, & subter eum oriatur, & ædificabit templum domino. De hoc Oriente ait alter Zacharias Ioannis Baptistæ pater: Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.

Sed pro Oriente est apud Zachariam dictio tsema, quæ germen etiam significat: cuius nomine. Christus quoque significatur, ut apud Esaiam: In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria. Et apud Ieremiam: Suscitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Quæ verba non de Dauide, qui mortuus erat, sed de Christo, qui erat venturus intelliguntur. Huius ædificacionis meminit etiam Esaias, cum deum patrem ita inducit de filio suo loquentem: Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet non pretio, nec muneribus. Ac si diceret: Ipse meam constituet ecclesiam, & homines à dæmone captiuos eripiet, non auro & argento, sed verbo, & pretioso sanguine suo: & veram propagabit religionem toto terrarum orbe, & eos, qui erant varijs ritibus & superstitionibus obstricti, & per diuersas regiones dispersi, in vna ecclesia congregabit. Hæc est Hierosolyma spiritualis, in qua regnat Christus, & regnabit in æternum, quæ constructa est viuus ex lapidibus, hoc est fidelibus Christianis deum colentibus, veramque fidem eius amplexantibus. Per Nathan illum prophetam sapientia insigni, & virtute præstanti, quem effert laudibus diuina scriptura allocutus est deus Davidem in hunc modum: Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipse ædificabit domum nomini meo, & stabilitiam thronum regni eius vsq; in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur. Incœpit propheta loqui de Salomone caduco, terrenæ Hierosolymæ rege, sed raptus in spiritu transfert sermonem ad Solomonem æternum, ecclesiæ catholicæ regem, more aliorum prophetarum. Id enim, quod præcipue verbis illis spiritus sanctus

Etus intēdit, fuit promittere Christum, qui esset ecclesiam ædificaturus. Si pendere volueris, inuenies nonnulla in illo vaticinio, quæ non Salomoni, sed Christo conueniunt. Qui enim fieri potest, vt ei verba illa accommodentur: Stabilitatem thronum regni eius in sempiternum, cum videamus clariùs luce meridiana thronum eius defecisse, & fuisse Hierosolymam penitus euersam, & terram illam Iudææ esse ab infidelibus occupatam? Sed dicuntur illa de Salomone, quatenus erat Christi figura: & eam ob causam sunt præcipuè de Christo intelligenda, qui templum perpetuum, hoc est ecclesiam ædificauit & erexit nunquam interituram. Illud Salomonium templum, quia manu factum est, manu cecidit, ecclesia verò, quia diuino spiritu ædificata est, nunquam peribit: est enim ædificium diuinum, quod nulla humana vis euertet, nulla vetustas consumeret, nulla posteritatis obliuio delebit. Hoc est ædificium, de quo vaticinatus est hoc capite cum sequentibus Ezechiel. Hic est sensus literalis huius visionis, hic est eius germanus intellectus, non autem ille qui prima facie videtur vocibus significari, sed quæ præcipuè diuinus vates intelligit, & spiritus sanctus intendit. Et quoniam duplex est ecclesia, altera militans in terra, altera triumphans in celo, loquens diuinus vates de militante transfert se interdum ad triumphantem, quoniam omnes, qui ad triumphantem ascendunt, ciues fuerunt militantis. Cum autem ad sublimem illam, quæ triumphat in gloria, & ad excelsam mysteriorum eius contemplationem ingreditur, illum quasi quidam æstus spiritus procul arripit à terra, atque in altum à conspectu penè omnium tollit. Hinc efficitur, vt nobis visio hæc obscurissima videatur. Et quoniam ego nunquam tantum mihi tribui, & arrogavi, vt sperarem esse me huic obscuritati lucem aliquam

allaturum, eiusque difficultas me deterrebat, & ab ijs commentarijs scribendis retardabat, cogitavi sæpe de illis dimitendis. Sed ingredienti mihi considerandum fuit, quid agere deberem: nunc quidem iam quocumque ferar, danda nimirum vela sunt. Vtinam aura secunda, & diuinæ sapientiæ flatu nauigationem conficiam: vtinam diuinus spiritus animum meum afflet, vt possim diuini vatis mentem explicare, eiusque celestis philosophiæ fontes aperire. Sed iam ad literæ explanationem accedamus.

In vicesimo quinto anno transmigrations nostræ. Obtinente Iudæorum regno Iochin, qui fuit etiam Iechonias appellatus, capta fuit Hierosolyma à Chaldæis, & multi Iudæorum fuerunt cum rege suo in Chaldæam translati. Post Iechoniam fuit Sedechias in regiam dignitatem euectus: sed anno sui principatus vndecimo fuit oppugnatus à Chaldæis, & captus, & acerbissimis calamitatibus oppressus: & tota Hierosolyma vastata, & funditus euersa: & Iudæi in vincula coniecti, ac in Chaldæam ignominiosè adducti. Et hæc propriè appellatur captiuitas babilonica, cum ea que fuit sub Iechonia transmigratio appelletur. Ait igitur nunc Ezechiel, qui cum Iechonia transmigrauerat, fuisse sibi ostensam à deo visionem hanc anno vicesimo quinto à transmigracione, & quartodecimo à captiuitate, quando ciuitas sub Sedechia vastata fuit. Idem annus, qui fuit vndecimus à transmigracione Iechoniæ, fuit vndecimus à regno Sedechiæ, in quo euersa fuit ciuitas. Si autem iungas quatuordecim cum vndecim, inuenies viginti quinque: tot enim interfluxerunt inter transmigracionem Iechoniæ, & visionem hanc. Vnde constat fuisse annum quartumdecimum à ciuitatis euersione vicesimum quintum à transmigracione Iechoniæ. Fuit autem eius transmigratio

gratio anno vicesimo quinto à lege inuenta, & à iobileo: nam liber legis inuentus fuit anno iobilei. Cum autem Ezechiel inciperet vaticinari anno quinto à transmigracione, vt ipse capite primo asseruit, rectè sequitur, fuisse annum illum trigessimum ab eo tempore, quo liber legis regnante Iosia fuit à summo pontifice repertus, vt in explanatione primi capitis ostendimus. Atqui à prima visione vsq; ad hanc fluxerunt viginti anni, & à transmigracione ad illam viginti quinque. Ergo visio hæc facta fuit anno quinquagesimo ab inuenta lege, & ex consequente à iobileo. Cum autem iobileus esset anno quinquagesimo, apertè cõcluditur, fuisse visionem hanc ostensam Ezechieli anno iobilei, quando omnia sunt libera. Aequum enim erat, vt in iobileo, in anno libertatis ostenderetur hæc visio de Christi in mundum aduentu, & ecclesiæ constitutione, & redemptione humana, quando vnigenitus dei filius homines à peccato, & à dæmonis tyrannide, & ab Agar ancilla in seruitute generante, & cum filijs suis seruiente eripuit, & in ecclesia catholica, quæ est superna Ierusalem, non terrena respiciens vt synagoga, sed quæ sursum sunt, quærens, quæ libera est, & mater nostra, collocavit. Quam ob causam ait apostolus: Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit. Hæc est libertas, de qua ait idem apostolus: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et diuus Iacobus apostolus euangelium vocat legem libertatis. Sed hæc libertas spiritualis est, non carnalis, qualis est illa, quam prædicant Lutherani, & cæteri hæretici, carni obedientes: quorum libertas est impia seruitus, quoniã seruiunt dæmoni, mudo, & carni. Et prætextu euangelicæ libertatis carnalè prædicant libertatem, & omnem doctrinã euangelicam, omnemque ecclesiasticã disciplinam euertere contendunt. Qua

de re alibi differuimus. Vera libertas est non seruire peccatis, & repudiatis veteris legis cõremonijs, & Gentium superstitionibus, euangelij sequi puritatem. Hanc libertatem attulit in mundum Christus deus noster, hæc est libertas spiritualis, & perpetuus iobileus, cuius figura fuit iobileus ille antiquus in lege constitutus: in quo Ezechiel vidit ecclesiæ per Christum constitutionem, & libertatẽ euangelicam, & cætera, quæ huic vltimæ parti suarum visionum mandauit. Præterea non desunt, qui asserant, fuisse visionem hanc Ezechieli ostensam mense septimo, die expiationis, qui decimus erat, & celebris apud Hebræos, vt est in libro Leuitici literis mandatum. Nec obstat dicere Ezechielem hoc loco, fuisse hoc in exordio anni. Etsi enim annus apud Hebræos incipiebat à prima die mensis primi, tamen annus iobilei incipiebat à decima die mensis septimi. Vnde in Leuitico dicebat deus: Clages bucina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore, in vniuersa terra vestra, sanctificabisque annum quinquagesimum. Cum igitur visio hæc facta fuerit in principio anni iobilei, atqui principium anni iobilei incipit die decimo, qui erat dies expiationis & celebritatis, apertè cõcluditur, factam fuisse visionem hanc in die expiationis & celebritatis. Et pulchrè quidem: nam visio hæc agit de ecclesiæ catholicæ ædificatione, in qua est vera peccatorum expiatio, & perennis sanctorum celebritas. Eodem modo apparitio angeli facta Zachariæ, in qua fuit exordium redemptionis humanæ denuntiatum, fuit die expiationis, vt validissimis rationibus Paulus Burgensis in additione ad caput primum diuini Luca probauit. Triplex erat annus apud Iudæos, nimirum vsualis, legitimus, & emergens. Vsualis incipiebat à Ianuario, & eo utebantur in contractibus: legitimus incipiebat primo die lunæ pro-

sup. 1.

4. Reg. 24.

4. Reg. 24.

Gal. 4.

Gal. 4.

2. Corin. 3.

Iaco. 1.

Luc. 16.

Leu. 25.

Luc. 1.

propinquieris æquinoctio vernali, & eo utebantur in solennitatibus: emergens incipiebat prima die ioblei, quæ erat decima dies mensis septimi, aut aliquo die celebri & memorabili ob factum aliquod egregium & insigne. Et de hoc tertio anno loquitur in presenti Ezechiel, qui fuit quartusdecimus à ciuitate percussa: quia à transmigracione Babylonis fuerunt, teste diuo Matthæo, quatuordecim generationes vsque ad Christum, quando promissa est restitutio, & vera spiritalis Hierosolymæ instauratio.

Facta est super me manus domini. Hoc est afflatus sum diuino spiritu. Vidi intellectuali & imaginaria visione per spiritum propheticum ea, quæ sequuntur. Fortasse videbatur sibi asportari manu cuiusdam effigiei deum representantis. Pagninus vertit: Fuit super me propheta domini. Alij transferunt: Facta est vis diuina super me. Hebraismus est, quo vsus fuit Ezechiel capite primo, & tertio, & trigesimo septimo.

Et adduxit me illuc. Adduxit me manus domini in terram Iudææ. Nihil præcessit in litera, ad quod referatur hoc aduerbium, illuc. Sed volens ostendere esse ad terram promissionis referendum, subdit: Adduxit me in terram Israel. Prolepsis est figura, cum quæ sequi debent, præponuntur: vt in psalmo: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Et supra capite primo: Et factum est & c.

In visionibus dei. Id est, in visionibus egregijs & diuinis. Ea, quæ magna sunt, & eximia, dei appellatur: vt ciuitas dei, cedrus dei. Et si tota hæc visio vna sit vsque ad finem libri, tamē voluit propheta vti numero plurali, quia longa est, & multa complectens. Tu autem perpende eius maiestatem & amplitudinem. Qui eam videt, propheta dei est, qui eam ostendit, est deus, locus, in quo ostendi-

tur, est terra sancta, quod propheta raptus fuit, qui eum illuc duxit, est dominus, aut manus domini, id quod videtur, est humani generis redemptio. Quis tanta rerum celsitudine non mouebitur?

Et dimisit me super montem excelsum nimis. Hic est mons Sion, quem nimis excelsum vocat ob rei dignitatem, sublimem quæ mysteriorum ibi effectorum celsitudinem. Erat diuus vates corpore in Babylonia, spiritu verò, & visione prophetica in Iudæa, quæ longo inter se intervallo distabant. Duplex fuit huius visionis locus, vnus subiectiuè, hoc est Babylonia, alter obiectiuè, hoc est Iudæa. Et in vtroque erat Ezechiel eodem tempore, sed diuerso modo.

Super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum. Nom vidit oculis corporis ædificium aliquod realiter, sed mentis oculis imaginè quandam ædificij conspexit: eam ob causam ait: Super quem erat quasi ædificium. Potest etiam particula, quasi, referri ad verbum ciuitatis, vt sit sensus: Super montem illum excelsum vidi mentis oculis ædificium quasi ciuitatis vergentis ad austrum. Hoc ædificium templum est: sed quoniam templum hoc erat cinctum muris: munitum domibus, atrijs, portis, et mœnibus, ideo ob eius amplitudinem & magnificentiam cum ciuitate comparatur. Et quoniam mons ille erat altior ex parte aquilonari, ideo dicitur ædificium hoc esse instar ciuitatis vergentis ad austrum, quia ex parte austri erat aliquantulum diffusum. Sunt qui dicant duo hinc vidisse prophetam, nimirum templum & ciuitatem, qui per ædificium intelligunt templum, per ciuitatem verò vergentem ad austrum nouam Hierosolymam, de qua loquitur Ezechiel in fine visionis. At prior expositio est planior, et literè accommodatior: non enim ait: super quem erat quasi ædificium & ciuitas: sed super quem erat quasi ædificium ciuitatis. Vidit quidem ciuitatem, sed modò de illa non loquitur, lo-

queretur autem postea. Nunc describit templum illud magnificum cum vrbe comparatum, quod etiam dicitur suo modo Ierusalém. De eo ait ita psalmographus: Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Aduerte. Non ait: Ierusalem, quæ ædificata est ciuitas, sed vt ciuitas: quemadmodum hoc loco Ezechiel non ait: vidisse ædificium ciuitatis, sed quasi ædificium ciuitatis. Verba illa Davidis: Cuius participatio est in idipsum, hinc habent sensum: Aedificatio eius est omnibus numeris absoluta, nã participatio suorum ciuium est sibi ipsis coniuncta, & vna fide adunata. Primum huius ciuitatis fundamentum est Christus, de quo ait apostolus in prima ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Et quia deus hanc ædificauit ecclesiam, ait eodem loco apostolus: Dei ædificatio estis. Et paulò post: Templum dei sanctum est, quod estis vos.

Ecce vir, cuius erat species, quasi species æris. Hic erat filius dei, Christus deus noster, verus deus & verus homo. Hic est, qui prophetam ex Babylonia ad montem illum excelsum adduxit: hic est, quem antea Ezechiel vocauerat manum domini, quia ipse est, per quem deus fecit omnia: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quare manus dei merito appellatur. Ipse est, quem modò vocat virum ob assumptam humanitatem, quemadmodum vocatur multis locis diuinarum scripturarum. Esaias inducit deum patrem ita loquentem: Voco ab oriente iustum, & à terra longinqua virum voluntatis meæ. Intelligi autem verba hæc præcipue de Christo indicant ea, quæ sequuntur. Propè feci, aut vt potest veri ex hebræo, propè faciã iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea non morabitur. Eum, quem appellauerat virum, appellat iustitiam & salutem suam. Et Ieremias de Chri-

sti incarnatione loquens, Creauit, inquit, dominus nouum super terram: foemina circundabit virum. Hoc est, virgo sacratissima in vtero suo circumdedit Christum, virum perfectum, qui ab instanti conceptionis suæ fuit virtute & scientia plenus. Et Zacharias: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et diuus Petrus in Actis apostolorum: Iesum Nazarenum virum approbatum à deo. Incidens diuus Ambrosius in hunc locum libro 5. de fide ait: Vir erat, quia typus suscipiendi corporis declarabatur. Apparet autem Christus colore æreo, quia æs forte est, & longissimè sonat. Est enim Christus fortis, & verba eius longè sonuerunt, in omnibus terrarum oris fuerunt audita, per apostolos suos nuntiata: de quibus cecinerat regius vates: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nulla est regio tam barbara & remota, ad quam non peruenerit aliquando aliqua de Christo notitia. Præterea æs funditur igne, eiusque calore liquefcit, quando ex eo statua aliqua cõflatur: & Christus deus noster fuit igne diuini sui amore perfusus, & ardente charitate inflammatus. Eas ob causas existimo serpentem illum in ligno erectum, in quem egroti oculos conijciebant, vt consequerentur sanitatem, æneum fuisse, quia Christi crucifixi imaginem gerebat, ad quem mentis aciem extollere, quem fidei oculis intueri, ad quem denique confugere debemus. Ita enim dixit ipsa veritas: Sicut Moyses exaltatauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Cum autem serpens ille esset ex ære, par erat, vt ille, qui in serpente adumbrabatur, speciem haberet æris duri & candentis, vt in duritie ostenderetur eius firmitudo & fortitudo, in sonitu eius euangelium longè divulgatum, in colore ignito eius ardentissima charitas.

Et funiculus lineus in manu eius. Septuaginta pro funiculo lineo habent funiculum ædificatorum: quod idem est. Eodem modo Zacharias: Ecce, inquit, vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi: Quo vadis? Et dixit mihi: ut metiar Ierusalem. Hic vir apud Ezechielem hoc loco manu vna habebat funiculum lineum, quod vtuntur cæmētarij ad disponendos recto ordine lapides, altera calamus, hoc est amussim siue regulam architectoriam ad ipsos lapides mensurandos. Nam admirabilis ecclesiæ ordo est insignis quædam structura tanquam ad regulam facta, & ad lineam respōdens. His duobus instrumentis & mensuris, funiculo lineo, & virga mensoria vtuntur architecti in ædificijs construendis. Apparet Christus deus noster in habitu architecti, quia ipse est, qui mundū condidit, & qui venturus erat, quemadmodum venit, ad constituendam ecclesiā, nouam Hierosolymam: & ad nouū hoc & admirabile templum ædificandum. Et quia iustus est, imò ipsa iustitia, in manibus habet mensuras, tribuens unicuique iuxta opera sua, apud quem non est acceptio personarum, vt asserit multis in locis diuina scriptura: ipse omnium merita discuit & mēsurat. Funiculo lineo mensurare poterat res magnæ longitudinis, vt atria, vestibula, & mœnium circuitum: virga verò lignea seu cænea res minores, vt muri crassitudinem, portarum aditus, & alia huiusmodi. Omne vitæ nostræ ædificium debet esse ad normam & funiculum Christi directum, si volumus ne ruat, & euertatur. Verum per regulam siue amussim & funiculū architectorium cum perpendiculo intelligitur euangelij prædicatio, quæ debet esse in manibus, hoc est in operibus: per manus enim opera significantur. Id quod iuxta versionem septuaginta citatum ab apostolo in epistola ad Romanos ait psalmographus: In omnem terram exiit sonus eorum, potest verti ex

hebræo: In omnē terram exiit norma eorum, siue amussim, siue funiculus, & directorium. Quod iuxta diuini Pauli sententiam de euangelica prædicatione intelligitur. Est enim euangelicus concionator architectus, eiusque conciones sunt regulæ honestè viuēdi, & eius vita debet esse ad certum verborum eius perpendiculum directa. Vnde egregius ille concionator Paulus aiebat: Vt sapiēs architectus fundamentum posui. Apparet itaque Christus vt architectus, & vt iustus iudex cum virga mensuratoria: nō duas virgas habet, sed vnam, ad omnes æquāliter iuxta eorum merita mensurandos. Vtinam omnes, quibus est regēdi cura demādata, hunc diuinum architectum & iudicem imitentur. At sunt nonnulli, qui eorū, aduersus quos odio flagrāt, res gestas magnas & illustres parua quadam arundine metiuntur, volētes eorū gloriam minuere & extenuare, & si possent penitus extinguere: eorum autem res, paruas illas quidem, & minimè laudabiles, quos amore prosequuntur, longa virga mensuraria metiuntur, eos laudibus efferentes, & nimis studijs celebrātes. Duas habēt virgas, vnam odij & inuidiæ, alteram deprauati amoris & affectionis. Itaque mensurant res non virga iustitiæ rectæ, sed affectus corrupti. Nō de illis loquor, qui iustitiam colunt & pietatē, quorū multos esse non ignoro, sed de ijs, qui pro norma non habēt rationē, sed voluntatem: qui dicūt: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Stabat autem in porta. Subaudi, muri exterioris. Ideo Christus stabat ad portā, quia per ipsum habemus accessum ad patrem: ipse enim ait apud Ioannē: Nemo venit ad patrē nisi per me. Fieri non potest, vt quis ad hoc admirabile ecclesiæ ædificiū ingrediatur nisi per Christum: Vel ideo stabat in porta, quia quondā iudiciū in porta vr̄bis fiebat: ibi exercebatur iudicis officiū. Qua in re voluit ostēdere Christus eū esse iudicem viuorum &

& mortuorū. Apud Hebræos appellabatur iudex arguēs in porta, quia ibi solebat arguere delinquentes. Ita intelligitur illud Esaiæ: Arguentē in porta supplantabant. Hoc est homines scelerati iustū iudicem opprimebant. Et illud Amos: Odio habuerunt corripientē in porta.

Vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Non erat illic Ezechiel corpore, sed animo: ideo hoc de oculis & auribus nō corporis intelligitur, sed mētis. Præcipit deus diuino vati, vt animo diligenter perpēdat visionem hanc: insinuans esse magni ponderis, quæ magnā requirit attentionē. De ijs auribus ait Christus in euāgelio: Qui habet aures audiēdi, audiat. Similiter Ioannes in Apocalypsi. Qui huiusmodi aures & oculos nō habent, idola appellari possunt, licet corporis oculis lynceis, & auribus ceruinis surrectis sint instructi. De ijs ait psalmographus: Oculos habent, & nō videbunt, aures habent, & nō audient. Vnde Zacharias. O pastor, inquit, ô idolum. Sunt nō nulli, qui non proprijs oculis vident, sed alienis: ita enim sunt ducti affectibus, vt credant, non quod vident, sed quod alij se audiuisse testentur: cum dicat prouerbum: Pluris est oculatus testis vnus, quàm auritus decem. Vnde oculata fides tertio Institutionum Iustiniani de gradibus cognationum, tum dicitur, cum res subiicitur oculis.

Et pone cor tuū in omnibus, quæ ego ostendam tibi. Hoc est, cogita, & memoria repete ea, quæ tibi sum ostensus. Non solum deus Ezechiel præcepit, vt hæc videret, & audiret, sed vt ea cogitationi manderet, & in animo versaret, & in memoriæ thesauro reponeret.

Quia vt ostendantur tibi adductus es huc. Attulit deus Ezechiel in spiritu ad montem Sionē, vt ostenderet illi ædificiū ecclesiæ catholice, quæ erat constructurus, vt ipse visionē hanc intelligeret, & alijs nūtiaret. Ideo ait illi deus: Annūtia omnia, quæ tu vides, domui Israel, hoc est

fidelibus, qui Israelis nomine significantur. Ideo deus hominibus sciētiam impertit, vt illi & sibi p̄sint, & alijs. Quid prodest lucerna sub modio? Vt tabula etiam si sit à Michaele Angelo mirabiliter picta, & accuratè elaborata, inutilis tamen erit, si fuerit tenebris cooperata, indiget enim luce, vt possit conspici, & cōspicientibus vtilitatem afferre: nā in obscura domo recondita nullū præfert artificiū, nullum splendorem, nullam vtilitatem: sic scientia etiam si ex se sit admirabilis & fructuosa, nullam tamen affert admirationem, nullum fructum, nisi sit alijs cōmunicata, & luce participationis perspecta. Ideo ait Ecclesiasticus: Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Contrā verò de viris doctrina præstantibus, & alios eruditione sua instruētib; ait Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Non solum sibi sapientes esse debent velle, qui sunt instructi sciētia, sed alijs. Ad Architam ita scribebat Plato: Non sibi soli se natū homo meminerit, sed patriæ, sed suis, vt per exigua pars illi relinquatur.

Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq; & in manu viri calamus mēsuræ sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinē ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. Et venit ad portam, quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius: & mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est limen vnum calamo vno in latitudine. Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos: & limen portæ iuxta vestibulum portæ in-

trinsecus, calamo vno. Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulū autem portæ erat intrinsecus.

Ecce muros forinsecus in circuitu domus vndique, Locum illum, vbi cōditum erat totum ædificium, appellat Ezechiel domum: quæ domus cincta erat muro vndique per circuitum. Volens autem propheta totum hoc ædificium describere, incipit à muro forinsecō, vt ad intrinsecum tēpli perueniat. Nā naturalis cognitio incipit ab extrinsecō, nimirum à sensu: sensus enim portæ sunt intellectus, nam, vt ait Aristoteles, prius sentimus, quàm intelligamus: imò, vt ipse ait libro tertio de Anima, capite tertio, existimatio nō potest esse absq; imaginatione, nec imaginatio absque sensu: est enim sensus ostium ad imaginationem, & existimationem, & intelligētiā. Hinc fit vt sensu videamus dei creaturas, ex quarū cognitione ad creatoris cognitionē possumus peruenire, & eius bonitatē & sapiētīā oculis intellectus intueri. Id ait his verbis in epistola ad Romanos diuus Paulus: Inuisibilia dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Ac si diceret: Per dei effectus, res quæ ab eo creatas, sensibus expositas intelliguntur eius inuisibilia à creatura mundi, hoc est à constitutione mundi, ex quo conditus est mundus. Vel à creatura mundi, hoc est ab homine, qui inter omnes creaturas, quæ sensu percipiuntur, primū semper locum obtinuit. Vel à creatura mundi, hoc est ex mundi creaturis. Ea enim est rerum à deo creatarū pulchritudo, & dispositio, vt nemo sit tanta barbarie & immanitate affectus, qui earum excellentem ordinem, & admirabilem speciem sentiens non possit eximium earum effectorem contemplari: & à sensu exteriori ad interiorem intelligentiam diuinę sapientię, & potentię, & bo-

nitatis perducere. Diuus Augustinus libro octauo de Ciuitate dei, capite nono & vndecimo incidens in hunc apostoli locum ad dubitationem tollendam legit: à constitutione mundi. Plato in Timeo vnum esse principem & originem rerū sensit & docuit, cuius maiestatem tantam esse asseruit, vt nec posset lingua explicari, nec animo comprehendere. Ex rebus enim creatis ad rerum omnium effectoris ascendit cognitionem. Marcus Tullius libro primo de natura deorum, Deus, inquit, est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerū vicissitudines, ordinesq; cōseruat. Et in secūdo, Quid, inquit, potest esse tam apertum, tamq; perspicuum, cum cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? Et noster Lactantius, Nemo, inquit, tam rudis vnquam fuit, tamque feris moribus, quin oculos suos in cœlum tollens, aliquam dei providentiam intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, vtilitate, & pulchritudine. Hæc ille. Sed illud velim tibi persuadeas, deū nō ita cognosci per creaturas, vt nobis per illas secundum naturam & essentiā suā innotescat, sed secundum potentiā, quæ est rerum conditor & effector. Vt enim videntes solis effectus, non statim intelligimus eius substantiam, quod attinet ad metaphysicum, nec eius quantitatem, quod attinet ad astrologū, sed ex eius affectibus cognoscimus eū esse causam & effectorem, lucidum, calidū, & siccum: sic videntes dei creaturas non statim per illas intelligimus eius substantiam & naturā, sed ex illis intelligimus eū esse primam causam, bonū, potētem, sapientē, & huius vniuersitatis moderatorem. Vnde Augustinus libro sexto de Trinitate in creaturis apparere ait dei vestigium. Vt enim gressus animalis in terra expressus eius ostendit distinctionē, viso enim

simile.

simile.

ve-

vestigio intelligis esse equi, sed non cognoscis ex vestigio esse equū pulchrū, aut rufum, aut nigrum: sic deus ex creaturis cognoscitur, sed confusa notitia: vis enim rebus creatis tāquam dei vestigijs ducimur in creatoris cognitionem, sed nō ita distinctē, vt eius naturam cōprehendamus. Aspicias igitur sensum visus iuxta diui Pauli sententiā principium esse cognitionis diuinę. Quod etiā verum est in sensu audiēdi. Nam ipse apostolus in eadem epistola, Quomodo, inquit, credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicāte? Et paulò post: Ergo fides ex auditu. Potest quidem deus inspirare cognitionē sui absque corporis auribus, fidemq; sine exteriori auditu: ait enim Dionysius fuisse quosdam Gentiles solo angelorum ministerio ad Christi fidem conuersos. Sed de illa non loquor, sed de ea, de qua loquitur apostolus, quæ est ex auditu: quia eo modo cōmuniter adducti sunt homines ad fidem: audius enim ad fidē dispositiue inducit, deus autē eā tribuit. Cum igitur totū hoc ædificium ecclesiā significet & adumbret, ecclesia autem sit collectio habentiū dei cognitionem & fidē, quæ est imprimis necessaria, cum sine fide authore diuo Paulo impossibile sit placere deo, fides autē sit ex auditu, auditus verò ab exteriori, ideo diuinus noster vates ab exteriori voluit incipere tanquam à principio.

Rom. 10.

Heb. 11.

Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo. Quia dixerat supra, habuisse virum in manu mensurę calamū, hoc est cannam mensuriā, & nō expresserat quantitatem mensuræ, ideo nunc eam voluit exprimere. Erat, inquit, calamus ille mēsurandi sex cubitorum & palmi. Quidam existimant habere virgam illam mēsurariā sex cubitos, & palmum vnum: quidam verò, & rectius meo quidem iudicio, sex tantum cubitos, sed hos cubitos non esse prophanos & vulgares, sed sacros, qui palmo vno maio-

res erant prophanis. Diuus Ioannes in Apocalypsi, vbi visionem nouæ ciuitatis describit, ita ait: Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineā auream. Hoc est mensuram auri, similem arundini mensuriæ. Per aurum intelligitur diuina sapientia, & per mensuram auream iustitia sapientiæ diuinę. Erat igitur calamus hic aureus iuxta diui Ioannis sententiā, & habebat sex cubitos, quorum vnusquisque excedebat palmo vno cubitum vulgarem, iuxta id, quod hoc loco ait Ezechiel. Perspicuum est libros Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij legentibus apud Hebræos mensuras sanctuarij maiores esse alijs communibus. Cubitus vulgaris continebat quinque palmos, cubitus verò sanctuarij sex. Accipitur autem palmus pro quantitate quatuor digitorum, quæ Lusitanè dicitur mam traueffa. Et quoniam cubitus facer continebat cubitum prophanum & palmum vnum, ait Ezechiel, hunc calamum mensurarium, quem vir manu tenebat, esse sex cubitorum, ex illis cubitis, quorum quilibet habet cubitum vulgarem cum palmo, hoc est sex palmos. In hebraico enim est: In manu viri calamus mensuræ sex cubitorum in cubito & palmo. Ac si diceret: Loquor de cubito, qui præter vnam communem continet vnum palmum. Hoc ostenditur apertē capite quadragesimo-
Inf. 43.
tertio. vbi hæc sunt verba: Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimæ, qui habet cubitum & palmum. Verissimum cubitum eum vocat, quo utebatur in templo sacerdotes. Maior erat mensura templi, quàm seculi, quia largiū mensuraturi sumus, & largituri deo quàm mundo, & diuinarum rerum visibus, quàm humanarum: nam ipse deus est bonorum omnium largitor. Et ecclesiæ suę mensura vera est & plena: sed hæc plenitudo in ecclesia triumphante superfluens est. Mundi mensura desiciens

St 3 ciens

ciens est & fallax: at gloriæ sempiternæ mensura plenissima est, & verissima. Per sex palmos cuiusque cubiti, & per sex cubitos cuiusque calami, quo vir hic metiebatur, intelligitur Christi sapiëntia & iustitia, qui omnia cognoscit & mēsurat. Numero enim senario omnia creata significantur: quoniam spatio sex dierum deus mūdum creauit. Illud est etiā sciendum calamum illum sacrū habuisse cubitos distinctos quibusdam signis & notulis, quemadmodum in vlnis nostris mensurijs & medietates, & quartæ designantur.

Et mensus est latitudinē ædificij calamo vno, altitudinē quoque calamo vno. Loquebatur de muro exteriori totum ædificium cingēte, & de viro habente calamū, quo erat totū ædificium mensuraturus. Nunc ait virum illū mensurasse ædificiū illud calamo vno in latitudine, & calamo vno in altitudine. Sed hæc prima facie nō videtur posse cum sequētibz cohærere. Qui enim fieri potest, vt totius ædificij latitudo vnus sit calami sex cubitos continentis, cum hic murus exterior quatuor habeat latera equalia, quorū vnum quodque habet quingentos calamos in exteriori superficie? Hac ratione ducti aiunt nonnulli intelligi hoc nō de campi latitudine, sed de muri spissitudine & densitate: vt sit sensus: Mēsurauit crassitudinem muri illius, & erat sex cubitorū, similiter & altitudinē. Sed cum diuini vatis institutū sit ædificium describere rectē dispositum, non sit autem rectē dispositus murus, cuius crassitudo æqualis est altitudini, dicunt alij per hoc ædificium, quod prius fuit mensuratum, intelligi domunculam quandam, quæ erat supra portam muri exterioris ad vigilū excubias deputata, quæ intra parietes spatium habebat sex cubitorum, & tot etiam in latitudine. Ego existimo per ædificium hoc intelligi totum ædificium cum muris, atrijs, thalamis, & templo, & totam denique hanc machinam, quæ

his capitibus describit Ezechiel. Per latitudinem autem intelligo totam magnam planiciem, in qua erat situm ædificium, per altitudinem verò murorum & parietum celsitatem. Existimo quæ nihil aliud voluisse his verbis diuinum vatem significare, nisi totum hoc magnū ædificium fuisse vno calamo mensuratum: non quod vnus tantum calami esset tā ingens machina, sed quod tota mēsuratio nō diuersis calamis facta fuerit, sed illo solo, quem vir mēsurator manu tenebat. Ac si diceret Ezechiel: Non habebat vir ille multos calamos: vnum tantum habebat, quo totū ædificiū tam in latitudine, quàm in altitudine mēsus est. Hec est clara & germana huius loci intelligentia. Vult significare propheta, Christum esse iustum iudicē, apud quē non est acceptio personarū, vt decimo Deuteronomij, & decimonono secūdi Paralipomenon, & alijs in locis diuinæ literæ testantur. Rectus iudex, qui meritorum momenta perpendit, & munus suum ad rectā iustitiæ in æqualitate consistentis normam dirigit, vnam tantum virgā habet, rectā illā, bona ac mala metiētē. Duabus enim rebus respública cōtinetur, p̄mio & pœna. Id voluit in Prouerbij Salomō ijs verbis significare. Pōdus & pondus, mensura & mēsurā, vtrūque abominabile est apud deū. Ac si diceret: Eos detestatur deus, qui diuersis vtuntur ponderibus & mēsuris, qui idē factum in inimico vituperant, in amico laudibus efferunt: qui non voluntatem suam iuxta leges, qui potius leges ipsas iuxta suam voluntatem metiūtur. Vt enim cymbaliste vsque adeo variè cymbala pulsan, vt in defunctorum obitu, tempore luctus plorare videantur, diebus autē festis, vel publicis ludis ridere, & lætitia exultare: sic iniusti & affectibus ducti iudices, qui nō ratione & æquitate, sed voluntate & appetitu reguntur, leges ad libitum interpretantur. Adducunt eas ad deprauatam affectionem

Deut. 10.
2. Paral. 19.
Iob. 37.
Rom. 2.
Act. 10.

Prou. 20.

simile.

nem suam, illasque ita vertunt, et evertunt, vt modò videantur lugere, modò lætitia gestire & tripudiare. Duos homines idem delictum pariter cōmittentes, seque pari culpa implicantes vno ac eodem textu impariter iudicant: quem amplectuntur amicitia, aut à quo munera acceperant, liberè absoluunt, & virga affectionis mēsurant, alterum autem, quem tali non prosequuntur affectu, grauitèr damnant. Cum lex deberet esse regula recta, ad quam mores dirigerentur, efficiunt illi ex ea regulam Lesbiam, quæ ad eorum mores dirigatur. Erat quidem regula Lesbia plumbea, & applicabatur lapidibus, cum ei lapides applicari deberent: ad quam alludit Aristoteles quinto Moralium. Vt araneæ ex floribus salutaribus conficiunt venenum: sic nonnulli iudices & iurisperiti ex legibus iustis conflant & sibi & alijs perniciem. Leges conditæ sunt ad lites dirimendas, illi autem ex illis occasionem sumunt lites propagandi: remedium controuersiarum in earundem venenum conuertunt. Leges iubent seruari æqualitatem, illi autem eas peruertentes depromunt ex illis inæqualitatis sententias. Huiusmodi iudices duos habent calamos, duas mēsuras: vna metiuntur diuites, altera metiuntur pauperes, vna magnos, altera paruos, vna amicos, altera inimicos. Hos alloquitur deus in Leuitico, dicens: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Ipse deus omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, vt est libro Sapientiæ mandatum. Et apud Esaiam ait: Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Non ait: in ponderibus, sed in pondere: nec in mēsuris, sed in mensura. Duas habet mēsuras iudex, qui respicit ad munera. Nullum est in iudice vitium tetrius cupiditate & auaritia: habere enim quæstui rempublicam sceleratū est & nefarium.

simile.

Leuit. 19.

Sap. 11.
Esa. 28.

Cum perspicuum sit, corrumpi homines admiratione diuitiarum, nihilque esse tam sanctum, quod non violenta amore pecuniæ, nihil tam munitū, quod non oppugnent, summa ope niti decet, ne capiantur diuitiarum cupiditate: ne & se, & rempublicam evertant. Scitum est illud Pontij Samnitis, qui aiebat se velle tunc natum esse, quando Romani munera accipere cœpissent, non enim passus esset diuitius eos imperare. Intelligebat vir sapiens, vix posse rempublicam stare, cum iudices & gubernatores accipiunt munera. In Deuteronomio ait ita deus: Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Et Salomon in Prouerbij: Munera de sinu impius accipit, vt peruertat setmitas iudicij. Et Esaias: Vx qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Hinc oritur inæqualitas, quæ est murmuris & seditionis seminarium, & expellitur æqualitas pacis & tranquillitatis altrix, & amittitur mensura recta, quæ hic ab Ezechiele calamus appellatur: quo Christus ædificium mensurat. Et quoniam in ecclesia diuersa munera sunt, & varia merita, ideo in eo ædificio diuersæ sunt quantitates, & variæ magnitudines: sed omnia hæc vno calamo, hoc est magna mēsurantur æqualitate, vt iuxta cuiusque opera præmia aut supplicia tribuatur. Nam vt ait diuus Paulus in epistola ad Romanos, Deus reddet vnique secundum opera sua: & apud diuum Ioannem ait dominus: In domo patris mei mansiones multe sunt. Quibus verbis indicat æternæ gloriæ differentiam. Sicut enim alia est claritas solis, vt ait apostolus in prima ad Corinthios, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum: stella etiam à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Sed quemadmodum stelle in cœlo sunt collocatæ, sic sancti sunt in firmamento

Deut. 16.

Prou. 17.

Esa. 5.

Rom. 2.

Ioan. 14.

1. Corin. 15.

immortalitatis & æternitatis cōstituti: Vna quippe est electorū omnium in cœlo beatitudo quo ad obiectum, sed non æqualiter ab omnibus participata: quoniam sicut diuersa sunt iustorū merita, sic diuersa sunt gloriæ dona. Vnus est denarius omnibus, vna merces pro vineæ laboribus, vna est vita æterna, quæ oēs habent, vnus deus, quo omnes fruuntur: sed alij maiorem gloriā, alij minorem iuxta vniuscuiusq; merita participabūt. Et hæc est vera æqualitas præmia cum meritis equaliter mēsurare. Sol cum obiectū ædificij parietem illustrat, per omnes illius partis ianuas ingreditur, eas implens claritate: sed cum inequalis magnitudinis sint, per magnam multū ingreditur splendoris, per paruas verò parum. Et dicimus verè, solē æqualiter ianuas illas implere: nō quod æqualis sit splendoris magnitudo per parua, & per magnā introeuntis, sed quæ equalis sit vniuscuiusquæ ianux magnitudini & capacitati. Sic ille est iustus iudex, nō qui omnes eodem modo meretur, & paria præmia imparibus meritis tribuit, & æqua dona inter inæquales distribuit, talis enim æqualitas inæqualitas est, sed qui præmia largitur iuxta meritorū magnitudinē & portionē, qui leges obseruat, quibus pposita sunt supplicia vitij, præmia virtutibus. Talis iudex deo placebit, & inter homines celebritatē comparabit: fundamentum enim perpetuæ cōmendationis & gloriæ est iustitia, cui inest summus virtutis splendor, quam viri sapientes omnium dominam, & reginam virtutum appellarunt. Illud est hoc loco aduertendum, non penetrasse Ezechielem huius magnifici ædificij interiora, nisi postquam eius mensuram & figuram cognouit. Mensuratio & figura ad geometriam absque dubio pertinent: Nath obstrusa arcana; & magna ecclesiæ sanctæ mysteria & sacramenta nō ille recte penetrabit, qui fuerit impurus, scelerumq; maculis contaminatus,

sed ille qui fuerit virtute præditus; & sapientia ornatus. Vt enim geometria mediū docet & extrema, mediū, vt illud amplexemur, extrema, vt ea fugiamus: sic christiana philosophia de virtute differit, & de virtute in medio consistente, vt eam sequamur, de vitio cum extremis cōiuncto, vt illud detestemur. Ex quo efficitur, vt absq; virtute in mediocritate sita, quæ per geometriā significatur, nemo possit ad sapientiæ perfectionem peruenire. Id fortasse intellexit Plato, cum in foribus academiæ suæ scripsit: Nemo huc ingrediatur expers geometriæ.

Et venit ad portam, quæ respiciebat viam orientalem. Dixerat paulò antè, virum hunc, qui calamum mēsuræ manu tenebat, in porta stetit: nūc ait eū venisse ad portā. Si erat in porta, quomodo postea venit ad illā? Huic obiectioni possumus respondere, prius fuisse in porta ex parte exteriori, postea verò venit ad partem eiusdem portæ interiorē: erat enim murus, in quo erat porta, latus, & ex vna parte crassitudinis venit ad alterā. Accipitur autē hęc porta, nō pro foribus, sed pro ostio, & muri apertura. Vel antea locutus fuit ppheta de porta primi muri totum ædificiū ambientis, nunc verò de porta secūdi muri, quæ ad orientē respiciebat. Hac porta orientali ingreditur sol ille iustitiæ, de quo ait Zacharias propheta: Ecce vir, Oriens nomē eius. Et subter eum orietur, ædificabit templum domino. Vbi paraphrastes Chaldaus pro Oriente vertit Mesiam. De quo dixit alter Zacharias: Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Possumus per hanc portam rationē naturalem intelligere, quæ deus intellectū nostrum lumine illustrat, de quo ait regius vates. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Vel porta hæc lumine Orientis illustrata fides est, quæ est

simile.

Heb. II.

similitudo

porta & principium salutis: nam sine fide, authore diuo Paulo, impossibile est placere deo: credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et opinionem hanc tangit quædam glosa de Pœnitentia. distin. secunda. capite. Cum sanctam. in verbo, ad portam. Necessaria est nobis naturalis ratio, sed nō satis est. Ratio & fides sunt veluti duæ stellæ, arctica, & antarctica, quibus nautæ gubernantur. Vt enim qui ex nostra hac Lusitania ad Indiam tendunt orientalem, immensum mare nauigantes, vsque ad lineam æquinoctialem oculos conijciunt in polum arcticum, vbi est stella illa septentrionalis, qua reguntur: at transacta linea, stellam illam septentrionalem amittunt, & ab eius conspectu penitus discedunt, atq; alteram stellam nimirum australem in polo antartico intuentur, qua deinceps gubernantur: sic in hac vita incepturi sumus nauigationem nostram ducti stella rationis, & ad illam actiones nostras directuri. Sed si volumus ad cœlorum Indiam peruenire, opus est nauigationi nostræ, hanc rationis humanæ nauigationem relinquere, & firmam fidei stellam intueri, illaque nauigare, & iuxta eam opera nostra, vitæque cursum conficere, & ab eius regula non declinare. Cum enim se obtulerint res illæ, quæ humanam rationem transcendunt, & nostri iudicij limites excedunt, quales sunt eæ, quæ ad Christianam religionē, ad ecclesiæ catholicæ sacramenta, ad redemptionis humanæ mysteria, & ad alta cœlestiaq; arcana concernunt, opus est non ad rationis humanæ stellam, sed ad certissimum fidei sydus intueri, eaque gubernari. Gentes à fide alienæ ideo ad cœlorū portum accedere non possunt; qui potius in mundi mari obruantur, quia vnam tantum habent stellam, nimirum naturalem rationem, Iudæi verò in perfidia sua obstina-

ti vtraque sunt stella destituti: nō enim solum carent fide, sed etiā ob impia scelera, & pestilentem obstinationem ipsa quoque naturali ratione videntur relictū. Ideo aiebat diuus Paulus in prima ad Corinthios. Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Est igitur porta hæc orientalis aut ratio in rebus humanis, aut fides in diuinis. Poteris per portam hanc timorem intelligere, à quo incipit sapientia, iuxta illud psalmographi: Initiū sapientiæ timor domini. Quod est etiā à Salomone in Prouerbis, & ab Ecclesiastico usurpatū. Hic timor incipit intellectū illustrare eorū, qui se humiliant, animū dimittunt, & ad deū supplices accedunt. Id voluit David verbis illis significare: Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectū dat paruulis. Vel, vt potest verti ex hebreo: Porta sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat humilibus. Id, quod alibi appellat initiū sapientiæ, vocat hęc portam diuinorū sermonū. Non solum qui in intimam penetrat sapientiam, & perfectam obtinet charitatē, illuminatur, sed etiam ostium sapientiæ rerum diuinarū, hoc est timor domini mentem lumine aliquo illustrat, vt percipiat, quid sit fugiendū, quid sequendum. Ideo hæc porta appellatur orientalis, qua Oriens ipse, hoc est Christus homines ad perfectā charitatē perducit. Timor quasi locū parat charitati, & vt ait diuus Augustinus in expositione epistolę primę diui Ioannis, cum cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei preparauerat locum: ad cuius rei explanationē hac vtitur similitudine. Sicut videmus per setā introduci linum, quando aliquid sinitur, seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrat, vt introduceret charitatē.

I. Corin. I.

I. Sal. II.

Prou. 9.

Eccle. I.

I. Sal. II.

simile.

1. Ioan. 4. Simile.


Ideo ait diuus Ioannes in prima sua epistola: Perfecta charitas foras mittit timorem. Ut ad construendā templi lapidei testudinem sit prius artificium quoddam ligneū, quod simplex fornicis apelatur: sed cōsummato edificio totū illud simplex in terrā projicitur, quippe quod solum ad perficiendū templū seruebat: sic ad perfectæ charitatis constructionē erigitur timor: sed perfecta iam charitate decidit timor ille tanquam artificium tabulatum, & remanet pulchrum magnificumq; charitatis ædificiū. Non laudo timorē illum, qui oritur ex amore sui, & diffidentia dei: de eo enim ait dñs: Nolite timere pusillus grex. Et rursum: Nō turbetur cor vestrum, nec for-

midet. Eum laudo timorem, de quo ait deus: Dñm deum tuū timebis. Et Iosue: Timete deū, & seruite ei corde perfecto. Et psalmographus: Firmamentū est dñs timentibus eum. Et Malachias: Orietur vobis timentibus nomen meū sol iustitiæ. Et Christus deus noster: Time te eū, qui potest & animā & corpus perdere in gehennā. In via dei, inquit diuus Gregorius 2. Moralium à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. Et quoniam timor hic Christum intueretur, dicitur hæc porta ad Orientem respicere. Sed vt melius hæc porta, & tota hæc machina intelligatur, facturum me esse operepretium existimaui, si figuram hanc totius ædificij delinearem.

Deut. 6. Iosue 24. Psal. 24.

Mat. 10.

Luc. 12. Ioan. 14.



Ædificiū hoc situm erat in spatio quadrato, cuius vnum latus respiciebat recte ad Orientem: & hoc erat anterius: oppositum verò ad Occidentem

& hoc erat posterius: alia duo etiā opposita, vnū ad septentrionem, alterum ad meridiem. Habebat ædificiū hoc tres muros, vnū exteriorē totū ædificiū cin-

cingentem, alterum medium, tertium interiorē. Intra vnunquodque erat atrium, in intimo autem erat templum constructum. Atrium intimum inter templum & murum intimum appellatur atrium sacerdotum; seu atrium interius. Atrium inter murū intimū & medium appellatur exterius respectu interioris, siue atrium mundorū. Atrium inter medium & exteriorē murum appellatur locus vulgi, seu atrium immunorum: quoniam illuc poterant etiam Gentiles introire ad deum colendum, vt ex tertio libro Regum, & ex euangelio Ioannis constare videtur. Sunt qui existimant intimum atrium esse sacerdotum, quod erat altius, & templo propinquius, medium esse virorum, illud autē, quod erat inter primum & secundum murum esse atrium sceminarum. Sed nos primam sequemur denominationem. Primus murus in quadrum dispositus, totum ambiens ædificiū latera habebat æqualia, quorum vnunquodq; habebat quingentos calamos in longitudine, in exteriorē superficie. Cū autem quilibet calamus sex cubitos cōtineret, vt antea diximus, apertē ostenditur, vnunquodque latus tria millia cubitorū continere: & ex cōsequentē totū ædificiū habere in circuitu duodecim millia cubitorū: nam quater tria millia efficiūt duodecim millia. Murus medius minor erat, interior autem minimus. In primo muro erant tres portæ, vna ad Orientē, altera ad aquilonē, tertia ad austrū. Similiter in secundo, & in tertio. Itaque in his tribus muris nouem erāt portæ, tres ad Orientem seipsas directē respicientes, totidem eodem modo ad aquilonem, & totidem similiter ad meridiem. Portæ muri exterioris nullam habebāt porticum, portæ verò secundi & tertij muri porticus habebant in qualitate similes, in quantitate æquales, in hoc tantum modò differentes, quod secūdi muri porticus septē habebat gradus, tertij

3. Reg. 8. Ioan. 12.

verò octo. Ex porticus muri secūdi erāt ab interiorē parte murifui, porticus verò muri tertij erant ab exteriorē. Præterea illud est intelligendum ex vulgi loco ascensum esse septem graduum ad atrium mundorū; ab atrio autē mundorum ad atrium sacerdotum ascensum esse octo graduum, & ab atrio sacerdotum ad templum similiter octo graduum ascensum. Ex quo colligitur, esse templum in loco quodā excelso constitutū. Excelsa est enim dei ecclesia, omnibusq; conspicua: nam vt dñs ait: Nō potest ciuitas abscondi supra montē posita. Hic est mons ille, de quo ait diuus Ioānes in Apocalypsi: Sustulit me angelus in spū in montem magnū & altū, & ostendit mihi ciuitatē sanctā Ierusalē. Diximus enim in huius capituli exordio totū hoc ædificiū quasi ciuitatem, & Ierusalē appellari. Est ædificiū hoc quadrangulare in quadro æquilatere sitū: de quo ait in Apocalypsi diuus Ioānes: Ciuitas in quadro posita est, & lōgitudō eius tanta, quanta latitudo. Voluit spū sanctus hīc apud Ezechielem, & illic apud Ioānē significare perpetuā ecclesiæ catholicæ firmitudinē ac cōstantiā: Nam corpus quadratū quocūq; vertatur, semper manet fixū. Quam ob causam Aristoteles libro 1. Moralium Nicomachiorum aduersus eos disputans, qui hominis felicitatē in bonis externis, incertis, & in casu sitis collocabant, ait nō esse felicem eum, qui instar chamæleontis ad speciem rerum, quibus admouetur, mutat colorē, sed qui virtute & constantia munitus, quadratus est. Libro etiā Rhetoricorum tertio huius prouerbij mentionem facit. Quemadmodū enim figura quadrata, in quacūq; partem voluatur, sui similis est: sic vir virtute & sapientia præstanti animum tenet immobilem: nec florenti rerum statu, nec aduersarum rerum procella propositum mutat; & à virtute detorquet; nec est quicquam, qui illum de fortitudinis &

Mat. 5.

Apoc. 21.

Apoc. 21.

simile.

con-

constantiae gradu deiciat. Et quoniam Gentiles aiebāt Mercurium deum esse veritatis, eum super lapidem quadratū pingebant, significantes veritatem esse firmam, sibi que coherere, mendacium verò tanquam instabile super globum mobilē, nusquā firmiter consistentem. Si constantiam ipsam in virtute vndique perfectā & absolutā oculis cerneremus, admiraremur absque dubio eius pulchritudinem & præstantiā, ipsaque mirabiles erga nos sui ipsius amores excitaret. Cum autem tanta sit ecclesiae catholice veritas, & firmitudo ac constantia, vt ne inferiorum quidem portæ possint aduersus eam præualere, non est mirum, si quadrata describatur. Præterea in architectura nihil est ipsa quadratura pretiosius & antiquius. Cum autem Ezechielis propositū fuerit pulcherrimum describere ædificiū, quod ecclesie pulcherrimæ gereret imaginem, oportebat eam quadratam delineare. Rursus per quadraturam hanc voluit deus quatuor euangelistarū, & quatuor virtutū cardinalium adumbrare quadraturam: insinuare quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad ecclesiam venturi. Per murum templum hoc vndique cingentem intelligitur deus: de quo dixerat Esaias de ecclesia loquens: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus & antemurale. Appellat eam Sion, hoc est speculam, quoniam ex ea cœlestia contemplamur. Huius ecclesie murus deus est, eam vndiq; protegens & circūdans. Hoc ijs verbis prædixit Zacharias: Ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Et psalmista: Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in seculum. Et alibi: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Vbi vides deū esse ecclesie murum, & gloriam, & custodem. Hanc ecclesie dignitatem & amplitudinem intuens. mentis oculis

idem diuinus vates concinebat: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.* Hic est murus ille, de quo ait diuus Ioannes in Apocalypsi, vbi ecclesie militantis ciuitatem describit, etiam si nonnulla interdum misceat ad ecclesiam triumphantem pertinentia: Et habebat ciuitas hæc murum magnum & altum. Sed dices fortasse. *Qui fieri potest, vt hi duo loci Ezechielis & Ioānis coherereant, cum Ioannes vnum tantum murum describat, Ezechiel autem tres?* Huic obiectioni est in promptu responsio. Nam cum per murum ecclesie deus intelligatur, deus autem vnus sit, apertè concluditur, scripsisse meritò diuum Ioannem vnicum murum. At cum in diuinis tres sint distinctæ personæ, posuit Ezechiel tres muros. Diuus Ioannes respexit ad vnitatem essentialis, diuus Ezechiel ad distinctionem personarum. Est enim deus vnus in substantia, trinus autem in personis. Aspicias igitur miram esse consonantiam inter ea, quæ inter se repugnantia videbantur. Possumus etiam huic obiectioni ita respondere. Diuus Ioannes capite illo loquitur de ecclesia militante, sed quatenus est ad ecclesiam triumphantem transferenda: quam ob causam multa connectit & coniungit ad ecclesiam ipsam triumphatam concernentia: Ezechiel autem hoc capite de ecclesia militante in se, etiam si postea in fine visionis nonnulla dicat, quæ sunt ad triumphantem referri. Ideo dicimus diuum Ioānem vnicum murum vidisse, quia ciuitas triumphans diuina tantum eget protectione: Ezechielem verò tres, quia ecclesia militans triplici indiget præsidio, diuino, angelico, humano præfules & principes. Habebat præterea diuersas portas ad diuersas mundi plagas respicientes, quia de diuersis mundi regionibus erant multi ad templum hoc ingressuri, qui repudiatis superstitionibus sanctæ religioni ad-

Mat. 16.

Esai. 26.

Zach. 2.

Psal. 124.

Psal. 126.

Psal. 86.

Apo. 21.

Psal. 46.

Esai. 35.

Esai. 60.

adhæferunt, & verum dei cultū toto orbeterrarū amplexati sunt. Hoc intuēs Dauid ecclesiam ipsam ob Christi victoriam adeptam, & dæmonis tyrānidem expulsum inducit hoc modo gaudio exultatē. Omnes gentes plaudite manibus, iubilare deo in voce exultatiōis: quoniā dñs excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terrā. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Et Esaias, Ambulabūt, inquit, qui liberati fuerint, & redempti à dño: conuertētur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et rursus alloquens ecclesiam primitiuā, Leua, inquit, in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, veniunt tibi. Filij tui de longè venient, & filia tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quādo conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Ac si diceret: Respice ò ecclesia primitiua ad omnes terrarum oras, & intueberis ingredientē per portas tuas innumerabilem gentium multitudinem. Omnes ad te repudiato idolorum cultu conuenient, nō vno loco, sed vna fide. Fideles tui non solum à terris propinquis, sed etiam ab vltimis totius globi terrarū regionibus venient: quos tu ad te properantes intueberis, & oblectatione perfusa exultabis: & præ admirabili gaudio erit cor tuum propagatū, cum hominum multitudo cum magno mari collata, Gentiumq; fortitudine in signium varietas ad te confugerint, miraculorumque fulgura coruscauerint. Christus quoque apud Lucam, Veniēt, inquit, ab oriente, & occidente, & aquilone, & austro, & accumbent in regno dei. His igitur prænotatis ad literæ expositionem accedamus.

Et ascendit per gradus eius. Nimirum portæ orientalis secundi muri, ad quam venit de porta orientali primi muri, quem exteriorē vocamus. Sunt, qui dicant

gradus hos esse in porta hac oriētali muri secundi in eiusdē muri spissitudine dispositos. Alij dicūt esse vltra portā. Ego existimo esse ante portā. Nam postquā per eos ductor Ezechielis ascēdit, mensus est limen portæ. Si autē essent vel in muri latitudine, vel vltra portā, diceret Ezechiel: Mensus est limen portæ, & ascendit per gradus. At non ita ait: sed: Ascendit per gradus eius: & postea subdit: Et mensus est limē portæ. Cum igitur prius introcūti occurrerint gradus, quā limen portæ, apertè ostēditur, esse illos ante portā. Non est silentio prætereundū per varios gradus esse ad sacrum, hoc est ad cœlū ascensionem. Hi sunt gradus virtutum & meritōrū. Nemo enim repente fit summus. Nihil se vniuersum profundit, & totū subitò euolat, sed quæ fiūt & agūtur, ex paruis principis procedūt, & suis progressibus augētur. Hæ progressiones appellantur gradus ab Ezechiele. De illis ait psalmo graphus: Beatus vir, cuius est auxilium abste, ascēiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarū, in loco, quem posuit. Etenim benedictionē dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē, videbitur deus deorū in Siō. Ex his verbis colliges esse mundū hūc vallem lachrymarum, cœlū verò esse montis excelsi cacumen, quò per virtutū gradus, & Christianæ philosophiæ progressiones illi perueniunt, qui meritò felices appellantur. Loquens Iob de vitæ suæ libro aiebat: Per singulos gradus meos pronūtiabo illū, & quasi principi offerā eum. Ea, quæ perfectionem consequuntur, nō statim ad verticem illius perueniūt, sed per incrementa meritōrū illuc extolluntur. Vt terra, vbi semen sparsum recipit, primū ideo occatū cohibet, deinde diffundit, & elicit herbescentē ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpiū paulatim crescit, erigitur calamus geniculatus stipulis ipsum ambiētibus, & fundit frugem spicæ ordine structam, aduersus auicularum

Psal. 83.

Iob. 31.

Similitudo.

larum morsus aristas munitam, donec fructus ad maturitatem perducitur: sic vita Christiana à virtute ad virtutem progreditur, donec vehitur ad culmen. Quidam incipiunt, alij proficiunt, alij verò fastigium obtinent. Hos nimirum gradus dominus apud Marcum sub mensis nomine his verbis describit. Sic est regnum dei, quemadmodum si homo iaciat semetem in terram. & dormiat: & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increseat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Cum desideria bona concipimus, spargitur semen in terram, cum in virtutum actiones incumbimus, herba sumus, cum in earum firmitudine mentem omnem figimus & locamus, & Christianæ philosophiæ conformamus perfectionem, iam plenam frugem in spica proferimus. Verum quot sint gradus huius portæ non explicat hoc loco Ezechiel. Aiunt nonnulli septem esse: quorum sententiæ ego libenter assentior, ductus translatione septuaginta interpretum ita dicente: Et ingressus est in septem gradibus portam respicientem ad orientem. Explicat diuus Gregorius hunc locum ait: In virtutum nostrarum gradibus Christus ascendere dicitur, quia tantò nobis ipse sublimior ostenditur, quantò noster animus à rebus infimis separatur. Et sunt hæc eius verba in sacros canones relata, de Poeni. distinc. 2. cap. Cum sanctam.

Et mensus est limen portæ calamo vno. Duo rum liminum fit mentio capite hoc, nempe huius, quod erat in ostio muri secundi ex partæ orientis, & illius, quod erat in eadem porta ex parte occidentis versus pavementum. Vtrunque habebat calamum vnum, hoc est sex cubitos in latitudine, quia eandem latitudinem habebat muri spissitudo. Erat autem limen aliquantulum à terra erectum.

Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum. Hoc est, quemlibet sex

thalamorum. Hi thalami erant cubicula quædam, siue domunculæ ad usum templi destinatæ. Erantque nonnullæ illarum iuxta portas: quia significant mansiones presulorum, & concionatorum, qui eos, qui ad portam, hoc est ad fidem, seu ad poenitentiam accedunt, leniter & beneuolè suscipiunt. Vel eam ob causam erant hæ mansiones iuxta ostium, quia illi acquiescendum est, in eo manendum, qui de seipso ait: Ego sum ostium. Et rursus: *Ioan. 14.* Ego sum via, veritas, & vita. *Ioan. 16.*

Et inter thalamos quinque cubitos. Subaudi, mensus est. Inter primum & secundum thalamum spatium erat siue vestibulum quinque cubitorum: inter secundum autem & tertium thalamum alterum vestibulum eiusdem mensuræ.

Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno. Limen portæ, quod antea fuit mensuratum, erat in porta muri medij, ex parte exteriori versus orientem: limen verò, quod hic mensuratur, erat in eadem porta ex parte interiori versus occidentem. Erant autem hæc duo limina eiusdem mensuræ, nimirum vnius calami, vt supra dictum est. Limina solent vulgo statui in ingressu foris, hoc autem limen erat internum: quam ob causam additur hic particula hæc, intrinsecus: quòd esset præter consuetudinem. Aduerte. Non solum huius ædificij calamus, & cubitus, erant, vt antea diximus, à vulgi mensuris differentes, sed etiam limen à mundi consuetudine discrepabat. Debemus enim non mundi mores sequi, sed diuinam voluntatem. Eam ob causam fuit Achã filius Charmi obrutus lapidibus iussu Iosue, quia regulam auream Iericho contra ipsius Iosue præceptum surripuit. Iosue Christi figuram gerebat, Iericho mundi: regula Iericho significabat mundi regulam, eiusque impiam consuetudinem, quam viri Christiani ex Christi præcepto sub mortis æternæ poena declinare tenentur. Id intelligens diuus

Rom. 12.

diuus Paulus in epistola ad Romanos aiebat: Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Dicēs: huic seculo, indicat alterum esse seculum, cui debemus conformari. Conformamur autem huic seculo, cum eius voluptates, illecebras, diuitias, & impiam viuendi rationem sequimur, cum vitijs cõtaminamur, mundi que vanitatibus amore defigimur. Contra verò tum reformamur in nouitate sensus, cum ad Christum confugimus, cum cõtēnimus voluptates: cum omnem vitæ cursum in dei obsequio, in labore corporis, atque in animi cõtentione cõficimus: cum nihil in vita expectandum ducimus, nisi quod est honestum, & cum vera dignitate coniunctum. Demum tunc mundo conformamur, cum eius res fallaces & nefariæ veluti æneum sigillum in cordibus nostris, quæ earum dulcedine instar ceræ mollescunt, imprimuntur, in suam nos vanitatem transformantes, vt eas, quocumque nos ducant, sequamur. Tunc verò reformamur in nouitate sensus, cum Christum induimus, eiusque amorem habemus in animis impressum, & iuxta eiusdem apostoli sententiã, Sicut portauimus imaginem terreni, portamus imaginem cœlestis. *x. Corint. 13.* Et cum deponimus secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur, & renouamur spiritu mentis nostræ. *Ephes. 4.*

Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum. Supra portam erat ex parte interiori porticus quædam, habens quoddam spatium, quod appellatur hoc loco vestibulum portæ. Mensurauit murum, & primum limen exterius, deinde thalamos, nam mensurato vno omnes mensurabantur, cum omnes essent eiusdem mensuræ & quantitatis: postea mensurauit vestibulum quinq; cubitorum, quæ erant inter thalamos: deinde secundum limen, quod erat ex parte interiori: postremò vestibulum octo cubitorum, quod erat spatium porticus, siue, vt dicunt nonnulli, ipsa porticus.

Est autem porticus locus amplius tecto inclusus ad repetendos imbres, & feruentis solis æstus declinandos: & vmbra ac deambulationis gratia ædificatus. Aspicis igitur mensuratam esse totam porticus latitudinem præter spatium illud duorum cubitorum, quod erat inter secundum hunc murum & primum thalamum. Distulerat autem illud mensurare vsque adhuc, quòd esset minor huius porticus pars. Nunc redit ad illud mensurandum, vocans illud frontem, dicēs: Et frontem eius duobus cubitis. Spatium illud ideo vocatur frons, quia per illud videbatur frons porticus versus orientem cõstituta. In qua libet porticu duæ erant frontes. Sunt, qui per has frontes intelligant duas columnas rotundas muro adhærētes, quarum vna erat ad dextram, altera ad sinistram: quæ erectæ erant vltra totam porticæ ædificium: & habebat quælibet earum duos cubitos in diametri crassitudine. Sed quoniam in ijs frontibus erant fenestræ obliquæ ad illustranda eius interiora, vt postea videbimus, non videtur fieri posse, vt in tam paruo circulo, cuius diameter duorum duntaxat esset cubitorum, esset interior concavitas, & cochleæ & fenestræ. Quare rectius illi meo quidem iudicio sentiunt, qui existimant has duas frontes duas esse turres, portam ex vtraque parte munientes & ornantes: in quarum turrium summitatibus erant pomelli, super quos erant rami palmarum cœlati. In his turribus erant intus ascensus sursum per cochleam: quarum turrium murus cochleam circumdans habebat duos cubitos crassitudinis ex vtraque parte. Quidam per frontem, de qua hic loquitur propheta, intelligunt frontispicium: alij parastades, quas Vitruuius antas vocat: hoc est lapides vtrunque latus portæ munientes. Erant quidem in porta turres illæ, quæ frontes appellantur, sed longè diuersæ ab ijs frontibus, de quibus modò loquitur Ezechiel: nam hic non loqui-

loquitur de frontibus portæ, sed de spatijs illis, quæ erant inter secundum murum & primum thalamum, quæ frontes appellantur. Illud est hoc loco aduertendum: ideo vestibulum hoc esse octo cubitorum, quia octauū diem, hoc est domini resurrectionem adumbrabat, & reditus Christi ad vitam imaginem gerebat. Ille enim resurrexit, vt ait apostolus, propter iustificationem nostrā. Per hoc vestibulum ducimur ad sancta sanctorum, hoc est ad æternam beatitudinem: si tamen per frontem duobus cubitis mensuratā transferimus. Frons hæc dilectio est, duo cubiti sunt amor dei, & amor proximi. Duo mandata sunt, in quibus, vt ait ipsa veritas, vniuersa lex pendet & prophetæ: diligere deum super omnia, & proximum sicut teipsum. Vnde ait diuus Palus in epistola prima ad Timotheum: Finis præcepti est charitas. Est enim charitas plenitudo legis, & totius diuinæ scripturæ scopus. Amore sociata est creatori suo creatura rationis compos: & vinculum dilectionis ligat utrosque in idipsum tantò felicius, quantò fortius. Sed vt indiuisa societas, & mirabilis concordia utrobique perfecta haberetur, geminatus est nexus in charitate dei & proximi: vt per charitatem dei omnes vni adhererent, per charitatem proximi omnes vnum fierent: vt quod de illo vno quisque in semetipso nō caperet, plenius per charitatem proximi in altero possideret, & bonum omnium fieret totum singulorum. Hi duo nexus sunt duæ partes forcipis apud Esaiam, quibus pruna comprehenditur: & duo cubitus, de quibus hoc loco agit Ezechiel.

Vestibulum autem portæ erat intrinsecus. Solent vestibula esse citra portam, hoc autem erat intra. Nam in templo dei cōsuetudo mundi positi in maligno non admittitur. Qua de re paulò antè disserui. Est autem vestibulum locus ante eadum ianuam inter ædes ipsas & viam

relictus. Vnde Plautus in Most. Viden vestibulum ante ædes.

Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. mensura vna trium, & mēsurā vna frontium ex vtraque parte. Et mēsus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum: & longitudinē portæ tredecim cubitorum. Et marginem ante thalamos cubiti vnus, & cubitus vnus finis vtrinq; thalami autem sex cubitorum erāt hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti quinque cubitorum: ostium contra ostium. Et fecit frōtes per sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ vndique per circumitū. Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciē vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portā vndique per circumitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestre per gyrum intrinsecus: & ante frontes pictura palmarum calata. Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio per circumitum: triginta gazophylacia in circumitu pauimenti. Et pauimentū in fronte portarum secundum longitudinē portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frōtem atrij interioris extrinsecus, centū cubitos ad orientem

tem, & ad aquilonem. Portam quoque, quæ respiciebat viam aquilonis atrij exterioris mensus est tam in longitudine, quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc, & tres inde, & frōtem eius, & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Fenestram autem eius, & vestibulum & sculpturæ secundum mensuram portæ, quæ respiciebat ad orientem: & septem graduum erat ascēsus eius: & vestibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis, & orientalem: & mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.

Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. Quoniam vnus tantum thalami meminerat, ne aliquis existimaret, vnum tantum esse in qualibet porticu, explicat nūc, esse in porticu illa, quæ erat ad viam orientalem, tres ex vno latere, & tres ex altero. A porta muri secūdi vsque ad portam muri tertij erat quædam via, quæ infrā medium vestibulum appellatur, quoniam per medium illud vestibulum transgrediebatur. Et ex vna parte illius viæ erat quoddam latus illius porticus, quæ illic erat, ex altera verò alterum: & in vtroque erant tres thalami, & duo vestibula quinque cubitorum: inter thalamos etiam vnum vestibulum octo cubitorum, & frons illa duorum cubitorum, quæ erat inter primum thalamum & murum. Et ne quis existimaret hos thalamos inæquales esse, explicat esse eiusdem dimensionis: similiter frōtes. Diximus enim suprā in latere vno vnā esse frōtem, in altero verò alteram, quæ

ambæ eandem habebant quantitatem. Hæ frontes non erant portæ, sed spatia inter murum & primum thalamū. Sunt, qui existiment esse frontes thalamorū: sed nos nostram sequimur expositionē.

Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum. Suprà mensus est spissitudinem liminis, procedendo ab oriente ad occidentem, nunc verò metitur latitudinem ab aquilone ad meridiem. Erat autem hæc latitudo decem cubitorum: altitudo verò, quæ hinc appellatur longitudo tredecim cubitorum. Numero denario decem præceptorum decalogi additur ternarius numerus, quia ille legis perficit mandata, qui fide viuua in sanctissimam credit trinitatem. Qui autē huiusmodi est, inter homines obtinet verum honorem, iuxta id quod ait psalmographus: Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et rursus: Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis: gloria & diuitiæ in domo eius. Apud deum autem obtinet gloriam immortalem iuxta illud: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et illud: Scio quia mandatum eius vita æterna est.

Et marginem ante thalamos. Ante domū culas illas, quæ hoc capite thalami appellantur, erat fedile quoddam, quod vocatur margo hoc loco. Habebat autem cubitum vnum in altitudine, & cubitum vnum in latitudine. Per thalamos, vbi habitabant, qui ad portam accedentes recipiebant, significatur charitas, per fedile ante eos fides, quæ charitatem antecedit: potest enim esse fides in hac vita absque charitate, charitas autem absque fide non item. Possē quidem esse fidem absque charitate, indicat diuus Paulus in epistola ad Corinthios, dicens: Si habuerō omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Non posse autem esse charitatem absque fide in hac vita, ostendit idē apostolus, dicens in epistola ad Hebræos:

Sine fide impossibile est placere deo. Eam ob causam thalami multorum sunt cubitorum, sedile autem vnius, quia charitas non solum deum, sed proximos omnes complectitur, fides autem vna est, ne in schismata & sectas diuidatur: vnde magnitudinem arcæ Noe vnus cubitus includit. Et quoniam & deum & proximum debemus amplecti charitate, ideo ex vtraque parte sunt thalami constituti: & quia charitas in vtroque testamento præcipitur.

Genes. 6.

Ostium contra ostium. Hoc est, erat porta è regione porte: sibi portæ mutuò respõdebât. Potest hoc intelligi de portis murorũ. Nam in latere orientali tres erant portæ, vna in vnoquoque muro, quæ omnes directè sibi inuicem respondebât: totidem similiter in latere aquilonari, & totidem in australi. Vel potest intelligi de portis thalamorũ: nam eorum portæ, quæ erant ex vno latere porticus, erant directè versus portas thalamorum ex altero latere. Hæc videtur rectior expositio, quoniam de thalamis loquebatur, non de muris.

Etfecit frontes per sexaginta cubitos. Hoc est, mensurauit frontes, quæ erant sexaginta cubitorum. Numerus senarius pertinet ad mundi creationem, qui sex diebus conditus est: denarius verò propter decalogum ad perfectionem: vt per singulos dies decades singulæ supputetur: & à creaturarum contemplatione ad perfectam dei contemplationem veniamus. Ea enim, quæ deus sex diebus creauit, homines mouent, vt vim diuinam admirentur, deumq; ipsum rerum omnium effectorem cognoscant, eiusq; amore inflammati ad ipsam rapiantur.

Etfenestras obliquas in thalamis. Aiunt nonnulli, has fenestras ideo vocari obliquas quia erant exterius strictæ, intus verò latæ: ita enim fieri solent communiter fenestræ: vt domus possint magnam claritatem recipere. De Salomone ait diuina scriptura libro Regum. 3. Fecit in tē-

3. Reg. 6.

plo fenestras obliquas. Nam illi, quibus lumen sapientiæ conceditur, templi penetralia replent, & qui splendorē diuinę contemplationis percipiunt, mox animũ dilatant, & ad maiora recipienda se præparant. Ego nihilominus existimo, has fenestras obliquas contrario modo dici, nempe quia erant foris latæ, intus verò strictæ, vt parum exterioris claritatis reciperent. Ideo dicebatur oblique, quia non erant instar aliarum fenestrarũ constructæ. Nam tēplum illud Salomonis, & similiter domus hæc, quæ hinc vocatur thalami, diuino splendore, magis quàm corporeo lumine illustrabatur. Et si vtrũque lumen bonum sit, & interius per cōscientiam, & exterius per exemplum, tamen multò illustrius & præstantius est interius, quàm exterius. Omnis gloria filiæ regis, inquit regius psalter, ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Ac si diceret: Omnis animæ decor & pulchritudo, & omnes eius voluptates sunt intus in ipsa anima cōstituta: eius gloria & ornamenta sunt præclaræ virtutes. At ita interiore ornatu delectatur, vt exteriorē etiam curet, & exquirat. Vult aureas fimbrias hominũ cōspectui obiectas, & exemplorum bonorum varietatē in operibus exterioribus apparentem. Aspicias igitur bonum esse vtrunq; splendorem, sed illũ longè præstare, qui intus in rectè factorũ conscientia inuenitur. Id intelligens diuus Paulus aiebat: Hæc est gloria nostra testimonium conscientia nostræ. Vt pyrum & nucis nucleũ comedimus, putamina autem & operimenta in terram dei jicimus: sic virtute oblectamur, speciem autē virtutis à virtute separatam contemnimus. Virtus est veluti substantia, exterior verò superficies oculis exposita veluti accidens. Sed vt superficies nucleũ custodit, sic exteriora virtutem conseruāt. Bonæ ceremoniæ ad honestatem & dei cultũ pertinentes nō sunt per se religionis substantia, sed sunt ipsius substantiæ ornati-

Psal. 44.

2. Corint. 1.

simile.

ces

cēs & cōseruatrices: & veluti folia quædam, quæ cedunt in fructuum pulchritudinem & custodiam. Hoc de superficie illa exteriorē intelligēdũ duco, quæ est cum interiore virtute cōiuncta: nam qui tetra scelera alba virtutum specie cooperit, simulans sanctitatem, non religiosus est, sed hypocrita, cygno similis, qui plumas omnes candidas habet, carnes autem nigras: foris albus, intus niger. Eam ob causam lex vetus esum cygni prohibebat. Et quamuis hypocrita ieiunijs & precibus seipsum cruciet, nullam tamen cōsequitur veram salutē. Est latro ille, qui à sinistris cum domino pependit: & Simon Cyrenæus crucem ferens alienam: quoniam inanis gloriæ auiditate incensus ea facit, quæ non diligit. Vt arūdo foris pulchra intus vana lanuginem profectu producit: sic hypocrita specie exteriorē virtutis ornatus foris, intus autē à vera virtute penitus alienus pro solido gloriæ fructu ramusculos producit, inanes illos quidem, & vento vndique agitados. Vnde ait in libro Sapientię scriptura diuina: Spes impij quasi lanugo. Quemadmodum nonnulli mercatores pelles tantam vendunt vulpram & martium, corda autem & interiora eorum animalium non curant: sic hypocrite exteriora tantum hominibus vendunt, de interioribus nō tractant. Pelliones sunt, & pelles vendunt, quibus diuitias, honores, dignitates lucratur: mercatura est surda, sed vtilis, quæ tota in pellibus versatur: cum deus præcipiat in lege, vt pellis animalis illi immolati extrahatur. Sed væ miseris illis, qui nesciunt, quid ob tale lucrum amittant: amittunt cœlum pro terra, animam pro corpore, deum pro mundo. Præterea, quod ex hac negotiatione hypocritæ consequuntur, poena est æterna, & cæcarum tenebrarum vorago: imò in hac vita eruciantur, & cotidianis cruciatibus æternos sibi emunt cruciatus. Non obtinebunt gloriam, nec deum in beatitudine intuebuntur. Ideo

simile.

Leuit. 11.

Marc. 15.
Matth. 27.

simile.

sapient. 1.

simile.

Leuit. 1.

ait Iob: Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Illi solum deum videbunt, qui fuerint animi puritate præditi. Vnde ait Christus deus noster: Beati mudo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quomodo deum videbunt, qui seipso non vident? Ea cæcitate laborant impij hypocritæ, vt sibi libenter assententur: vt nec fœdissimas labe suas, & tetras maculas aspiciant, nec quàm longè absint à pietatis excellentia, & iustitiæ præstantia cognoscant. Quam ob causam raro ad deum conuertentur. Cum enim se esse Christianæ religionis disciplina instructos congingant, effugant spiritũ sanctum, absque quò conuerti non possunt. In libro Sapientiæ sunt hæc verba literis mandata: Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictũ. Eam ob causam Christus væ, & æternam hypocritis annuntiat damnationem. Apud Matthæũ, Væ, inquit, vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter quod amplius accipitis iudicium. Hi nullum habent intus in conscientia splendorem, totam lucem ab exteriorē aucupantur. At viri euangelica pietate insignes, & Christiana pietate præstantes interna claritate gloriantur. Ideo fenestras conficiunt obliquas, quibus ab exteriorē parum luminis introeant, quoniã diuino lumine oblectantur. Ceterum per has fenestras significatur præfules, & concionatores, per quos debet solis diuini claritas ad populum introire. Ideo hæ fenestræ obliquæ sunt & angustæ, vt per eas possit splendor ingredi, non latro. Sed quoniam per hos thalamos, per has domunculas & mansiones præfules & concionatores significari diximus, per earum fenestras illorũ sensus intelligimus: qui obliqui, hoc est à falsa mundi opinione aborrere debent, ne impiam sceleratorum consuetudinem imitantes, dicant tam illis: Ascendit mors per fenestras nostras: ira enim eos facit Ieremias loquentes.

Ierem. 9.

Tt 2

Similiter

Similiter autem erant & in vestibulis fenestrae.
Per vestibula hæc intelliguntur porticus,
hoc est spatia tecto cooperta.

Et ante frontem pictura palmarum cælata. In
superiore parte frontium muri, quæ erant
in lateribus porte hinc & inde, erant pal-
marum ad ornatum & pulchritudinem scul-
ptæ. Nomine palmæ significatur coro-
næ victoriæ, quæ templum dei ingre-
diētibus promittitur, si legitimè pugna-

2. Timot. 2.

uerint: non coronabitur, inquit aposto-
lus, nisi qui legitimè certauerit. Sed du-
plex est coronæ, vna in hac vita, altera
in futura, coronæ huius vitæ potest amit-
ti & euanescere, coronæ gloriæ est sem-
piterna. Ideo non ait Ezechiel esse illic
palmæ verè & reipsa, sed palmarum ima-
ginem & cælaturam: quoniam huius
mundi res fluxæ sunt, & veluti imagi-
nes & figuræ, coronæ autem gloriæ in
cælo immortalis est, quam beatus Pe-
trus appellat immarcescibilem: beatus
Paulus incorruptam: beatus Iacobus co-
ronam vitæ: & psalmographus coronam
de lapide pretioso. Ideo ait Ezechiel has
frontes excelsas esse palmis veluti coro-
nis redimitas, quoniam viri magni, qui
rerum cælestium auiditate inflammati
ad deum aspirant, de mundo, dæmone,
& carne mirabilem victoriam repor-
tant. In reliquo reposita est illis coronæ
iustitiæ, quam reddet illis dominus in il-
la die iustus iudex.

1. Pet. 5.

1. Corin. 9.

Iaco. 1.

Psalm. 20.

2. Tim. 4.

Et eduxit me ad atrium exterius. Id est, vir,
qui me ducebat, introduxit me ad secun-
dum atrium, quod, vt diximus, appella-
tur exterius respectu interioris, in quo si-
tum erat templum. Primum atrium erat
inter primum & secundum murum: de
quo atrio hucusq; locuti sumus: quod ap-
pellabatur locus vulgi, seu atrium immun-
dorum. Ab hoc primo atrio eductus est
Ezechiel ad secundum, quod appellaba-
tur exterius, seu atrium mundorum, de
quo nunc loquitur: quod erat inter mu-
rum secundum & tertium procedendo
ad templum. Hoc secundum atrium erat

altius primo, quod erat immundorum, &
inferius ultimo, quod erat sacerdotum.
Hoc autem sacerdotum atrium erat alijs
altius, & templo propinquius. Nam sa-
cerdotes sunt in excelsa dignitate con-
stituti, & debent esse deo propinqui per
charitatem, & animi puritatem, & cæte-
ras virtutes. De illis ait dominus: Sacer-
dotes, qui accedunt ad dominum, sancti-
ficentur, ne percipiā eos. Et psalmogra-
phus: Sacerdotes tui induantur iustitia.

Exod. 19.

Psalm. 131.

Et Esaias: Mūdāmini, qui fertis vasa dñi.

Esai. 52.

Et ecce gazophylacia. In hoc secūdo atrio
erant triginta gazophylacia. Sūt autem
gazophylacia reconditoria diuitiarum.
Fortasse erant illic posita, vt in ea pos-
sent, qui vellent, elemosynas conijce-
re: vel vt in illis templi thesauri recon-
derentur. Ecclesiam introeūtibus gazo-
phylacia exponuntur spiritualium diui-
tiarum plena: de quibus est in Prouerbijs
litteris mandatū: Redemptio animæ vi-
ri diuitiæ suæ. Hoc est, anima viri redimi-
tur opib⁹ suis, quæ sunt veræ virtutes. Se-
ptuaginta pro gazophylacijs habēt tha-
lamos. Aquila habet cellaria. Symma-
chus exedras. Sunt, qui dicant habitatio-
nes esse leuitarum, qui tēplo seruebant.
Alij asserunt in illis gazophylacijs soli-
tos esse ministros templi occidere ani-
malia, quæ erant deo immolanda.

Prouer. 13.

Et pavementum stratum lapide. Pavimen-
tum hoc erat in atrio secūdo inter por-
tam orientalem secūdi muri, & portam
orientalem tertiij, qui erat interior, &
tēplo propinquior. In hoc pavemento erant
triginta gazophylacia, quindecim in la-
tere australi, quindecim in aquilonari.

Portam vero, quæ respiciebat viam aquilonis.
Describitur porta aquilonaris, quæ erat
portæ orientali similis.

Et thalamos eius tres hinc, & tres inde. Sub-
audi, mensus est. Ex vno latere portæ
aquilonaris erant tres thalami, ex altero
alij tres. Vtraque pars est vtrunq; testa-
mentum: & litera & spiritus: quæ omnia
sanctissimi trinitatis mysterium docēt.

Secun-

Secundum mensuram portæ prioris. Portam
priorem appellat portam orientalem,
de qua prius locutus est.

Quinquaginta cubitorum longitudinem eius.
Accipitur longitudo pro altitudine.

Et sculpturae. Subaudi palmarum. Dixe-
rat enim antea, esse in frontium capitibus
picturam palmarum cælata. Septua-
ginta pro sculpturis habent palmas.

Et septem graduum erat ascensus eius. Hinc
apparet, à vulgi loco ad atrium mundo-
rum ascensum esse septem graduū. Nam
per septem dona spiritus sancti, de qui-
bus agit capite vndecimo Esaias, possu-
mus ad excelsam rerum diuinarum con-
templationem ascendere. Præterea por-
tam salutis ingredientibus nondum est
animi quies & securitas, nisi septem gra-
dus virtutū transeant: quarum tres theolo-
gales dicuntur, quatuor verò cardinales.

Esai. 11.

Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Hoc est, portæ atrij inte-
rioris erant è regione altarum portarum.
Tres muri erant in hoc edificio, & in quo
libet erant tres portæ, vna ad Orientem,
altera ad aquilonem, alia ad meridiem:
& ita erant dispositæ, vt qui essent in ex-
teriore, viderent alias duas, & portam tē-
pli. Templum enim tres habebat portas,
murorum portis respondentes. Itaq; in
parte orientali quatuor erant directæ por-
tæ, tres murorum, & vna templi. Simili-
ter in parte australi, & septentrionali. In
parte verò occidentali nulla erat porta,
quia ibi erat sacrarium, quod nemo ingre-
diebatur, nisi summus sacerdos: & sacrarium
hoc, quod sanctum sanctorum vocatur,
non habebat introitum nisi per templum.

Eam ob causam tēplum hoc multas por-
tas habebat, vt ad illud ex varijs partibus
introiderent: quia futuram erat, vt in eccle-
siam catholicam hoc templo signifi-
catis multi ex diuersis orbis terrarum oris
ingredierentur. Portarum varietas in-
troeūtium varietatem significabat. Hæ
sunt portæ, de quibus dixerat regius va-
tes: Diligit dominus portas Sion super

Psalm. 86.

omnia tabernacula Iacob. Ac si diceret:
Chariores habet deus portas ecclesiæ,
quàm habuerit vnquam vniuersam sy-
nagogam. Quis est tam omni intellectu
alienus, qui credat hoc de portis terrene
Hierosolymæ præcipuè intelligi, quas
scimus fuisse traditas igni, & in cineres
ac fauillas conuersas? De portis spiritua-
lis Hierosolymæ loquebatur propheta:

Psalm. 99.

de quibus iterum cecinit: Introite por-
tas eius in cōfessione, atria eius in hym-
nis confitemini illi. His portis ingrediū-
tur nonnulli ab oriente venientes, qui te-
pidi erant & lassī, & alij ab aquilone fri-
gidi, alij à meridie feruentes. Præterea
alij veniebant ab statu vitæ florente per
orientem significato, alij de austro pro-
celloso, & mundi aduersitate seculum fu-
gientes, alij ab alto aquilone, hoc est à
mūdi superbia, de qua ait Ieremias: Ab

Ierem. 1.

aquilone pandetur omne malum. Nam,
vt ait Ecclesiasticus: Initium omnis pec-
cati est superbia. Ea relicta, & vana mun-
di pompa repudiata multos ad Christi
ecclesiam venisse cognouimus. Ex par-
te occidentis nō erat in hoc templo por-
ta vlla, quoniam ex occidente, ex mor-
te æterna per occasum significata nemo
venit ad Christum: post mortem corpo-
ris nullus est locus reuertendi. Ideo ait
apostolus: Dum tēpus habemus opere-
mur bonum ad omnes, maxime autem
ad domesticos fidei. Et Christus deus no-
ster apud Ioannē: Operamini, dum dies
est: veniet nox, quando iam nullus pote-
rit operari. Promerendi tempus in hac
duntaxat vitæ est.

Ecclesi. 10.

Gala. 6.

Ioan. 9.

Et mensus est à portâ usque ad portam centum cubitos. Hæc erat pavementi longitudo
inter duas portas aquilonares muri secū-
di & tertiij.

Et eduxit me ad viam australem:
& ecce porta, quæ respiciebat ad
austrium: & mensus est frontem eius,
& vestibulum eius iuxta mensuras
superiores. Et fenestras eius, & ve-

Tr 3 stibula

stibula in circuitu sicut fenestras ceteras: quinquaginta cubitorum longitudine & latitudine viginti quinque cubitorum. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & celata palma erat, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in via australi: & mensus est a porta vsque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius hinc mensuris, & fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos. Et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius: & palmas eius in fronte: & octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: & mensus est portam secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius: & vestibulum eius sicut supra: & fenestras eius, & vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius, id est atrij exterioris: & palma celata in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me ad portam, quae respiciebat ad

aquilonem: & mensus est secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

Et adduxit me ad viam australem. Verti poterat: Inde me duxit per viam meridiei.

Iuxta mensuras superiores. Id est, haec porta australis cum postibus suis eiusdem erat magnitudinis cum porta prius descripta.

Et celata palmae erant. Erant frontes palmarum in summitate sculptis ornatae, & veluti coronis victoriae redimitae, quemadmodum de alijs frontibus diximus. Aduerte. Palma vna erat ad dextram, & altera ad sinistram, quia & illi a deo coronantur, qui in prosperitate habent temperantiam & moderationem, & illi, qui in aduersitate patientia se muniunt, rerumque humanarum tolerantia. Per dextram florens status intelligitur, & mundi felicitas, per sinistram vero aduersitas & calamitas. Palma vero victoribus datur. Ideo eam Salomon in templo pingere praecipit: Sed oportet fortiter laborare, & contendere. Iob. comparat hominem cum milite dicens: Cum octis diebus, quibus nunc milito. Et alibi: Militia est vita hominis super terram. Et comparat eum cum mercenario, dicens: Sicut dies mercenarii, dies eius. Multum significare, debere hominem caute viuere veluti inter perpetuos inimicos instar militis in bello, & fortiter dimicare: & altera ex parte debere ignauiam repellere, & labores subire instar mercenarii tota die laborantis. Id voluit diuina scriptura significare, cum dixit, eos, qui templum Hierosolymae & moenia ciuitatis instaurabant, manu vna fecisse opus, & altera tenuisse gladium. Armati edificabant pugnantes & laborantes. Et dominus qui reddit

Iacobi. I.

reddit denarium nisijs, qui in vinea laborauerunt. Denarius autem est merces aeterna, est palma victoriae, & corona vitae, quam repromisit deus diligentibus se: quae hoc loco apud Ezechielem per palmam significatur.

Et porta atrij interioris in via australi. Hoc est, porta tertij muri, quae erat ingressus ad atrium interius per viam respicientem ad austrum.

In via australi centum cubitos. Haec erat pauimenti longitudo a porta ad portam, in parte australi. Tria pauimenta mensura uit, orientale, aquilonare, & australe.

Thalamum eius & frontem eius. Id est thalamos eius & frontes seu postes eius.

Et octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam. Ex atrio primo siue immundorum ascendebatur ad atrium secundum siue mundorum per septem gradus: ab atrio vero secundo ad atrium tertium siue sacerdotum per octo.

Et vestibulum eius, id est atrij exterioris, & palmae celatae. Poterat hoc ita verti. Et vestibulum eius erat in atrio exteriori, & quaedam palmae in postibus &c.

Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: & celatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabatur holocaustum. Et in vestibulo portae duae mensae hinc, & duae mensae inde: ut imoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portae, quae pergit ad aquilonem, duae mensae: & ad latus alterum ante vestibulum portae duae mensae. Quatuor mensae hinc, & quatuor mensae inde: per latera portae octo mensae erant, super quas immo-

labant. Quatuor autem mensae ad holocaustum de lapidibus quadris extructae: longitudine cubiti vnus & dimidij, & altitudine cubiti vnus super quas ponent vasa, in quibus immolatur holocaustum & victima: & labia earum palmi vnus reflexa intrinsecus per circuitum: super mensas autem carnes oblationis. Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portae respicientis ad aquilonem: & facies eorum contrariam australem, vna ex latere portae orientalis, quae respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc est gazophylacium, quod respicit viam meridianam, sacerdotum erit, qui excubant in custodijs templi. Porro gazophylacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filijs Levi ad dominum, ut ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadratum: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinem portae trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum: & octo gradibus ascendebatur ad eum. Et columnae erant in frontibus, vna hinc, & altera inde.

Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius. *Et calatura &c.* Poterat hoc ita verti: Et frontes eius erant in atrio exteriori, palmæque in ipsis frontibus ex utroque latere.

Et ibi lauabant holocaustum. Vñ quodq; gazophylaciū habebat ostiū versus paumentū, quod erat in frontibus portarū. Et in ostijs horū gazophylaciorū abluebant ministri templi carnes immolandas, quæ erant penitus cōburendæ: quæ hīc vocantur holocaustū: holocaustum idē est quod totū crematū. Qui se deo offerunt in holocaustū, debent animū expiare, & cōscientiā pijs lachrymis abluere. Est enim animus fractus, atque ob criminis admisi conscientiam iusto mœrore, & lachrymarum abundantia deiectus, sacrificium deo gratissimum. Ita enim ait David: Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus nō despicias. Si magnificimus aquas florum aut herbarū, quia abluunt oculos, aut medentur nonnullis vulneribus, cur non magnificimus lachrymas, quæ abluunt animę sordes, eiusque vlcerā curant? Hic liquor est omni balsamo pretiosior, vtilior, & salutarior. Id voluit significare Salomon, cum mare fusile, & luteris in templo constituit. Per mare fusile & cœneum, in quo lauabantur sacerdotes deo sacrificium oblaturi, significabatur vera peccatorū confessio cum lachrymis cōiuncta, qua sacerdotes nouę legis ad altare accedentes debent conscientię maculas expiare. Luteris autē, in quibus carnes in altari holocaustorū offerendæ abluabantur, lachrymæ sunt contritionis, quibus debent verē Christiani labes suas delere, vt sanctum fiant domino sacrificium: & ad fontem Siloë, hoc est ad veram scelerum confessionem, ad sanctum pœnitentię sacramentum confugere, vt cæcitatem, & flagitorum tenebras detergant. Omnes fluuij non possunt prunam vnā extinguere purgatorij, & piæ contritionis lachry-

mæ ignem illum extinguunt. Vt cum domus aliqua incendio flagrat, qui eam volunt à flammis eripere, ad aquas confugiunt: sic nos videntes animas nostras flammis impiarum cupiditatum flagrantes, sumus statim ad lachrymas recursum, quibus incendium extinguamus. Vt in pelui positus numus à certo quodam loco non cernitur, at si vas illud fuerit impletum aqua, statim videtur numus à lōge intuentibus: sic anima nostra in vasis fictilibus, intra nos ipsos numus hic admirabilis imagine dei insignitus non videtur à nobis, quo fit, vt nos ipsos ignoremus: at tāta potest esse piarum lachrymarum copia, vt ipsam animam nostrā intueamur, eiusque pestilentes labes emundemus. Quatuor sunt piarum lachrymarum formæ: prima est earum, quæ ob peccata propria funduntur: de quibus dixit David: Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo. Secunda est ob aliena flagitia, iuxta illud eiusdem diuini vatis: Exitus aquarum deduxerūt oculi mei, quia nō custodierūt legem tuam. Ac si diceret: Ideo oculos meos in lachrymarum fontes conuerti, quia intueor mortales legem tuam contemnere, seque sceleribus contaminare. Hac ratione ductus aiebat Ieremias: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, &plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei. Ac si diceret: Vtinam caput meum esset fons perennis, & oculi mei venæ lachrymarum: vtinam caput meum esset in aquas conuersum, quæ per oculos tanquam per canales perpetuò manarent, vt ita possem scelera populimeī debita lachrymarum abundantia deplorare. Tertia lachrymarum species est, cum pro longo huius vitæ incolatu, & memoria exilij à patria cœlesti diffunduntur, iuxta illud: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Et illud: Quando veniam, & apparebo

psal. 50.

3. Reg. 7.

1. Ion. 9.

simile.

simile.

psal. 5.

psal. 118.

1. Ierem. 9.

psalm. 136.

psal. 41.

apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie: vbi est deus tuus? Quarta est pro acerbissimorum cruciatuum, & innocentissimæ mortis Iesu Christi memoria. Eam animo intuens Ieremias, vimque lachrymarum profundens, aiebat: Defecerunt præ lachrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea. Hæ quatuor lachrymarum formæ sunt quatuor illæ hydriæ, quas aquis impletas iussit Elias effundi super holocaustum, quod fuit gratum deo, & igne cœlesti mirabiliter deuoratum. Nec caret mysterio fuisse ignem cum his aquis copulatum: ita enim debet Nilus cum Aetna coniungi, vt piarum lachrymarum affluentiam fundamus, & ardenti diuini amoris incendio flagremus. Est in Gallia fons quidam frigidissimus, qui, vt testatur Baptista Fulgus, cum aquis aliquando flammam ignis diffundit: sic vir verē Christianus cum pijs lachrymis debet diuinæ charitatis flammam connectere, & beato illo ac admirabili incendio flagrare. Aqua lachrymarū est veluti mare rubrum, vbi Pharaon, hoc est impius appetitus cum vitiorum exercitu obruitur, & flagitorum capita confringuntur, iuxta illud: Contribulasti capita draconū in aquis. Nec solum lachrymæ obruunt flagitia, sed etiam cordis terram irrigant, & frugiferam reddunt. Est enim lachrymarum abundantia fons ille paradisi irrigans vniuersę terrę superficiem, & consitum hortum, de quo aiebat Ecclesiasticus: Rigabo hortum plantationis. Est etiam natorium Siloë, vbi oculi animorum abluuntur. Felix ille, qui pijs lachrymis offunditur, quoniam in æterna beatitudine oblectabitur. Nam, vt ait regius vates, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metēt. O beata semina, quæ pro fructu eternam producant voluptatem! Vnde Christus deus noster, Beati inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolati

Thren. 2.

3. Reg. 18.

simile.

Exod. 14.

psal. 73.

Genes. 2.

Ecclesi. 14.

1. Ion. 9.

psal. 125.

Matth. 5.

buntur. Ipse dominus super Lazarum plorauit mortuum, & videns ciuitatem fleuit super illam. David luxit Absalonem, Christus populum Iudaicū: fleuit mundi scelera, petens à patre cœlestiorum remissionem: & vt ait diuus Paulus in epistola ad Hebræos, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Audiamus diuum Bernardum ijs verbis falsam nostram lætitiā obiurgantem: Christus compatitur, & plorat, homo patitur, & ridebit? Et alibi: Deliciæ angelorū sunt lachrymę nostrę, & delectabiles lachrymę pœnitētis. Et iterū: Fœlices lachrymæ, quas benignę manus conditoris abstergunt, & beati oculi, qui in talibus liquefieri elegerunt. Diuus Hieronymus ita inquit: O lachryma humilis tua est potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non vereris: amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis. Non est qui te accedere veter: si sola intraueris, vacua nō redibis, magis crucias diabolus, quàm pœna infernalis. Quid plura vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium virginis. Et diuus Gregorius: Regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Et Cassiodorus in psalmos: Fletus est cibus animarū, corroboratio sensuum, absolutio peccatorū, refectio mentium, lauacrū culparum. Hæc ille. Vt gelu durefcit in vase quodā inclusum, sed si igne agitur, liquefcit, & per vasis egreditur foramina: sic peccati frigiditas vertitur in duritiē: at si diuini amoris igni admoueat, liquefcit gelata illa frigiditas, & in lachrymas resoluta diffunditur per oculos. Quærendus est hic ignis, vt diffuant lachrymæ, & peccata deleatur. Emitter enim illum deus, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Lugeamus igitur, & affluentiam lachrymarum fundamus: atque in atrio interiori, in intimo conscientię nostrę holocaustum, hoc est nos ipsos deo dica-

1. Ion. 11.

Luc. 19.

simile.

psal. 147.

ros perennibus lachrymis lauemus, eos in spiritu imitantes, de quibus hic ait Ezechiel: Et ibi lauabant holocaustum.

Vt immoletur super eas holocaustum. Occidebatur animal, & caro eius lauabatur & cremabatur, & ita oblata deo vocabatur holocaustum, hoc est sacrificium totum combustum. Et si hoc sacrificij genus antiquatum est, remansit tamen id, quod significabatur per illum. Caro nostra est diuini amoris igne comburenda, & tota deo immolanda. Si enim eam effrenatam, sibi que presidens exultare & nutriri reliquerimus, abijciet moderationem & continentiam, & animu perturbabit, & ad perniciem sempiternam adducet. Hæc est Heua nos ad pomum prohibitum inuitans. Hæc est Aegyptia Puthipharis vxor Iosephum ad falsas voluptates volens allicere. Hæc est Iahel Sisaram ficto amore seducens, sed verè occidens. Hæc est Dalila, quæ Samsonem in sinum suum tradidit excepit, eiq; capillos amputauit, traditq; Philistæis hostibus suis, qui illu oculis priuarunt, & ad ignominiam traduxerunt. Hæc est puella saltatrix, quæ Ioannis caput petiuit. Hæc est ancilla ostiaria, ad cuius vocem Christum negamus. Eam debemus coercere & castigare iuxta id, quod ait apostolus in prima ad Corinthios: Castigo corpus meum, & in seruitute redigo. Et ad Romanos: Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Hostia occidebatur, & apostolus monet vt carnem mortificemus, vt sit hostia viuens, vt sit victima viuua. Si victima est, occisa est: si occisa, quomodo viuua? Qui fieri potest, vt mortua & viuua eodem tempore sit? Vult significare apostolus, ita nos debere carnem mortificare, vt sit mortua peccato, viuua autem gratiæ, mortua concupiscentiæ, viuua verò virtuti. Imò viuua esse non poterit, nisi hoc modo fuerit mortua. Ait enim apostolus: Si secundum

carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Viuere secundum carnem est eius imperio subesse, eius legibus obtemperare, eius desiderijs duci. Ideo ait postea in eadem epistola apostolus: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Et ad Colossenses: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et ad Galatas: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

Et pro peccato, & pro delicto. Peccatum est in commissione, delictum verò in omissione. Vel per peccatum intelligitur culpa venialis, per delictum verò flagitium mortiferum.

Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad aquilonem. Ex his verbis colligitur, huius ædificij locum altiore esse ex parte aquilonari: quod supra asseruimus, verba illa explanantes. Quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum.

De lapidibus quadratis extructe. Non rotundis, qui non sunt ad ædificium apti: spherica enim in puncto se tangunt. Lapidem quadrati ex omni latere firmiter manent, lapidem angulari imitantes, qui factus est in caput anguli, de quo ait apostolus in epistola ad Ephesios: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit.

In quibus immolatur holocaustum, & victima. Holocaustum erat totum crematum, victima non cremabatur tota: sacrificium comprehendit vtrumque.

Gazophylacia cantorum in atrio interiore. Quatuor gazophylacia erant in intimo atrio, duo cantorum, duo verò sacerdotum. Sacerdotes immolabant deo victimas, & cantores inter immolandum canebant deum laudibus efferentes. Ea sacrificia sunt deo grata, que sponte & cum gaudio fiunt. Id intelligens regius vates canebat: Voluntarie sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo domine,

Roma. 13. Coloss. 3.

Galat. 5.

Psalm. 117.

Ephes. 2.

Psalm. 53.

domine, quod bonum est. Vbi confiteri accipitur pro laudare. Sunt, qui existimet in ijs duobus gazophylacijs solitos esse habitare sacerdotes per hebdomadas successive, qui templo ministrabant, & in alijs duobus similiter cantores. Quidam existimant, nec sacerdotes nec leuitas in his gazophylacijs commorari, sed seruari in illis instrumenta, sacerdotum & cantorum ministerio necessaria, qualia sunt, thuribula, gladij ad occidendum victimas, phialæ, & alia huiusmodi pro sacerdotibus: pro cantoribus verò citharæ, tympana, cymbala, & alia huiusmodi.

Isti sunt filij Sadoch. Tertio libro Regum fuit memoriæ proditum, fuisse Abiatharum de summo sacerdotio deiectum, & Sadochum a Salomone eius loco constitutum: Et ita reductum fuit summum sacerdotium ad progeniem Eleazari Aaronis filij. Huius Sadochi erant filij, qui huic templo seruebant. Sadoch idem est quod iustus & iustificans: per quem Christus significatur, de quo dicitur in psalmo: Iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Huius sunt filij omnes verè Christiani, de quibus ait diuus Ioannes: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt.

Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum. Loquitur de atrio interiore, quod erat in medio totius ædificij, in quo atrium situm erat templum. Erat autem atrium hoc quadratum, tamen latum, quam longum. Incipit describere templum, in quo erat vestibulum, sanctum, & sancta sanctorum. In vestibulo fuit catechumeni, in sancto baptizati, in sanctis sanctorum charitate prædicata, sapientia operati, virtutum omnium moribus manens, qui diuinas

rum rerum contemplationi dediti, corpore habitant in terra, animo verò in celo, in carne humana degentes vitam celestem, ac diuinæ bonitatis effigiem in suis moribus ac factis adubrantes. Huius sanctuarij siue sancti sanctorum portæ angusta est, & pauci per eam ingrediuntur. De ea ait regius vates: Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Et Christus deus noster apud Matthæum: Intrate per angustam portam: & apud Lucam: Con-

tendite intrare per angustam portam. *Et octo gradibus ascendebatur ad eam.* Subaudi interiorè portam. Hi octo gradus sunt octo illæ beatitudines, de quibus ait Christus: Beati pauperes spiritu, quonia ipso- rum est regnum celorum. Beati mites, quonia ipsi possidebant terram. Beati qui lugent, quonia ipsi consolabuntur. & cetera quæ in euangelio diui Matthæi recitantur: quod euangelium canitur in festo omnium sanctorum. Celebrat ecclesiarum memoriã, qui animu a corporis contagio seuocarunt, seq; ad Christi imitationem contulerunt. Epistola Apocalypsis illi festo destinata narrat multos esse beatos in gloria cœlesti, euangelium explicat vias, quibus se ad gloriam illam sempiternam contulerunt, & gradus, quibus illuc ascenderunt, & cœlestem illam beatitudinem compararunt. Est euangelium illud summa quedam graduum paradisi, & veluti itinerarium quoddam, docens vias ad eternitatem ducentes. De ijs vijs dicitur in psalmo: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Mare rubrum in exitu Israelitarum de Aegypto fuit in vias varias diuisum. Ita enim ait diuinus vates: Qui diuisit mare rubrum in diuisiones aquarum. Non dixit, in diuisionem, sed in diuisiones, vt multas fuisse vias ostenderet. Fluvius autem Iordanis vnam solum habuit, quando ad ingressum Hebræorum fuit retrorsum mirabiliter conuersum. Nam volentibus ab Aegypto, a mundi caliginibus & sceleribus exire via multæ

Psalm. 117.

Matth. 7.

Luc. 13.

Matth. 5.

Apocal. 7.

Psalm. 24.

Exod. 14.

Psalm. 135.

Iosue. 3.

Psalm. 113.

Genes. 3. Genes. 39.

Iud. 4. Iud. 16.

Mar. 6. Ioan. 8.

I. Corin. 9.

Roma. 12.

Roma. 8.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

Psalm. 104.

I. Corin. 1.

Ioan. 1.

olivia

multæ ostenduntur: terram autem promissionis, hoc est cœlestem patriam ingredientibus vna patet via, nimirum discedere in gratia gratum faciente: ad quam viæ aliæ diriguntur: & per hanc portam illi ad æternam ingrediuntur beatitudinem, qui ex hac vita in charitate migrant, vel statim, vel si non sunt omnino purgati, postquam in purgatorio permūdantur. Vocantur autem hi octo gradus beatitudines, quod ad certam illam tendat beatitudinem, in qua cœtus mentiū beatarum deo in æternum fruuntur. Quæ sunt ad finem aliquem ordinata, debent habere similitudinem aliquam & proportionem cū illo fine, cum autem nos simus ordinati ad æternam beatitudinem, oportet habere cum ea aliquam similitudinem & proportionem. Est autem hæc similitudo & proportio seruare beatitudines dispositiuas & præparatiuas ad obtinendam beatitudinem vltimam & fructiuam. Beatitudines autem sunt paupertas spiritus, mansuetudo, lachrymæ, desiderium iustitiæ, misericordia, munditia cordis, pax, patientia. Vt si quis in papyro delinatum ædificiū magnificæ aulæ portaret manu, interroganti quid manu teneret, posset rectè respondere, sumptuosam aulam: non quod re ipsa manu teneret lapides, ligna, calcem, & magnam clauorū vim, sed quod graphidem ædificij & linearum ductum, & ipsum denique ædificiū illic descriptum gestaret: sic paupertas, mansuetudo, misericordia, & cæteræ huiusmodi virtutes hinc connumeratæ dicuntur beatitudines, non quod re vera sint ipsa æterna beatitudo, sed quod sint imago quædam & descriptio, quam debet intueri & imitari, qui cœlestem aulam consequi, sibi; quodammodo ædificare voluerit: & quod qui his virtutibus est præditus, & in corpore humano vitam cœlestem imitatur, gerat imaginem beatorum, quare ipse beatus etiam appellatur. Has octo beatitudines appellat hoc loco

co Ezechiel octo gradus, dicens: Et octo gradibus ascendebatur ad eam.

Et columnæ erant in frontibus. Frontes hoc loco appellantur duæ partes parietis, quæ ex viraque parte ostij existebant. In vno latere ostij erat vna, in altero altera: quemadmodum in templo Salomonis, vt tertio Regum literæ diuine testantur. Per has duas columnas significantur principes seculares Christianam rempublicam in temporalibus gubernantes, & præfules ecclesiastici eandem in spiritualibus regentes. In epistola ad Galatas Petrus & Ioannes columnæ vocantur. Imò ipse Christus apostolos omnes & viros apostolicos, principes & præfules columnas vocat in psalmo, dicens: Liquefacta est terra, & omnes, qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. Ac si diceret: Cum mundus esset veluti antiqua domus minitans ruinam, & propè ruitura, ego eam fulcui columnis, hoc est Christianis principibus & præfulibus confirmaui. De ijs columnis ait Salomon in Prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Hæc sapientia Christus est, qui domum, hoc est catholicam ecclesiam ædificauit, de qua tota hac visione loquitur Ezechiel. Et columnis septem, idest multis principibus catholicis & prælatis sapientibus eam munivit. Frequens enim est, & in diuinis literis vsitatum, numero septenario intelligi indeterminatam multitudinem, vt alibi ostēdimus. Volens deus ostēdere apud Salomonem multos futuros esse, numero vtitur septenario: volens autem significare, nō solum de ecclesiasticis loqui, sed etiam de secularibus, apud Ezechielē duos nominauit duabus colūnis significatos. Vt homo ex duabus partibus constat, corpore & aīa, sic respublica Christiana duobus regiminibus gubernatur, nimirū spirituali, quod animæ respōdet, & temporali, quod corpus spectat. Et vt anima & corpus tam intimam habent

simile.

Canti. 3.

simile.

inter se coniunctionem, vt nec anima velit corpus deserere, nec corpus ab ea separari: sic hæ duæ gubernationes mutuam debent inter se, summamq; habere concordiam & amicitiam. Quemadmodum ea, quæ ex India asportantur Orientali, magnificimus, quod deferantur ex regione remotissima, sic principes terræ spirituale principatum & veram religionem, quam filius dei attulit ex cœlo in terram, quapropter humanam naturam assumpsit, debent pluris quàm terrena, imò summo pretio æstimare: nam ea, quæ ex oris semotis adducuntur, parua sunt & caduca, ea autem, quæ de cœlo venerunt, magna sunt, & perpetua. Quare debent duæ templi columnæ mutua, maximaq; inter se cōsuetudine & charitate coadunari. Hæ sunt duæ illæ columnæ, de quibus est in Canticis literis mandatum: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatoriū auream, ascensum purpureum media charitate constrauit. Hoc est, verus Salomon, rex pacificus, Christus deus noster ecclesiam cōstituit de lignis cedrorum Libani, hoc est de Christianis odoriferis, vbi columnas idest principes & antistites collocauit, argenteos ob vitæ puritatem & doctrinæ splendorem: cuius ecclesiæ pauimentum est aureum propter charitatē, & tectum purpureū ob Christi sanguinem: & medium siue intimum eius diuino circumdatum amore. Quem admodum operimentum tentorij siue cœlum lecti eos tegit, qui in lecto sunt: sic & Christi sanguis eos, qui in ecclesia commorantur. At principes illi, & antistites, qui diuina lege contempta se turpibus dedunt voluptatibus, qui non solum nocent, quod ipsi deprauantur, sed quod alios deprauent, peccato & exemplo lædentes, non merētur appellari colūnas: sed qui appetitus suos domuerint, & de mundo, carne, & dæmone victoriam reportauerint. Ita enim ait apud

Ioannē in Apocalypsi deus noster: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo dei mei. Hæ sunt columnæ, de quibus loquitur hinc Ezechiel.

Annotations ex hebræo in caput. X L.

In exordio anni. Septuaginta habent: *אָב תַּבְּרָח*. Hoc est in primo mēse. primus erat mensis, apertè colligitur, principium esse anni. Sed hic primus mensis non erat anni legitimi, sed anni iobilei, qui annus incipiebat mēse septimo, die decima mēsis, quæ est dies expiationis, vt ostendimus in explanatione. Pro exordio est in hebræo: *בְּרֹחַ* be rox: quæ dictio principium significat, & exordium, vt in psalmo: Principium verborum tuorum veritas. Ac si diceret: A principio, à mundi cōstitutione semper verba tua fuerunt veritate plenissima. Significat etiam caput, & summitatē, & principē. Pro capite accipitur capite tertio Genesis: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuū, & semen illius, & ipsa conteret caput tuū. Septuaginta habent: Ipse tuum conteret caput, Christum intelligentes virginis filium, qui dæmonis opera euertit, hominesq; ab eius tyrannide liberauit. Huc alludens apostolus Romanis dicebat: Deus autē pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Ex hebraico potest verti: Et inter fructum tuum & fructum illius, & ipse confringet caput tuū. Paraphrasis Chaldaica habet: Inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter filium tuū & filium eius. Ipse obseruabit tibi, quod fecisti ei à principio, & tu obseruabis ei in finem. At editio vulgata refert hoc ad virginem Mariam ita vertens: Et ipsa conteret caput tuum. Et rectè quidem: ipsa enim est cœlestis Iudith, quæ

Genes. 2.

quæ caput impij Olophernis præcidit, quoniam eum peperit, qui hanc de dæmone victoriam reportauit. Capite. 2. Genesis, ubi nos habemus. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuidebatur in quatuor capita. Pro capitibus est in hebraico nomen hoc rox. Ea enim, quæ ab vno diuiduntur, appellatur capita, quia vnūquodq; caput sibi ipsi efficitur. Ideo habet paraphrasis Chaldaica: Erat in quatuor capita fluminum. Septuaginta vero transtulerunt: Diuiditur in quatuor principia. Sed quoniam dictio hæc significat præcipuum, potest verti locus ille: Qui inde diuiditur in quatuor flumina præcipua. R. Ionah vertit: In quatuor flumina magna. Eam ob causam verti poterat hic Ezechielis locus: In præcipuo anno. Hoc est in anno iobilei, qui apud Hebræos inter omnes alios annos principatum obtinebat. Et appellabatur annus emergens.

Genes. 2.

Hebræ. 1.

Et ecce vir, cuius erat species quasi species æris. Septuaginta habent: Et ecce vir, & visio eius erat quasi visio æris splendentis. Et præclare quidem, nam de eo ait diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Vbi Cyrillus per splendorem gloriæ coæternitatem ait significari. Photius per hanc paternæ gloriæ relucentiæ significari ait filium à patre procedentem. Nec otiosum putat participium *ens*, est enim in greco: Qui ens splendor gloriæ: ens enim nomē filij esse existimat sicut & patris. Loquens enim deus Moyfi dixit illi: *ἐγώ εἰμι ὁ θεός*. Id est, ego sum ens. Pro quo vertit noster interpres: Ego sum, qui sum. Ceterum pro ære est in hebraico: *נֶחֱוֶת* nechoxeth, quod nomen æs significat, & chalybem: pro quo apud Ieremiam transtulit etiam æs noster interpres, dicens: Ambulantes fraudulentæ, ut æs & ferrum vnuerſi corrupti sunt. Vbi nonnulli pro ære chalybem transtulerunt. Solent fabricarij chalybem cum

Ierem. 6.

ferro miscere, ut gladiatorum acies acutissimæ sint, & splendidissimæ, & celerissime secant. Est igitur Ieremiæ sensus. Quemadmodum chalybs cum ferro copulatur in armorum conflatione: sic homines nefarij, ex fraudibus compositi mutua inter se familiaritate coniunguntur, ut alijs perniciem machinentur.

Et fenestras obliquas in thalamis. Pro obliquis est in hebraico: *אֲמוֹת* atumoth, à verbo *אָמַן* atam, quod significat claudere & obturare, ut in psalmo: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantibus aures suas. Ea ratione ducti vertunt quidam: Fenestras clausas. Pagninus retulit nomē hoc ad portas, non autem ad fenestras, cum in hebraico ad fenestras referri videatur, non autem ad portas. Et in Theſauro incidens in hunc locum ad fenestras illud refert: & exponit fenestras clausas, id est angustas forinsecus. Septuaginta verterunt: Et fenestras absconditæ super theim. Domunculas illas, quas noster interpres vocat thalamos, appellant illi theim. Symmachus habet: Et fenestras toxicas. Fortasse ideo eas toxicas vocat, quia instar ferri sagittæ toxice tinctæ ex parte interiore erant strictæ, ex parte vero exteriori latæ. Ea enim, quæ in templo hoc describuntur, sunt ab usu populari abhorrentia, & à mundi opinione discrepantia.

psal. 57.

psal. 67.

Et labia earum palmæ vnus, reflexa intrinsecus per circuitum. Diuus Hieronymus ait labia hæc esse coronas mensarum margines ipsas ambientes. Vgo cardinalis ait esse erecturas eminentes super qualibet mensarum in mensæ extremitatibus per orbem. Quæ duæ sententiæ in idem coincidunt. In hebraico pro labijs est *אֲפָתַיִם* xephattaim, à verbo *אָפַת* xaphath, quod significat disponere. Existimant Hebræi xephattaim esse vncinos: nam Tharghum ita hunc locum transtulit. Et vncini egrediebantur mensarum

suræ vnus quatuor digitorum, fixi in columnis in domo immolantium infra porticum. Hæc verba explanans R. David in commentarijs ait fuisse vncinos ferreos in columnis, & parietibus de fixos, ut in illis ministri templi animalia immolanda suspenderent ad ea excorianda. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Et vncini ferrei ad suspendendum carnem mensuræ quatuor digitorum: præparati intrinsecus circum circa. Hoc nomine vsus est in psalmo. 67. regius vates, pro quo septuaginta interpretes transtulerunt cleros, hoc est sortes: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsum eius in pallore auri. Hereditates appellantur sortes. Dormire inter medias sortes, siue inter medios cleros, est habitare, vbi nulla est securitas, nimirum in terminis & limitibus duarum hæreditatum, siue regionum inter se disidentium. Est ergo sensus. Si habitaueritis vos ò præfules iuxta inimicos inter vestram & eorum hæreditatem, non in aulis vestris pigri & otiosi, dediti ventri & somno, ac si nullum sit periculum, sed tanquam peruigiles, & ad quæuis hostis rumorem positis excitari, pulchra & decorata erit ecclesia vobis commissa: erit instar columbæ candidæ pennas de argentatas, & dorsum fuluo auro simile habentis. Huic expositioni fauet translatio diui Hieronymi ita ex hebraico vertentis: Si dormieritis inter medios terminos, pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsum eius in virore auri. Quod in psalmo vocauit terminos, vocat hic apud Ezechielem labia, seu fines & terminos mensarum, seu coronas meas ipsas circundantes, & vndiq; ambientes. Qui vocabulum hoc aiunt significare vncinos, afferunt etiam tripodes, & ollas, & locum, vbi sunt ollæ, significare. Aiuntque hunc esse verum huius psalmi intellectum: Et si nunc tam sordidi & attri sitis, quam hi, qui inter fuligino-

fas ollas, & tripodes, & vncinos iacent, eritis tamen postea nitidi, & tanto candore affecti, ut possitis cum columba comparari, quæ pulchra est, & alas habet argenteas, corporisque pennas auro fuluo similes, & eccellente colore affectas. Et si nunc in luctu & gemitu versemini, & acerbis calamitatibus premamini, tamē polliceor vobis fore tempus, quo sitis gaudio perfusi, & in vestrum decus restituti, ac in pristinam dignitatem reuocati. Potest locus ille ita verti: Si dormiatis inter media labia &c. Et tunc erit sensus: Si cum de vobis homines impij detraxerint, cum nomen vestrum maledictis violauerint, & splendorem vestrum maculare voluerint, inter eorum labia securè quieueritis, nullam de illis vltionem sumentes, sed eorum contumelias æquo animo tolerantes, eritis absque dubio albis columbis similes, quæ sunt pulchro eximioque colore instar auri & argenti affectæ, & admirabili pulchritudine decoratæ. Quod magis famam vestram voluerint suis verbis obscurare, eò amplius vestra patientia, virtutis constantia, & erecti animi firmitudo eam illustrabunt. Nihil enim magis conducit, ad præclaræ famæ amplitudinem gloriosius augendam, quam sceleratorum hominum iniuria. Virorum enim iustitiam & pietatem colentium dignitas flagitiosorum hominum contumelias magnificentissimè illustratur. Vera huius vitæ gloria non consistit in vocibus malè iudicantium, nec in temeraria & inconsiderata multitudinis opinione impiorum facinorum plerumque laudatricis: solida res est, & expressa, non adumbrata: ea est splendor virtutum, consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene de eccellente virtute sentientium. Et ita nomen hoc xephattaim & illic apud Dauidem, & hic apud Ezechielem eadem habet significationem, labia in vtroque loco significans, sed ita ut labium æqui uocum sit, non vniuocum.

Argu-

Argumentum capitis.
XLI.

Ingreditur diuinus va-
tes in templum, & adi-
ficanda ecclesie catholi-
cae admirabilem perspi-
cit dispositionem. Intro-
duxerat eum vir ille, qui calamus men-
sorium, & funiculum lineum manu te-
nebat, in tria illius adificij atria, vt ea,
quae templum cingebat, aspiceret. Nunc
eum in templum ipsum introducit, vt pos-
sit eximia illius mysteria penetrare, &
sancta ecclesie Romanae ordinem, pulchri-
tudinem, hierarchiam, & sacramenta
mentis oculis intueri.

Caput. XLI.

A



Introduxit me in
templum, & mensus
est frontes sex cubi-
tos latitudinis hinc,
& sex cubitos latitu-
dinis inde, latitudinem tabernacu-
li. Et latitudo portae decem cubito-
rum erat: & latera portae, quinque
cubitis hinc, & quinque cubitis in-
de: & mensus est longitudinem eius
quadraginta cubitorum, & latitu-
dinem viginti cubitorum. Et intro-
gressus intrinsecus mensus est in
fronte portae duos cubitos: & por-
tam sex cubitorum, & latitudinem
portae septem cubitorum. Et men-
sus est longitudinem eius viginti
cubitorum, & latitudinem viginti

cubitorum ante faciem templi. Et
dixit ad me: Hoc est sanctum san-
ctorum. Et mensus est parietem do-
mus sex cubitorum, & latitudinem
lateris quatuor cubitorum vndiq;
per circuitum domus. Latera autem
latus ad latus bis trigintatria: &
erant eminentia, quae ingrederen-
tur per parietem domus in lateri-
bus per circuitum, & continerent,
& non attingerent parietem tem-
pli. Et platea erat in rotundum, ascen-
dens sursum per cochleam, & in
coenaculum templi deferebat per
gyrum. Idcirco latius erat templum
in superioribus: & sic de inferiori-
bus ascendebatur in superiora, &
in medium. Et vidi in domo altitu-
dinem per circuitum, fundata late-
ra ad mensuram calami sex cubito-
rum spacio, & latitudinem per pa-
rietem lateris forinsecus quinque
cubitorum: & erat interior domus
in lateribus domus.

EXPLANATIO.

Et introduxit me in templum. Viri sapien-
tia praestantes, qui philosophiae fon-
tes voluerunt aperire, & res cognitu di-
gnissimas ab obliuione hominum atq;
silentio vindicare, tres esse mundos asse-
ruerunt, & has suas assertiones literis man-
darunt. Primum mundum alios excelsi-
tate, dignitate, & amplitudine facile vin-
centem appellarunt supramundanum,
angelicum, & intellectualem: qui a ne-
mine satis pro dignitate laudibus effertur:
quoniam est supremum illud mentium
beatarum domiciliu, quae deo sem-
piterno xuo fruuntur. Tanta est gloria
refertum, vt eius admiratione quadam
veluti

1. Corin. 2.

veluti percussus diuus Paulus has voces
emiserit: Sicut scriptum est: Quod oculus
non vidit, nec auris audiuit, nec in cor
hominis ascendit, quae praeparauit deus
his, qui diligunt illum. Mundum secun-
dum appellarunt coelestem, qui nouem
orbibus seu globis constat: quorum vnus pri-
mu mobile appellatur; & extremus coe-
lestis, qui reliquos omnes complectitur.
Tertium & postremum appellarunt su-
blunarem, quatuor elementis constan-
tem, quorum infimum est terra immo-
bilis, in quam feruntur omnia suo nutu
pondera, quae ima sede semper haeret, com-
plexa medium totius vniuersitatis locu.
In hoc mundo proposuit deus hominem,
qui etiam mundus appellatur, sed mun-
dus paruus, qui a Graecis dicitur micro-
cosmos, & in euangelio omnis creatura
nuncupatur: quia rerum omnium crea-
tarum communicationem re ipsa com-
plectitur. Quemadmodum magni re-
ges, cum urbem aliquam moenibus in-
signem olim condebant, soliti erant sta-
tuam suam in ea collocare, vt vrbe abso-
luta imaginem suam omnes aspicerent:
sic summus ille deus totius mundi effe-
ctor, & moderator constructa mundi ma-
china postremum omnium hominem
in medio illius tanquam imaginem sua
constituit: hac enim in re homo superat
caelos admirabili conuersione & cele-
ritate concitatos, & micantibus astris di-
stinctos; quod non illos, sed cum sciamus
esse ad dei imaginem & similitudi-
nem procreatum, & in hoc tertio mun-
do, quem incolimus, vt primum conse-
quatur, constitutum. Hic tertius mun-
dus, in quo mortales vitam degunt, ple-
nus est tenebrarum: primus plenus lu-
cis: medius ex luce & tenebris tempe-
ratus. Hic per aquas significatur fluxas
& instabiles, ille per ignem splendidis-
simum, & immortalem, medius hoc
est caelum mediam obtinens naturam
per ignem & aquam: qua ob causam ab
Hebraeis vocatur xamajm: est enim xa-

maim: ex ex quod significat ignem, &
maim, quod significat aquas, compositu,
vt nonnulli ex Hebraeis arbitrantur. Ho-
rum trium mundorum imaginem gerebat
antiqua illud tabernaculu a Moyse mi-
rabiliter constructum: & postea tem-
plum illud magnificum a Salomone a-
dificatum. Erat enim tabernaculu que
admodum & templu in tres partes diui-
sum, quaru singulae singulos, quos dixi,
mundos representabat. Prima pars, que
atriu nuncupabatur, vbi hominesambu-
labat non solum mundi, sed immundi, non
solum sacri, sed etiam prophani, vbi ani-
malia deo oblata occidebantur, erat hu-
iusmodi sublunaris expressum simula-
chru. Hic enim boni commorantur, &
mali, estque perpetua ortus & interitus vi-
cissitudo. Pars illa tabernaculi secunda,
quae dicebatur sancta, tota auri micans
splendore, candelabroque septem lucernis
distincto illuminata caelu representaba-
bat, quod septem planetis per septem lucer-
nas significatis illustratur. Pars illa inti-
ma, que erat sacratior, vocata sancta san-
ctoru, vbi erat propitiatoriu, & cheru-
bim alas suas expandentes, & seipso spe-
ctantes, imago erat mundi illius angelici,
supremi, & sempiterni, vbi facti requie-
scunt, diuina visione summe oblectati, bo-
noru copia repleti, & pulcherrimis glo-
riae immortalis ornamentis magnifice-
ntissime muniti. Illa enim dei ciuitas sem-
piterna est tabernaculum illud, quod, vt
verbis vtar apostoli in epistola ad He-
braeos, fixit deus, & non homo. Nam in
sancta sanctorum semel in anno solus
pontifex cum sanguine introibat: quo-
niam futurum erat, vt Christus Iesus as-
sistens pontifex futuroru bonorum per
amplius & perfectius tabernaculu, per
propriu sanguine introisset semel in
sancta sanctorum aeterna redemptione
inuenta. Aspicias igitur per tres taberna-
culi partes, tres mundos significari, huc
quem homines & bruta incolunt, coele-
stem, in quo micantes planetae coruscant,
&

Exo. 25.
3. Reg. 6.Exo. 25.
Exo. 26.
3. Reg. 6.Exo. 25.
Heb. 9.Heb. 8.
Heb. 9.

Heb. 9.

Exo. 38.

Vv &

& supercoelestē, beatissimū sanctorum domiciliū. Et quoniā sanctū sanctorum æternā adumbrabat beatitudinē, ad quā ante Iesu Christi mortē nemo ascendebat, erat velo tectum, quod fuit illo moriēte scissum: vt intelligeremus esse nobis per Christi sanguinē & crucē ad supercoelestem patriam, & cœlitum confortium viam referatā. Ideo crux Christi duo ligna habebat coniuncta, vnū rectū, tendens sursum, alterū transuersum: vt intelligeremus naturam humanā per lignum transuersum significatā sociatā esse angelicæ naturæ per lignū sursum erectum intellectæ: & merito crucis & mortis innocentissimi agni fuisse homines angelorū consortium in æterno tabernaculo consecutos. Scissio veli indicauit patere deinceps nobis aditum ad patriam, ad gloriā sanctorū, ad cœtū amentū beatarum, vnde ob primi parentis peccatū: eramus à principio seclusi. Et licet hi tres mūdi sint distincti inter se, possunt tamen vnus mundus appellari, quod ab vno principio, & ad eundē finem omnes referantur: & vno quodam concentu inter se tēperentur. Quod in vno est, in alio etiam quodāmodo inuenitur: est apud nos ignis, est in cœlo sol, est in æterna beatitudine pfecta & summa charitas. Elementaris ignis vrit, cœlestis illuminat, supercoelestis amore suauissimo & beatissimo inflāmat. Hi tres mundi non solum in tabernaculo Moyse, & in tēplo Salomonio, sed in hoc etiā admirabili Ezechielis templo fuerunt adūbrati: Et præter eos alius est mūdus, nimirū ecclesia catholica, in qua hi tres quodāmodo continentur: nā in ea est vita & mors mundi sublunaris, est claritas & obscuritas mūdi cœlestis, est charitas mūdi supercoelestis, quæ hīc incipit, sed ibi est omnibus numeris absoluta. In ecclesia est fides illa, quæ est iuxta diuī Pauli sententiā substantia rerū sperandarū, argumentū non apparentium. Dicitur autē substantia, quod per fidem

subsistant in nobis etiā modò speranda, quæ in futuro per experiētiā subsistēt. Id intelligens Chryostomus in expositione in epistolā ad Hebræos ait: Fides in anima nostra facit subsistere ea, quæ nō videntur. Itaque in ecclesia ea dicuntur suo modo esse, quæ in æterna sunt beatitudine. Et licet ibi non sit fides cū beatitudine, quoniā fides in sui ratione habet imperfectionē, quæ est ex parte subiecti, vt scilicet credens nō videat id, quod credit, beatitudo autē ex sui ratione habet perfectionē ex parte subiecti, vt scilicet beatus videat id, quod beatificatur, est tamē in beatitudine id, quod credimus, etiam si ibi fides nō sit, nec quo ad actū, nec quo ad habitū. Imò iuxta diuī Thomæ sententiā fieri nequaquā potest, vt eadem fides numero maneat in patria: itaq; non solum manet, sed nec manere potest. Nō tamen me fugit Durandum subtilibus & ingeniosis argumētis ostēdere velle, posse in beatitudine fidē quo ad habitū manere: sed diuī Thomæ sententiā semper amplectendā duxi ob eius rationem, & admirabilē doctrinā, & sapientiā, & sanctitatē. Cū autem per hoc Ezechielis templū tres mundi significantur, hi autē mundi in ecclesia intelligantur, rectē asserunt, qui per tēplum hoc ecclesiā intelligendam dicūt: quam deus voluit diuīno nostro vati in hoc admirabili ædificio demonstrare. Duo alia ædificia nempe tabernaculum Moyse, & templū Salomonii ecclesiam etiā adumbrabāt, sed templum præcipuē: nā per tabernaculū proprius legis veteris status significabatur, per tēplum verò status ecclesiæ. Eā ob causam ad tabernaculi cōstructionem solū Hebræi conuenerunt, ad ædificationē verò templi non solum Iudæi, sed Gētilēs, vt diuina cōmemorat scriptura. Ideo tabernaculū erat mutabile, templum verò firmū & immobile. Et quanuis hoc ita sit, vt toto tēplo significetur ecclesia, tamē proprie per sancta sanctorum significatur

tur æterna beatitudo, & ecclesia triumphās. Vt enim nemo poterat ingredi ad sancta sanctorum nisi per templū, sic nemo ad gloriā peruenit immortalē & ecclesiam triumphantē nisi per ecclesiam militātem. Qui sunt extra hoc ædificiū, sunt extra ecclesiā: qui in illo sunt, in ea morantur: sed qui magis accedūt ad sancta sanctorū, maiore flagrant charitate. Quidā ingrediuntur, quidā proficiunt, quidā longiūs procedāt, perfectionem euangelicā obtinentes, & in cœlis conuersantes: aiētes cum apostolo: Cōuersatio nostra in cœlis est. Hoc templū ingreditur nūc Ezechiel cū ductore suo: ipsius tēpli architecto, & mensuratore, hoc est cū Christo, quē magnoperē obsecro & precor, vt me ipsum ducat, verāq; mihi eius intelligentiam ostendat.

Et mensus est frontes. Frōtes hoc loco appellantur superficies exteriores parietū ex vtraque parte ostij existētium, quod ad portam accedentibus è fronte ac è regione apparerent. Superficies autē interiores non appellantur frontes, quod ingredi volentes laterēt. Habebāt verò hæc frontes sex cubitos latitudinis ex vtraque parte. Sex diebus conditus est mundus: quā ob causam per numerū senariū creaturarum creatio intelligitur, ex qua ad creatoris considerationē possumus peruenire, ex rerū creatarū ordine: pulchritudine & constantia cognoscentes effectorem. Ideo sex cubiti erāt latitudinis in frontibus tēpli, quæ se templū ipsum ingredientibus offerebant.

Latitudinē tabernaculi. Hoc est mēsus est totam templi latitudinē. Accipitur tabernaculum pro tēplo. Porticus templi habebat viginti cubitos longitudinis, & vndecim latitudinis: corpus tēpli appellatum sanctū habebat quadraginta cubitos longitudinis, & viginti latitudinis: sanctum sanctorū habebat viginti cubitos longitudinis, & totidē latitudinis. Longitudo autem sancti, & sancti sanctorū erat ab oriente ad occidentē, latitudo v-

rò ab aquilone ad austrū. Sed in porticu diuerso modo: nam eius longitudo erat ab aquilone ad austrū, latitudo verò ab oriente ad occidentē. Igitur longitudo porticus, & latitudo sancti, & latitudo sancti sanctorū eandem habebant mensurā, nimirum cubitos viginti. Itaq; semper tēplū siue in porticu, siue in sancto, siue in sancto sanctorū habet viginti cubitos ab aquilone ad austrū. Nunc mensuratur ea pars templi, quæ appellabatur sancta, quæ erat tēpli corpus: & primum mensuratur eius latitudo: & ait diuinus vates, duas eius frōtes habere in latitudine duodecim cubitos, nā vnaqueq; sex cubitos habebat: & ait hanc esse tabernaculi hoc est templi latitudinē. Et subdit statim: Et latitudo portæ duodecim cubitorum erat. Erat in medio porta decē cubitorū in latitudine, quæ ex vtroque latere frontem vnā habebat lōgitudinis sex cubitorū: cū autem duæ essent frōtes longitudinem efficiebāt duodecim cubitorū. Sed hæc non videntur prima fronte coherere: nā si porta in medio parietis transuersi decem erat cubitorum, & duæ eius frōtes duodecim cubitos habebant, rectē sequitur totā templi latitudinem esse vigintiduoꝝ cubitorum: decem enim cubiti portæ cum duodecim frontū efficiunt vigintiduos: at nos dicimus totā eius latitudinem viginti dūtaxat esse cubitorū. Sed diligenter intuetibus nulla hīc apparet cōtrarietas: nam porta hoc loco nō pro muri apertura accipitur, sed pro foribus, & valuis ligneis, quæ aperturam ipsam claudebant: quæ valuæ latiores erant ipsa ostij apertura. Duæ valuæ portæ in medio claudebant, quarum vtraque quinque habebat cubitos, & ex consequenti ambæ decem cubitos efficiebant; cū tamē apertura ipsa octo tantum esset cubitorū. Iuxta valuarū cardines erant duæ erecturæ extra aperturā, quarū vnaqueq; vnum cubitū habebat. Et ita licet valuæ, cū clausæ erant, decem haberent cubitos latitudi-

nis, porta tamen octo dūtaxat habebat quia duæ crecturæ duos cubitos occupa bant. Cum ergo porta esset octo cubito rum, & ex vtraque eius parte sex essent cubiti, apertè ostenditur, totam templi latitudinem viginti esse cubitorum, vt statim asserit propheta.

Et latera portæ. Potest verti ex hebreo: Et humeri portæ. Et rectè quidem: nam humeri ad opera referuntur, propter quæ per portam fit ad vitam ingressus. In veste pontificis superhumerali cum ratio nali cōstringebatur, vt rationi opera copularentur: & posset dicere vir ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi.

Et mensus est eius longitudinem quadraginta cubitorū. Hoc intelligitur de parte illa tēpli, quæ appellabatur sancta, quæ erat quadraginta cubitorum in longitudine ab oriente ad occidentem, & ab ingressu vsq; ad sanctuariū, quia per multas calamitates oportet nos introire in regnū dei. Numerus quadragenarius afflictiones plerunque designat. Vnde Moyses & Elias quadraginta dies ieiunant: & filij Israelis quadraginta annis in solitudine affliguntur.

Et ingressus intrinsecus. Hoc est, in sancta sanctorum.

Et mensus est longitudinem eius viginti cubito rum, & altitudinem viginti cubitorum. Hæc pars templi erat æquilatera, tota vndiq; quadrata & æqualis, & omnibus numeris absoluta: cum aliæ duæ partes inæquales essent, nempe porticus & sancta. Vt autem hæc perfecte intelligantur, cōducere arbitror, eorū ortū à fonte repetere. Hierosolymæ templū non fuit à Davide sanguinis effusore conditū, sed à Salomone pacis amantissimo: quia futurū erat, vt rex cœlestis verus Salomō, hoc est verè pacificus, Christus deus noster, quem Esaias principem pacis vocat, & diuus Paulus pacem nostrā, non alieno sanguine diffuso, sed proprio ædificaret ecclesiā, cuius locus erat in pace futurus, iuxta id, quod ecciærat regius vates: Et

factus est in pace locus eius. Hic est clemētissimus ille deus noster Christus Iesus, qui non solum humanū sanguinem non sitiuit, sed etiā ne homines perirēt, ipse sanguineas guttas sudauit, & sanguinem suū fundi permisit: eo quæ perfusus, vulneribus confossus migravit è vita, pacificans, vt ait apostolus, per sanguinem crucis, siue quæ in terris, siue quæ in cœlo sunt. Hic est verus Salomō, hic est verè pacificus, hic est noster verus architectus, ecclesiæ catholicæ edificator. Et quemadmodū Salomoni pater Dauid necessaria parauit ad tēpli structurā, sic pater Christo, Christus autē nobis. Et quemadmodū consummato tēplo, & fundente Salomone preces, ignis descendit de cœlo: vt in libro secundo Paralipomenon literæ diuinæ testantur: & sacerdotes sonitū tubis eleuabāt: sic constructa ecclesia, postquā Christus dixit: Cōsummatū est: & in cœlo rogauit patrem iuxta id, quod ipse dixerat apud Ioānem: Ego rogabo patrem, & aliū paracletum dabit vobis: descendit ignis super discipulos, et apparuerūt illis dispersitæ lingue tanquā ignis, sedit quæ super singulos eorū: & repleti sunt omnes spiritu sancto. Et sonitu tubarū concionum suarū mundū repleuerunt. Quod per Salomoniū tēplū, id etiā per hoc Ezechielicū significabatur. In vtroque media illa pars, quæ vocabatur sancta, lōga erat, & stricta. Quis inæqualitatē hanc non lamentabitur? Quis hoc contēplās poterit lachrymas cōtinere? Quis nō ingemiscet, & ab intimo pectore suspiria nō educet, videns esse huius tēpli longitudinē duplo maiore eius latitudine. Indicat enim inæqualitas hæc, nihil esse in hac vita, quod animū satiet & impleat, etiā quietē & securitatē penitus tribuat. Omnia sunt plena dolore, egritudine, calamitate, & anxia quadam expectatione. Et vt verbis vtar diui Pauli in epistola ad Romanos: Omnis creatura in gemiscit, & parurit vsque adhuc: non solum

solum autē illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei spectantes, redemptionem corporis nostri. Admonemur hac templi disparitate, non esse hic consummatā pacē, non perfectū gaudium, non stabiles honores, nō permanentes diuitias, nō firmas iucunditates. Quæ firma potest esse lætitia, cum dies & noctes cogitandū sit, iam iā esse moriendū: & propter casus incertos imminere mortē cotidie, & propter breuitatē vitæ nunquā longē posse abesse? Non quæ vir iustus morte perterreatur: illis enim mors terribilis est, quorū cū vita extinguitur nomen, non illis, quorū laus emori nō potest: sed cum simus incerti, simus nec ne in libro vitæ conscripi, & peccata nostra memoria sæpenumero repetamus, ideo timemus, & in communibus molestijs versamur. Vera securitas & perpetua tranquillitas æternæ beatitudi diu referuatur. Hic anxiam videmus inæqualitatem: nam hic paupertatē laborat, ille diuitijs affluit: hic sitit, ille ebrius est: hic lætitia gestit, ille ærumnis opprimitur. Quidam nascuntur, quidam moriuntur: quidam rident, quidam copiam fundunt lachrymarum. Sed omnes obnoxij sunt miserijs & calamitatibus, & omnes interdum molestijs lacerantur: & omnia tandem consumuntur. Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat aut casus, aut vetustas. Ideo longum est templū, quia hic longanimitate indigemus, & rerum humanarum tolerantia: & ideo est angustum, quia ærumnarum angimur angustijs. Sed ideo fortis est murus & validus, quia & si impij & hæretici ecclesiam velint impietate & perfidia sua euertere, nunquā illud tamen poterunt efficere. Licet zizania simul crescant cū tritico vsque ad messem, triticum tamē solum infertur in horreum dei, zizania verò traduntur igni. Et ideo altum est ædificiū, quia excelsa sunt ecclesiæ my-

steria & sacramenta. Erat autem sanctū à sancto sanctorum diuisum, quia ecclesiasticam familiaritatem per sanctum intellecta in terra est, triumphas verò per sanctum sanctorum significata super cœlos. Ad eam suspiramus ex hoc exilio, à longē eam aspicientes & salutantes, & confitentes, esse nos peregrinos & hospites super terram. Id intuens diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios aiebat: In hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & nō nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. Et paulò post: Dum sumus in corpore peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Quemadmodum nisi amoto velo in templo Salomonis, & reuerato ostio in templo Ezechielis nemo poterat sanctum sanctorum penetrare: sic nemo ingreditur in æternam beatitudinē, nisi amoto corpore, in quodum viuimus, sumus à cœlesti patria seclusi. Eam ob causam dicebat apostolus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et si enim erat cum Christo, quoniam vt ipse ait: eius conuersatio erat in cœlis, tamen exulabat, & in corpore existens peregrinabatur. Illic quando dissoluto carnis vinculo deum viderimus, erimus verè præsentēs, quoniam diuina visione oblectabimur, & deo ipso fruemur. Illic viuemus, hic morimur: nostra enim quæ dicitur vita, mors est: hi viuunt: qui è corporum vinculis tanquam è carcere euolauerunt. Hic super flumina Babylonis sedemus, & flemus, cogitantes super cœlestem montem Sionem, eumquē memoria repetentes. Et euntes imus, & flemus, mittentes semina nostra: illic verò introibimus in potentias domini, exultantes gaudio: & portantes manipulos nostros perpetuum alleluia cantabimus. Hic sumus in templo, in quo longitudo superat latitudinem, illic erimus in sancto sanctorum

Exo. 39.

Psal. 118.

Act. 14.

Exo. 24. 3. Reg. 19. Num. 14. Deut. 29.

3. Reg. 5. 6. 7. Esa. 9. Ephe. 2.

Psal. 75.

Luc. 22.

Coloss. 1.

2. Par. 7.

Ioan. 19.

Ioan. 14.

Act. 2.

Mat. 13.

Rom. 8.

Heb. 11.

2. Corin. 5.

Philip. 1.

Philip. 3.

Psal. 136.

Psal. 125.

Psal. 70.

vbi que quadrato, vbi tanta est latitudo, quanta longitudo. Hic sunt odia, & diuisiones propter charitatis defectum, illic summa pax, summa concordia ob charitatis eximie abundantiam. O felix patria, o votis omnibus optanda ciuitas; omni ex parte quadrata, omnino perfecta, vbi nulla est inaequalitas, nulla iniustitia, nullum scelus, nullus dolor, nulla nox, nullum denique malum. Quid potest excogitari gloriosius, quam in sancto illo sanctorum supercaelesti habitare, summum illum coeli moderatorem omnia nutu gubernantem intueri, illam sempiternam pulchritudinem aspicere, eiusque ineffabili gloria semper cumulari? Sed illud est lachrymatum abundantia deplorandum, templum quod sanctum dicitur, quadraginta cubitis protendi, sanctum verò sanctorum viginti solum, quoniam his monemur mensuris, multos esse in ecclesia militare, qui non eunt ad triumphantem: nam iuxta dei nostri sententiam: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Quia ob causam ecclesiae catholicae cum sagena missa in mare comparatur, promiscuam hominum multitudinem continente: quia, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Erat in sanctis sanctorum propitiatorum: quia futurum erat, ut filius dei humanitate assumpta aduocatus noster esset in gloria aeterna. Vnde ait diuus Ioannes in prima sua epistola: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Propitiatorium illud Christum adumbrabat, quae iuxta diui Pauli sententiam, proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Cherubim adumbrantes propitiatorium, seque mutuo respicientes, summa & altissima Christi mysteria significabant, & admirabile ipsorum mysteriorum consonantiam. **Lo-**

quebatur autem deus de medio eorum, *Exo. 25.* & responsa dabat, & in illis sedebat. Ad *3. Reg. 6.* quod alludit ijs verbis regius vates: Dominus regnavit, irascantur populi: qui sedes super cherubim moueatur terra. Cherub idem est quod scientiae plenitudo: & quia deus omnem superat scientiam, super plenitudinem scientiae dicitur sedere: & ex oraculo, vbi erant cherubim dare responsa, quia deus ex scientiae plenitudine respondebat. Ipse enim omnia scit, omnia videt, omnia cognoscit: ipse est ipsa sapientia, quae omnia nutu suo gubernat & moderatur. Ipse est, quem in sancto sanctorum visuros nos esse speramus, in aeterna illa beatitudine omnibus numeris absoluta, per hoc sanctum sanctorum significata, vbi est perfecta quadratura, vbi longitudo & latitudo eandem habent mensuram: de qua ait hoc loco Ezechiel. Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Poteris hoc ita explanare, ut per propitiatorium in medio duorum cherubim ipsum propitiatorium contemplantium, & mutuo se respicientium intelligas Christum in medio duorum testamentorum, quae de Christo loquuntur, & ambo summo concentu coherent: vetus est figura noui, nouum explicatio veteris. Per Eliam, qui pugnaturus est cum Antichristo, significatur nouum testamentum: per Moysen, qui legem tulit, vetus. Igitur propitiatorium in medio duorum cherubim, est Christus in medio Moysi & Eliae transfiguratus. *Mat. 17.* Ceterum eadem mensura fuit sancti sanctorum tabernaculi Moysi, & templi Salomonis, ut in libro Exodi, & in tertio Regum literae diuinae memoriae prodiderunt. *Exo. 25.* *3. Reg. 6.*

Et mensus est parietem domus: Subaudi, in spissitudine.

Et latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. Hoc est, mensus est latitudinem singulorum sedilium. Erant in templo trigintatria sedilia ex par-

parte australi, & alia trigintatria ex parte aquilonari iuxta murum templi: & vnunquodque habebat quatuor cubitos in latitudine. In his sedilibus seu cathedris sedebant sacerdotes in choro. Longitudo templi disposita erat ab oriente ad occidentem: & erant haec sedilia veluti stalla, quae sunt in choris monachorum: & vocantur hoc loco latera, quae erant ita disposita. In sanctis sanctorum ex parte aquilonis erant decem latera siue sedilia: extra sancta sanctorum in anteriore parte templi iuxta murum ex parte etiam aquilonari erant viginti latera iuxta murum frontis orientalis erant tria. Et eodem penitus modo erant disposita alia trigintatria versus austrum. Ab ostio templi vsque ad latera iuxta murum aquilonis erant sex cubiti: templum habebat in longitudine quadraginta, & sanctum sanctorum viginti. Cum igitur ex vtraque parte essent triginta sedilia, & quaelibet pars sexaginta cubitos haberet, aperte sequitur vnunquodque sedile duos occupare cubitos. In longitudine erant sexaginta sedilia, triginta ex vna parte, & triginta ex altera: sex autem sedilia erant in latitudine, scilicet a porta ad parietem aquilonis tria, & ab eadem porta ad parietem austrum alia tria, quia quaelibet illarum partium habebat sex cubitos, & vnunquodque sedile duos, & ita erant sex sedilia in spatio duodecim cubitorum. Aut erant in hoc pariete & in altero, qui erat inter sanctum & sanctum sanctorum haec sex sedilia. Quod autem ait Ezechiel, vnunquodque sedile quatuor cubitos occupare, id intelligendum est a parte anteriore in posteriorem: in altitudine verò vnunquodque sex cubitos occupabat: at a dextera parte in sinistram duos tantum. Ita hunc locum exponit Vgo cardinalis vir doctissimus. Richardus de sancto Victore vir etiam eruditissimus ait haec latera esse de ambulatoria quaedam. **Ly**

ranus verò non minore sapientia excultus ait esse appendicia, lateribus templi exterius adhaerentia. Alii pro lateribus vertunt thalamos, dicunt esse domunculas prope templum ex parte exteriori. Haec sunt sententiae virorum doctorum hunc locum explanantium, variae illae quidem, sed nulla earum absque ratione & fundamento. Et licet quaelibet harum defendi possit, prima tamen videtur conuenientior, & expeditior. Nec obstat id, quod aiunt eius improbatore, nempe in sancto sanctorum templi Salomonis non fuisse sedilia, quoniam nemo illuc ingrediebatur nisi summus sacerdos semel in anno: & eam ob causam in sancto sanctorum huius templi Ezechielis non debere esse sedilia, & ex consequenti non esse aptam Vgonis sententiam, qui ibi viginti sedilia collocauit, decem ex vna parte, decem verò ex altera. Haec, inquam, obiectio non obstat, imò satis fragilis est: multa enim in hoc Ezechielis templo describuntur, quae in templo Salomonis nunquam fuerant. In templo Salomonico non erat aequum esse sedilia, in Ezechielico autem erat. Nam sacrarium siue sanctum sanctorum templi Salomonis imaginem gerebat aeternae beatitudinis ante mortem Christi: quam ob causam tegebatur velo, & nemo illuc ingrediebatur praeter summum pontificem ipsius Christi imaginem gerente, ut asserit in epistola ad Hebraeos diuus Paulus. *Heb. 9.* At sanctum sanctorum huius templi Ezechielis figura erat ecclesiae triumphantis post Christi mortem: postquam scissum est velum, & coelum ob crucem Christi reseratum: postquam Christus dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso: & innumerabilis sanctorum multitudo fuit gloriae sempiternae consecrata. Quod verò obijciunt, tot sedilia non posse in templo locari: quoniam occuparent totum illud ex vtraque muri parte, & ita nullus esset ingressus in templum ex parte

aquilonari, nec ex australi: & ex consequente duo ostia templi, quorum vnum erat ad aquilonem, alterum ad austrum, inutilia essent: id parum habet vigoris: nam fieri potuit, ut sedile illud, quod erat iuxta ostium ex parte aquilonari, scissum esset a porta usque ad templum, ut introire volentibus praeberet ingressum, & nihilominus nomen sedilis non amitteret: & similiter de eo, quod erat in parte australi. Illud est hoc loco advertendum, haec latera esse bis trigintatria: quia futurum erat, ut spirituale purgationem haberemus. In Leuitico scriptum est, debere mulierem post partus hebdomadam explere trigintatres dies, ut veniret ad templi purificationem. Sed hoc erat in primo ortu, nimium naturali: cum autem nos indigeamus secundam naturam, nepe spirituali regeneratione, indigemus bis triginta diebus, ut ad templum sempiternum, ad immortale gloriae domicilium ingrediamur. Oportet magnam animi puritatem acquirere, nec solum abhorreere a maleficio exteriori, sed etiam mentem & cogitationem integram & puram servare, & Christo adherere, ut vita nostra sit laudabilis & perfecta: quae tanto erit purior, quanto erit deo propinquior. Ut in rebus naturalibus sunt causa & effectus: sic in spiritualibus. Et quemadmodum in naturalibus quanto effectus propinquior est causa, eique similior, tanto est perfectior, ut in ignis calore videmus: qui igni proximus efficacissimus est, quanto autem se magis distrahit & elongat ab igne, tanto magis ex vi sua amittit: sic in spiritualibus tanto vita Christiana est nobilior & praestantior, quanto magis ad Christum accedit, estque eius imitatione propinquior. Cum autem ab eo non discedit, imo illum amplectitur, & cum eo ardentissima charitate connectitur, tunc dicitur suis numeris absoluta. Et quoniam charitatis officium est nos cum Christo unire & coniungere iuxta id, quod ait diuus Iohannes: Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: & iuxta id quod ait diuus Paulus:

Qui adheret deo vnus spiritus est. *1. Corin. 6. Coloss. 3.* Et alibi: Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & per hanc nostram cum Christo coniunctionem perfectionem obtinemus, summa openiti decer, hanc querere, & retinere charitatem, ut vita nostra Christum sequatur & imitetur, & effectus sit causae proximus & similimus, ut eximia regenerationis puritatem consequamur. Et ita non solum naturae puritatem trigintatium dierum obtrinebimus, sed etiam bis trigintatribus diebus, hoc est perfecta puritate ornatum templum supercoelestis beatitudinis summum gaudium exultantes penetrabimus.

Et erat eminentia. Hoc est quaedam ligna exhibent ex parte templi, & eminebant foras, quae ingrediebatur ipsa sedilia, ut eas sustentarent per circuitum, ne ipsa sedilia attingeret parietem. Sedilia illa, quae erant iuxta murum orientalem, quorum tria erant ex vno latere portae, tria vero ex altero, distabant a pariete cubito vno, ut possent palmam caelatae videri: alia vero sedilia, quae erant in lateribus templi, parum distabant a pariete: quoniam palmam caelatam erant super illa.

Et platea erat in rotundum. Platea vocatur spatium quoddam rotundum, ubi erat turris rotunda intus vacua cum gradibus, quibus ascendebatur in orbem per cochleam ab inferiore mansione templi ad secundum & tertium coenaculum. Ideo platea haec, quae ad supremam habitationem praebat viam, rotunda erat, perfectissima, capacissima, & pulcherrima. Talis est virtus, per quam ad aeternam ascendimus beatitudinem. Ideo elementa a deo creata rotunda sunt, similiter sol, luna & globi illi aetherij, monumenta diuinitatis perpetua. Et ea, quae singulari sequimur amore, cum rotunda oculi pupilla comparamus. Haec cochlea, per quam ascendebatur ad supremam mansionem, arcta erat, quia arcta est via, quae ducit ad vitam, ut ait Christus deus noster, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Haec via angusta est poeni-

poenitentia & corporis castigatio, & afflictio propter deum a quo animo tolerata. Ad hanc vocat nos Christus deus noster, qui de seipso ait: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam: Et rursum, Nisi poenitentiam, inquit, habueritis, oes similiter peribitis. Et diuus Iohannes Baptista: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Si Christus verus deus noster ieiunauit, si orauit, si iniurias pertulit, si calamitatum angustijs vndique afflictus, & vulneribus traiectus mortem acerbissimam tolerauit, quare nos voluptatibus ducemur, delicijs diffuemus, & labores honestos repudiabimus? Properat quidam rex ad praelium vndique armatus, ducens exercitum militum omnibus armis indutorum: erigitur signum militare, expanduntur vexilla & regia stemmata, duces bellica armatura muniti cohortes adhortantur. Sed si videres esse in exercitu homines aliquos dearmatos, illecebris delinatos, qui pro thoracibus & loricis lenia serica induerent, pro galeis pileos bombycinos, & pro gladijs flabella portarent, eos insanos censeret, moneretque, ne coram rege ira apparerent induti, qui potius se armis induerent, ut deceret strenuos milites sui ducis & regis imitatores. Eodem modo cum Christus laboribus, & doloribus, & tormentis, & patientia se induerit, & signum crucis erigat, procedantque armati apostoli & martyres, & caeteri, qui Christum regem suum sequuntur, quare nos relictis armis delicias amplectemur, & contemptis laboribus Christiano dignis ad falsas mundi voluptates auiditate incensi aspirabimus? Mutemus vestimenta, & armis poenitentiae muniamur. Haec sunt arma illa resplendentia, de quibus ait diuus Paulus in epistola ad Romanos: Induamur arma lucis. Et in secunda ad Corinthios: Per arma iustitiae a dextris & a sinistris. Et rursum. Arma militariae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitio. Et ad

Ephesios: Induite vos armaturam dei. Ex euntes de Aegypto oportet, ut armati incedamus, si volumus verae promissionis terram penetrare. Id volens significare diuina scriptura in libro Exodi ait: Armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Induere hanc armaturam idem est quod agere poenitentiam, & per arctam viam, per angustam cochleam ad vltimum & supremum coenaculum, hoc est ad aeternam beatitudinem peruenire.

Idcirco latius erat templum in superioribus. Hoc refertur ad id, quod dixerat de lateribus. Nam cum latera siue sedilia essent in parte inferiore templi iuxta parietes, bonaque templi partem occuparet, consequens est, ut templum maius spatium haberet sursum, quam deorsum. Vel ideo ait latius esse templum in superioribus, quia parietes multo erant latiores infra quam supra: & quanto magis ascendebat sursum, tanto erant angustiores, quanto autem magis se stringebant sursum se erigentes, tanto latius vacua efficiebant. Nam templum viuum firmum debet habere fundamentum: & plus habere solidi, quam ostentationis. Et quemadmodum murus ille, quanto altius erigebatur, tanto debilius apparebat: sic viri iusti quanto excellius ad caelum virtutibus extolluntur, tanto fragiliores & inutiliores a mundo censentur.

Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera. Exprimit laterum siue sedilium altitudinem. Sensus est: Vidi in templo altitudinem laterum per circuitum, quorum laterum siue sedilium vnum quodque habebat sex cubitos in altitudine: erantque haec latera fundata in trabibus, quae ex parietibus exhibant, ut sedilia sustentarent. Et habebat haec trabes fundamentales intra parietes quinque cubitos extra ipsa latera.

Et erat interior domus in lateribus domus. Hoc est, & eodem modo se habebat sanctorum circum haec sedilia.

Et inter gazophylacia latitudinem

Leuit. 12. Luc. 2.

simile.

1. Io. 14. 4.

Luc. 5.

Luc. 13.

Mat. 3.

simile.

Rom. 13.

2. Corint. 6.

2. Corint. 10.

Mat. 7.

Exo. 13.

simile.

ne viginti cubitorū in circuitu domus vndiq;. Et ostiū lateris ad orationem: ostiū vnum ad viā aquilonis, & ostium vnū ad viā australe: & latitudinē loci ad orationē quinque cubitorū in circuitu. Et ædificium, quod erat separatū, versumq; ad viam respicientē ad mare latitudinis septuaginta cubitorū: paries autem ædificij quinq; cubitorū latitudinis per circuitū: & longitudo eius nonaginta cubitorū. Et mensus est domū longitudinis centum cubitorū: & quod separatū erat ædificiū, & parietes eius longitudinis centū cubitorū. Latitudo autē ante faciē domus, & eius, quod erat separatū contra orientē centū cubitorū. Et mensus est longitudinē ædificij contra faciē eius, quod erat separatū ad dorsum: et hecas ex vtraq; parte centū cubitorū: & templū interius, & vestibulū atrij. Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes cōtra vniū cuiusq; limen, stratumq; ligno per gyrū in circuitu: terra autem vsq; ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia. Et vsq; ad domū interiorem, & forinsecus, per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram.

Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum. Id est, latitudo omnium spatiorum, quæ erat inter gazophylacia siue exedras erat viginti cubitorum.

Et ostium lateris ad orationem. In vtroque latere templi erat ostiū, quo possent ingredi ad preces ad dominum fundēdas.

Accipitur hic latus pro parte aquilonari, & australi. Per aquilonem significatur calamitas, per meridiem prosperitas, vt intelligamus debere nos orare & in mœrore & in lætitia: in erumnarū angustijs, et in rerū prosperarū affluentia: in vtroq; statu, & calamitoso & florente. Est enim deprecatio portus tutus, ad quē in omni procella debemus cōfugere. In illa inueniemus quietē, & animi oblectationē, & per eā effectū nostri pij desiderij cōsequemur: præsertim si fuerit cū humilitate, & animi submissione cōiuncta. In libro Iudith ita scriptū legimus: Humiliū & māsuatorū dñe semper tibi placuit deprecatio. Regius vates, Subditus, inquit, esto domino, & ora eū. Et rursum: Respexit in orationē humiliū. Ecclesiasticus: Oratio humiliātis se nubes penetrabit, & donec propinquet, nō cōsolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Hoc intelligēs Daniel has voces emittebat: Propter te metipsum inclina deus meus aurē tuā, & audi. Nec enim in iustificatiōibus nostris proster nimus preces ante faciē tuā, sed in miserationibus tuis multis. Deus ipse, qui nullus in se superari viribus potest, humilis publicani precibus fuit victus. At qui superbia elam preces ad deū fundūt, cū nec se ipsos cognoscāt, nec velint a sceleribus desistere, non merentur exaudiri. Ideo huiusmodi hominibus aiebat deus per Esaiam: Cū extenderitis manus vestras, auertā oculos meos a vobis, & cū multiplicaueritis orationē, nō exaudia. Idem Esaias, Peccata, inquit, vestra abscondērūt faciē eius a vobis. Et Ieremias: Nos iniquē egimus, & ad iracundiā prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Cōtra verò viris iustitiā & pietatē colētib; dicebat apud Ioannē Christus deus noster. Si māseritis in me, & verba mea in vobis māserint, quodcūq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Et apud Lucā: Petite, & dabit vobis, quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

At

At si deus nō statim suis postulata cōcedat, illud est, vt ea pluris æstiment adeptæ: vel quia illis quæ petunt, nullā afferunt vtilitatē. Nam vt pteclare ait diuus Augustinus, Sæpe deus multos nō exaudit ad volūtate, vt exaudiat ad salutem. Et alibi: Non est tam miserū non adipisci quod velis, quàm adipisci velle, quod non oporteat. Id intelligens Menedemus philosophus, vt narrat Raphael Volaterranus iuueni dicēti: Magna res est assequi quod optes, respōdit: Multū magis est optare quod deceat. Effectū precationū nostrarū obtinebimus absq; dubio, si id quod fuerit deo gratum, nostræq; animæ vtile & salutare à deo cū humilitate, & feruore, & cōstantia petierimus. Et quoniā oratio, vt ait Damascenus, est ascēsus intellectus in deū, & per intellectū vtraq; vis intelligitur apprehēsiua & motiua, oportet, eū qui vult precibus à deo petita impetrare, cognoscere defectus suos, & dei potentiā misericordiāq; intelligere, & ad illum cum desiderio, spe, & vero corde confugere. Moyses precibus pugnans contra Amalech manus habebat ad deū leuatas. Et Ieremias ait: Leuemus corda nostra cum manibus ad dñm. Et quemadmodū ad preces Elię descendit ignis de cœlo, sic nobis pijs precationes fundentibus veniet ignis diuini amoris, qui corda nostra incēdat, & studio immortalitatis inflammet. Et vt verbis vtar beati Cypriani in epistola prima ad Cornelium: incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris: hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseuerare firmiter faciūt: hæc sunt munimenta spiritualia, & tela diuina, quæ protegunt. Illud est hoc loco aduertendū in templo hoc ostia esse ad orationē: & templū Salomonis domū orationis vocatū fuisse. Ipse Salomō confecto templo has voces in eo emisit, quæ sunt lib. Regum 3. mandata. Audi dñe hynnum & orationem, quā seruus tuus orat corā

te hodie, vt sint oculi tui aperti super domū hanc nō cte ac die: super domū, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationem serui tui, & populū tuum Israel, quodcūque orauerint in loco isto. Hęc ibi. Credimus absq; dubio deū ubiq; esse per essentiā, præsentia, & potentia sicut causam in effectibus eius bonitatē participantibus. Vult tamen esse tēpla precibus & diuino cultui destinata. In Deuteronomio ita ait: Non poteris immolare phasē in qualibet vrbium tuarū, sed in loco, quē elegerit dñs deus tuus, vt inhabitet nomē eius ibi. Daniel cū esset in babylonica captiuitate detentus, & non posset templū adire Hierosolymę, illuc dirigebat oculos, fundēs preces facie ad templū versa. Et multi etiam exules ad templū versa facie orantes exaudiebantur. Poteris ne ostēdere locū in Iudæa, cui tale sit concessum priuilegiū? Minimè quidē. In templo dabat deus olim responsa, & ibi angelus apparuit Zachariæ. De templo eiecit Christus deus noster ementes & vendentes, vocans templū domū patris sui, cū tamē sciret totū vniuersum domū patris sui esse. Ingressus enim templum dixit: Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronū. At postquam Iudæi eundem Christū seruatores nostrū falsis criminibus ad cædem vocarunt, & vulneribus traiectū cruci affixerunt, fuit templū illud euersum. Et eius eersione appropinquante audiuntur angelorum voces dicētium: Recedamus ex ijs ædibus. Et ne me hoc fingere existimes, lege Iosephum libro de Bello Iudaico septimo, capite decimo-septimo. Egesippum lib. 5. cap. 44. Eusebium libro de Historia ecclesiastica 7. cap. 3. qui omnes hoc memoriæ prodiderunt. Sed quando templum illud euersum est, multæ iam erant ecclesiæ Christi-

Dent. 16.

Dani. 6.

3. Reg. 8.

3. Reg. 6.

Luc. 1.

Mat. 21.

Mar. 11.

Luc. 19.

Ioan. 2.

Ex. 17.
Thren. 3.
4. Reg. 1.

Luc. 18.

Esa. 1.

Esa. 59.

Thren. 3.

Ioan. 15.

Luc. 11.

Esa. 56.

3. Reg. 8.

Christianorū, quę fuerunt tempore apostolorum ædificatę: vbi fideles, quę ad religionē & Christi fidem pertinerent, docerentur, deum orarent, & sanctissimum domini corpus fumerent. Sed quoniam in ijs ecclesijs nonnulli ex Corinthijs discordiam excitabant, & cibum sumebant, reprehendit eos apostolus in epistola prima ad eos missa, cap. 11. dicens: Conuenientibus vobis in ecclesiā audio scissuras esse inter vos. Et paulo post: Nunquid non domos habetis ad māducandū, & bibendū? An ecclesiam dei contemnitis? Et ipse apostolus docet ibi, quemadmodū & viri & fęmine in ecclesijs debeant orare. Et capit. 14. ait: Mulieres in ecclesijs taceant: non enim permittitur eis loqui. Nonne vides apertissimę iam tunc ecclesias fuisse? In Actis apostolorum scriptum legimus Paulum & Barnabam per singulas ecclesias presbyteros constituisse. Lege historiā ecclesiasticam Eusebij, & videbis multas fuisse ecclesias a Christianis tempore apostolorū, & post eorum obitum ædificatas: quarū nonnullas impij tyranni in odium Christi aliquando euertebāt. Libro 7. memorię prodidit, voluisse Christianos ecclesiam cōstruere in quodam loco ruris angusti, vbi rupes quędam spatium, quantum ecclesie satis esset, denegabat: sed precibus cuiusdam fidelis, viri iusti, nomine Gregorij fuisse rupem mirabiliter motam, & aliō translatam, quantum spatij ad cōdendam quęrebatur ecclesiam. Diuus Hieronymus in commētarijs in epistolam ad Galatas ait diuum Ioannem apostolum, cum ad exitum vitę vocaretur, iussisse se ferri in ecclesiā: & in vita sanctę Paulę ait eam oculis proprijs domū aspexisse Cornelij, cuius meminit diuus Lucas in Actis, quę facta fuerat ecclesia. Diuus Augustinus multis locis eos laudibus effert, qui ecclesias erigunt, præsertim libro vigesimo contra Faustum, & libro 22. de Ciuitate dei. Maximus

ille Cōstantinus imperator, vbi Christi fidem recepit, & gentilica superstitione repudiata veram religionem dilatare cōtendit, Romę in mōte Cœlio magnificam Lateranensem ecclesiā, saluatoris appellatā construxit, quam diuus Syluester summus pontifex cōsecrauit. Aedificauit etiam ecclesiam diui Petri apostolorū principis in Vaticano: & ecclesiam diui Pauli in via Ostiensi, & alias alijs in locis, quas omnes magnificis ornauit muneribus, magnisq; prouētibus dotauit. Narrat Nicephorus Callistus libro septimo suę ecclesiasticę historie, capite 49. eum tria maxima templa Constantinopoli seruatori Christo cōstructa dedicasse. Et multa alia diuersis in locis, quorū meminit lib. 8. cap. 4. Tanta fuit illius principis pietas, tāta fidelium illius memorię religio, vt fuerint Romę illo tēpore plusquā tria millia templa deo & diuis cōsecrata, vt refert Andreas Fuluius in libro suo de Antiquitate Romana. Vide epistolas diui Pauli, & Acta apostolorū, lege historias fide dignas, tā antiquas quā recētes: erue memoriā non solum ex sermone hominum huius etatis, sed etiā ex annalium vetustate. Reuolue graues authores tā eos, qui cōmunē vitę cursum confecerūt, quam eos, qui se a corporis contagio seuocantes, & in carne humana vitā cœlestē se quętes, diuinę bonitatis effigiem in suis moribus adumbrarūt, & videbis absque dubio fuisse semper in ecclesia Christi a tēpore apostolorū vsq; ad hanc nostrā memoriā sacras ædes in dei diuorumq; honorē cōstitutas, quę tēpla & ecclesie appellantur: in quibus fideles orāt, adorant deū in spiritu & veritate, audiunt sanctum missę sacrificium: vbi verbū dei prædicatur, & sacramenta ministrantur. Hoc fuit semper in ecclesia catholica, & modò est, & semper erit. Hoc est certum, & clarius luce meridiana. Et tamen audent Lutherani, Caluinistę, Buceristę, & ceteri hæretici nostri tēporis

hanc apertissimā veritatē negare. Et aiūt sacras ædes & ecclesias deo dedicatas mera esse figmēta: imò eas cōtaminant, & spū satanico concitati funditus euertūt. Impletū videmus apud illos id, quod dixit ipsa veritas: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Ea dele re conatur, quę sancti dei apostoli cōstituerūt, quę pia, vtilia, salutaria, & sancta cęsunt antiquitas, quę ecclesia catholica semper tenuit, & cōsensu populi Christiani deo ita volēte p tot secula cōprobauit. Volunt turbare ordinē ecclesię, extinguere veterū disciplinā, cōuellere omnē omnium temporū authoritatē. Diripiūt ecclesias, vastāt monasteria, expellūt monachos, cōtamināt virgines, cōculcāt religionē, cōtemnunt legū seruitutem, conantur auferre iudicia, ne quid sit illis in tāta impietate & atrocitate merendū, & totā deniq; Christi ecclesiā contendūt ad interitū & vastitatem vocare. Quid visum fuit vnquā indignius sub sole? O homines insipientes, qui vt Lutherū sequeremini hominem narū ad seditionē, impiū & factiosum, qui se scelerū ministrū præbuit, dei hominumq; iura violauit, & patriā suam euertit, verā religionem reliquistis, pro fide perfidiā amplectentes, & vos ipsos amplissimo Christianorū nomine spoliātes. Vocat deus templū domū suam, & domū orationis, cōstituerūt apostoli ecclesias ad orandū, seruauit hoc ecclesia a sui principio vsq; ad huc, absq; vlla intermissione, vos autē ecclesias euertitis, & preces ecclesie atq; horas canonicas irridetis, & pro nihilo putatis. Quid voluit diuina scriptura in libro Iosue significare, quando memorię prodidit, corruisse muros Iericho, cum faceret septem buccinis clangentes urbē septies circumirēt, nisi fore vt diaboli machinę septem horarum canonicarū buccinis corruerent? Septem fuerunt hæc clangentes, & Dauid, Septies inquit, in die laudem dixi tibi, Diuus Cypria-

nus in expositione orationis dominicę asserit horas canonicas fuisse etiā in veteri testamento obseruatas. Vide quanta sit earum antiquitas. Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriādē de virginitate seruāda, & in epithaphio diuę Paulę horarū canonicarū mentionem facit. Similiter & Chrysostomus homilia quinquagesima nona, & Basilius de institutione vitę religiosorum, & innumeri alij patres, quos longū esset recensere. Hanc piā & antiquā ecclesię cōsuetudinem sacris canonibus roboratā, sanctis concilijs confirmatam, quam illi mirabiliter & inuolabiter seruauerūt, quib; ob admirabilem doctrinam, & vitę sanctitatem nomen suum immortalitati commendarunt, & pro Christi fide impij ferri crudelitatem erecto animo subierunt, contemnūt hæretici nostri tēporis, qui ecclesias, & earū preces non solum irridunt, sed etiā damnant, & impetu diabolico funditus delent. Cum Christiani quondā, imperiū obtinente Aurelio Alexādro homine infideli, publicū quendam locū occupassent, ibiq; ecclesiā condidissent, vbi funderent preces, contra autē caupones quidam Gentiles antē suū esse locum illum contenderent, imperator Gentilis audita controuersia respōdit, quoquo modo esset, satius esse in eo loco deū colī, quam cauponarias exerceri. Refert historiā hanc Baptista Fulgosus. Homo a Christi fide alienus, solum lumine naturali illustratus templā a Christianis condita cōseruabat, & Lutherani, qui se Christianos iactant, templa diripiunt, & vbi olim sanctę missę sacrificium celebrari solebat, & alta humanę redemptionis mysteria trahebantur, ibi nunc meretricia, & nefandę turpitudines a Lutheranis exercentur. O scelus inauditum! o flagitium detestabile! o impudētiam omni lachrymarum abundantia deplorandam! Quis non videt, esse hos hæreticos omnibus tyrānis Gētilibus

1. Corin. 11.

Act. 14.

Act. 10.

Mat. 23.

Mat. 21.

Iosue. 6.

Psal. 118.

tilibus immaniores & terriores? Quis non intuetur eorum exitiū, & non doleret æternā eorū damnationē? Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarū, ut plorem die ac nocte eorū perniciem, qui à vera Christi fide defecerunt, fraudes inexpiabiles cōcipiant, in vitia se ingurgitant, & cum nihil minus habeant quā fidem, fideles se esse iactant, & fide gloriātur, cum repudiauēnt fidem, seque ex Christianæ nobilitatis altissimo gradu præcipitauerint? Subfannāt ecclesias, & preces canonicas, cum dicat hoc loco Ezechiel esse in templo à deo sibi demonstrato, quod ecclesiæ catholicæ imaginem gerebat, ostia ad orationes, & sedilia ad diuinas laudes deo decantandas.

Et ædificium, quod erat separatū. Existimant nonnulli per ædificium hoc intelligi quædam templi appendicia, per separatū verò ipsum templum, quod ob eius excellentiam separatū dicatur. Sed quæ fieri potest, ut ædificium separatū accipiatur pro templo cum appendicijs, cum templum sit viginti cubitorum in latitudine, ut antea dixit propheta, hinc autem asserat, templum hoc separatū septuaginta habere cubitos in latitudine? Huic obiectioni non poterūt respondere, nisi fortasse dicant, hæc appendicia quinquaginta cubitos latitudinis occupare. Sed nulla videtur proportio totum templum viginti solū cubitos latitudinis habere, appendicia verò quinquaginta. Accedit ad hoc, quod paries templi habebat in latitudine sex cubitos, quemadmodum antea dixerat: Et mensus est pariete domus sex cubitorum: paries autem huius ædificij erat latitudinis quinque cubitorum. Præterea templum erat versus orientem, hoc autem ædificium versus occidentem: ita enim ait propheta: Et ædificium, quod erat separatū versus mare. Hoc autē mare est Mediterraneū, quod respectu Hierosolymæ

est ad occidentem. Quare existimo ædificium hoc situm fuisse circa templum, sed ab eo seiunctum, esseque habitationem sacerdotum. Et quia à templo decem cubitis, ut aiunt, distabat, appellatur ædificium separatū.

Et longitudo eius nonaginta cubitorum. Hæc est longitudo ædificij separatū. Sed videtur propheta statim sibi ipsi repugnare: nam subdit: Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum. Si eius longitudo nonaginta duntaxat erat cubitorum, quomodo asserit cōfestim esse centum cubitorum? Huic obiectioni respondendum existimo, ædificium nonaginta longitudinis cubitos habuisse non comprehensa parietū spissitudine: sed quoniam duo erant parietes alter in fronte, alter in fine, & vnunquodque quinque cubitos in spissitudine occupabat, aperte colligitur, totum hoc ædificium ceterum esse cubitorum in longitudine, si parietes comprehendantur, qui ambo decem cubitos occupabant. Itaque foris est centum cubitorum, intus verò nonaginta. Sunt qui existiment, per domum hoc loco intelligi templum, quod in longitudine centum cubitos habebat. Nam murus claudens porticum templi versus atrium interius habet spissitudinem sex cubitorum, latitudo porticus erat vnde decem cubitorum, murus frontis, quæ diuidebat porticum à templo, habebat sex cubitos in spissitudine, inter murū frontis & latera seu sedilia, quæ erant iuxta murum frontis, erat vnus cubitus, illa latera habebant quatuor cubitos ab oriente in occidentem; ab illis lateribus vsque ad sancta sanctorū habebat vacuū templi quadraginta cubitos, murus diuidēs sancta sanctorū ab interiore parte templi habebat sex cubitos spissitudinis, sanctū sanctorum habebat in longitudine viginti cubitos, murus claudens templū versus occidentem habebat spissitudinem sex cubitorum. Si hos omnes cubitos sumeris, inuenies centū in longitudi-

ne,

ne, quemadmodum ait litera. Hæc erat totius templi longitudo. Habebat etiam ædificium separatū eandem longitudinem: sequitur enim: Et quod separatū erat ædificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Erat hoc ædificium ita amplum, quia in eo habitabant sacerdotes.

Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatū. Latitudo hæc erat quædam platea siue area, in quam sacerdotes conuenirent.

Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius. Mensurat duo ædificia, nēpe aquilonare & australe, inter quæ erat ædificium separatū ad dorsum, hoc est ad partem templi occidentalem.

Hæc ex vtraque parte. Hæc occupabant totā ædificij longitudinē: & mensuratis illis, totū ædificiū manebat mensuratū. Hæc ex siue ethecæ erant deambulatoria quædam, siue solaria prominentia ex alto extra ædificiū. Aiunt nonnulli esse pilarios parietibus insertos ad corroboranda ædificia. Alij asserunt esse thalamos, seu cubicula. Quidā verunt mansiuculas. Omnia Christus mensurat, siue magna, siue parua.

Et templum interius. Hoc est, sanctum sanctorum.

Stratumque ligno per gyrum in circuitu. Hoc est, totū templum erat lignis cedris crustatū. Parietes templi erant à terra vsque ad fenestras cooperti ligneis tabulis, ut cælaturæ & picturæ melius apparerent, & diuturnius durarent. Et non solum erat hoc operimentū vsque ad fenestras, sed etiam vsque ad tectū. Et ipsæ fenestræ erant cedro tectæ. Itaque omnes templi parietes erant cedro tecti, quæ admodum in templo Salomonis.

3. Reg. 6.

Usque ad domum interiolem. Hæc cooperura erat in templo, & in sancto sanctorum, eratque in proportione æquali intus & foris: nam in gloria æterna præmia iuxta merita dabuntur. Ita enim ait Christus apud Matthæum: Filius

Mat. 16.

hominis vêturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundū opera eius. Quod de illis intelligendum est, qui vsque ad lucem & vsum liberi arbitrij perueniūt. Nam prima gratia quæ ante rationis vsum in baptismo in infantulos cōfertur, eiq; gloria respondens non est operū remuneratio, sed effectus diuinæ pietatis, & mortis ac passionis Christi. De adultis loquitur dominus, cum ait, se illis iuxta eorum opera redditurum. De illis ait Ecclesiasticus: Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Et psalmographus: Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum tribue illis. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos de deo loquens, Qui reddet, inquit, vnicuique secundū opera eius. Id prædixit ijs, verbis David: Iudicabit orbem terrarū in æquitate. Hæc est mēsurā & proportio intus & foris, de qua hic agit Ezechiel; nihil enim in hoc templo est absque mensura & ratione.

Eccle. 16.

Psal. 27.

Rom. 2.

Psal. 9.

Et fabrefacti cherubim & palmæ: D & palma inter cherub & cherub. Dualque facies habebat cherub, facie hominis iuxta palmā ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Per omnem domum in circuitu de terra vsque ad superiorem partem cherubim: & palmæ cælata erant in pariete templi. Limen quadrangulū, & facies sanctuarij aspectus contra aspectū. Altaris lignei triū cubitorū altitudo, & longitudo eius duorū cubitorū, & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius ligneæ. Et locutus est ad me: Hæc est mēsa corā dño. Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario: & in

duo-

duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et cæolata erant in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressa erant. Quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus, super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc ac inde in humerulis vestibuli secundum latera domus, latitudinemque parietum.

Et fabrefacti cherubim & palma. Hoc est, in tabulis cedrinis parietes tēpli cooperientibus erant sculpti cherubim & palma, ita vt esset palma inter cherub & cherub: & vnusquisq; cherub duas facies habebat, alteram hominis, alteram leonis, sed vtraque ad palmam respiciebat. Quæ essent imagines hæ, quæ appellabantur cherubim, alibi ostēdimus. Cherub idē est quod quasi plures, per quē significatur princeps, in quo virtutes omnes, quæ sunt per subditos dispersæ, debent recondi & copulari. Debet etiā esse quasi plures, quia debet omnibus cōsulere, & de omnium salute cogitare. Vt in solo capite sunt oculi, vt omnia videāt, & non in mēbro alio: sic soli principi & p̄suli, & dominiū obtinenti conuenit, omnium vitam inquirere & cognoscere, omnia videre, omnibus cōsulere, esse pro omnibus vehementer sollicitum, & omnia denique, quæ ad rectā suę reipublicę gubernationē pertinent, circūspicere, & mētis oculis collustrare. Quid aliud est, vnūquenque cherub duas habere facies, vnam hominis sereneam & lenem, alteram leonis iratam & truculentam, nisi debere principem viris iustis se benignum ostendere & suauem, sceleratis vero seuerum & terribi-

simile.

lem? Quibusdam debet humanitatē ostendere, quibusdam terrorem incutere: illis debet fauere, hos autem punire. Sed siue p̄mio subditos afficiat, siue p̄na, semper coniecturus est oculos in palmam, hoc est in p̄mium victorię, quod diuus Paulus in epistola secunda ad Timotheum appellat coronam iustitię, & diuus Iacobus coronam vitæ, & diuus Petrus immarcescibile glorię coronam. Hæc est retributio illa, de qua dicebat regius vates: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem: seu vt potest verti ex hebræo: propter æternam retributionem. In hac æterna retributione imprimis numerandus est deus, quo in patria cœlesti illi fruuntur in æternū, qui in corporibus humanis vitam cœlestem imitati sunt. Abrahamo dixit deus Ego merces tua magna nimis. Hæc est merces illa, de qua dicebat Christus discipulis suis: Merces vestra copiosa est in cœlo. In hoc p̄mio debent principes figere oculos, nihilque habere antiquius quā intelligere, qd velit deus, quid iubeat, quid prohibeat, vt ad normam voluntatis diuinæ omnia sua consilia, omnes cogitationes, omnia opera & verba, omnes denique vitæ suę rationes dirigant, & officij sui momenta perpendāt. Vt numero discernimus plures a paucioribus, & mēsurā maius a minore, & statera ac bilance graue a leui: sic iudicio integro iustū ab iniusto discernimus & iudicamus. Sin autē principis iudicium vel ob amorem, vel ob odium, vel ob perturbationem aliquā fuerit corruptum, iam tunc non oculos cōiicit in palmam, sed in terram: inter illos connumerāndus, de quibus ait psalmographus: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vt enim aqua quanto est purior, & quanto minus habet terrene mistionis, tanto est salubrior, & humanæ naturæ accommodatior: sic ille est maneri publico, & reipublicæ gubernationi cōuen-

2. Tim.

Iac. 1.

1. Pet. 5.

Psalm.

Genes. 31.

Psalm. 16.

simile.

niēntior & aptior, qui minus permittus est, qui in rebus ad iustitiam pertinentibus nō terræ affectione ducitur, nec personam recipit, sed rectam iustitię puritatē intuetur. Est enim iusti principis cognoscere se gerere personam ciuitatis, debereque eius pulchritudinē & dignitatē sustinere, resistere temeritati multitudinis, bonos p̄mio afficere, iniquos castigare, succurrere saluti cōmuni, intercludere seditionum vias, vt nec diuitibus obsit inuidia, nec pauperes circumueniantur. Poteris hoc loco per palmam semper virentem, nullos vnquam æstus reformidantem virum virtutē & constantia p̄ditum intelligere, de quo dicitur in psalmo: Iustus vt palma florebit. Hæc est arbor illa, de qua ait psalmographus: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Eam ob causam virtutis constantia per palmam significatur, quia incorruptibilis ferē est, & pondere nō flectitur, & nunquam illi decidunt folia, nisi vitollantur. Et si enim lauras & oliua, & nonnullæ aliæ huiusmodi plantæ perennem habeant foliorum viriditatem, tamen non ita retinent folia, quin alijs succrescentibus priora decutiant. Videmus ex illis folia quædam interdum cadere: ex palma verò nunquam. Huic perenni immobilitati virtutis firmitudo cū gratia coniuncta comparatur. Hæc in solo templo, hoc est in sola ecclesia Christi inuenitur: qui verò illa p̄ditus est, palma dicitur ob virtutis firmitudinem: & cherub duas habens facies, vnam animalis ratione vtentis, alteram leonis fortitudine p̄stantis, quoniam prouidentia vtitur, & fortitudinis p̄stantia: p̄ditus est forti prouidentia, & prouida fortitudine. Sed quoniam virtus a vitiorū tentatione oppugnatur, sed nihilominus vincit, pingebat antiqui draconem p̄tus leonis mordentem, quem tamen ipse leo vnguibz lacerabat: vt significat

Psalm. 1.

Psalm. 1.

rent impiam cupiditatem & tentationē in animum fortitudine pollentem inueni, & impetum facere, sed ab ipso superari, & mirabiliter excindi. Et quoniam palma multis durat seculis, accipitur aliquādo pro longa tēporis diuturnitate. Hinc effectū est, vt Quintius Græcus author asperum quendam locum & excelsum, ac superatu difficilem posuerit: in cuius vertice palma confurgeret, cuius in fastigio virtus insideret. Per montis asperitatem varios labores significat, per palmam verò temporis longinquitatem. Non enim existimabat fieri naturaliter posse, vt quispiam ad perfectam aliquā virtutem perueniret, nisi per labores, quos diu tolerasset. Omnia enim p̄clara ardua sunt, & rara, & difficilia: nec quicquā difficilius quā inueniri, quod sit omni ex parte repente in suo genere absolutū. Quam ob causam poteris hoc loco nomine palmæ diuturnitatem intelligere, in quam viri sapientes veraq; facie & hominis & leonis, hoc est viroque tēpore & pacis & belli debent oculos conijcere, existimantes neminem repente ad summū virtutis cacumen peruenire: sed oportere diu laborare, vt Christianæ philosophiæ perfectio compareretur, & ad gloriam sempiternam tandem perueniatur.

Lenem quadrangulum, & facies aspectus sanctuarij contra aspectum. Hoc est, postes templi erant quadrati, quales etiā erant postes sanctuarij: erat enim aspectus sicut aspectus: id est postis sanctuarij postis templi respondebat.

Hæc mensa coram domino. Hæc mensa est contemplatio rerum diuinarum, quæ est saluberrima & suauissima animarum esca. In hac mensa reficiuntur ij, qui se deo tradunt, & pabulo spiritualis dulcedinis recreantur, animamque alunt ad æternitatem. De illa aiebat regius psaltes: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Hoc p̄stu recreatq; vt iustus nullis ca-

Psalm. 22.

lamitatum fulminibus perturbatur, nullis sceleratorum oppugnationibus opprimitur. Est enim mensa hæc doctrina euangelica, de qua ait Salomon in Proverbijs: Sapientia proposuit mensam suam. Ac si dicat: Dei filius, qui est sapientia patris, proposuit euangelicam doctrinam veluti mensam coelestium epularum, ad quas homines inuitavit. De hoc conuiuio vaticinatus fuerat his verbis Esaias: Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium. Per montem hunc significatur ecclesia, quæ celsitudine sua mons altissimus appellatur: per conuiuium doctrina euangelica, quo saluberrimo alimento mentes ad immortalitatem aluntur. His diuinis dapibus, & suauissimis poculis refecti viri pij nullis incommodis de tranquillitate animi, & gradu constantiæ dei ieiuntur. Nullæ humanæ epulæ, nullæ delicatæ exquisitæque dapes sunt villo modo cum suauissimis Christi verbis, eiusque euangelio sacratissimo comparandæ. Hoc sanctissimum euangelium est prandium illud, ad quod coelestis pater mortales inuitauit, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paravi: tauri mei, & altilia occisa sunt: & omnia parata: venite ad nuptias. Hæc est cœna illa magna, de qua ait apud Lucam Christus deus noster: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, qui cœperunt se excusare. Magna est, quia dei est. Magna opera domini, ait Dauid, exquisita in omnes voluntates eius. Cœna mundi parua est, dei verò magna. At nos pro paruis magna relinquimus, pro mundi cœna Christi cœnam contempnimus: exitios & salutare dei cibos repudiamus, & falsas ac pestiferas mundi dapes exquirimus. Inuitat nos mundus ad epulas corruptibiles & venenosas, & accurrimus: inuitat nos Christus ad escas coelestes & immortales, & non mouemur. Vocauit, inquit ipse per Esaiam, & non

erat, qui audirét. Et per Salomonē: Vocauit, & renuistis: extendi manū meam, & non fuit, qui aspiceret. Et apud Matthæum: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos: Sed cœperunt se excusare. Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illā. Alter dixit: Iuga bouum emi, quinque, & eo probare illa. Alius dixit: Vxorem duxi. Et omnes voce domini damnati sunt. Sed dices: Quid: nonne hæc licita sunt? Quis vnquam damnauit emere villam, emere boues, & uxorem ducere? Si igitur hæc absque peccato fieri possunt, quare Christus eos damnat, qui ea fecerunt? Huic obiectioni respondendum puto, non ideo eos damnatos fuisse, quia hæc fecerunt, sed quia ea vsque adeò vehemēter amarunt, vt pro illis Christum relinquerent. Non ideo æternum merentur exitium, quod hæc possiderent, sed quod ea Christo anteponerent. Non illis præcipiebat Christus, vt illa relinquerent, sed ne propter illa deum relinquerent, non vt se cum illis non coniungerent, sed vt se ipsos à corrupta affectione disiungerent, & à deprauato amore separarent. Id voluit deus significare, quando Abrahamo dixit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Amandus est pater, amanda est patria, amanda vxor, amanda cognatio, sed amore sancto & ordinato. At si hic amor nec puritatem habet, nec ordinē, si dei amorem excludit, & totum amantem rapit & absorbet, & à deo alienat, impius est, & perniciem parit sempiternam. Sed aduerte, & quid primus eorum, qui se excusarunt, responderit, perpende. Emi, inquit, villam, & necesse habeo exire, & videre illam. O cæcum hominem! O insipientiam deplorandam! Dic obsecro, si villam nō videras, quomodo eam emebas? Volo, inquit, videre illam. Adhuc eam non viderat, & iam tanti faciebat, vt pro illa relinqueret cœnam domini.

mini. Non videmus mundum, non eius dolos consideramus, nullam veram in eo quietem aspicimus, & tamen illum emimus, pro illo deum contempnimus, & pro nihilo putamus. Necesse habeo exire, & videre illam. Quæ est hæc necessitas? Quis te cogit? Vnde vis exire, & quid vis videre? Egredere à ratione, à iudicio, à veritate, & tandem à te ipso. Vide quid dicat deus per Esaiam: Præuaricatores redite ad cor. Præcipit deus, vt redeas, & tu vis exire. Vis videre mundum, si te ipsum vidisses, mundum videre non cuperes. Vis aspicere res breues, fluxas, fugaces, incertas & in casu sitas: vis intueri dolos, mendacia, superbiam, auaritiam, & cætera huiusmodi, ad quæ cæci mortales stimulis cupiditatis exagitati ardentem aspirant. Hæc sunt, quæ incredibiles sui in te amores excitant, cum re ipsa turpia sint, vana, & fallacia, & citò peritura. Et pro illis honestatem relinquis, decus, & virtutem, qua nihil est in vita pulchrius, nihil firmitus, nihil præstantius, nihil diuturnius. Nihil est tam tetrum, nihil tam asperandum, nihil homini tam indignum quàm repudiare virtutem, & relinquere rationem: est enim ratio quæ hominem separat à bruto, quæ est domina & regina, quæ connexa per se, & progressa longius fit perfecta virtus: hæc in animæ republica imperare debet, & appetitus obedire: hæc debet concupiscentias vincere, iracundiam cohibere, turbationes sedare, vt in homine resplendeat constantia & moderatio. Si hanc sequeris, non pro rebus mundi Christum relinques, nō velles videre mundum, qui, vt ait diuus Ioannes, totus in maligno positus est. Mūdus hic mare est, in quod omnia flumina vanitatum ingrediuntur, quò conueniunt aquæ deliciarum, imbecillitatum, fallaciarum, mendaciorum, superbiz, auaritz, inuidiz, & cæterarum huiusmodi pestium. Imò sepulchrum est peccatorum. Peccauerunt in paradiso

primi parentes nostri, & per peccatum mortem incurrerūt: dixerat enim deus: Quocunq; die ex eo comederitis, morte moriemini. Comederunt, & mortui sunt: & fuerunt in hunc mundum tanquam in sepulchrum deiectioni. Tu igitur, qui corporis sepulchrū exhorrescis, cur flagitiosorum sepulchrum ardenti amore prosequeris? Orem Christiano homini indignam! Sed videte hominis vanitatem. Emi, inquit, villam. Emisti eam pretio animæ. In villa empta, inquit Augustinus, dominatio notatur. Volebat alijs præesse, qui sibi non præerat, volebat alijs imperare, qui sibi non imperabat, qui non refrenabat appetitum, non spernebat voluptates, non coercebat vanitatem, non cæteras animi labe repellere. Quomodo alios teneret, qui seipsum non tenebat? Sed volebat primus videri, & inani quadam gloria oblectari. Vt ignauo & imbecillo equiti prælium ingredienti, pretiosis armis induto, non solum nihil prodest galea auro fulgens & gemmis, ac pulchrarum penarum crista decorata, sed etiam obest, quoniā hostiū multitudo in eum vehementius irruit, & impetum facit, sic homini vano, & inani gloria ducto nihil prodest mundi dignitas & dominatio, quimpotius detrimentum illi affert & incommodum, quoniam illum plerique vocibus vulnerant, & irridunt: & hostes etiam animæ vehementius lædunt. Nos verò mundum relinquamus, eius vanitatem detestemur, eius ambitionem vt pestem fugiamus: & ad mensam domini, ad euāgelicam doctrinam properemus, cuius imaginem gerebat mensa hæc, quam vidit Ezechiel in templo sibi ostenso constitutam. Illud est hoc loco aduertendum, mensam hanc habere in altitudine tres cubitos, quia in ea non reficiuntur, nisi qui fidem habuerint trinitatis: in longitudine duos cubitos, quia in duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ, in amore

dei, & proximi. Non dicitur autem hoc loco habere latitudinem, quia summè lata est, iuxta id quod ait psalmographus: Latum mandatum tuum nimis. Huius mensæ cibi integri sunt & salutare, quos euangelici concionatores debent populo proponere. At tantum est auditorum fastidium, ut nolint has epulas gustare: qui potius flosculis delectantur, & lepore ac suauitate quadam dictorum alliciuntur. Ut apes fructus, solidasque escas contemnunt, flores autem carpunt, & delibant: sic multi ex auditoribus grauem concionum doctrinam fastidiunt, ioco autem aliquo oblectantur: non substantiam sequuntur & salubritatem, sed pigmentum, & oblectationem: flores quærunt, non solidum cibum. Poteris per hanc mensam sacrum ecclesie altare intelligere, ubi est sanctum eucharistiae sacramentum, quod nobis Christus reliquit, ut suam erga nos admirabilem charitatem ostenderet: & ut nos hoc cœlesti cibo recreati nouas vires aduersus animæ hostes reciperemus. Non communi aliquo, & visitato cibi genere, sed sui sanctissimi corporis, sui que preciosissimi sanguinis alimèto nos mirabiliter reficere in hoc sancto sacramento curauit. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis vnquam proprio sensu ductus talia cogitaret. Ille qui vita est, ut nos viueremus, suo proprio corpore & sanguine sibi voluit vnire & coniungere: ipse enim ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. In hoc admirabili sacramento simul ut ad materiam accesserit forma, fit, ut Chrysostomus ait, transmutatio, vel ut ait Theophylactus, transelementatio, vel ut in magno & sacro Lateranensi concilio definitum est, fit transsubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Nec obstat es-

se sacerdotes aliquos sacramentum hoc conficientes inquinatos sceleribus, quoniam ut præclare ait diuus Augustinus, non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Consecrat sacerdos non virtute propria, sed ut dei minister: potest autem quis minister dei esse, etiam si iustus non sit. Ut eleemosyna fructum non amittit, quam dominus largitur per iniqui serui ministerium: sic sacramentum etsi per iniustum ministratur sacerdotem, non tamen amittit virtutem suam. Quemadmodum per lapideum canalem transit aqua ad areolas, plurimam hortis afferens vtilitatem, cum in ipso lapideo canali nihil generet: sic spiritalis virtus sacramenti admirabilem fructum in recipientibus producit, cum tamen sacerdotibus, si impij sunt, non proficit. Siue igitur per sacerdotes flagitijs cõtaminatos, siue per iustos, veramque pietatem colentes sanctum eucharistiae sacramentum conficiatur, idem est, quoniam non virtute hominum, sed dei cõsecratur. Ut medici ægrotatio non impedit medicinæ virtutem: sic nec sacerdotis flagitium sacramenti effectum. Hoc est diuinum pabulum, hæc est cœlestis refectio, hæc est esca illa, quam in memoriam mirabilium suorum nobis dominus reliquit, de qua ait diuinus ac regius vates: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se. Accedamus supplices ad has epulas diuinas, ad hanc admirabilem mensam, de qua ait hoc loco Ezechiel: Hæc est mensa coram domino.

Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario. Hoc est, in pariete diuidente templum à porticu erant duo ostia, & alia duo in pariete diuidente templum à sancto sanctorum. In frõte templi erat porta vna, qua patebat ingressus in templum, altera in sacrario seu sanctuario, seu sancto sanctorum, qua ad illud patebat ingressus.

Psalm. 118.

simile.

Psalm. 105.

Ioan. 6.

gressus. Sed quodlibet ostium duas habebat valvas inuicem copulatas, quarum vnaqueque habebat ostiolum, quod poterat claudi, & aperiri sine alio. Et quemadmodum porta habebat duas valvas siue fores in introitu, sic etiam eas habebat in fine ex parte interiore. Vult deus hoc loco significare magnam esse in hoc templo thesaurum, quod tot foribus claudatur. Thesaurus hic est cœlestium diuitiarum copia in ecclesia catholica repositarum. Hic est thesaurus fidei, spei & charitatis: & præterea meritorum Christi & sanctorum. Merita passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, ac sacratissime virginis Mariæ, & aliorum diuorum, qui fuerunt propter deum afflicti, & qui propter eum calamitates suas æquo animo tulerunt, in quibus patiebatur ipse Christus, & patitur modò, & vsque in finem seculi patietur, multò sunt abundantiora, quam omnia mundi flagitia, pro quibus sola vna gutta sui sanguinis satisfacere potuisset. Hæc meritorum Christi & sanctorum eius, hoc est capitis & corporis superabundantia est thesaurus ille in exhaustus ecclesie, cuius dispensatio cum ad episcopos, tum ad summum pontificem præcipue pertinet, qui totius ecclesie sic sub Christo capite caput est, cui Christus ipse peculiariter clauas regni cœlorum commisit, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauas regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum in cœlis. Nulli apostolorum hoc dixit deus nisi Petro: quemadmodum illi soli dixit: Pascè agnos meos, pascè oues meas. Quibus verbis Petri, eiusque successorum primatus ostenditur. Etsi apostoli ligandi & soluendi, & gregem Christi pascendi potestatem habebant, quibus deus dixit: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, tamen soli Petro di-

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ioan. 20.

ctum fuit: Tibi dabo clauas regni cœlorum: Et pascè oues meas, tanquam præcipuo, & Christi vicario, & principi apostolorum. Et quoniam summus pontifex, Christi vicarius, successor beati Petri clauas habet ligandi, & absoluendi, potest indulgentias ex Christi thesauro concedere. Hac ratione poenitens non solum à culpa, sed etiam ab omni poena, vel ab eius parte absoluitur. Aspicias igitur esse in ecclesia superabundantiam meritorum Christi & sanctorum, ex quibus quatenus satisfactoria sunt, pendet & constat indulgentiarum thesaurus. De huius thesauri dispensatione dicebat apostolus Paulus: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Et iterum: Dispensatio mihi credita est. Et rursus: Cui donastis aliquid, & ego: nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi. Omne opus bonum in charitate factum meritorium est, & satisfactorium: meritorium, quia ratione bonum est, factum in gratia, satisfactorium, quatenus poenale. Et licet quatenus meritorium non excedat personam merentis, quod nullus, Christum semper excipio, possit alteri vitam æternam mereri, saltem de condigno: quatenus tamen satisfactorium est, etiam de condigno eam excedit. Et ita merita Christi poenalia, & sacratissime dei genitricis Mariæ, & aliorum sanctorum manent in ecclesia per summum pontificem dispensabilia. Vnde potifex maximus cõcedit indulgentias. Et licet heretici nostri temporis indulgentias irrideant, est tamen eum tota ecclesia catholica firmiter tenendum, eas esse vtilis, & animæ salutare, & à summis pontificibus merito & verè concedi. Aduersus hunc hæreticorum errorem de irridendis indulgentijs disseruit Ioannes Rosensis vir eximia eruditione & Christiana pietate præditus ab articulo. 17. vsque ad vicesimum septimum, ubi grauiter & euidenter Lutheri impietatem refutat

1. Corint. 4.

1. Corin. 9.
2. Corin. 2.

& conuincit. Et post illum Martinus Le desmius præceptor meus doctissimus, non minore pietate & eruditione excultus in sua secunda quarti, quæstione vigesima septima. Et ante illum innumeris doctores scholastici in quarto sententiarum, distinctione. 20. & decretorum doctores in cap. Indulgentiæ. de pœni. & remi. lib. 6. & alijs in locis. Et post eos sacrosancta synodus Tridentina sessione. 25. decreuit potestatem conferendi indulgentias à Christo ecclesiæ concessam esse, arque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illam usam fuisse: esseque indulgentiarum usum Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum conciliorum autoritate probatum, & in ecclesia retinendum. Factum fuit hoc decretum ad refutandam hæreticorum perfidiam, & veritatem ostendendam, non autem quòd aliquis catholicus de hoc dubitaret. Omnes Christiani doctores indulgentias amplectuntur, & apertissimè probant esse in ecclesia thesaurum meritorum Christi, & sanctorum eius. Hic est thesaurus, quem hoc loco Ezechiel fore in ecclesia significauit, cum templi portam ex vtraque parte clausam esse ostendit, quatuor foribus conclusam. In sancto sanctorum, per quod supercoelestis patria intelligitur, clausum esse eodem modo ostium dixit, vt magnū ibi esse thesaurum significaret, nempe æternam beatitudinem, diuinam visionem, & fruitionem dei: vbi illi, quibus fuit minima cum corpore contagio, qui è vita in gratia migrarunt, requiescunt, admirabilibus diuitijs cumulati.

Super quæ fenestra obliqua. Idest arcuæ ex parte interna.

Secundum latera domus. Latera hoc loco appellantur muri claudentes porticum templi ab oriente in occidentem. Hi muri continuabantur muris templi longitudinem claudentibus.

Annotations ex hebræo in caput. XLI.

L *Latera autem, latus ad latus bis triginta tria.* In nonnullis codicibus est: bis triginta trium, nimirum pedū. Particula, bis, non est in translatione septuaginta interpretum, nec Pagnini. In hebraico est **בַּיְמַי** pephaim, quæ dictio idem est quod bis, vt capite Numerorum. 20. Et percussit petram virga suavis. Significat etiam pedes, & manus: Nam in psalmo. 57. vbi communis editio habet: Lauabit manus suas in sanguine peccatoris: pro manibus est hoc idem nomen: pro quo diuus Hieronymus vertit ex hebræo, pedes, dicens: Pedes suos lauabit in sanguine impij. Quem sequitur eo loco Pagninus. Vt sit sensus: Facta strage impiorum, vir iustus victor, per sanguinem eorum gradietur, abluens in illo pedes suos. Et in psalmo. 73. vbi nos habemus: Leua manus tuas in superbias eorum in finem: pro manibus vertit vterque pedes: cum septuaginta in vtroque loco translulerint: **יָדַי**, hoc est manus. Cum autem nomen **בַּיְמַי** significet bis, & pedem, & manum, vertit diuus Hieronymus bis triginta trium: & Pagninus: Trium & triginta pedum. Potest etiam verti: Triginta trium manuum, siue palmarum. Sed quoniam dictio hæc deriuatur à verbo paham, quod significat terrere, & conterere, vt apud Danielem: Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, potest verti locus ille psalmi. 73. Leua terrores tuos, vel male ostuos in superbias eorum. Ac si diceret: Contere domine, & calamitatibus eos opprime, qui templum sanctum tuum immaniter euerterunt. Verum pro lateribus in hebraico est hoc nomen **בְּרֵיחַ** tselagh, quod propriè costam significat, vt capite secundo Genesis: Tulit vnam de

de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit dominus deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Et quia costæ sunt in vtroque latere animalis, appellatur cuiuslibet rei latus hoc nomine. Et quia trabes domus sunt veluti eius costæ, transfertur nomen hoc ad trabes significandas. Ideo potest hic Ezechielis locus ita verti: Erant autem trabes, trabes super trabem trium & triginta pedum, parietem templi ingredientes.

Et duo ostia erant in templo. Pro ostijs est in hebraico: **לַחֹתָוֹת** delathoth. Dictio hæc absque dubio ostium significat, vt in psalmo: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Labia indigent ostijs, quòd instar ostiorum debeant frequenter claudi, & rarè aperiri. Vnde Iob: Portas vultus eius quis aperiet? Vbi per portas vultus siue faciei labia intelligit. Obsecrabat deum regius vates, vt linguam suam coereret, ne quid vnquam loqueretur, nisi quod in ipsius dei gloriam, aut in veram hominum vtilitatem redundaret. Nam, vt ipse alio loco ait: Vir linguosus non dirigitur in terra. Et Salomon in Prouerbij: In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Ideo diuus Iacobus in canonica sua, Sit, inquit, omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et rursus: Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Homo non custodiens os suum est vas absque operculo, de quo dicitur in libro Numerorum: Vas non habens operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Est etiã equus absque fræno, & nauis absque gubernaculo. Lingua inuidi & scelerati non solum presentibus nocet, sed etiam absentibus: quam ob causam gladio comparatur & sagittæ: gladio quidem, quòd eos, qui propè sunt, vulneret & occidat, sagittæ

verò, quòd remotos & longè distantes transfigat. Exacuerunt, ait psalmographus, vt gladium linguas suas. Et iterum: Lingua eorum gladius acutus. Et Jeremias: Extenderunt linguam suam arcum mendacij. Et paulò post. Sagitta vulnerans lingua eorum. Omnis linguæ immoderatio ex cordis immoderatione procedit. Quemadmodum mota tota radice mouentur etiam folia: sic perturbato corde, perturbatur etiam lingua. Ea autem immoderata generat mortem, quemadmodum moderata vitam. Eam ob causam ait Salomon in Prouerbij: Mors & vita in manibus linguæ. Et Christus deus noster apud Matthæum: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Pittacus Amasidi regi misit è victima linguam vt membrum pessimum, & idem optimam. Antipater apud Plutarchum, cum quidam mentionem fecisset de Demade senio confecto, sed crasso & loquace, velut, inquit, ex immolata victima venter tantum & lingua superest. Hoc idè dicebat, quia tunc immolantes Græci absque fide animalia suis falsis dijs, linguam tamen eorum tanquam prophanum membrum non immolabant. Non adhibebant sacris suis linguam, quæ sciebant multa scelera committi, etiam si non ignorarent, eam plurimum vtilitatis mortalibus afferre. Vnde ortum est prouerbiu: Lingua quò vadis? Erectum ciuitatem, eandem de nouo subuersura. Refertur à Suida, Zenodoto, & Diogeniano. Cum autem os hominis sit porta quædam, homo autem iuxta diui Pauli sententiam sit templum dei, oportet habere duo ostia in ore, quibus operturam custodiat, firmiterque obserat & claudat, ne linguæ moderatæ thesaurus à foribus rapiatur.

Id intelligens Ezechiel ait:

Et duo ostia erant in templo &c.

Xx 4 Argumè

Argumentum capitis.
XLII.

Apite superiore descri-
psit tēplum in tres par-
tes diuisum, porticum,
sanctum, & sanctum
sanctorum. Nunc lo-
quitur de Gazophylacijs, & de duobus
adificijs, quæ sita erant extra templum,
ab æsus muris decem cubitos distantia.

Caput. XLII.



A T eduxit me in atrium
exterius per viam du-
centem ad aquilonem,
& introduxit me in gazophyla-
cium, quod erat contra separatū ædifi-
cium, & contra ædem vergentem
ad aquilonem in facie longitudi-
nis centum cubitos ostij aquilo-
nis, & latitudinis quinquaginta cu-
bitos contra viginti cubitos atrij in-
terioris, & contra pavementū stra-
tum lapide atrij exterioris, vbi erat
porticus iuncta porticui triplici.
Et ante gazophylacia deambula-
tio decem cubitorum latitudinis,
ad interiora respiciens viæ cubiti
vnius. Et ostia eorum ad aquilo-
nem, vbi erant gazophylacia in su-
perioribus humilia, quia suppor-
tabant porticus, quæ ex illis emi-
nebant de inferioribus, & de me-
B dijs ædificij. Tristega enim erant,

& non habebant columnas, sicut
erant columnæ atriorum. Propter-
ea eminebant de inferioribus, &
de medijs à terra cubitis quinquaginta.
Et peribolus exterior secundum
gazophylacia, quæ erant in
via atrij exterioris ante gazophy-
lacia. Longitudo eius quinquagin-
ta cubitorum, quia longitudo erat
gazophylaciorum atrij exterioris
quinquaginta cubitorum, & lon-
gitudō ante faciem templi cen-
tum cubitorum. Et erat subter ga-
zophylacia hæc introitus ab orien-
te ingredientium in ea de atrio ex-
teriore in latitudine periboli atrij,
quod erat contra viam orientalem
in faciem ædificij separati. Et erant
ante ædificiū gazophylacia, & via
ante faciem eorum iuxta similitu-
dinem gazophylaciorū, quæ erant
in via aquilonis. Secundum longi-
tudinem eorum sic & latitudo eo-
rum, & omnis introitus eorum, &
similitudines, & ostia eorum se-
cundum ostia gazophylaciorum,
quæ erant in via respiciente ad au-
strum.

EXPLANATIO.

ET eduxit me in atrium exterius. Capite
quadagesimo diximus totum hoc
ædificium triplici muro esse vndiq; cin-
ctum: esse autem atrium, quod immun-
dorum appellabatur inter primum & se-
cundum murum, alterum autem, quod
appellabatur mundorum siue exterius
respectu interioris inter secundū & ter-
tium murum: intra tertium verò murū
&

& templum esse atrium interius, seu sa-
cerdotum. Ex atrio primo eductus est
propheta à ductore suo ad secundum, &
tertium, & ad templum, & sanctum san-
ctorum, quia ab exterioribus est ad in-
teriora progressus, & à cognitione crea-
turarum ad creatoris cognitionem. Ita
enim ait Iob: Interroga iumenta, & do-
cebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt
tibi: loquere terræ, & respondebit tibi:
& narrabunt pisces maris. Qui verò tē-
plum intimum ingrediuntur, & diuina
charitate & sapientia replentur, dicunt
cum apostolo: Reuelata facie gloriam
domini specularantes in eandem imagi-
nem transformamur, à claritate in clari-
tatem tanquam à domini spiritu. Talis
fuit diuinus noster vates, qui ab exteriori-
bus ad intima penetrauit. Et egressus
ex templo ad atrium interius, vt videret
perfectius ea, quæ antea viderat: modò
ex atrio interiore educitur à ductore
suo ad atrium exterius, quod erat mun-
dorum per viam aquilonarē, & per por-
tam respicientem ad aquilonem, quæ
erat in muro interiore. Per tres muros,
tria atria, tres portas in quolibet muro;
tres partes templi, tres hominum gra-
dus intelliguntur, incipientium, profi-
cientiū, & perfectorum. Ait igitur Eze-
chiel: Eduxit me, nimirum qui me duce-
bat, & templum mensurabat, in atrium
exterius. Iam diuinus vates hoc atrium
aspexerat, priusquam ad interiora ingre-
deretur, sed tunc non habuit perfectam,
omnibusque numeris absolutam cogni-
tionem. At postquam templum, & san-
ctum sanctorum vidit, & alta dei myste-
ria mentis oculis diuino lumine lustra-
tis perspexit, & intima penetrauit: redit
ad exteriora, vt ea expeditius & absolu-
tius intueatur. Illi perfectè creaturarum
naturas contemplantur, qui se creato-
ris contemplationi dederunt, eiusque
desiderio & amore flagrant. Ostendit
deus Ezechiel atrium exterius, &
omnia inclusiue vsque ad sancta sancto-

rum: nunc illum ad exteriora ducit, vt ea
perfectè contempletur. Sapientia enim
non est in principio tota & absoluta do-
cenda: sed sensim progrediendum est,
& ad prius ostensa interdum reuertend-
um. Oportet enim ea in animo versare,
& iterum ac iterum memoria repe-
tere. Postquam regius vates fuit diuino
amore incensus, & alta dei arcana ani-
mo perspexit, redibat ad contemplatio-
nem globorum cœlestium, & intuens
solem, lunam, & reliqua astra diuini nu-
minis perpetua monumenta, contempla-
batur singularē dei erga homines amo-
rem, qui illis tam eximia opera condi-
disset: & memoria tanti effectoris aie-
bat: Quoniam videbo cœlos tuos, ope-
ra digitorum tuorum, lunam, & stel-
las, quæ tu creasti. Quid est homo, quod
memor es eius, &c. Et in fine psalmi di-
uino quodam amore absorptus has vo-
ces emittebat: Domine dominus noster
quàm admirabile est nomen tuum in
vniuersa terra. Intuere quemadmodum
à creatoris contemplatione ad creatu-
ras contemplandas reuertitur, vt ab il-
lis ad illum redeat, cuius amore flagra-
ret. Cùm animus se à corporis obsequio
seiuungit, voluptatemque veluti pesti-
feram labem honestatis respuit, seque
dei amore incendit, si tam cœlum, ter-
ram, mare, rerumque omnium naturam
intuetur, eaque vnde generata, quò re-
currant, quando, & quomodo peritura,
quid fluxum & mortale, quid stab-
ile & æternum contempletur, in hoc
conspectu, & cogitatione, & rerum
magnificentiâ, deus immortalis, quan-
to gaudio afficitur, quanta firmitudine
delicias mundi perituras contemnit, &
ea, quæ insipientes mortales expeten-
da existimant, pro nihilo putat, & ad
cœlestia & immortalia ardenti chari-
tate inflammatus rapitur.

Et introduxit me in gazophylaciū. Hoc est,
ex atrio illo exteriori eduxit me ad ga-
zophylacium. Duo erant gazophylacia,

de quibus modò agit, iuncta duabus porticibus interioribus, aquilonari & australi. Nunc autem loquitur de australi: sed quod de vno dicit, de altero vult intelligi, cum vtrunque eiusdem esset mensuræ & structuræ.

In facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis. Hoc est, in fine illius spatij, quod habebat in longitudine centum cubitos, quæ longitudo erat ante ostium templi aquilonare. Vel sic: Porta aquilonaris respiciebat faciem huius ædificij centum cubitos habentis in longitudine, & quinquaginta in latitudine. Porta hac egrediebantur ad locum prophanum: nam spiritalis perfectio publicam utilitatem spectat, & ad hominum salutem inuenitur. Ita enim ait deus: Diliges proximum tuum sicut teipsum: Et iterum: Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Moyse cum esset in monte cum deo, audita populi defectione, contemplationem reliquit, & ad succurrendam populo perrexit. Et dominus Iesus cum in horto preces funderet ad patrem, surrexit ab oratione, & venit ad discipulos suos, exhortans eos, ut vigilarent, & orarent. Et diuus Paulus in epistola prima ad Thessalonicenses, De charitate fraternitatis, inquit, non necesse habemus vobis scribere, ipsi enim vos à deo didicistis, ut diligatis inuicem:

Contra viginti cubitos atrij interioris. Sensus est: è regione spatij viginti cubitorum atrij interioris, & è regione pauimenti atrij exterioris erat quædam porticus ante porticum, quarum vtraque triplex appellabatur, quòd triplicem haberet mansionem. Cæterum pro porticu vertunt quidam exedrâ, alij cameram, alij gazophylacium vel cellulam. Aiuntque vnam esse post alteram, esseque tres cellularum gradus: & ideo appellari triplicem cellulam, quòd tres essent ordines earum. Erant hæ cellulæ coram atrij exterioris pauimento lapidibus strato, ne

pedes aut luto hyemis, aut puluere æstatis contaminaretur. Pedes sunt affectiones nostræ, de quibus ait diuinus psaltes: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Iesuralem. Eius enim amor, & desiderium, & affectio in cœlesti Hierosolyma versabantur. Hos pedes, has affectiones abluere oportet, ne scelere aliquo polluantur. Sin autem eas inquinauerimus, sumus statim ad diuinum lauacrum properaturi, ut ita æternam beatitudinem consequamur. In libro Genesis scriptum legimus Abrahamum angelis in hominum viatorum specie hospitio acceptis dixisse: Lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponamque buccellam panis, ut confortetur cor vestrum, & postea transibitis. Qui in fide ecclesiæ quasi in patriarchæ fidelis hospitio ut peregrinus in hoc mundo recipitur, si cum angelis cupit transire, & in æternas gloriæ sedes feliciter volare, studeat lauare pedes piarum lachrymarum aqua, & ad spiritualem Siloem, ad sacramenti confessionis fontem, ad hoc admirabile pœnitentiæ lauacrum accedere, ut flagitiorum maculas possit abluere. Partem enim cum Christo non habebit, ut ipse Petro dixit, qui ab ipso lotus non fuerit. Ipse, ut ait in Apocalypsi diuus Ioannes, dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et huius sanguinis merita currunt per sanctum pœnitentiæ sacramentum, & per alia sacramenta: & oportet accedere ad illa: non enim nobis proderunt medicamenta, nisi ea languoribus applicemus. Cum autem peccator lotus fuerit, ad crucem confugiat, & sub ipsa arbore requiescat, in qua spem suam collocet & constituat. Et ita assumpta cœlestis panis buccella, viuo ac diuino pabulo refectus, viatico salutari munitus transibit lætus ex hoc mundo ad patrem. Eam ob causam Christus deus noster pedes discipulorum lauit, & postea sanctum illis eucharistiæ sacramentum tribuit.

Psalm. 131.

Genes. 18.

1. Cor. 13.

Apoca. 1.

Ioan. 13.

Deambu-

Deambulatio decem cubitorum latitudinis. Dixerat esse gazophylacia contra pauimentum lapidibus stratum: & ne aliquis existimaret, nihil esse intermedium, ait nunc esse inter gazophylacia deambulationem decem cubitorum latitudinis ad interiora respicientem versus viam, quæ erat cubiti vnus in latitudine. Aduerte. Erat quædam latitudo in hoc edificio, sed ad viam arctam in sanctuariũ tendentem respiciebat: intuebatur strictam viam, cubitum vnum latitudinis habentem. Hæc latitudo est vita principum & magnatum, qui purpura induuntur & serico, & epulis delicatis & exquisitis pascuntur. Hi in fide ecclesiæ Romanæ vitam degentes æternam consequuntur beatitudinem, si eius viam aspexerint, si ad arctam viam, quæ ducit ad vitam, aspirauerint, si dei præcepta custodierint, & à vita in gratia excellerint. Sed perpende. Non ait: Respiciens ad viam cubiti vnus, sed respiciens ad interiora viæ cubiti vnus. Semper enim vir Christianus debet interiora intueri, ne si retro aspiciat, in statu salis instar vxoris Lothi cõuertatur. Vnde apostolus in epistola ad Philippenses, Quæ quidem, inquit, retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Et licet principes splendide induantur & comedant, non tamen eorum vita latitudo vocatur, quòd sit secunda & tranquilla absque labore & molestia, sed ob eorum opes, dominatum, ædium regiarum magnificentiam, & ob eorum amplitudinem & maiestatem. Sunt tamen hæc omnia laborum & dolorum plenissima. Scitum est illud regis Dionysij à Cicerone in quinta Tusculana traditum, qui Damocli eum felicissimum vocanti, eiusque beatitudinem experiri cupienti, eam tribuit ad tempus. Iussit enim illi in strato aureo collocari, textili stragulo sumptuosius emblematis picto, tum

Matth. 7.

Genes. 19.

Luc. 17.

Philip. 3.

ad mensam prestanti pulchritudine, pueros delectos, præceptis consistere, ad seruiendum illi promptos ac paratos. Afferebantur pretiosa vnguenta, eremabantur odoriferi pastilli, mensæ delicatissimis dapibus replebantur. Sed in hac regia pompa constitutus Damocles, beatumque se existimans, vidit fulgentem gladium, quem rex Dionysius è lacunari setæ equina appensum iussit demitti, ut eius capiti immineret. Et tanto fuit metu perterritus, ut nec in elegantes ministratores oculos conijceret, nec ad exquisitas epulas manũ porrigeret: quim potius regem obtestabatur, ut ei permitteret discedere: erat enim iam ei breui illo tempore satis perspectum & exploratum, esse regiam dignitatem periculis obnoxiam, molestijs expositam, & laboribus ac anxietatibus vndique cinctam; Et ostia eorum. Hoc est, ostia gazophylaciorum erant versus australe partem: & super his gazophylacijs erant etiam alia gazophylacia habentia arctiores parietes. Tres erant ordines gazophylaciorum, quædam erant infima, quædam media, quædam suprema: & quanto superius ascendebant, tanto erant humiliora ex parte exteriori. Nam paries primæ mansionis erat crassior pariete mansionis secundæ, paries autem mansionis secundæ crassior pariete mansionis tertie: & ita suprema gazophylacia parietem habebant angustiorum. Erat hic paries ex parte interiore ad perpendicularum rectus: sed ex parte exteriori erat sursum angustior, & retractior. Quam ob causam suprema gazophylacia humiliora & arctiora erant ex parte exteriori. At ex parte interiore æqualia erant, si parietes erant æquales ad perpendicularum directi, vel capaciora, si parietes ex parte interiore sursum ascendentes se etiam astringebant. Præterea in gazophylacijs infimis & medijs erant porticus eminentes ex edificio, quæ illud crassius efficiabant: quod in suprema mansioni non erat. Hoc vult propheta

ppheta significare, dicens: quia suppor-
tabant porticus, quæ ex illis eminebant
de inferioribus, & de medijs ædificij. Se-
quitur: Tristega enim erant. Idest tres
habebat mansiones, infimam, mediam,
& superam. Ea autem gazophylacia, quæ
in summo erant ordine, humiliora erant.
Nam in ecclesia Christi quantum quis al-
tior est dignitate & amplitudine, tanto
debet esse submissior humilitate & ani-
mi abiectioe. Id docuit Christus deus nos-
ter, qui aduocato paruulo dixit discipu-
lis suis de dignitate cõtendentibus: Qui-
cunque se humiliauerit sicut paruulus
hic, hic est maior in regno cœlorum. Et
iterum: Quicumque voluerit inter vos
maior fieri, sit vester minister. Et rur-
sum: Qui se humiliat, exaltabitur. Et de
ipso Christo ait ita diuus Paulus: Humi-
liauit semetipsum, factus obediens vsq;
ad mortem, mortem autem crucis: pro-
pter quod deus exaltauit illum, & dedit
illi nomen, quod est super omne nomẽ.
Quanto maior es, inquit Ecclesiasticus,
humiliatẽ in omnibus, & coram deo in-
uenies gratiam. Et diuus Petrus in pri-
ma epistola sua: Humiliamini sub potẽ-
ti manu dei, vt vos exaltet in tempore
visitationis. Granum frumẽti in terram
deiectum cæspites frangit, & deorsum
tendit: & quod profundius descendit eius
radix, eodẽ excelsius eius culmus crebris
geniculis interfectus sursum erigitur.
Naturæ propositum est ex semine illo
fructum producere, illudque sursum ex-
tollere: vt autem hoc faciat, opus est, vt
radix profundius defigatur: cum verò
sursum extollitur, solem quærit, absque
quo non vegetatur. Eodem modo qui
altius volunt efferri, in dei contempla-
tionem rapi, & veram dignitatem adi-
pisci, debent per animi humilitatem de-
scendere, imbecillitatem suam intueri,
neque omni honore penitus indignos iu-
dicare. Et ita erigentur, solem iustitiæ
quærentes, in eoque totam spem suam,
totam curam & cogitationem collocan-

tes. Aristoteles, qui cæteris philosophis,
excipio semper Platonem, eruditione
prestitit, hominem definiens ait esse ani-
mal rationis particeps, mortale. Has
duas differentias formæ procreatrices
posuit in definitione, vocans eum mor-
ti obnoxium non solum vt à dijs suis cõ-
mentitijs separaret, sed vt illum suæ fra-
gilitatis admoneret. Si se extolleret aspi-
ciens se compotem rationis, & bonorũ
immortalium capacem, statim se intue-
retur esse caducum & mortalem, quod su-
perbiam deponeret, & imbecillitatem
suam perspiceret. Hac consideratione
ducti magni viri, in sublimi dignitate
constituti, & mentis opibus muniti pro-
fundam humilitatem amplectuntur. Id
significare volens diuinus noster vates
ait supera gazophylacia humiliora esse
inferioribus: quia viri iusti, qui sunt ga-
zophylacia & thesauri gazarum dei,
quanto superiorem obtinent locum, tan-
to humiliores sunt. Vt enim vasa, cum
replentur liquore, aërem expellunt, sic
qui in virtute proficiunt, deiiciunt vani-
tatem, omneque superbix genus dete-
stantur. Contra verò quemadmodum
vasa, cum euacuantur liquore, imple-
ntur aëre: sic multi destituti virtute im-
plentur superbia. De ea ait Ecclesiasti-
cus: Initium omnis peccati est superbia. Ecclesi. 10.
Hæc de cœlo præcipitauit Luciferum: Isa. 14.
hæc de paradiso eiecit Adam. Hæc hæ-
reses inuenit, & hæreticos efficit, & sepa-
rat ab ecclesia. Lucifer voluit esse simi-
lis altissimo: Adam & Heua voluerunt
esse sicut dijs scientes bonum & malum,
hæretici volunt esse super magnos eccle-
siæ episcopos ac pastores, super omnes
doctores, super summũ põtificem Chri-
sti vicarium, super concilia œcumeni-
ca. Talis fuit Lutherus ordinis desertor,
suæ religionis apostata, homo libidini
traditus, comestationibus & ebrietatibus
deditus, impius, & seditiosus, qui pestilẽ-
tibus hæresibus suis veluti incantamen-
tis quibusdam quãplurimos infatuauit:
quorum

quorum nonnulli in illam Circe inci-
dentes hausto venenato poculo liberta-
tis carnalis, versi sunt in bruta ipsa pesti-
lente Circe pestilentiora.

Et peribolus exterior. Describit murum
ædificium aquilonare claudentem. De-
riatur peribolus à verbo periballo græ-
co, quod significat cingere & amplecti.
Hic igitur murus, qui porticum ædificij
aquilonaris circundabat, habebat quin-
quaginta cubitos longitudinis. Ex quo
sequitur habere ipsam porticum eodẽ
septuaginta cubitos in longitudine. Et
eamdem longitudinem habebat decem
illa gazophylacia, quæ cū porticu aqi-
lonari muri secundi cohærebant.

*Et longitudo ante faciem templi centum cu-
bitorum.* Hoc est longitudo huius ædifi-
cij aquilonaris erat ante faciem templi,
idest iuxta longitudinem templi. Ea-
dem etiam erat mensura ædificij au-
stralis.

Et erant ante ædificium gazophylacia. Præ-
ter templum erant in hoc ambitu tria
ædificia similia, vnum appellabatur se-
paratum, alterum aquilonare, aliud au-
strale. Et habebant hæc tria ædificia sua
gazophylacia similia & æqualia. Ait ve-
rò nunc. Et erant ante ædificium, nimi-
rum separatum gazophylacia: eratque
via ante ostia eorum instar gazophyla-
ciorum viæ aquilonis. Ac si diceret: Ga-
zophylacia ædificij separati erant simi-
lima gazophylacijs aquilonaris ædifi-
cij: & eandem similitudinem habebant
gazophylacia ædificij australis.

Respicente ad austrum. Quidam codi-
ces habent: Respicente ad Notum: sed
pro eodem accipitur.

C Ostium in capite viæ, quæ via
erat ante vestibulum separatum per
viam orientalem ingredientibus.
Et dixit ad me: Gazophylacia aqi-
lonis & gazophylacia austri, quæ
sunt ante ædificium separatum, hæc

sunt gazophylacia sancta, in qui-
bus vescuntur sacerdotes, qui ap-
propinquant ad dominum in san-
cta sanctorum, & oblationem pro pec-
cato, & pro delicto: locus enim san-
ctus est. Cùm autem ingressi fue-
rint sacerdotes, non egredientur
de sanctis in atrium exterius: & ibi
reponent vestimenta sua, in qui-
bus ministrant, quia sancta sunt: ve-
stienturque vestimentis alijs, & sic
procedent ad populum. Cùmque
compleisset mensuras domus inte-
rioris, eduxit me per viam portæ,
quæ respiciebat ad viam orienta-
lem: & mensus est eam vndiq; per
circuitum. Mensus est autem con-
tra ventum orientalem calamo men-
suræ: quingentos calamos in cala-
mo mensuræ per circuitum. Et men-
sus est contra ventum aquilonis
quingentos calamos in calamo me-
suræ per gyrum. Et ad ventum au-
stralem mensus est quingentos ca-
lamos in calamo mensuræ per cir-
cuitum. Et ad ventum occidenta-
lem mensus est quingentos cala-
mos in calamo mensuræ. Per qua-
tuor ventos mensus est murum
eius vndique per circuitum, lon-
gitudinem quingentorum cubito-
rum & latitudinem quingentorum
cubitorum diidentem inter san-
ctuarium & vulgi locum.

Ostium in capite viæ. Idest, secundum
ostia gazophylaciorum, quæ spectabant
ad meridiem, erat ostium initio viæ, quæ
erat

erat ante vestibulum separatum: vel ut potest veriti ex hebræo: quæ erat ante parietem elegantem versus orientem, cum homines ingrediebantur templū. Hæc gazophylacia australia habebant ostium versus ad orientem. Appellatur autem hic paries elegans, quod esset aptissimus, & constaret lapidibus cæsis. Rectè tamē transtulit interpretes noster, quia idē nomē significat parietē, sepem, & vestibulum. Erat autem vestibulum hoc pulchrius alijs, quam ob causam dicitur separatum.

Et dixit ad me. Subauditur, ductor meus, ædificij mensurator.

Gazophylacia aquilonis. Descripsit gazophylacia: nunc ostendit eorum usum.

In quibus vescuntur sacerdotes. Ibi comedebant sacerdotes oblationes, quæ offerebantur in templo.

Ibi ponent sancta sanctorum. Hoc est, in his gazophylacijs ponēt sacerdotes carnes immolatas deo. Victimam deo oblatam appellat sancta sanctorum: vel ut potest veriti ex hebræo, sanctitates sanctitatum. Huiusmodi oblationes erant in loco sancto comedendæ iuxta legis decretū.

Pro peccato & pro delicto. Per peccatum intelligitur culpa venialis, per delictum mortifera. Vel per peccatum intelligitur flagitium per cōmissionem, per delictum flagitium per omissionem. Fortasse per peccata intelliguntur scelera ex industria perpetrata, per delicta verò ea, quæ sunt ignoranter admissa: de quibus ait psalmographus: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.

Cumque ingressi fuerint sacerdotes. Cum sacerdotes vestibus sanctis induti diuino cultui dedicatis ingressi fuerint hæc gazophylacia, non inde cum illis exhibunt ad populum. Exuent vestes sanctas, easque in gazophylacijs deponent: & alijs induti ad populum accedent. Vult hoc loco dominus significare, non esse rudi populo alta dei mysteria manifestanda.

Qui non possunt templi abdita penetrare, nec sublimia diuinæ sapientiæ arcana intelligere, lacte facili simplicis cuiuscumque doctrinæ nutriendi sunt, non solido excellentiorum mysteriorum cibo. Id intelligens diuus Paulus aiebat Corinthijs: Tāquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Non sunt passim quilibet ad sublimium arcanorum interpretationem admittendi. Id dixerat ijs verbis Esaias: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et rursus: Quem docebit dominus scientiam, & quem faciet intelligere auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Paruulis ac lactentibus non solum non prodest solidus cibus, sed etiam suffocat eos, & occidit, qui integræ ætatis hominibus conuenit. Incipientes non confestim cogendi sunt, ut in eximiam diuinorum mysteriorum claritatem mentis aciem imbecillam intendant: ne fortè ingenti splendore offensi oculos in terram conijciant, cœlestem doctrinam intueri nolentes. Sed assuescant imaginem veritatis simplicis intueri, & ita animum purgantes aditum sensim aperiant ad alta ac fulgentia mysteria contemplanda. Qui sunt sceleribus astricti, & pestilentibus flagitiorum labibus contaminati, cœlestem ac sublimem doctrinam contemnunt, & pro nihilo putant. Eam ob causam dicebat Christus deus noster: Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Et sapientes Hebræorum præcipiebant, ne quis nisi ætate matura primum caput Genesis, & Cantica canticorum, & primam ultimam Ezechielis visionem attingeret, quoniam hæc difficilima erant intellectu, & excelsa dei arcana continebant. Nec solum fideles, sed etiam, qui fuerunt expertes fidei, solo naturæ & humanæ philosophiæ lumine illustrati intellexerūt, non debere alta dei arcana omnibus indifferenter explicari.

ri: Imò non esse mysteria censebāt, quæ non essent occulta. Hinc effectum est, ut in templis suis Sphinges depingerent occulta ænigmata proponentes. Qua in re occulta esse dei mysteria significabant, quæ solum illi possent contemplari, qui demisso lacte, cœlesti alerentur ambrosia. Eam ob causam magnus ille Pythagoras illustri sapientiæ laude celebratus factus est magister silentij, nec arcana, de quibus inter paucos differebat, mandare literis voluit, quibusdam exceptis, quæ cum ad vitæ exitum vocaretur, morientibus vocibus filiæ suæ Damæ commédauit. Hoc eius institutum ij, secuti sunt, qui fuerunt Pythagorici vocati. Illud Lysis ab Hipparcho violatum quæritur: in illud denique iuratos Ammonij discipulos Plotinum & Herennium testatur Porphyrius. Id quod eleganter ostendit Bessarion in opere suo pro defensione Platonis. Epictetus philosophus aiebat: Ne loquaris multū inter ineruditos de speculationibus, sed fac aliquid ex ipsis speculationibus: veluti in conuiuio ne dicas, quo pacto oporteat comedere, sed comede, ut oportet. Et alibi multis verbis prohibet difficilia arcana rudi populo ostentare. Sed ex nostris diuus Paulus Corinthijs imperfectis solidum cibum negauit, quod Dionysio Areopagite, alijsque excellenti ingenio & doctrina viris concedebat: de quibus ipse aiebat: Sapiētiam loquimur inter perfectos. Et ipse Dionysius discipulus eius institutum esse ait ecclesiæ firmiter obseruatum, ne secretiora dogmata apertis literis, sed voce tantum ijs, qui ritè essent initiati, communicarentur. Id volens diuina scriptura ostendere hoc loco, ait sacerdotes vestes sacras domi abscondere, ne illas populus tractaret, & contemneret.

Cumque compleisset mensuras domus interioris. Expletis mensuris interiorum, transfert se ad exteriora mensuranda. Loquitur nunc propheta de mensura muri pri-

mi totum ædificium ambientis. Et ait: Eduxit me, nimirum ductor meus, per viam portæ, quæ respiciebat ad viam orientalem, quæ est prima porta huius ædificij, illis se primò offerens in primo muro, qui ex orientali parte ad templū procedunt. Tres, uti diximus, erant in quolibet muro portæ: cum autem tres essent muri, nouem erant portæ, tres ad orientem, tres ad aquilonem, tres ad austrum. Cum autem omnes hæc portæ apertæ essent, ita se inuicè respiciebant, ut qui esset in prima, videret secundam & tertiam, & portam templi, atque ipsum templum: nam templum tres habebat portas murorum portis respondentes. Duodecim igitur erant portæ quæ ad ipsum templū ingrediendum aditum præbebant, nouem in muris, & tres in ipso templo: præter portas thalorum, cellularum, & reliquarum ædiū. Hæc duodecim portæ præcipuæ duodecim apostolorum imaginē gerebāt: per ipsorum enim fidem, & vitam, & prædicationem ingressi sunt homines in ecclesiam Christi. Hi sunt duodecim Christi discipuli præcipui, & duodecim illæ portæ spiritualis Hierosolymæ in terra militantis, de quibus ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Et habebat, nimirum ecclesia, murum magnum & altum habentem portas duodecim, & angelos duodecim. Murum habet ecclesia catholica ingentem & excelsum, quia ad cœlum tendit, & omnes infidelium congregationes superat dignitatis altitudine, & virtutum celsitate: & omnia eius dogmata sublimia sunt, & ad cœlum respicientia. Duodecim habet portas, quia duodecim fuerunt tribus Israel, genus suū ducentes à duodecim patriarchis figurā duodecim apostolorum gerentibus. Erāt in his duodecim portis angeli duodecim apostolorum coadiutores ad electos in sanctā ciuitatem inducendos. Pro angelis legunt nonnulli angulos, sed male, cum in græco sit ἄγγελος. Et paulò post: Et duodecim, inquit, portæ duodecim

Deute. 12.

Deut. 14.

Psal. 18.

1. Corinth. 3.

1. Corinth. 2.

Apoca. 21.

cim margaritæ sunt. Margaritas & vnio-
 nes vocat apostolos ob eximiam illorū
 claritatem, & admirabilem virtutum
 splendorem. Adumbratus etiam fuit nu-
 merus hic duodecim apostolorum in
 duodecim pphetis: & in duodecim fon-
 tibus aquarū in Helim repertis, vbi erāt
Exod. 15.
Exod. 28.
 & palmæ septuaginta alios septuaginta
 Christi discipulos adumbrantes. Et in
 duodecim lapidibus pretiosis rationalis
 sacerdotis. In duodecim exploratoribus
 terræ promissionis. In duodecim lapidi-
 bus altaris, quod Elias diuino amore in-
 flammatus construxit. In duodecim vi-
 ris, quos elegit Iosue, vt duodecim lapi-
 des ex Iordane fluuio in terram promif-
 sionis asportarent, aliosque duodecim
Num. 13.
3. Reg. 18.
 ex terra ferrent ad fluuium, cum Iordanem
 se retrorsum cōuertentem Hebræi
 mirabiliter transferūt. Iosue elegit duo-
 decim viros, qui nō solū nomine, sed
 etiam factō fuit Iesu Christi figura, qui
 duodecim discipulos elegit, quemadmo-
 dum ipse eis dicebat: Nōne ego vos duo-
 decim elegi? Et iterum: Non vos me ele-
 gistis, sed ego elegi vos. Hi duodecim
 apostoli eiecerūt duodecim lapides Ior-
 danis in terram promissionis, & duode-
 cim terræ promissionis in Iordanē: quia
 ex hoc mundo, qui fluuius est perpetuò
 fluens, & ad mare mortis tendens, res ali-
 quas prophanas in sacras transtulerunt:
 terrenas in coelestes, & humanas in diui-
 nas commutarunt: cōtra verò res sacras,
 coelestes, & diuinas, ad prophanas, terre-
 nas, & humanas attulerunt: vt terræ cœ-
 lique consortiū in lege gratiæ factum
 esse ostenderent: quando mortuò Moy-
 se, mortua synagoga bonus Iesus viros
 Israelitas ad terram promissam, hoc est
 ad beatitudinem duceret immortalem.
 Elegit Iosue duodecim, qui eorum gere-
 rent imaginem, de quibus ait diuus Lu-
 cas: Elegit Iesus duodecim, quos aposto-
 los nominauit. Fuerunt autem duode-
 cim apostoli in duodecim pueris Dauid-
 dis adumbrati; qui fortiter occubuerunt

in prælio, sed Dauid victoriam reporta-
 uit. Nam etsi duodecim apostoli mor-
 tui sunt aduersus mundi dolos pro Chri-
 sti veritate certantes, vicit tamen Chri-
 stus apostolorum dominus, & per ipsos
 de mundo gloriosè triumphauit. Vt in
 mūdo naturali per duodecim signa Zo-
 diaci sol conficit cursum suum admira-
 bili ordine & celeritate: sic in mūdo spi-
 rituali Christus sol iustitiæ per duode-
 cim apostolos deducitur, qui eius fidem
 prædicauerunt, & sanctum nomen eius
 per cunctas nationes celebrarunt: & per
 eos ipse asperimam dæmonis tyranni-
 dem euerit: & expulsi tenebris ingenti
 splendore mundum illustrauit. Est au-
 tem Zodiacus circulus in sphaera cœle-
 sti duodecim continens signa, dictus à
 nomine græco Zoi, quod significat vi-
 tam & substantiam: quoniam à vero so-
 le iustitiæ vitam habemus, & per illum
 subsistimus: & vt ait diuus Paulus in
 Actis apostolorum, In ipso, nimirū deo,
 viuimus, mouemur, & sumus. Vt dies ar-
 tificialis fuit in duodecim horas distri-
 butus: sic oportebat, vt dies gratiæ, & tē-
 pus lucis euangelicæ duodecim habe-
 ret apostolos, qui cœlestis luminis clari-
 tatem per omnes orbis regiones propa-
 garent, & falsorum deorum cultum de-
 lerent. Et ne mundus apostolorū victo-
 riam humanis viribus tribueret, eos ele-
 git deus, qui essent in mundo pauperes,
 insipientes, & abiecti. Hoc quidem est,
 quod ait apostolus: Infirma mundi ele-
 git deus, vt confundat fortia: & ignobi-
 lia mūdi & contemptibilia elegit deus,
 & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt de-
 strueret. Accedit ad hoc, quòd ea, ad quæ
 mittebantur apostoli, cœlestia erāt, nō
 terrena: quam ob causam oportebat, mis-
 sos ad illa ad cœlum aspirare, nō autem
 ad terram. Cū autem pauperes spiritu
 in cœlum libentiùs & frequentiùs men-
 tis oculos conijciant, quàm ij, qui ad mū-
 di diuitias auiditate incensi rapiuntur,
 apertè ostenditur, fuisse pauperes comue-
 nienter

nienter missos ad euangeliū prædican-
 dum, non autem eos, qui diuitijs afflue-
 bant. Præterea quomodo erant pauper-
 tatem prædicaturi, qui mundi opibus a-
 bundabāt? Non satis est intelligere vti-
 lem esse virtutem & salutarem, eamque
 verbis elegantibus, & rationibus subtili-
 bus, & sententijs scripturarum suadere,
 si ille, qui eam vocibus prædicat, ab ea
 factis abhōret. Melius eā prædicat, qui
 eam seruat, quàm qui eam seruandā ef-
 se ostendit, si illa præditus non est. Vt o-
 ues non herbam euomentes pastoribus
 vtiliter ostendūt, quātum comederint,
 sed cibum intus coquentes, & lactis co-
 piam, ac lanam molliorem & pondero-
 siorē producentes, & pinguedinē de-
 monstrantes: his enim rebus optimū ef-
 se pastum suum apertè ostēdunt: sic cō-
 cionatores non euomentes verba, & spe-
 culationes subtiles ostentantes, populo
 fructuosè penitus ostendunt, præclarū
 esse virtutum pastum, & salutarem, &
 amplectendum, sed intus virtutem co-
 quentes & obseruantes, cum in ipsius vir-
 tutis actiones incumbunt, cum lacte mi-
 sericordiæ affluunt, & velleribus chari-
 tatis & se, & alios induunt, tunc planè
 ostendunt, quātum in Christi lege pro-
 fecerint, & quantum alij in ea debeant
 proficere: & ita auditorū animos factis
 potius, quàm verbis ad virtutem incitat
 & impellunt, nec solū eam amplectē-
 dam esse populo suadent, sed persuadēt.
 Vulgia sunt verba, sed opera vtiliora. Ti-
 motheum hortabatur diuus Paulus ad
 eoncionandum, sed dicebat illi: Tu ve-
 rò vigila, in omnibus labora, opus fac
 euāgelizæ. Et postquam Titum ad mū-
 nus concionandi excitauit, ait illi: In o-
 mnibus te ipsum præbe exemplum bono-
 rum operum. Et Christus deus nos-
 ter: Qui fecerit, inquit, & docuerit, hic
 magnus vocabitur in regnō cœlorum.
 Cū igitur apostoli essent paupertatē
 spiritus prædicaturi, decebat eos paupe-
 res spiritu esse. Sed hæc eorum pauperū

tas mundum superauit. Dedit illis deus
 potestatem super naturam, vt illam cu-
 rarent, super dæmones, vt eos expelle-
 rent, super elementa, vt ipsa immuta-
 rent, super mortem, vt eam contemne-
 rent, & mortuos ad vitam reducerēt, su-
 per angelos, vt sanctum corpus domini
 consecrarent. Misit Christus apostolos
 suos quasi ignis scintillas suas: vt sicut
 ignis in scintillis suis aspicitur, sic in eo-
 rum miraculis, & virtutibus; & sapien-
 tia, diuina potentia agnosceretur. Pesca-
 tores erant, sed animas piscabantur. De
 illis dixerat deus per Ieremiam: Ecce
 ego mitto pescatores multos, dicit do-
 minus, & piscabuntur eos. Ideò illis Chri-
 stus aiebat: Venite post me, faciam vos
 fieri pescatores hominum. Hi innume-
 rabilem hominum multitudinem addu-
 xerunt ad ecclesiam: quare portæ ec-
 clesiæ dicuntur: & cum sint duodecim,
 per duodecim præcipuas huius ædificij
 ostensi Ezechieli portas meritò signi-
 ficantur.

Et mensus est eam. Subaudi domum: de
 qua dixerat: Cūque compleisset men-
 suras domus interioris. Per domum in-
 telligit totum ædificium, quod iam fue-
 rat ex parte interiore mensuratū, vt vi-
 sum est: nunc verò mensuratur ex parte
 exteriori.

Mensus est contra ventum orientalem. To-
 tum hoc ædificium erat muro circunda-
 tum, qui nunc mensuratur. Hic murus
 erat quadratus, habens ex parte orientis
 in longitudine quingentos calamos, to-
 tum ex parte occidentis, æqualiter ex
 parte aquilonis, & austri: vt hoc loco ait
 propheta. Quatuor præcipui venti pro
 quatuor præcipuis orbis plagis accipiū-
 tur: Calamus, vt capite quadragesimo
 ostendimus, continet sex cubitos, atqui
 quælibet ex quatuor muri quadrati par-
 tibus completitur quingētos calamos,
 ergo completitur tria millia cubitorū:
 si enim quingētos sexies numeraueris,
 inuenies tres mille. Cū autē sint qua-

tuor partes muri, apertè relinquitur con-
clafum, totum edificium in toto suo am-
bitu duodecim millia cubitorum conti-
nere: quater enim tria millia duodecim
millia conficiunt. Tot enim sunt signa-
ti ex vnaquaque tribu Israelis. Ex tribu
Iuda duodecim millia signati, ex tribu
Rubè duodecim millia signati, & sic de
cæteris tribubus à diuo Ioanne in Apo-
calypfi nominatis.

Per quatuor ventos mensus est murum. Re-
capitulatio est eorū, quæ dixerat: & est
sensus: Ex omnibus quatuor partibus
mensus est murum exteriorē totum
ædificium cingentem: & quodlibet qua-
drum habebat quingentos calamos mē-
suræ in longitudine. Et quia ædificiū e-
rat ex omni parte quadratū, subdit: Lon-
gitudinem quingentorum, & latitudinē
quingentorū. Particula, cubitorum, quæ
est in nonnullis codicibus, delenda est,
quoniā non est in hebraico, nec in gre-
co, nec in translatione Pagnini, nec alio-
rum. Et diuus Hieronymus asserit non
esse hęc potēdā: imò loco cubitorū,
debet esse, calamorum. Et ita habent nō
nulli codices correcti.

Diuidentem inter sanctuariū & vulgi locū.
Id est, qui murus exterior diuidebat ædi-
ficium sanctū à loco prophano. Cinge-
bat murus hic totū ædificiū, quod hęc
sanctuariū, siue sanctū appellatur. Locus
vulgi hoc loco non accipitur pro atrio
primo intet primum & secundum mu-
rum, sed pro loco prophano extra ædifi-
cium. Murus hic, qui nunc inuentus est
habere duodecim millia cubitorum in
circuitū, erat primus, sed fuit postremo
mensuratus. Multi enim sunt & nouissi-
mi primi, & primi nouissimi. Postquā
diuinus vates penetravit sacrariū, reuer-
sus est ad exteriorē murū, vt eius mē-
suram perfectè contempleretur. Opor-
tet enim ad rerum exterarum scientiam
vtiliter & salubriter comparandā, acce-
dere prius ad dei sacrariū, & mentis acie
perpurgatā ad deum tollere, diuini que

numinis amore in flādari, Nā qui fuerit
impurus, flagitiorū maculis contamina-
tus, scelerumq; vinculis astrictus, erit ve-
ra & saluari sciētia destitutus. Est enim
libro Sapientiæ mandatū: In maleuolā
animam non introibit sapientia, nec ha-
bitabit in corpore subdito peccatis. Et
Dauid cecinerat: Amādatis tuis intelle-
xi. Et quāuis homo in nōnullas virtutū
actiones incūbat, tamen si vel solo vno
peccato mortifero astringitur, ad alta
mysteria intuenta non facillè surgit. Vt
auis & si pedem vnum solutum habeat,
& alas expandat, si tamen vel solo vno
pede ligata est, tota est ligata, & volare
non potest: sic homo licet ad eleemosy-
nam largiendam, & ad preces funden-
das, & ad alia nonnulla bona faciēda li-
ber esse videatur, totus tamē ligatus est,
& penitus astrictus, si solo vno scelere
lethali ligatur, eiusque vinculo astrin-
gitur. Potest quidem multa ex se bona
operari, sed ei ad vitam æternā non pro-
ficiētia, vt illis eam mereatur, cum sit
in peccato mortifero, & dæmonis funi-
bus ligatus. Oportet solutionem quære-
re, eaque impetrata alas pandere, & per
contemplationem, & amorem diuinū
euolare in sublime. Vera sapientia est cū
virtute coniuncta: si verò absque virtu-
te est, scientia mūdi vocatur, & vt ait a-
postolus, stultitia est apud deum. Nihil
est homine tetro, scelerumque labibus
coinquinato insanius, nihil eo mentis
tenebris circūfuso stultius, nihil illo im-
piæ cupiditatis stimulis cōcitato demē-
tius, etiamsi mūdi scientia sit magnope-
rè instructus. Qui fieri potest, vt sapiēs
sit, qui seipsum perdit, qui nescit veram
quærere salutem, nec hoc pusillum tē-
poris vitæ, quod illi datum est, placidè
& tranquillè traducere: sed semper tur-
bulentis animi cōmotionibus agitatur,
& aut inani formidine, aut pestilenti so-
licitudine, aut effrenata cupiditate tor-
quetur? Vnde ait diuus Ambrosius in e-
pistola quadam: Vbi sapientia, ibi virtus
ani-

animi, ibi constantia & fortitudo. Et La-
ctantius Firmianus libro primo diuina-
rum institutionum: Omnis sapiētia ho-
minis in hoc vno est, vt deum cogno-
scat, & colat. Sapiens est ille, qui non à
populi temerarij pendet iudicio, sed in
se omnia sua posita esse ducit, humanos
que casus virtute inferiores esse existi-
mat. Notum est illud Biantis Prienēsis,
insignis philosophi, qui cum se fugē mā-
daret cum ciuibus suis capta patria, cæ-
teri que rerū pretiosarum sarcinulis on-
sti discederent, admonitus à quodam vt
idem ipse faceret. Ego verò, inquit, fa-
cio: nam omnia bona mea mecum por-
to. In hac sentētia erat Antisthenes, qui
aiebat, vt refert Laertius, ea paranda es-
se bona, quæ factō naufragio cum domi-
no natarent. Sed hi non erant verè sapiē-
tes, cum essent fide destituti: & licet mul-
ta dicerēt digna cognitu, & sapientiam
laudibus efferent, non tamen veram sa-
pientiam mentis oculis intuebantur: si
enim eius forma oculis cerneretur, mi-
rabiles sui amores excitaret. Et multos
arbitror ad eam peruenturos esse, nisi ar-
bitrarentur se ad eam iam peruenisse.
Nos demus operam, vt ad eā peruenia-
mus: contemnamus humana, aspiremus
ad diuina, vt summum illud bonum, ad
quod creati sumus, possimus adipisci.
Vt autem rerum cōditarum salutarem
obtimeamus sciētiam, accedamus prius
supplices ad dei sacrarium, ad propicia-
torium, ad Christum nostrum verum
deum, qui est propitiatio nostra: eū ar-
denter amemus, ad eum confugiamus,
eum suauiter amplectamur, & immor-
talitatis amore inflammemur.

1. Ioan. 2.
4.

Annotations ex hebræo in caput XLII.

Ex Iohannis, & Ambrosii in
capitolo

*Et eduxit me in atrium exterius per viam du-
centem ad aquilonem.* Septuaginta ha-
bent: Et eduxit me in atrium exterius
ad orientem, contra portam, quæ est ad
aquilonem. Aduerte. Qui eum duce-
bat, oriens est, eumque ducebat ad or-
ientem. Semper Christus nos ducit ad
seipsum. Ipse est dux, & oriens. De eo
dixit Michæas alloquens Bethlehem: *Mich. 5.*
Ex te enim exiit dux, qui regat popu-
lum meum Israel. Et Zacharias prophe-
ta: *Mat. 2. Zach. 6.* Ecce vir, Oriens nomen eius: & sub-
ter eum orietur, & ædificabit templum
domino. Et alter Zacharias: *Luc. 1.* Visitauit
nos Oriens ex alto. Per viam aquilo-
nis calamitas significatur. Aspicias igitur,
Christum nos ad seipsum ducere,
etiam quando nos incidere sinit in æ-
rumnas, & permittit, vt mœroribus
premamur. Vult enim, vt cum nos mo-
lestijs viderimus laceratos, & ærum-
narum fluctibus concussos, & molestia-
rum copijs vndique obsessos, confugia-
mus ad ipsum tanquam ad verum pro-
tectorem: ipsum inuocemus, in eius mi-
sericordia omnem spem nostram, om-
nem curam & cogitationem constitua-
mus. Ipse enim ait: *Psal. 49.* Inuoca me in die
tribulationis, & eruam te, & honori-
ficabis me. Nos igitur ingrauescente
rerum aduersarum mole, non debilitemur,
& frangamur, existimantes esse
nos à deo penitus derelictos, sed spes
cum desperatione confligat, eamque
potenter superet, & ad deum se erigat,
ad orientem respiciat, qui nos ducit ad
orientem, hoc est ad Christum, qui nos
ducit ad seipsum per viā aquilonis, hoc
est per varias & acerbis calamitates.
Ipse enim viros pietatē & iustitiam co-
lentes per ærumnarum angustias ad se
ducit aliquando, vt illis gloriā immorta-
lem largiatur.

Porticus iuncta porticui triplici. Pagninus
habet: Cubiculum contra faciem cubi-
culi in tertijs cubiculis, inferiori, medio,
& superiore. Pro porticu, seu vt Pagni-
nus

us vertit, cubiculo est in hebraico **קִנְיָן** attic, quæ dictio præter alias significationes angulum significat. Eam ob causam Thargum habet: Angulus ante angulum. Deriuatur à verbo **קָנָה** nathac, quod significat dissipare & euellere: vt apud Iob: Cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Ac si diceret: Cùm dulces meæ cogitationes essent in corde meo infixæ, & vis calamitatum eas euelleret, ipse dum euellerentur, cor meum etiam euellebant. Felix ille, à quo non possunt piæ cogitationes conuelli, nisi ipsum cor, in quo illæ infixæ sunt, conuellatur. Potest etiam ex hebræo verti ita locus ille: Cogitationes meæ eradicatæ sunt, possessiones siue hereditates cordis mei Iarax enim, à quo dictio hæc deriuatur, torquere significat & possidere, & hereditare: ex quo efficitur, vt pro eo quod noster interpretes dixit: torquentes cor meum, possit transferri: possessiones siue hereditates cordis mei. Cogitationes rerum diuinarum, quibus eius animus oblectabatur, & in quibus diu versatus fuerat, appellat cordis sui possessiones, & veluti patrimonium & substantiam.

Et peribolus exterior secundum gazophylaciã. Peribolus est ambitus & lorica murorum: pro quo in hebraico est **גָּדְהַר** gadher: pro quo Pagninus vertit parietem. Verbum hebraicum gadhar significat sepire, circũdare, & parietem construere. Vnde nomen hoc sepem significat, & parietem, & clausuram, & maceriam. vt in Prouerbijs: Et maceria lapidum destructa erat. Igitur peribolus hoc loco paries erat & claustrum. Septuaginta tamen transtulerunt **φλῶς** quod nomen limen significat seu postem. Et paulò post pro peribolo habent **τὸ φῶς**, quod nomen lucem significat & lumen: quoniam huius sancti ædificij paries est diuinæ gratiæ lumen: & ipse gratiæ largitor, qui est

lumen de lumine: splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Et lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: quæ de se ait: Ego sum lux mundi.

Et omnes introitus eorum, & similitudines. Pro similitudinibus est in hebraico dictio **מִשְׁפָּחִים** mixppat, à verbo **שָׁפַח** quod significat iudicare: vt apud Esaiã. *Esa. 59.* Non est, qui iudicet verè. vel vt quidam ex hebraico vertendum ait: Non est, qui se iudicet in ueritate. Vnde nomen mixppat significat iudicium: vt capite decimo octauo. Deuteronomij: Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his, qui offerunt uictimas. Significat etiam ius, legem, mensuram, normam, dispositionem, similitudinem. Ideo poterat locus ille Deuteronomij verti: Hoc erit ius sacerdotum, vt capiant à populo, & ab immolantibus uictimas armũ & uentriculum. Quasi dicat: Hoc poterunt sacerdotes capere à populo iure suo. Id quod est apud Ieremiam. *Ierem. 10.* Corripe me domine, ueruntamen in iudicio, & non in furore: verti potest: Castiga me domine, ueruntamen in mensura, non autem in furore. Pro iudicio enim est in hebraico hoc idem nomen. Ac si dicat. Cognosco domine me acerbissima supplicia mereri, sed tu non pro meritis, sed iuxta misericordiam tuam me punias: placatè & moderatè in me animaduerte: Id etiam quod est in psalmo: *Psalm. 11.* disponit sermones suos in iudicio: verti poterat: Disponit uerba sua in mensura. Vel perpendit uerba sua ad normã. Vel mensurat uerba sua iuxta legem. Vel metitur impensas suas in mensura. Ac si dicat: mensurat expensas suas iuxta id quod habet: secundum facultates suas ita facit sumptus. Disponit substantiam suam in mensura, vel in similitudine quo ad qualitatem, & in æqualitate quo ad quantitatem. Cùm autè dictio hæc tot habeat significationes, potest hic Ezechie-

chielis locus variè transferri. Pagninus habet: Et omnes exitus eorum, & secundum modos eorum. Alij pro similitudinibus transferunt symmetrias. Potest uerbi. Omnes introitus eorum erant iuxta mensuras, & iuxta ostia eorum, quæ erant in uia respiciente ad austrum. Comparat gazophylacia, quæ erant ad orientem in ingressibus suis cū gazophylacijs, quæ erant ad meridiem. Eandem enim habebant mensuram, siue similitudinem, siue symmetriam, siue dispositionem: & eadem ostia. Itaq; magna erat in his gazophylacijs æqualitas: quia in ecclesia debet esse recta iustitia, quæ in æqualitate consistit.

Argumentum capitis. XLIII.



*V*idit gloriam dei in templum ingredientem, terramq; lustrantem. Perfidiam Israelitarum commemorat, qui repudiato ueri dei cultu Gentium idola coluerunt. Reuocat eos ad penitentiam: & ritum sacrificandi describit.

Caput. XLIII.

AT duxit me ad portã, quæ respiciebat ad uiam orientalem. Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per uiam orientalem: & uox erat ei, quasi uox aquarũ mulrum: & terra splendebat à maiestate eius. Et uidi uisionem secundum speciem, quam uideram, quando

uenit, vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum, quem uideram iuxta fluuium Chobar. *Sup. 1. a.* Et cecidi super faciem meã. Et maiestas domini ingressa est templũ per uiam portæ, quæ respiciebat ad Orientem. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo: & uir stabat iuxta me. Et dixit ad me fili hominis, locus solij mei, & locus uestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in aeternum. Et non polluent ultra domus Israel nomen sanctũ meũ, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limẽ suum iuxta limen meũ, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meũ in abominationibus, quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea.

EXPLANATIO.

ET duxit me ad portam. Tribus superioribus capitibus mandauit diuinus noster uates literis ædificij mensuras, ordinem, & structuram. Nunc narrat uidisse quippiam illustrissimũ & amplissimũ, quod dei gloriam representabat, in idem ædificiũ per uiam ingrediens orientalem. Hanc dei gloriam uidit capite primo, & nono, & decimo in uisione quatuor animalium, de qua illis capitibus differuimus. Capite 10. in signum

incēdij Hierosolymæ dixit se vidisse vi-
rum è medio rotarum & anim aliū pru-
nas accipientem, quibus erat vrbs à Ba-
bylōnijs penitus comburenda. Et paulò
pòst ait gloriā domini stetit in introi-
tu domus domini oriētalis: & in fine ca-
pitis vndecimi eam ait abscessisse de me-
dio ciuitatis. Voluit deus visione illa si-
gnificare subtractionē protectionis suæ
à templo illo Hierosolymæ terrenæ;
quod erat ob Hebræorum scelera igni
tradendum. Gloria illa dei, quæ ex illo
templo egressa est per portam orienta-
lem, in hoc templum ingreditur modò
per eādem portam: templum enim hoc
diuersum erat, vt diximus, ab illo. Exi-
uit in euerfione tēpli veteris, & rediuit
in ædificatione templi noui. Egressa est
à synagoga, & ingressa est in ecclesiam:
egressa est cum ceremoniarum vetusta-
te, & ingressa est cum spiritus nouitate:
Discessit à perfidis Iudæis, cum vetera
transierunt, & illustrauit fideles Chri-
stianos, cum noua facta sunt omnia. Per
quam portam egressa est, per eādem
rediuit. Quare nemo debet de diuina
misericordia desperare. Si abs te abla-
ta est dei gratia: confuge ad ipsum deū,
vim lachrymarum pœnitentię profun-
de: dic cum propheta. Redde mihi læ-
titiā salutaris tui, & spiritu principa-
li confirma me. Nullum locum præter-
mittas ad diuinam clementiam excitan-
dam. Cognosce labes & maculas tuas
ex se inexpiabiles, deinde detestare il-
las, tuim præterea spem omnem illas de-
lendi in diuina pietate constitue, & ad
sanctum confessionis sacramentum ac-
cede, & ita gratiam, quam amiseras,
consequeris: & gloria domini, quæ abs-
te abscesserat, redibit. Sed oportet ani-
mam expiare: nam cum gratia sit pu-
rum balsamum, purū etiam vas requirit.
Et quia huiusmodi erat Ezechiel, nullis
mortiferis vitiorū labibus infectus, sed
animæ puritate decoratus, virtutūque
præsidio munitus, duxit illū vir ille, qui

templum mensurabat, ad portam, quæ
respiciebat ad viam oriētalem; hoc est,
quæ erat versus orientē, vbi dei gloriam
mentis oculis aspiceret. Hęc dei gloria
Christus est, de quo dixerat Esaias: Re-
uelabitur gloria domini, & videbit om-
nis caro salutare dei nostri. Nā cum iux-
ta Salomonis sententiā filius sapiēs sit
gloria patris, quātò magis filius dei, qui
est ipsa sapientia, erit gloria dei?

Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur. Id est,
præclara quedam effigies, quæ deum re-
præsentabat. Gloria dei, quæ discesserat,
reuertitur: nam Christus mortuus est,
sed resurrexit. Discessit per migratio-
nem à vita, reuertitur per reditum ad
vitam. Exiit per portam Hierosoly-
mæ, & vt ait diuus Paulus in epistola
ad Hebræos: vt sanctificaret per suum
sanguinem populum, extra portam pas-
sus est: at ædificat nouam ciuitatem,
nouam Hierosolymam, construit nouū
templum, instituit catholicam eccle-
siam, ad quam ingreditur, in qua perma-
net, ex qua nunquam exiit: iuxta id
quod ipse ait: Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus vsque ad consumma-
tionem seculi. Non ait: Ero vobiscum,
vt cum Lucifero in cœlo, cum Adam in
paradiso, cum Moyse in synagoga: cum
his enim & si fuit, non fuit tamen vsque
ad consummationem seculi. At huma-
nitate assumpta cum ecclesia sua erit per-
petuò. Vt enim id quod assumpsit, nun-
quam dimisit: nunquam enim diuinitas
dimisit corpus, nec animam, etiamsi ani-
ma fuerit à corpore separata, ita nunquā
ecclesiam suam dimittet, quæ est cor-
pus, cuius ipse teste apostolo caput est.
Eā ob causam voluit vocari Emanuel,
hoc est nobiscum deus, quia semper no-
biscum erit. Non solum ipse semper du-
rabit, sed etiā nomen eius, cuius signifi-
catio & veritas nunquam peribit. Ideo
ait Ezechiel gloriā dei in templū hoc
sibi ostensum introisse, sed non ait inde
exiuisse, & ecclesiam suam repudiasse.

Esa. 49.

Prov. 12.

Heb. 13.

Mat. 28.

1. Corin. 12.

Ephes. 4.

Esa. 7.

Et

Et vox erat ei quasi vox aquarum multarum.
Hoc est, sonora erat valde, veluti cum
aquæ multæ cum impetu illidunt rupi-
bus. Vult significare diuinæ potentæ
magnitudinem. Capite etiam primo di-
xerat: Audiebam sonum alarum quasi
sonum aquarum multarum, quasi so-
num sublimis dei. Videbantur enim
Ezechieli animalia volare, alisque so-
nitum magnum efficere. Hęc dei vox
significabat vocem illam euangelicam,
quæ in vniuerso orbe terrarum into-
nuit: cum Christus prius per semet-
ipsum, deinde per apostolos suos euan-
gelium prædicauit. De ea vaticinatus
est in hunc modum regius vates. In om-
nem terram exiuit sonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum. Et ite-
rum: Vox domini super aquas, deus
maiestatis intonuit, dominus super a-
quas multas. Hęc aquæ multæ, in qui-
bus audita fuit doctrina cœlestis, sunt
populi multi, iuxta id quod ait diuus
Ioannes in Apocalypsi: Aquæ, quas vi-
disti, populi sunt, & Gentes, & lin-
guæ. Intonuit enim Christus, quem
deum maiestatis vocat hoc loco pro-
pheta, & habuit eius vox tantam vim,
vt dæmonia eiiceret, mortuos ad vitam
reduceret, dura hominum corda ad fi-
dem conuerteret, & veritatem magni-
ficis miraculis confirmaret. Eam ob cau-
sam subdit regius psaltes: Vox domi-
ni in virtute, vox domini in magnifi-
centia. Hęc vox super aquas multas
eas ex amaritudine idololatriæ ad suauitatem
veri dei cultus conuertit. Hęc
in deserto Mara conuertit aquas ama-
ras in dulces: aquæ enim populi sunt, &
gentes. Hęc sunt aquæ, quæ de petra or-
tæ sunt: Petra autem erat Christus, qui
verbo & sanguine suo infinitam genuit
hominum multitudinem, de quibus ait
diuus Ioannes: Dedit eis potestatem fi-
lios dei fieri, ijs qui credunt in nomi-
ne eius, qui non ex sanguinibus, nec ex
voluntate carnis, sed ex deo nati sunt.

sup. 1.

Isal. 18.

Rom. 10.

Isal. 28.

Apoc. 17.

Isal. 28.

Exo. 15.

Exo. 17.

1. Corin. 10.

Ioan. 1.

Hęc sunt aquæ, de quibus ait Esaias: Bea-
ti qui seminant super aquas. Hoc est, qui
verbum dei gentibus prædicant, eius-
que doctrinam populo annuntiat. Su-
per has aquas deus maiestatis intonuit,
cum gentes conuocauit ad fidem, ad so-
lennem panegyrim, ad translationem
arcæ fœderis, hoc est ad triumphalem
ingressum ecclesiæ dei in tabernaculū
domini, quod est cœlum. De hac dei vo-
ce cecinerat diuinus psaltes: Conturba-
tæ sunt gentes, & inclinata sunt regna,
dedit vocem suam, mota est terra. Vni-
uersæ enim nationes obstupuerunt, &
succubuerunt, cum intonuit vox euan-
gelij, & apostoli Christo fidem vbique
prædicauerunt. Tunc succubuerunt prin-
cipes, & humiliata sunt regna, & mun-
dus fuit superatus: non machinis pilas
sulphureas iaculantibus, non armis hu-
manis & bellicis munitionibus. Hęc
enim hominum sunt barbarorum & im-
manium: nihil propugnatori nostro ta-
libus opus erat. Simplici voce sua mūdi
tyrānos prostrauit. Arma, inquit aposto-
lus, militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed
potētia deo. Hęc dei vox erat quasi vox
aquarum multarum, quia aquæ multæ
hoc est populi multi eūdem Christum
consona voce laudibus extulerunt. Huic
interpretationi fauet septuaginta trās-
latio ita habens. Vox quasi geminantium
multorum. Si diuinas literas diligenter
perspexeris, & vtriusq; testamenti vo-
lueris memoriam replicare, videbis in
dei apparitionibus sonitum eius audiri.
Descendente deo in montem Sinai so-
nitus buccinæ pulatim crescebat. Et cū-
ctus populus videbat voces, & lampa-
des, & sonitum tubæ. Dum compleren-
tur dies pentecostes, erant omnes disci-
puli pariter in eodem loco, & factus est
repētē de cœlo sonus tanquā aduenien-
tis spiritus vehementis: & repleuit to-
tam domum, vbi erant sedentes. Et hoc
loco apud Ezechielem: Et vox erat ei,
quasi vox aquarum multarum.

Esa. 32.

2. Reg. 6. 7.

3. Reg. 8.

Isal. 45.

2. Corin. 10.

Exo. 19.

Exo. 20.

Act. 2.

Et terra splendet à maiestate eius. Hoc est, tanta erat eius lux, vt totam terrā illustraret. Videbatur animalia illa prophetæ tanto sonitu tonare, tantaq; claritate fulgere, vt terra ipsa resonare, & micare videretur. Gerebat hic splendor imaginē splendoris illius, quo fulgebant iusti tanquā scintillæ in arundinetis discurrentes, euāgelicamq; doctrinam mūdo nūntiantes. Edebant enim admiranda facinora, omnem naturę vim lōgē sperantia. Homines nullis literis humanis instructi magnos mundi philosophos vincebant: pauci numero nationes multitudi- ne innumerabiles, locis infinitas, oris diffiūctas: homines humili loco nati magnos terræ principes, in illustri mundi gloria & dignitate constitutos. Omnes orbis terrarū regiones se voci euāgelicæ vltro submiserūt, & miraculorū fulgoribus coruscant. Hoc intuens animo regius vates canebat: Venite, & videte opera dñi, quę posuit prodigia super terrā. Cū homines essent errorū tenebris circumfusi, viderūt lucē euāgelicā, qua terra resplēdit. De illa vaticinatus est ijs verbis Esaias: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Et alibi cū admirabile illā visionē domini super soliu sedētis, per quē Christū intelligebat, vt ex diuo Ioanne colligitur, literis mandaret, dixit: Plena est omnis terra gloria eius. Et Ezechiel hoc loco: Et terra splēdebat à maiestate eius. Ac si diceret: Tota terra splendore Christi illustrabatur. Imò Christus erat lux vera, quę illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū. Poteris per terrā homines intelligere, qui cū absque fide Christi essent tenebrę, fuerūt eius fide illuminati, & in lucē cōuersi. Id intelligēs apostolus aiebat in epistola ad Ephesios: Eratis aliquādo tenebrę, nunc autē lux in domino. Et quoniā diabolus princeps est impiorū, appellatur ab eodem apostolo rector tenebrarum.

Et vidi visionem secundum speciem, quam videram, quando venit, vt disperderet. Hoc est, vidi visionē similem visioni illi, quam vidi, quādo vir indutus lineis venit, vt disperderet Hierosolymam. Visio illa incipit à capite octauo, & protēditur vsq; ad finem vndecimi: nam capite octauo ostenditur causa euersionis Hierosolymæ, nono describitur ipsa euersio, decimo & vndecimo ostenditur discessio glorię domini à templo & ciuitate. Nō nulli vertunt: Quando veni, vt disperderem ciuitatem: hoc est, vt eam euertendam prædicerem. Pro quo septuaginta verterunt: Quando ingrediebar, vt vngerem ciuitatem. Loquitur de designatione tau, de qua capite nono fusē disse-ruimus. Vel loquitur de vnctione & re- spersione sanguinis occisorum in ciuitatis euersione.

Iuxta fluum Chobar. Idest, & erat similis visioni: quam vidi iuxta fluuiū Chobar, quam primo capite descripsi: Chobar fluuius est Babylonis, & vt ait diuus Hieronymus pondus significat: Babel verò confusionem, per quam mundus significatur. Qui Babylonis ciues sunt, & cultores, pondere peccati premuntur: qui verò ibi peregrinantur, & in cœlestem patriam oculos conijciūt, non sub pondere sunt, sed iuxta pondus: nam etsi labantur aliquando, citò tamen resurgunt: & videntes se ab obseruatione diuinę legis declinare, peccatum suum confestim deplorant, ad confessionem confugiunt, & illud sibi remitti ac condonari deprecantur. Eam ob causam non ait Ezechiel: Cū essem in fluuio, vel sub fluuio ponderis, sed iuxta fluuium Chobar. Præterea quid grauius fluuio Babylonis? Quid grauius mundi fluminibus, de quibus dicitur in psalmo: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Si super flumina sedentes lugent, vel iuxta flumina, vt potest verti ex hebræo, quid est illis facien-

ciendum, qui sub fluminibus demersi iacent? Hebræi in Babyloniam adducti versabantur in luctu, & perpetuis lamentis, & præ dulcis patrię desiderio ex oculis suis super fluminū aquas vim aquarum profundebant, vt flumina illa tributum lachrymarum suarum ad mare deferrent. Omnia, quę in mundo sunt, flumina sunt, omnia fluunt & prætereunt, & ad mare mortis percurrunt: & vt ait diuus Paulus in prima ad Corinthios: præterit figura huius mundi. Nos etiam exules à Sione illa, de qua ait regius vates: Te decet hymnus deus in Sion, pio animi affectu, æternęque ciuitatis desiderio super flumina Babylonis sedentes ingētem lachrymarum multitudinem fundamus. Non in flumina præcipitemur, non illis obruamur, sed sedeamus super illa, seu iuxta illa, & lugentes, cœlestem Sionem in memoria versetur. O sancta Sion, vbi totum stat, & nihil fluit, vbi omnia sunt immortalia & æterna! Quis nos in Babyloniam deiecit, vt super eius flumina vitam nostram lachrymarum pane sustentemus? Iuxta hæc flumina erat Ezechiel, cū visionem aspexit animalium, ad quam se retulit hoc loco, iuxta fluuium Chobar. Chobar significat etiam fortitudinem & potentiam, & quasi filium, & quasi frumentum. Fluuius est in terra Chaldæorum, quem nonnulli aiunt esse Euphratem, alij Aborram, de quo Ptolemæus & Strabo.

Et cecidi super faciem meam. Non valens ferre tam eximium diuini maiestatis splendorem. Sed non retrorsum cadit, sed super faciem suam, vt videat quò cadat. Vel ideo cecidit super faciem suam, vt deum, quem in effigie illa gloriosa intelligebat, adoraret. Vel quia iustus quantò amplius de deo intelligit, tantò profundius se humiliat & abiicit.

Et maiestas domini ingressa est templum per

viam portę, quę respiciebat. Quemadmodum prius egressa est per portam orientalem, sic nunc per eandem portam ingreditur.

Et leuauit me spiritus. Ceciderat super faciem suam, & indigebat subleuante: qui autem eum subleuauit, spiritus fuit. Per spiritum intelligit spiritū sanctum: vel hunc virum, qui eum ducebat, & ædificium mensurabat: qui erat Christus, vt capite. 40. ostendimus. Qui cadit, indiget Christo erectore. Ipse enim ait. Si- ne me nihil potestis facere. Sed quia diuinus vates ceciderat per humilitatem, fuit à deo sursum erectus. Nā qui se humiliat, exaltabitur.

Et introduxit me in atrium interius. Vt me faceret intueri gloriam domini, quę illuc fuerat ingressa. Ducit nos Christus ad interiora, vt dediti spiritui mentem reuocemus à sensibus, cogitationem à mundi consuetudine separemus, & centrum nostrum in nobis ipsis, hoc est deū intra cor nostrum inquiramus. Vt diuinum lumen infundatur animę nostrę, oportet vt ipsa vt luna ad solem sempiternum conuertatur, & propriē mens sublimis fiat: mens autem propriē sublimis fiet, si diuinam mentem quęserit centrum sui, sensuum autem deceptiones reliquerit. Si deum quęserit, pulchritudinem ipsam quæret, si deum inuenerit, ipsam inueniet sapientiam, si deum habuerit, ipsam secum habebit sempiternam bonitatem. Recurrat ad fontem vitę, & habebit vitam. Sed oportet relinquere quodammodo corpus, & in atriū interius introduci. Hęc est vera philosophia etiā ex mente Platonis solutio animę à corpore, & cōuersio quędā ad interiora illa, quę vera sunt immortalia, & diuina: vt refert Alcinos in libro de doctrina Platonis.

Et ecce repleta erat gloria domini domus. Totum illud ædificium erat gloria domini illustratū. Hęc domus est ecclesia catholica, de qua ait apostolus: Vt scias,

Y y 5 quo-

1. Tim. 3. quomodo oporteat te in domo dei cō-
uerfari, quæ est ecclesia dei viui, colum-
na & firmamentum veritatis. Hoc tem-
plū fumus nos, iuxta id quod ait diuus
2. Corint. 6. Paulus: Vos estis templum dei viui. De
hac dei gloria ecclesiam adimplente di-
xerat regius ac diuinus vates: Benedi-
ctū nomen maiestatis eius in æternum:
psal. 71. & replebitur maiestate eius omnis ter-
ra. Cū scilicet Christus apparuerit in
carne, & per se ac apostolos suos cūctas
nationes ad veridei cultum perduxerit.
Erat templū hoc repletū gloria domi-
ni: quia solus dominus nos replet. Mūdi
omnia occupare animum nostrum pos-
sunt, replere autem non possunt. Vnde
etsi homo mundi diuitijs, rerumq; om-
nium affluentibus copijs abundet, nun-
quam tamen illis erit impletus & quie-
tus, donec in Christo fatietur, & quie-
scat. Id sentiens Dauid aiebat: Satiabor,
psal. 16. cū apparuerit gloria tua. Ac si diceret:
Cū te domine fruar, cū numen tuū
sanctissimū intuear, tunc omnibus gau-
dijs implebor, tunc verè satiabor, tunc
ero omnibus bonis cumulatus, & in dul-
cissima & inexplicabili tuæ diuinitatis
visione conquiescā. Mundi voluptates
& opes fallaces sunt, finitæ, & celeriter
interituræ, ideo animam immortalem,
bonorū infinitorū capacem saturare &
implere nequaquam possunt. At hoc in-
telligere illi nolūt, qui tenebras luci an-
teponunt, & inanibus bonorum simula-
chris delusi vera & diuina bona despi-
ciunt, & propter veræ pulchritudinis
ignorantiā illi vanam ei speciem præfe-
runt, corporeas formas fluxas & cadu-
cas admirantur, atq; ardente amore pro-
sequuntur. Sed aduerte. Aedificato hoc
templo, de quo agit Ezechiel, apparuit
gloria dñi replens torū ædificiū, quæ ad-
modum completū tabernaculū Moyfi
fuit repletū gloria dñi. Ita enim ait diui-
na scriptura in Exodo: Operuit nubesta-
bernaculū, & gloria dñi impleuit illud.
Exo. 40. Hoc ideo factū esse existimo, vt osten-

deret diuina scriptura omnia Moyfi &
verba & facta intus quidē gloria dei ple-
na esse, exterius verò nube adoperata:
De qua nube ibidem subiūgitur: Nō po-
terat Moyfes ingredi te cū fœderis, nu-
be operiēte omnia, & maiestate dei co-
ruscate. Erat tabernaculū illud ecclesie
figura, quæ erat gloria dei illustranda.
Sed erat hoc mysteriū nube cooperitū,
& in lege gratiæ reuelandum. Sed ideo
hoc Iudæi hodie non intelligunt, quia
cū in spiritu legis eximius sit fulgor &
splendor, in litera verò magna caligo &
obscuritas, nō ferūt eorū lippietes oculi
legis claritatē, nec penetrant eius caligi-
nem. Christiani verò, quorū oculis ve-
rum lumen effulsit, vt reuelata facie glo-
riam dei speculari possint, in legis litera
spiritum inuestigare conentur.

Et audiui loqueri tem ad me de domo. Sed nō
dicit, quid audierit. Fortasse fuit ser-
mo ille vsque adeo admirabilis, vt hu-
manum superaret intellectum: & ideo
illum propheta non recenset, vt eius in-
dicet amplitudinem & admirabilitatē.
Nonnulla sunt, quæ maioribus laudi-
bus efferimus, si ea silentio transeamus,
quàm si laudemus, eorū magnitudinē
magis exprimimus, eam nō exprimen-
tes, quoniā eam inexplicabilem ostēdi-
mus, quàm si eā explicaremus. Qua de
re ea poteris videre, quæ diximus in no-
stris in Esaiam cōmentarijs, verba illa
capitis sexti explanantes: Seraphin sta-
stabant super illud, sex alæ vni, & sex
alæ alteri. Duabus velabant faciem eius
&c. Ezechiel erat in atrio interiore,
deus autem loquebatur illi de domo,
sed eius verba silentio præterit: ea so-
lūm exprimit, quæ ei dixit ductor e-
ius, qui illi templum illud ostendebat,
qui cum eo tunc erat in atrio. Vel ille,
qui locutus est prophetæ de domo, e-
rat ipse eius ductor, qui cum eo erat in
atrio: & loquebatur de domo, nō quòd
esset intus domi, sed quòd sermo eius
esset de illius domus structura, mēsuris,
ordine,

ordine, & mysterijs. Ac si diceret: Au-
diui loquentem mihi virum, qui me-
cum erat, & tractabat de ijs, quæ ad do-
mū illā attinerēt. Volens autē Ezechiel
hoc clariùs significare, subdit: Et vir,
qui stabat iuxta me, dixit mihi &c.

Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum
meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in
æternum. Id est templum hoc est locus
throni mei, & hīc habito in æternum.
Hæc sunt verba viri illius, qui Ezechie-
lem ducebat, quæ planè ostendunt eum
esse deum: nec mirum, cū ille Chri-
stus esset, qui verus deus est. Diximus
per templum hoc ecclesiam significa-
ri. Hic est locus solij dei, de quo cecinit
diuinus vates: Factus est in pace locus
eius, & habitatio eius in Sion. Et iterū:

psal. 75.

psal. 25.

Domine dilexi decorem domus tuæ, &
locum habitationis gloriæ tuæ. Vbi di-
uus Augustinus per hanc domum eccle-
siā dei intelligit, cuius decorem in viris
iustis ait esse. Hæc domus est vbi Chri-
stus est, & erit semper, de qua hīc ait:

Apor. 21.

Ioannes in Apocalypsi: Ecce taberna-
culum dei cum hominibus, & habitabit
cum eis. Non intelligi hoc de terrena
Hierosolyma, nemo est, qui nō videat,
nisi sit tenebris penitus cooperatus, cū
de ea dixerit ipse Christus: Relinque-
tur vobis domus vestra deserta: Et ite-
rum. Surgite, eamus hinc: & sciamus
eam fuisse à Romanis euersam, & incen-
dio cōmissam, & in cineres redactam,
& totam illam regionem nunc à Tur-
cis possessam. Quod autem ait hoc lo-
co deus se habitare in medio filiorum Is-
raelis, intelligitur de Christianis: hi e-
nim sunt verè Israelitæ secundum spiri-
tum, vt alibi ostendimus.

Mat. 23.

Ioan. 14.

Et non polluent vtrā. Polluere nomen
dei hoc loco, est illud idolis tribuere, &
verum cultum soli deo debitū ad falso-
rum deorum vanitates transferre.

In fornicationibus suis. Hoc est, in suis

idololatrijs. Sequitur: Et in ruinis Regū
suorū, & in excelsis. Hoc est, in pecca-
tis regū, quæ fuerunt eis causa ruinæ: &
in locis sublimibus, vbi idola colloca-
bant, & superstitiones suas exercebant.

Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen
meum. Hoc est, qui iuxta templum meū
domos suas ædificabant, polluentes lo-
cum sanctum. Vel sic: Coluerunt idola,
& limen suū, hoc est limen idolorū iux-
ta limen templi posuerunt. Manasses e-
nim in atrijs templi collocauerat idola,
vt libro quarto Regum licet videre. Et

4. Reg. 21. sup. 8.

suprà dixit Ezechiel capite octauo, ido-
lum zeli in templo esse. Vel sic, & me-
lius meo quidem iudicio. Qui cū iux-
ta templum meum habitarent, postesq;
suos haberent iuxta postes meos, & mu-
rus duntaxat aulas suas à templo meo di-
uideret, mei tamen obliuiscabantur: &
nomē meū polluentes verā fidem repu-
diabant. Eos Hierosolymæ reges reprē-
hendit, qui fuerunt idolorū cultores: nō
quòd iuxta templū habitaret, sed quòd
cū iuxta illud habitarent, illud nō in-
tuebantur, qui potius falsis dijs aras cō-
stituebant, quibus victimas immolabāt.

Hinc colliges cæteris paribus grauius
peccare monachum, qui in monasterio
crimē admittit, quàm laicū in seculo. Et
si sint nōnulli monachi terris maculis cō-
taminati, nō ideo tamē vituperanda est
religio, in qua viri iusti pietatem & cha-
ritatem colentes vitam degunt, qui nō
in præmijs humanis spem posuerunt re-
rum suarum, sed deo se in holocaustum
obtulerunt, & mundi opes & vanitates
pro nihilo putarūt. Vt frugifer & amœ-
nus hortus, plantis vtilibus & salutari-
bus confitus non ideo est repudiandus
& excidendus, quòd in illo vrtica quæ-
dam inter salutaria olera oriatur: sic nec
damnanda est religio, si inter viros fa-
pientia & virtute præstantes quidam
inueniatur voluptatibus deditus, aut am-
bitione cōtaminatus. In aula magnifica

simile.

simile.
&

& sumptuosa est aliquando tegula quædam fracta, aut pinna deiecta, & nihilominus ædificium non relinquitur, nec ideo vituperatur, quimpotius ob eius amplitudinē & magnificentiam laudibus effertur: sic in monachali religione, quã uis quidam sit fractus, & vitijs imbutus, ipsa tamen dei aula est eximia & admirabilis, nec debet ob imbricem confractã relinqui, sed corrigatur imbrex, aut alia loco eius ponatur, & ob eius virtutes & morũ puritatem laudetur. In aula illa gloriõsa collegij Christi fractæ sunt duæ regulæ deliciares, nimirum Petrus Christũ negando, & Iudas eũ vendẽdo: at Petrus correctus est, Iudas autẽ cecidit penitus, sed pro hac tegula fuit aliã collata, nempe Mathias, ut in Actis apostolorum refert diuus Lucas. Excidit vnus, & fuit loco eius constitutus alius. Nec quia Iudas fuit impius, debet Christi collegium vituperari, similiter nec paradysus terrenus, quod in eo fuerit arbor scientiæ boni & mali, cuius pomo dei præceptũ violarũt primi nostri patres: erat enim in illo arbor vitæ, & ipse amœnus erat & admirabilis, consitus plantis salutaribus, pulchris, & excellentibus.

Propter quod consumpsi eos. Nempe in obsidione & euersione Hierosolymæ per Babylonios: vbi Iudæi fuerunt partim interfecti, partim captiui in Babyloniã abducti, vbi fuerunt calamitatibus oppressi.

C Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis: ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam. Et erubescant ex omnibus, quæ fecerunt: figuram do-

mus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis. Et scribes in oculis eorum, ut custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus, in summitate montis omnes fines eius, in circuitu sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus. Ista autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vsque ad labium eius: & in circuitu palmus vnus. Hæc quoque erat fossa altaris: & de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnus. Et à crepidine minore vsque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnus. Ipse autem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel vsque ad sursum cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum lōgitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnus cubiti per circuitum: gradus autem eius versus ad orientem.

Nunc

Nunc ergo repellant procul. Intuere dei misericordiam, qui eos, qui eo relicto idola coluerunt, & fraudes terribilissimas cõceperant, vocat ad pœnitentiã, ut illis peccata omnia condonet, & vitam æternã largiatur. Id voluit diuina scriptura significare libro secundo Paralipomenon, dicens: Pius & clemens est dominus deus vester: & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Et per hunc nostrum Ezechielem dixit Deus capite decimo octauo. Nolo mortem morientis: dicit dominus deus, reuertimini, & viuite.

Ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis. Sensus est: Ostende de Hebræis templum hoc, quod tibi ostendo, illudque eis describe, ut animo perspiciant, & memoria repetant, fuisse Salomonium templum ob eorum scelera deletum, meque, quem illi ob vana idola reliquerunt, eum esse, qui illis possum templum hoc, quod tibi ostendo, largiri. Hoc facies, ut illi viso hoc templo à te descripto intelligant, sua flagitia in causa esse, ut tam magnifico & sumptuoso templo sint destituti. Non erit paruum huius ædificij præmium, intelligere Iudæos scelera sua, & flagrare huius templi videndi desiderio: ut ad hoc animum purgent, & ecclesiæ Christi amplitudinem & maiestatem cognoscant & colant.

Et metiantur fabricam. Ut eius magnitudo, & amplitudo, & magnificentia sint illis perspecta & explorata. Sed hoc potius referendum esse existimo ad ecclesiam, ut sit sensus. Dent operam, ut templi futuri per hoc intellecti significatio nẽ animo percipiant: studeant illustria ecclesiæ catholicæ mysteria contẽplari: quæ mētis oculis intuebuntur, si animos suos expiauerint: si enim peccati vetustate exuerint, huius noui tẽpli intelligant te prædicete, ratione. Ut ipsi nouũ sint templũ, oportet veterẽ hominẽ spoliare cũ actibus suis, & induere nouũ iu-

*Coloss. 3.
Ephes. 4.*

xta diui Pauli sententiã. Nõ intelligẽt huius templi arcana, nõ poterunt fabricam eius metiri, nec animo diuina ecclesiæ sacramenta cõplecti, si in sua perfidia perseuerauerint, & mortiferis impiorum facinorum labibus fuerint omnino corrupti, & deprauati.

Et vniuersa præcepta eius. Hoc est, quid de beatũ facere, & quãdo, & quomodo sint victimas immolaturi. Sæpe tẽpore fit, ut quod plerũque honestũ haberi soleat, inueniatur nõ esse honestum. Est enim cõsiderandũ in omni re quid aptũ sit, & consentaneũ tẽpori & personæ, tũ quid in dictis factisque dedecet. Cũ Timantes immolatã Iphigeniã depingeret, & tristẽ expressisset Calchãtẽ, mœstiorẽ Vlyssẽ, mœstissimũ Menelaũ, & oporteret tristiorẽ esse eius patrẽ Agamẽnonẽ, vidẽs nõ posse summũ illũ luctũ penicillo imitari, caput mœstissimi patris Agamẽnonis velo obtexit. Nõ enim debebat esse in tabula aliquẽ, quẽ luctu & dolore pater mortuæ Iphigeniæ nõ superaret. Etsi tabula illa magna esset industria elaborata in ostẽsiõe luctus Gregorũ, tamẽ vitium esse existimauit insignis pictor Timantes, pingere amicos summo squalore affectos maximõque dolore laceratos, vbi patrẽ nõ posset tristiorẽ depingere. Si id, quod alioquin artificii & ingeniũ pictura præse fert, vitium est ob tẽporis ac loci circũstantiã, quãto magis in vita, in moribus & factis? Si pictor quod deceat, querit, si quid tẽpora petat, quid psonis dignũ sit, cõsiderat, quid faciẽdũ est homini in rebus faciẽdis, in quibus debet decorũ seruare, & delectũ perquirere? ex quibus eius pender vita aut mors, gloria aut infamia? Per vniuersa præcepta intelliguntur hoc loco rerũ faciẽdarũ circũstantiã, & modus, & discretio, quã diuus Bernardus in Cãtica aurigã virtutum vocat: vbi etiã ait: Tolle discretionem, & virtus vitium erit.

Et omnes leges eius. Id est, omnia eius statuta. Nõnulli per leges tẽpli intelligunt eius

eius descriptioes: alij eius ceremonias. *Et faciant ea.* Ideo illi templum diuini cultu, precepta & circumstantias, & statuta, & ceremonias ostendes, vt hec, omnia opere adimpleat. Finis moralis philosophiæ potius est facere, quam scire. Quid tibi prodest definitionem virtutis percipere, si ipsam non habeas virtutem? Non in sermone regnu dei est, inquit apostolus, sed in virtute. Et Aristoteles, Non de virtute, inquit, scire sat est, sed enitendum est, ipsam habere. His, qui in virtutis actiones incubuerint, dicit dominus: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quia opera misericordie impleuistis. Non dicit: Percipite regnu, quia scientia fuistis instructi, sed quia in bonis operibus fuistis versati. Ideo non ait: Discite, dum venio, sed negotiamini, dum venio. Bona est scientia, sed debet esse cum virtute copulata. Vt malum limeum solum non comeditur, sed cum perdice, aut alio eiusmodi cibo: sic scientia perse sola absque virtute esca est inutilis, at cum virtute mista magnam avertit utilitatem, & virtutem reddit suauiore & illustriorem. Negotia, ad quæ nos deus inuitat, dicens: Negotiamini, dum venio, opera sunt honesta, & actiones virtutum. Contemplatio actio etiam est, sed mentis & intellectus. Quædam sunt animæ, quædam corporis actiones, & ad vtrasque nos dominus inuitat. Ex his duobus generibus actionum resultant duæ vitæ, actiua & contemplatiua, ex quarum missione efficitur & conflatur mirabilis quædam compositio, vita quædam euangelica, & Christiana ac sublimis philosophia. Ad has duas vitas nos hortatur dominus, dicens: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Per lumborum præcinctionem, & præparationem ad labores intelligitur vita actiua, per lumen verò intellectus, & lucernas ardentes vita contemplatiua. Quæ

duæ vitæ nomine Lia & Rachelis significatur. Lia enim idem est quod labor, Rachel verò idem est, quod vidēs deū. Tertia vita ab ijs duabus distincta & separata, quæ est posita in delicijs, & voluptatibus, & flagitijs, non hominis est, sed bruti. Non enim dicendus est homo, qui ducitur appetitu, qui est veredicia expers, qui diffluit illecebris, qui perturbatiōibus animi succūbit, qui virtutē spernit, & vitium sectatur, qui cum animū habeat, quo nihil est in vita præstantius, nihil excelsius, sic se abiicit & prosternit, vt nihil inter se ac inter quæ drupedem aliquem putet interesse.

Ista est domus in summitate montis. Hoc est, hæc est descriptio huius ædificij super monte fundati, vt visum fuit capite quadragesimo. Hoc ædificium super montem situm est ecclesia catholica super Christum ædificata, quæ ædificium, & templum, & ciuitas appellatur. De ea ait apud Mathæum dominus: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Mons est Christus, de quo ait Daniel: Lapis, qui percussit statuam, factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terrā. Eum appellat Esaias montem præparatū domus domini in vertice montium. Similiter & Michas, ad quem confluunt omnes gentes. Hic est primum & præcipuū huius ciuitatis fundamentū, de quo ait apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi id quod positū est, quod est Christus Iesus. Ait igitur deus Ezechieli. Hæc est descriptio, lex, & ratio huius ædificij, quod tibi in vertice montis sitū ostendo, vt totum sit sacrosanctum, nam omnes fines eius in circuitu sunt sanctæ, imò sancta sanctorum. Tanta sanctitate est hoc templum refertum, vt totum cum suis terminis sit sanctum sanctorum. In tabernaculo Moyfi, & in templo Salomonis illa duntaxat pars sancta sanctorum vocabatur, in qua erat arca & propitiatoriu: at in hoc templo nulla est

est pars, quæ non possit sanctum sanctorum appellari. Intuere huius templi sanctitatem & excellentiam. Poteris per templum hoc virginem sacratissimam dei genitricem intelligere, totam sanctam, totam pulchram, totam immaculatam, cui dixit in Canticis spōsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hæc est templū domini, sacrariū spiritus sancti, ædificium illud celeberrimū, de quo supra dixerat Ezechiel: Dimisit me super montem excelsum nimis, super quæ erat quasi ædificiū ciuitatis. Cum ciuitates omnes soluerent tributū, magna esset libertas, & eximium priuilegiū, esse vnā, quæ illud nunquam redderet, sed esset libera, & ab illo penitus immunis. Esset hoc profectō signū magnæ nobilitatis, & amplitudinis, & gloriæ, præsertim si hac lege condita esset, vt esset in perpetuū libera. Omne genus humanum est soluendo tributo obnoxium: est autem tributum hoc peccatū, in quo omnes generantur. Adæ præuaricatio nō solum illi nocuit, sed propagini, nec solum sibi acceptā à deo sanctitatem & iustitiam perdidit, sed etiā nobis. Et inquinatus ille per inobedientiæ peccatū, mortē & peccatū in omne genus humanū transfudit, dicere apostolo: Per vnū hominē peccatū intrauit in mundū, et per peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertransit, in quo omnes peccauerunt. Hoc Adæ peccatū, quod origine vnum est, & propagatione, nō imitatione transfusum omnibus, inest vnicuique propriū, per meritū vnus mediatoris dñi nostri Iesu Christi, qui nos deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, tollitur in baptisimo sacramento, vbi Christū induimus, iuxta id quod ait apostolus: Quicumque baptizati essis, Christum induistis. Et quoniam omnes in peccato originali concipiuntur, dicebat diuinus psaltes: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et

diuus Paulus: Eramus natura filij iræ. *Ephes. 2.* At admirabilis virgo Maria dei genitrix tributū hoc nunquā tulit. Fuit hoc singulare quoddam priuilegium, quod ei concessit summus rex, quoniam fuit genita, vt deum ipsum generaret, & creata à deo in tempore, vt eum, qui est absque tempore conciperet. Ideo fuit absque peccato concepta, quia eum erat conceptura, qui hominum peccata deleret: de quo dicebat sanctificatus Baptista: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hæc est immaculata dei genitrix, hæc est ciuitas illa immunitate ornata, quæ tale tributum pendere nō agnouit: de qua ita veluti stupefactus diuinus psaltes canebat: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et iterum: Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Peccatum originale vocat captiuitatem Iacob. Hæc est terra illa sacerdotalis, quæ nullo erat obnoxia tributo: Est in Genesi diuinis literis mandatum totam terrā Aegypti tributariā fuisse Pharaoni præter terram sacerdotalem. Ita permisit deus, vt terris alijs tributo obnoxijs, sola sacerdotis terra libera esset omnino. Christus est æternus ille sacerdos, de quo ait David: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: virgo autem sanctissima dei genitrix est eius terra, quæ fructum tulit ipsum dominum æternum sacerdotem, qui admirabilia rerum sanctissimarum mysteria nobis aperuit, & fidem ac veram religionem per omnes terrarum regiones longè lateque propagauit, nostraque scelera sacrificio sui corporis sacratissimi, & effusione sui sanguinis pretiosissimi expiauit, vt nos ad gloriam perduceret sempiternam. Huius sacerdotis terra est illa, quæ nullum vnquam penitus habuit peccatum, nec originale, nec actuale. De illa ait Ecclesiasticus: Liberasti me domine secundum multitudinem misericordiarum tuarum fuit enim

1. Corin. 4.

Mat. 25.

Luc. 19.

Simile.

Luc. 12.

Can. 4.

Sup. 4.

Sup. 40.

Mat. 5.

Dan. 2.

Esa. 2.

Micha. 4.

1. Corin. 3.

Exo. 26.

1. Reg. 6.

Rom. 5.

1. Corin. 1.

Gala. 3.

Isal. 50.

Ioan. 1.

Psal. 86.

Psal. 84.

Genes. 47.

Psal. 109.

Heb. 7.

Eccle. 51.

Esa. 11.
Cant. 2.

enim ab omni culpa præseruata. Hæc est virga egressa de radice Iesse, de qua flos ille ascēdit, qui ait: Ego flos campi, & lilium conuallium. Ad hunc Esaię locum alludens diuus Ambrosius, loquens de virgine Maria, ait: Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Et gloriosus martyr Cyprianus: O virgo iusta & omni iustitia plenissima, cuius conceptio singularis. Et beatus Hilarius: O virgo benedicta super omnes scēminas, quæ angelos vincis puritate, quæ omnes sanctos superas pietate. In sacro concilio Tridentino in quinta sessione, vbi dicitur & asseritur omnes esse in peccato originali conceptos, in fine decreti sunt hæc verba literis mandata: Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse sue intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam, dei genitricem. Hæc ibi. Hęc sacratissima semper virgo est quasi ædificium ciuitatis supra montem sitæ, hoc est supra genealogiam fundatæ patriarcharum & regum, & prophetarum, & ceterorū, quos numerat diuus Matthæus, dicens: Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam &c. De quibus omnibus orta est sacrosancta virgo Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ex multis lapidibus, & corribus terræ efficitur mons: & ex multis patriarchis, & regibus, & prophetis, & alijs fit genealogia. Tota huius generis congeries mons est admodum excelsus, super quem est gloriosa dei genitrix, illos omnes, à quibus originem ducit longè superans altitudine, puritate, sanctitate, gloria, & excellentia. Quare ab Ezechiele merito appellatur domus dei; tota facta, imò tota sancta sanctorum in summitate montis constituta. Heua duxit tenebras, Maria lucem: Heua mortem, Maria vitam: Heua

Mat. 1.

culpam, Maria gratiam. In Maria fuit instauratum, quod in Heua fuerat amissum. Qua in re voluit deus sapientiam suam ostendere. Si aurifex conflauit & effecit vas quoddam pulchrum, ingentique industria elaboratum, censetur ingeniosus artifex. Sed si fracto eo, aliud fecerit ex eadem materia, ex eodem auro multò elegantius & illustrius: tunc illum solertissimum artificem dicimus, summisque laudibus efferimus. Sapientissimus ille opifex, ille aurifex cœlestis in mūdi principio vas conflauit pulchrū & eximium, nimirum Heuam: sed vas hoc concussione tentationis serpentis fuit vsque adeo ruptum & attritum ob scelus perpetratum, vt ne vnā quidem gratiæ guttam caperet. At diuinus cælator & anaglyptes ex eadem massa, ex eadem carne humana, ex ipsius Heuæ progenie fecit vas aliud multò excellentius & præstantius absque vlla comparatione, nempe virginem sacratissimā Mariam, vas diuinū & admirabile, vas vitæ, plenum gratia & sanctitate, per quod genus instaurauit humanum. De ea ait Ecclesiasticus: Vas admirabile opus excelsi. Ex quo colligimus summā esse huius cœlestis artificis sapientiam, qui virginem sacratissimam condidit, vt ex illa ipse nasceretur, qui peccata deleteret, & hominibus errantibus viam æternæ beatitudinis consequendæ aperiret. Poteris literam hanc ita disponere: Ista est lex domus: In summitate montis omnes fines eius: in circuitu sanctū sanctorum est. Ac si diceret: Hæc est ratio huius ædificij. Omnes eius termini erunt in montis fastigio: & sanctum sanctorum erit intus situm in circuitu. Et hoc dices filijs Israelis, vt intelligant ad huius ædificij exemplar construendum esse futurum ædificium. Tale ædificiū filij Israelis nunquam confecerunt, nam secundum templum fuit multò minus: imò ipsum templum Salomonium ad huius tēpli magnificentiam non accessit. Sed

Simile.

Genes. 1.

Eccl. 43.

Sed

Exod. 25.

Sed confecit illud Christus deus noster, diuinus architectus, qui illud Ezechielii ostendebat. Quemadmodū deus ostendit Moyfi exemplar tabernaculi, quod erat in lege illa veteri cōficiendum, ita ostendit Ezechielii templum admirabile, ecclesiæ catholicæ, quod ipse deus erat in lege noua constructurus.

Ista sunt mensurae altaris. Descripto tēplo describit altare holocausti, quod erat in templo: cuius altaris mensura erat cubiti verissimi habentis palmum supra cubitum vulgarem. Duplex erat cubitus, vnus prophanus, alter sacer, quo utebantur sacerdotes in tēplo: & hic erat maior prophano, illumque palmo vno excedebat. Qua de re capite quadagesimo differuimus.

In sinu eius erat cubitus. Nimirum altaris. Sinum appellat fundamentum, quod erat eleuatum super terram, & huius eleuationis mensura erat cubiti vnus. Appellabatur sinus, quia curuitatem habebat: & quia quemadmodum sinus, quæ in ea ponuntur, recipit, ita hæc basis ea, quæ super illa sita erant. Hoc altare incipiebat à terra: & pars illa prima, quæ sinus dicebatur, erat altitudinis cubiti vnus. Super eam erat altera pars, quæ appellatur crepido minor: est autem crepido cuiusque rei extremitas. Erat autem hæc crepido altitudinis duorum cubitorum. Super crepidinem hanc erat altera crepido altitudinis quatuor cubitorum; crepido maior appellata. Super eam erat altare, quod appellatur ariel, ascendens sursum quatuor cubitos. Aliæ partes erant veluti bases huius altaris, in cuius superficie superiore cremabatur holocaustum. Et hoc altare terminabatur in quadam erectura, sursum eleuata, quæ appellatur labium, & erat vnus palmi. Et in quolibet altaris angulo erat cornu vnus. His prælibatis accedamus ad literæ explanationē. In sinu eius erat cubitus. Hoc est altaris basis eleuabatur à terra sursum, eratque eleuationis altitudo cubiti vnus.

Sequitur: Et cubitus in latitudine. Idest hoc fundamentum erat latius crepidine cubitum vnum: erat enim crepido angustior fundamento: & quò magis eleuabatur hoc opus, eò erat arctius, instar pyramæ. Nam cum per altare hoc intelligatur mens nostra, in qua debet esse perpetuus ignis diuinæ charitatis, in quo nos ipsos deo immolemus in perpetuum holocaustum, anima autem nostra quantò altius tendit, tantò se magis vnit, eū que renens, qui est ipsa vnitas, ideo hoc altare, quantò excelsius extollitur, tantò se magis vnit & astringit. Et quemadmodum ignis sursum tendens, quærens suum centrum & locum, se astringit, & pyramidalem efficit figuram, sic anima nostra sursum se efferens, quærens deum centrum suum, se vnit & coadunat: & veluti ignis creatus quærit ignem illum increatum, de quo ait diuus Paulus, & fuerat in Deo teronomio literis mandatum: Deus noster ignis consumens est. Huius altaris mensuræ sunt ornamenta virtutum, quæ accipiuntur in cubito verissimo; hoc est in fide catholica, per quam omnium virtutum opera quodammodo mensurantur; sine qua fide teste apostolo impossibile est placere deo.

Simile.

Deute. 4.
Hebr. 12.

Hebr. 11.

Et definitio eius vsque ad labium. Idest, hoc altare incipiebat à pavimento, & sursum ascendens se astringebat, & terminabatur eius altitudo in labio altaris, quod labium erat vnus palmi: & superiorem superficiem vndique cingebat.

Hæc quoque erat fossa altaris. Hoc est, in superficie superiore altaris erat quædam fossa, vbi cremabatur holocaustum. Esse autem fossam hanc in altitudine altaris, non autem in terra indicat translatio septuaginta habens: Altaris altitudo. Quantò anima nostra se altius ad deum extulerit, tantò profundiorē humilitatis fossam habebit in seipsa. Est enim fossa hæc in altari humilitas in anima, & propriæ fragilitatis cognitio, quæ hominem deo gratum facit, sicut superbia in festum.

Zz

Eccle. 10. festum. Ideo ait Ecclesiasticus: Odibilis
 scorum deo & hominibus est superbia.
11. Ipse autem ariel. Ariel sonat lucem dei,
 seu leonem dei, siue leonem fortem. Ca-
Esa. 29. pite. 29. Esaię accipitur pro ciuitate Hie-
 rosolyma, vbi erat altare holocausti, hic
 autem accipitur pro ipso altari. Vocatur
 autem altare holocausti ariel, quia velu-
 ti fortis leo carnes consumit, ita altare
 hoc victimas & holocausta. Poteris per
 altare hoc in terra fixo, & sursum erecto
 crucem sanctam intelligere, vbi pro no-
 bis immolatus est Christus, se hostiam
 deuoues ac constituens. Hoc est summū
 nostrum holocaustum, quod igne diui-
 ni amoris flagrauit. In lignis illis combu-
 sta est vnica phoenix flammis suę chari-
1047. 13. tatis incensa. Quando discipulis suis pe-
 des lauit, & in vltima cœna admirabile
 eucharistię sacramentum instituit, &
 apud eos sermonem illum habuit amo-
 ris plenissimum, quem diuus Ioānes co-
 piose literis mandauit, quid aliud facie-
 bat diuina illa phoenix, quam alas moue-
 re, ignisque ardentis flammam erigere,
 quibus erat in crucis ara cremanda? Illic
 mortuus est dator vitę, vt morte sua
 mortem occideret, illic pendit ipsa vi-
 ta, vt nobis tribueret vitam: de qua fue-
Deut. 28. rat in libro Deuteronomij prædictum:
 Erit vita tua pendens ante te. Illic sum-
 mus sacerdos expirauit, vt vbi termina-
 batur eius labor, inciperet nostra re-
 quies. Quid voluit diuina scriptura in li-
1050. 10. bro Iosue significare, dicens, homicidā
 post mortem summi pontificis absolu-
 tum ad patriam propriam redire, nisi fo-
 re, vt genus humanum, quod sibi ob pec-
 catum intulerat mortem, post Christi,
 summi sacerdotis, mortem a scelerū vin-
 culis absolutam ad paradisi possessionē
Genes. 2. perueniret? Crux illa sacratissima est ar-
Genes. 28. bor vitę: est scala Iacob, quę cœlos at-
 tingebat, cui dominus erat affixus, per
 quam ad regnū cœleste possumus ascen-
Exod. 14. dere. Hęc est virga Aaronis, quę mare
 diuisit, & viam ostendit ad yeram pa-

triam promissionis, quę traducto dei po-
 pulo Aegyptios subuertit. Hęc est ci-
 thara Davidis, quę demones effugabat. **1. Reg. 16.**
 Hęc est clauis illa paradisi, quę cœlum
 aperuit. Nam cum antea clausum esset,
 fuit ita diuinitus per crucem referatum,
 vt diceret diuus Stephanus: Video cœ- **Act. 7.**
 los apertos. Id intelligens eximius ille
 vates Esaias intruens mentis oculis inno-
 centissimum agnum, dominum Iesum
 esse super humerum crucem baiulatu-
 rum, inducit patrem cœlestem has vo-
 ces emittentem: Dabo clauē domus Da- **Esa. 22.**
 uid super humerum eius, & aperiet, &
 non erit, qui claudat. Hęc domus regis
 Davidis est gloria cœlestis, aula regis
 sempiterni: clauis, qua aperitur, crux
 Christi est, quam pius Iesus, verus Isaac **Genes. 22.**
 per cliuum montis Morię, ad locū ten-
 dens Caluarie suis humeris asportauit. **Matth. 27.**
 Illa fuit in montis vertice constituta, **Mar. 15.**
 & Christi corpore sacrata & gloriosa, **Luc. 23.**
 ibique remansit erecta tanquam singu- **Ioan. 19.**
 lare trophæum, & clarissimum diuinę
 pietatis monumentum. In ea oblati sunt
 filii dei, quia ipse voluit. Illa est altare **Esa. 53.**
 cœlestis holocausti, quod fuit adombra-
 tum in altari hoc, de quo hic loquitur
 Ezechiel. Altare hoc quatuor cornua
 habebat, & crux alia similiter quatuor
 quorum duo transuersa et si viderentur
 manus Christi tenere, ab ipsa tamē ma-
 nibus tenebantur. Ita enim ait Habacuc:
 Et cornua in manibus eius. Ipse sustenta- **Hab. 3.**
 bat crucem, in qua pro nobis immolaba-
 tur. Appellatur hoc altare ariel, & ipsa
 crux ariel fuit, hoc est leo fortis, quia
 ipsa vicit mundum. Ea aduersus hostes
 tam animę, quam corporis munimur.
 Ea est signum nostrarum spiritualium
 & temporalium victoriarū. Ea est forti-
 tudo nostra: ea est Christianę dignita-
 tis pulcherrimum ornamentum, nostrę
 quę salutis firmissimum præsidium. Cum
 filij prophetarum prope Iordanem cæ- **4. Reg. 6.**
 derent ligna securibus, exilię ferrum se-
 curis, & mersum est in flumine: sed Eli-
 sæus

sæus lignum securis accepit, & misit in
 flumen, & ferrum mersum statim super-
 natavit: & receperunt illud filij prophe-
 tarū. Non poterat erui per se, venit Eli-
 sæus, & accepto ligno illud eruit. Non-
 ne aspicias crucis mysterium. Erat mun-
 di durities in profundo errorum submer-
 sa, iacebat grauis natura nostra peccato
 corrupta in ignorantie profunditate: he-
 rebat genus humanum in imo fluuij pō-
 dere peccati grauatum propter lignum,
 in quo peccauit Adam, propter primo-
 rum parentum transgressionem, & pro-
 pter infinitatem scelerum: venit cœle-
 stis Elisæus Christus deus noster, & per
 lignum crucis erexit ferrum, extulit ho-
 minum genus, quod simile duro & gra-
 ui ferro in errorum profundo iacebat.
 Ita Tertulianus, & post illum Cyrillus
 figuram hanc interpretantur.

Et ariel duodecim cubitorum. Erat hoc alta-
 re quadratum equis lateribus. Locus cre-
 mationis, qui erat in superiore superfi-
 cie, erat duodecim cubitorum, sed tota
 superficies erat quatuordecim: pars autē
 superficiēi circueus locum cremationis
 appellatur corona, quod instar coronę
 caput altaris redimeret: eratque dimidij
 cubiti crassitudo eius. Diximus per alta-
 re hoc intelligi mentem nostram, quę
 debet esse quadrata, hoc est constans ac
 firma in virtute. Per duodecim cubitos
 in loco cremationis intelligitur instru-
 ctio duodecim apostolorum: & per qua-
 tuordecim cubitos in tota superficie qua-
 tuordecim articuli fidei. Et per coronā
 intelligitur victoria, quam anima de ho-
 stibus suis reportat, eorum tentationi-
 bus resistens: & præmium, quo afficitur
 a deo eius certaminis inspectore. In hoc
 altari debemus propriam cōburere vo-
 luntatem igne illo, de quo ait Christus:
Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid
simile. volo, nisi vt accendatur? In huius animę
 fossa est magna cogitationum multitu-
 do, quę vix possunt cohiberi. Vt enim
 fluuius aquarum rapidus & vehemens

magna cum difficultate detinetur & im-
 peditur: sic fluuius cogitationum a fon-
 te cordis manantium vix potest coerce-
 ri, ne aliqua fluat ex parte: nam obtura-
 ta vna exit per alteram. At si vir est ani-
 mi fortitudine munitus, impetum inuti-
 lum cogitationem continet & coercet,
 & ita ariel, hoc est leo fortis eius animus
 vocatur. In hoc altari pro vitulo debe-
 mus immolare superbie tumorem, pro
 ariete iram feruescentem extinguere,
 pro hirco sensualitatis motum exurere,
 pro columbis & tururibus cunctas cor-
 dis vanitates concidere. Hęc sunt verę
 victimę igne charitatis exustę, & gla-
 dio obedientie occisę. Præcepit deus
 Abrahamo, vt filium suum Isaac immo- **Genes. 22.**
 laret, illē autem eum occidere volens
 occidit arietem, Isaac in columbe perma-
 nente. Isaac gaudium & risum signifi-
 cat. Vult deus, vt carnis voluptates occi-
 damus, easque tanquam filios immole-
 mus. Cum autem gaudia & oblectatio-
 nes sacrificamus deo, nō illa amittimus,
 nam amittentes gaudia corporis, inue-
 nimus gaudia spiritus: iugulamus arie-
 tem falsę voluptatis, & inuenimus Isaac
 diuinę consolationis. Aspicias igitur per
 hoc altare holocausti animam nostram
 significari, in qua debet esse charitatis
 ignis, vbi nos ipsos immolemus: & signi-
 ficari sanctam Christi crucem, in qua
 ipse se obtulit in holocaustum, & diui-
 num sacrificium. Fossa altaris est humi-
 litas Christi, quę magnoperē apparuit
 in cruce: vel est humilitas in anima ve-
 rē Christiani: vel est cogitationum re-
 ceptaculum.

Et finis eius vnus cubiti. Id est, fundamen-
 tum altaris erat vnus cubiti super ter-
 ram, per quatuor latera.

Gradus autē eius versus ad orientē. Ita vt qui
 ascenderent ad immolandum, haberent
 oculos aduersus templum. Aduerte. Nō
 explicat, quot sint gradus, quibus ascen-
 dit ad holocaustum. Nam ad Chri-
 stum crucifixum variē tendunt homi-
 nes,

nes, vt se cum illo crucifigāt, alij per plures gradus, alij per pauciores. Ideo graduum numerus relinquitur incertus: vt et si ad altiores ascendamus, semper tamen in inferioribus nos esse existimemus: eamusque iuxta prophetæ sententiam de virtute in virtutem, donec videatur deus in Sion. Hoc est in æterna felicitate.

psal. 83.

Et dixit ad me, fili hominis hæc dicit dominus deus: Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus & leuitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus deus: vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super corona in circuitu: & mundabis illud, & expiabis. Et tolles vitulum, qui oblatu fuerit pro peccato, & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo.

Cumque compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato cotidie, & vitulum de armen-

o, & arietem de pecoribus immaculatos offeret. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus in die octaua, & ultra facient sacerdotes super altare holocausta vestra: & que pro pace offerunt. Et placatus ero vobis: ait dominus deus.

Et dixit ad me. Egit de altari sacrificij, nunc agit de ritibus sacrificandi. Sequitur: Hi sunt ritus altaris. Id est, hæ sunt obseruationes circa altare hoc custodiendæ.

Qui sunt de semine Sadoc. Sadoc idem est quod iustus: sacerdos fuit in lege vetere, de quo supra locuti sumus, capite. 40.

Vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Idem dixerat etiam his verbis dominus in Leuitico: Immolabit vitulum coram domino: & offerent filij Aaronis sacerdotis sanguinem eius fundentes per altaris circuitum. Hic vitulus pro populi peccato oblatu Christi imaginem gerbat: de quo dixerat Esaias: Oblatus est, quia ipse voluit. Ad illum locum Leuitici videtur alludere regius vates, quando in psalmo inducit Christum cum patre in hunc modum loquentem: Holocausta & pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, deus meus volui. Agebatur de sacrificio: & quoniam liber Leuiticus plenus est sacrificiorum cœlestia sacramenta spirantium, per caput libri intelligitur principium Leuitici, & ipsum primum caput, vbi tractatur de vitulo pro mundi peccato immolando. Statim in libri fronspicio agitur de Christo pro hominum sceleribus sacrificando. Intelligi autem psalmum illum de Christo, indicat diuus Paulus in epistola ad Hebræos. Sunt tamen, qui per caput libri summam intelligant totius scripturæ, vt sit sensus: Si totam legis substantiam in epitomen

Leuit. 1.

Esa. 53.

psal. 39.

Hebr. 10.

&

& compendium redegeris, totam eam inuenies locutam esse de me.

Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius. Hoc est accipiens de sanguine vituli immolati pones illud super quatuor cornua altaris. Hic est sanguis Christi, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mundi partes liberauit, & a demonis tyrannide redemit. Non corruptilibus auro & argento, inquit apostolorum princeps, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Empti enim estis pretio magno. Et diuus Ioannes in prima epistola sua: Sanguis Iesu Christi filij dei emundat nos ab omni peccato. Hic Christi sanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuorque orbis terrarum oras eripiens, fuit per duodecim apostolos prædicatus; qui sunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine, & in latitudine: quoniam mundum vniuersum in longitudine & latitudine peragrarunt: & vt diuinus cecinerat vates, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Verum vbi æditio nostra habet: Et assumens de sanguine eius, & pones &c, habent septuaginta: Et assument de sanguine eius, nempe sacerdotes, & ponent. Eam ob causam potest hoc ita explanari: Assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, hoc est assumendum a sacerdotibus dices: & ab illis super quatuor cornua altaris ponendum. Vel ideo hoc sanguine vngebatur altare, vt intelligeremus, debere nos animam nostram vngere memoria sanguinis Iesu Christi per piam & deuotam meditationem & compassionem, & ad ipsam animam meritum sanguinis passionis, & mortis redemptoris nostri per sancta sacramenta applicare.

Et combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. Hoc est, non comburetur

hic vitulus domi, sed in loco separato a domo extra sanctuarium. Eodem modo in libro Leuitici & Numerorum præcepisse deum legimus, vitulum pro peccato immolatum extra castra asportari. Hæc loca interpretans de Christo diuus Paulus in epistola ad Hebræos, Quorum animalium, inquit, inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremabantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improprium eius portantes: Hæc ille. Idem voluit ipse Christus Iudeis significare, quando narrauit illis parabolam de patre familias, qui vineam plantauerat, misitque filium suum ad colonos, qui eum apprehensum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Fuit enim a ciuitate Hierosolyma deiectus, & in monte Caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cœlestis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnusquisque nostrum vitulus esse debet totus immolatus in cruce penitentiae, extra ciuitatem mundi, extra castra vanitatum & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes, & cupiditates. Ad hoc nos hortatur apostolus in epistola ad Romanos, dicens: Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationale obsequium vestrum. Rationabile obsequium appellat humanum sacrificium, cum homo seipsum immolat deo, ei seruiens & obtemperans. Græcè enim est, latian logicin. Hoc est non carnale sacrificium vitulorum mortuorum, & animalium irrationabilium, quemadmodum Iudei olim offerebant, sed rationale & spirituale nouæ in Christo vite sacrificium: sacrificate vos ipsos viuentes & rationales. Id appellat hostiam viuentem, & obsequium rationale. Ac si diceret: Non est necesse, vt occi-

Leuit. 16.

Num. 19.

Hebr. 13.

Matth. 21.

Roma. 12.

dati vos ipsos, est enim omnibus anima in custodia corporis retinenda, nec iniussu dei eius creatore ex hac vita discedendum, & vincula carceris frangenda, ne munus assignatum à deo defugisse videamini: sed occidite impios appetitus, & concupiscentias deprauatas, contemnite voluptates, coercete vanas cogitationes, offerite deo animam & cor vestrum, & ita mortui quo ad carnem, & viui quo ad spiritum, eritis viuum & rationale holocaustum. Hoc autem obsecrabat Romanos diuus Paulus dicēs: Obsecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem, & profundam animi submissionem ostendebat. Et ne aliquis existimaret satis esse præbere deo voluntatem, non autem corpus, incipit à corporibus, indicans non satis esse deum colere inuis per voluntatem, sed oportere corpora etiam illi immolare per bonorum operum sacrificia, per poenitentiam & carnis mortificationem. Quibus verbis obiter ostendit antiquata esse & finita legis sacrificia animalium mortuorum, quæ umbra fuerant Christi occidendi, qui morte sua erat mortem occisurus, nunc verò mortuo iam Christo, & ecclesia constituta, & humana redemptione celebrata, cessasse iam vetera sacrificia, quoniam apparente veritate necesse est umbras & figuras disparere. Oportere autem rationabile obsequium, & sacrificiū, hoc est nos ipsos deo immolare. Ita hunc diui Pauli locū Origenes, & Photius, & alij nonnulli exponunt. Poteris nihilominus per obsequiū rationabile illud intelligere, quod est ad rationis normam directum, & rationabiliter factū. Ita illud interpretatur Augustinus libro decimo de ciuitate dei: & diuus Hieronymus in scholijs: & Theophylactus in commentarijs in illum locum: & post eos diuus Thomas. Nam non satis est bonum opus efficere, nisi illud prudenter & rationabiliter efficias, & personæ, temporis, ac loci, ordinem & circumstantias

obserues, iuxta id quod ait in prima ad Corinthios apostolus: Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Hoc est decēter, & ordinate, & cum debitis circumstantijs.

Et mittent sacerdotes super eos sal. In Leuitico sunt hæc verba literis mandata: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies. Et apud Marcū ait dominus: Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. Et paulò post: Habete in vobis salē. Per salem sapientia intelligitur, & prudentia. Debemus nos deo in holocaustū offerre & perpetuum sacrificium, sed sapienter & prudenter, vt paulò antè dicebam, iuxta id quod citabam ex apostolo: Rationabile sit obsequium vestrum. Omnes virtutum actiones debent esse cum prudentia coniunctæ. Conquerentibus ciuibus Iericho, & apud prophetā Elisæum sterilitatem aquarum regionis illius lamentantibus dixit diuinus vates: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud salem. Et sale illo aquas reddidit dulces. Aquæ illæ steriles sunt quædā Moysaicae sanctiones, quarum superficies, si literam tantum spectes, nihil habere videtur, quod legentem ædificet: nihil, quod illum oblectet. At si cum ad legis lectionem accesseris, cor nouum attuleris, sale sapientiae refertum, in litera occidente spiritum inuenies viuificatē: & id quod sterile tibi & amarum videbatur, in suauitatem & dulcedinem conuertetur. Videbis enim verba illa spirare diuina nouæ legis sacramenta, & bonorum, quæ erant ventura, imaginem gelsisse.

Septem diebus facies hircum. Hoc est, sacrificabis hircum. Sequitur: Et vitulum de armento. Ex hebraico potest verti: Et vitulum filium bouis. Sequitur: Et arietem de peccoribus immaculatos. Dicitio, immaculatos refertur ad hircum & vitulum & arietem. Vitulus est corpus proprium, hircus portio sensitua, aries ratio, quæ ductrix est operum animæ,

Annotationes ex hebræo in caput XLIII.

ET in ruinis regum suorum. Non contaminabitur nomen meū, ait deus, in peccatis Hebræorum, & regum ipsorum. Eorum peccata ruinas appellat. In hebraico pro ruinis est *רָגַב* pighre, à verbo *רָגַב*, quod significat ruere, defatigari, & lassum esse: vt primo Regum. 20. Substanti-
rant enim ducenti, qui lassum transire non poterant torrentem Besor. Inde derivatur nomen hoc pigher, quod lassitudinem significat & ruinam: quam significationem secutus est noster interpret. Significat etiam hoc nomen cadauer, vt apud Esaiam: Quasi cadauer putridum. Et Numerorum quartodecimo: Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Hac ratione ducti Pagninus & Brixianus vertunt: In cadaueribus regum suorum. Videtur alludere diuinus vates ad reges Amon & Manassem, qui fuerunt iuxta templum sepulti in hortis suis: & cadaueribus suis sacra polluerunt. Quicquid enim tunc attingebat cadauer, pollutum manere dicebatur iuxta legis cæremonias, vt constat ex Leuitico & Deuteronomio. Poteris per ruinas intelligere cedes, quas principes & magnates Iudæorum inferebant innocentibus. Huic interpretationi fauet versio septuaginta, ita habens: Non contaminabit ultra domus Israelis nomen meum sanctum, ipsi & duces eorum in fornicatione sua, & in homicidijs ducum suorum. Pro in ruinis vertunt *בְּרַאשׁוֹת הַמַּלְאָכִים*, hoc est, in homicidijs.

Et combures eum in separato loco domus. Pro in separato loco est in hebraico vnica dicitio cum præpositione, nempe *בְּמִיחָדָשׁ* be miphcadh, à verbo *פָּאָדָה* pacadh, quod significat visitare, vt in psalmo: Visita uisceribus istam. Significat etiam præcipere,

Zz 4 vi apud

animæ, sicut ouium ductor est aries. Omnia hæc debemus deo immolare septem diebus, hoc est toto vitæ spatio: numerus enim septenarius totum tempus poenitentiae designat. Hi sunt septem dies, quibus ad spiritualem circuncisionem peruenitur. Et quibus septem illis donis spiritus sancti ab Esaiâ capite vndecimo numeratis ornati, perueniemus ad diem octauum, ad resurrectionem vitæ, ad montem æternæ hæreditatis: de quo dicitur in libro Exodi: Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine. Ibi requiescent, qui hic tempore septenario seiplos deo obtulerint & immolauerint, & vt ait Christus apud Matthæum: Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.

Et implebunt manum eius. Nimirum altaris. Vt manu capimus oblata, ita altare capiebat ea, quæ in eo immolanda ponebantur. Vel sic: Filij Israelis implebunt manum sacerdotis immolantis. Nam populus animalia sacerdoti ministrabat. Vel sic: Sacerdotes implebunt manum suam carnibus sacrificiorum. In nonnullis enim codicibus pro implebunt manum eius, est ad marginem: implebunt manum suam. Et septuaginta habent: Et implebunt manus eorum, siue suas.

Et quæ pro pace offerunt. Precantes vt pacem obrineant. Vel gratias agentes pro pace obtenta. Ex hebraico verti potest: pacificas hostias vestras. Solebant quondam veteres, cum pacem & tranquillitatem consequebantur, hostias deo offerre, quæ dicebantur pacificæ, ad animi gratitudinem pro tam eximio beneficio ostendendam: De ijs ostijs pacificis loquitur diuina scriptura capite vigesimo quarto, & trigesimo secundo Exodi. Et capite tertio, & septimo Leuitici. Et capite. 35. libri secundi Paralipomenon. Et alijs in locis.

Exe. 24. & 32.

Leuiti. 3. & 17.

2. Para. 35.

boni

Esa. 13. vt apud Esaiam: Dominus exercituum præcipit militiæ belli. Significat etiam recensere. Ideo poterat verti locus ille Esaiæ: Dominus exercituum recedet exercitum bellicum. Et constituere, vt in libro Numerorum. 1. Constitues eos super tabernaculum. Eam ob causam locus ille Iob: Visitatio tua custodiuit spiritum meum, potest transferri: Præceptum tuum, vel constitutio tua custodit spiritum meum. Idem enim vocabulum significat visitationem, præceptum, & constitutionem. Illud quoque Ezechielis: Appropinquauerunt visitationes vrbs, verti potest: Appropinquauerunt cõstituti super urbem. Illud etiã psalmographi: Iustitiæ domini rectæ, transferri põt: Cõstitutiones dñi rectæ. Quare locus hic Ezechielis potest ita conuerti. Et combures eum ex præcepto, vel constitutione domus, extra sanctuarium. Ac si dicat: Combures eum extra sanctuarium iuxta templi constitutionem. Ita enim erat statutum, vt sacerdotes animalia hæc extra sanctuarium comburerent. Hac ratione ductus Pagninus transtulit: Et comburet eum comburens secundum præceptum domus extra sanctuarium. Nihilominus tamen dictio hæc locum separatam significat. Vnde septuaginta habent: Et comburet in loco separato domus extra sancta. Quos hoc loco secutus est latinus noster interpres. Et merito quidẽ: actiones enim virtutum non in loco publico ad hominum laudem & populũ rursus aucupandum fieri debent, sed in loco separato, iuxta id quod ait dominus: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum. Et paulò post: Ne faciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et paulò post: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: Non

prohibet deus fieri bona opera publice, quando oportet, oportet autem sepe: sed ne intentio sit ob gloriam inanem, ad vanam hominum opinionem querendam: sed ad deum ipsum dirigatur. Ideo ait apostolus: Siue māducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Vt homo cooperit domi supellectilia, ne inquinentur, sic cooperire debet bona opera, quæ agit, ne corrumpantur. Mirum est profecto, sed legendum quidem, habere hominẽ domi suę vestes in apoditerio tectas, parmam tectam lineo operimento, gladiũ opertum vagina, sagittas pharetra: & sic de cæteris, solũ autem virtutem, si quam habet, detectam. Omnia vult habere cooperta, præter bona opera, in quæ aliquando incumbit, quæ vult omnibus diuulgari. Quo fit, vt pro illis à deo nõ recipiat beatitudinis præmium: Ipse enim ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, nimirum inanem hominum laudem. Vt autem virtutum actiones meritoria sint apud deum, debent ad ipsum dirigi, & vanos populũ rursus musculos vitare. Ideo ait deus hoc Ezechielis loco, vt sacrificia nostra fiant in loco separato.

Expiabunt altare. In hebraico est pro expiabunt *וְיִסְפְּרוּ* iecapperu, à verbo *חָפַר* phar, quod significat linire bitumine, vt Genesis sexto: Bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Significat etiam placare, & expiare. Id quod habet communis editio in Exodo: Et deprecabitur Aaron super cornua altaris semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato: reddi poterat latine in hunc modum: Expiabit Aaron, cum posuerit sanguinem oblatum pro peccato super cornua altaris semel in anno. Summus enim sacerdos Christus deus noster scelera nostra expiauit, cum sanguinem suum oblatum pro mundi peccatis super cornua crucis profudit. A verbo hoc deriuatur nomen chapreth, quod

psal. 48.

quod placationem significat: vt in psalmo: Frater non redimet, redimet homo, & nõ dabit deo placationem suam. Ac si dicat: Multi erunt tanta imbuti impietate, vt nolint Christi sanguine liberari: & hi à nemine vnquam liberabuntur: nam si Christus, qui ob assumptam humanitatem frater noster est, verus homo, & verus deus, eos non est redempturus ex parte ipsorum, qui fieri potest, vt purus homo aliquis eos possit redimere? Nemo igitur est, qui perfidos, & impios in sua impietate manentes eripiat, nemo qui aliquid pro illis tribuat deo, quo illum placare possit. Possunt hæc verba ita ex hebræo transferri: Fratrem redimendo redimere non potest aliquis, nec dare deo pro vita eius redemptionem: vt sit sensus: Nemo speret se diuitiarum magnitudine comparaturum alicui, quem amore prosequatur, huius vitæ perpetuitatem: non est, qui aliquem possit à morte liberare, nec pretium redemptionis eius deo persolvere: cum deus ad vitam alicui dilatandam nullis opibus moueatur. Cum igitur verbum hoc bitumine linire significet, & placare, & expiare, hæc autem vltima significatio sit huic loco congruentior, merito eã secutus est noster interpres.

Argumentum capitis.

XLIII.



STENDIT dominus vates, quæ templi porta sit clausa. Iubetur populi flagitia reprehendere. Explicat, qui sint ad templi ministerium admittendi, qui vero reprobandi. Describit sacerdotum officium, qui tanta debent esse animi puritate & magnitudine mi-

niti, tam firma rerum humanarum tolerantia roborati, tam validis virtutum mœnibus vndique septi, vt nullis tentationum oppugnationibus vincantur, nullis hostium machinis expugnentur.

Caput XLIII.



A T conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem: & erat clausa. Et dixit dñs ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur: & vir non transibit per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eã: eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram domino. Per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonis in conspectu domus: & vidi: & ecce impleuit gloria domini domum domini. Et cecidi in faciem meam: & dixit ad me dominus: Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremonijs domus domini, & de cunctis legibus eius. Et pones cor tuum in visis templi, per omnes exitus sanctuarij: & dices ad exasperatam me domum Israel: Hæc dicit dominus deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eò quod in-

B

ducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircūcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meā: & offertis panes meos, adipem & sanguinem, & dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris: & non seruaſtis precepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobis metipsis. Hæc dicit dominus deus: Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel.

EXPLANATIO.

ET conuertit me. Nimirū ductor meus. Locutus fuit de templo, & de altari holocausti: nunc loquitur de eius oblationibus. Templum & atrium intra tertium murum, quod erat intimū, in quo erat ipsum templum: totum hoc appellabatur sanctuarium: sed templum dicebatur sanctuarium interius, atrium verò sanctuarium exterius, quia erat extra templum. Ait igitur se fuisse conuersum ad viam portæ orientalis atrij interioris, quod atrium appellabatur sanctuarium exterius: quæ quidem porta clausa erat.

Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Capiſe superiore dictum fuit, ingressum fuisse dominum per portam hanc. Et quoniam gloria domini per eam introierat, nemo poterat ingredi per illam. Oportebat esse portam illam magno affectū honore, & ingente veneratione, quæ tanta dignitate & excellentia erat ornata, vt deus dignaretur per illā introire. Et licet porta hæc omnibus esset clausa,

poterat tamē princeps ingredi per eam, & in ea sedere: ideo ait: Eritque clausa principi. Ac si dicat: Erit clausa ad vsum principis: omnibus alijs clausa erit, præterquam ipsi: ille enim eam clausam habebit. Sed quis non vider, portam hanc in domo dei perpetuò clausam, per quam solus deus ingressus & egressus est, esse sacratissimam dei genitricem Mariam, perpetua virginitate præditam, in cuius vtero virgineo deus humanam carnem ex purissimis eius sanguinibus assumpsit: per quam egressus est Christus nascens in mundo, illa in virginitate sua permanente? Diuus Hieronymus explicans hunc locū per hanc portam semper clausam, hanc sacratissimam semper virginem Mariam intelligit. In eadem sententia est diuus Ioannes Chryſostomus in homilia de Ioanne Baptista: & beatus Ambrosius epistola. 81. & sanctus Cyprianus de simbolo apostolorum: & diuus Augustinus tomo decimo sermone secundo natiuitatis domini, & sermone quattodecimo eiusdem festi: & Damascenus libro quarto, capite quintodecimo: & Eusebius Emisenus de natiuitate domini homilia prima: & multi alij doctores. Est igitur hæc porta absque dubio dei genitrix virgo, ex qua natus est Iesus, qui se hominibus ostendit, & communicauit, & cum illis conuersatus est. Ita de illo prædixerat Baruc propheta: *Baruc. 3.* Hic est deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adiuuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hęc ille. Porta hæc clausa, per quam ille egressus est, Maria est semper virgo, princeps autem hic, qui per eā ingressus & egressus est, ipse Christus est deus noster, quē Esaias *Esai. 9.* principē pacis appellat: & diuus Ioānes in Apocalypsi principem regum terræ. *Apoca. 1.* Hęc

*Zacha. 6.**Ioan. 8.**Genes. 6.**simile.**Esai. 7.**Math. 1.**Esai. 117.**Ruth. 4.**2. Reg. 18.**Ierem. 7.*

Hęc est porta illa orientalis, in quam ingressus est oriens ille, de quo dixerat Zacharias propheta: Ecce vir: Oriens nomen eius: per quam egressa est lux illa, quæ de se ait: Ego sum lux mundi. In arca Noe erat quædam ianua, qua ingrederetur lux, quæ splenderet, non autem aqua, quæ obrueret. Hęc arca imago fuit ecclesiæ catholicæ iuxta Origenis sententiam, quem hac in re secutus est diuus Hieronymus, & viri alij sapientia præstantes. Ianua huius arcæ virgo est dei genitrix, per quam in ecclesiam ingreditur claritas gratiæ, qua salui sumus, sed non aqua culpæ, qua submergamur. Hęc habet naturam vitrea fenestra ob materiam translucidam, vt lucem recipiat, non autem aquam, nec puluerem: ob diaphanitatem capax est claritatis, ob soliditatem impenetrabilis, & aquarum expultrix. Et quemadmodum sol per vitream fenestram ingreditur, & egreditur sine ipsius vitri corruptione, sic sol iustitiæ Christus deus noster in sacratissimo virginis vtero fuit admirabiliter conceptus, & ex ea natus absque ipsius virginis fractione: mansit enim virgo in partu, & post partum, quemadmodū ante partum. Hęc est, de qua dixerat Esaias: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: hoc est nobiscum deus. Hęc porta clausa est in æternum secundum virginitatem, sed aperta secundum charitatem: illa est enim, per cuius merita & intercessionem viri iusti æternum gloriæ templum ingrediuntur. De ea cecinit diuinus psalter: Hęc porta domini, iusti intrabunt per eam: hoc est per eius meritum & intercessionem. Hęc est porta, in qua factum est matrimonium inter Booz & Ruth, hoc est inter Christum & ecclesiam. Iuxta hanc portam sedens Dauid audiuit saluum esse exercitum suum, & mortuum hostem suum Absolonem. Eam ob causam Ieremias has voces emisit: Sta in porta domus do-

mini. Hęc est porta, cui appropinquans *Luc. 7.* filius dei mortuum suscitauit. Nam ideo genus humanum, quod per peccatum mortuum erat, ad vitam rediit, quia filius dei humanam assumpsit naturam, ex vtero virginis tanquam sponsus de *Psal. 18.* thalamo suo processit, & exultauit vt gigas ad currendam viam: à summò cœlo egressio eius, & occurſus eius vsque ad summum eius. Hęc est porta, de qua ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Vidi, *Apoca. 4.* & ecce ostium apertum in cœlo. Aperta est porta hæc per charitatem, vt eius præcibus & meritis nos intromitteret ad cœlum: sed clausa per virginitatem, vt esset omni puritate prædita, & ab omni corruptione penitus referuata. Si Habacuc in lacum leonum deferens Danie *Danie. 13.* li prandium ingressus & egressus est, nō apertis ostijs, sed clausis, quomodo beatissima dei genitrix non posset saluis claustris pudoris concipere, & parere cum eius filius sit ipse deus, factus homo? Natus est sol de stella, sol qui occasum nescit, stella, quæ semper rutilat & micat. *simile.* Quæadmodū sydus radiū profert absque sui corruptione, sic beata Maria filium peperit absque virginalis pudicitie amissione. Vt adueniente nocte multa syde- *simile.* ra apparent in cœlo ab oriente ad occasum tendentia, sed paruo lumine rutilantia, in aurora verò sole aduentante apparet stella fulgentissima, quæ Lucifer, & stella matutina, & sydus auroræ solem præcedens appellatur: sic post peccatum Adæ adueniente nocte culpæ astra multa apparuerunt: nimirum Abel, Enoch, Noe, Abraham, & cæteri patriarchæ & prophætæ, sed omnia hæc astra paruo gratiæ lumine micabant. At temporis plenitudine aduentante, quo erat pater filium suum missurus vt mundum vniuersum diuino splendore illustraret, solem illum iustitiæ Christū deum nostrum, apparuit virgo sacratissima, stella illa matutina, pulcherrima, aurora illa fulgentissima, quæ attulit diuinum

num solem, quæ noctis dispulit tenebras, & admirabilem lucem gratiæ secū asportauit. Hæc est mater & virgo, quæ verbum peperit intacta, aurora illa, de qua est in Canticis literis mandatū. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens. Extulit eam deus, quia ipsa se humiliauerat: iuxta id quod ipsa cecinit: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Virgo est & humilis. Audis virginem, audis humilem. Si non potes virginitatem humilis imitari, imitare humilitatem virginis: nec dubites de eius virginitate, qui de eius humilitate non dubitas. Rubus est ardens, sed seipsum non cumbrens. Vt verbum absq; corruptione cordis concipitur, & procedit, qui potius cordis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur: sic Christus, qui verbum est patris, de quo ait diuus Ioannes: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: sine matris corruptione conceptus, & in lucem editus fuit. Cum caro ita fuerit à verbo assumpta, vt esset caro verbi dei, æquum erat, vt absq; matris corruptione conciperetur. Vnde in quodam Ephesini concilij sermone legitur: Quæ parit carnem puram, à virginitate cessat: sed quia natum est in carne verbum, deus custodiuit virginitatem, seipsum ostēdens per hoc verbum: nec enim nostrum verbum cum paritur, corrumpit mentem, nec deus verbum substantialem partem eligens peremit virginitatem. Et diuus Augustinus, Fas, inquit, non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat sanatum corrupta. Ait Innocentius tertius vir omni sapientia & nobilitate præstanti, pontifex maximus, & refert diuus Antoninus quarta parte theologali, fuisse quondam Romæ templum paci dedicatum, quod Gentes illæ à fide alienatæ æternum esse existimabant, quod dixisset Apollo fore, vt nunquam rueret, nisi cum virgo quædam pareret

inviolata virginitate permanente. Cum autem illæ hoc fieri posse non crederent, ædificium illud templum perpetuitatis appellarūt. At nocte illa, qua Christus natus est, corruit templum illud, & fuit funditus euersum, quia scilicet virgo deigenitrix filium tunc peperit permanens intacta. Refert etiam eodem loco diuus Antoninus citans diuum Thomam, in sepulchro cuiusdam Gentilis, qui ante aduentum Christi migrauerat è vita, fuisse sub capite defuncti inuētam laminam, in qua erant hæc verba literis exarata: Christus nascetur de virgine Maria: & credo in eum: O sol iterū me videbis Constantini & Hyrenem temporibus. Et ita euenit: nam imperiū obtinente Constantino quodam filio Hyrenæ, qui multos post annos à Constantino Maximo imperauit, fuit sepulchrū illud reueratum, & lamina hæc reperta. In psalmo, vbi nos habemus iuxta versionem septuaginta: Ex vtero ante luciferum genui te: potest esse, si verba verbis ex hebraico in latinum sermonem reddideris: Ab vtero auroræ tibi ros generationis tuæ. Loquitur cœlestis pater cum filio suo vnigenito Christo deo nostro, vt ipse Christus apud euangelistas testatur: & diuus Paulus in epistola ad Hebræos: & in prima ad Corinthios: Et diuus Petrus in Actis apostolorum. Ait igitur filio: Ab vtero auroræ, hoc est à ventre virginis sanctissimæ tibi ò Christe est corpus generatum. Vt enim terræ vapor vi solis fertur in sublime, atque ibi sub aurora concretus conuertitur in rorem, qui decidens terram reddit fertilem & lætam: sic purissimus sanguis virginis gloriosæ Mariæ virtute spiritus sancti vterum influens sine vlla virilis seminis commistione concreuit in corpus domini nostri Iesu Christi, qui editus in lucem terrā gaudio affecit, & generi humano spiritualem fœcunditatē tribuit, vt vberes virtutum fructus produceret. Id mentis oculis intuens Esaias Christi

Psal. 109.

Matth. 28.

Mar. 12.

Luc. 20.

Heb. 1.

1. Corint. 15.

Act. 2.

simile.

Esa. 45.

Ioan. 20.

Malach. 4.

Dani. 2.

Psal. 117.

Matth. 21.

1. Mach. 6.

Christi conceptum & ortum ex vtero virgineo cum rore ijs verbis cōparauit: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Aspicias igitur Christum deū nostrū puritatis amatorē ex purissima virgine natū fuisse. Ille, q̄ potuit ad discipulos ingredi, ab illisq; egredi ianuis clausis, vt sacrum testatur euāgelium, potuit ex virginis vtero exire pura virginitate permanente. Et licet euāgelium silentio pertranscat, est tamen piē credendū illum prius matri, quam discipulis apparuisse, ad eamq; fuisse foribus clausis ingressum. Sol cum primū oritur, apparet in monte altiore, eundemq; radijs illustrat, postea alijs locis claritatem suā ostendit: ita sol iustitiæ Christus deus noster, ex cuius splendore procedit alius splendor, de quo ait per diuinum suum vatem cœlestis pater: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ: in resurrectione sua prius apparuit sacratissimæ virgini Mariæ, quam affecit gaudio inenarrabili, monteq; illum illustrauit, omnes alios montes celsitudine, virtute, & charitate vincentem, ipsosq; angelos puritate superantem. Ea est mons ille sublimis, ex quo iuxta Danielis oraculum abscisus est lapis sine manibus, qui vniuersum orbem terrarū adimpleuit: quoniam ex ea genitus est Christus absque virili opere, sed spiritus sancti virtute, qui est lapis ille, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli: qui ideo dicitur totam terram adimpleuisse, quia fuit eius sanctissimum nomen per cunctas nationes fama celebratū. Cum igitur sanctissima dei genitrix virgo sit ob eximiam sanctitatem mons omnium altissimus, illi prius sol iustitiæ summus & sempiternus in die reditus sui ad vitam pulcherrimus apparuit, & postea multis alijs, quemadmodum diuinæ literæ contestantur. Et vt verbis vtar diuinæ scripturæ, resalut sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt

montes ab eis. Sed prius Oriens illustrauit portam hanc orientalem clausam in æternum: hoc est Mariam semper virginē, de qua hoc loco loquitur Ezechiel. Poteris per hanc portam clausam ante Christi aduentum sacrā intelligere scripturam, quam Esaias librum signatum vocat: sed eā Christus referauit, vt diuus Ioannes in Apocalypsi multis verbis testatur. Ipse est enim agnus ille, qui librū septem sigillis signatū, quem nemo aperire poterat, aperuit: de quo aiebant duo discipuli: Nonne, cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? De eo ait eodem capite diuus Lucas: Tunc aperuit illis sensum, nempe discipulis suis, vt intelligerent scripturas. Præterea poteris per portam hanc intelligere cœli ianuam vsque ad Christum clausam, quam ipse Christus clauē crucis suæ aperuit: quam ob causam dixit in Actis diuus Stephanus: Video cœlos apertos. Et de diuo Petro ait in iisdem Actis diuus Lucas: Vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum. Et quanuis locus hic Ezechielis omnes has interpretationes recipiat, existimo tamen illarum primam præstantiorem esse, aliasq; non esse cum ea conferendas: continet enim sententiam pietatis plenissimam, & diuini vatis instituto congruentissimam, & quam plurimis sanctorum patrum testimonijs confirmatam. Voluit absque dubio diuinus vates per hanc portam perpetuò clausam deigenitricis Mariæ virginitatem perpetuam prædicere, eamq; monimentis nūquam interitoris consignare.

Princeps ipse sedet in ea, vt comedat panem coram domino. Princeps poterit in templo comedere partem suam sacrificij & oblationis, quam hinc diuinus vates intelligit per panem: siue sit panis, siue quis alius cibus. Ita intelligitur locus ille: Leuitici: Sacerdotes sancti erunt deo suo: & non polluent nomen eius:

Esa. 29.

Apoca. 5.

Luce. 24.

Act. 7.

Act. 10.

Leuit. 21.

eius: incensum enim domini, & panes dei sui offerunt. Sed quoniam per hunc principem Christus intelligitur, poteris per panem hunc euangelicam intelligere doctrinam, quam ipse Christus comedit, & alijs tradidit comedendam, docens alios, & id, quod docebat, efficiens. Ad huius panis conuiuium nos inuitat ipse dominus dicens: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent. At si nos ad eam accedere recusamus, ille ad nos venit dicens in Apocalypsi apud Ioānem: Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo cum eo. Intuere obsecro dei nostri bonitatem: inuitat nos ad se, cum autem eius cœnam contemnimus, ipse nos querit, & cordis nostri fores pulsatur, vt nobiscum cœnet: Ipse autem secum fert dulces epulas, & excellentes dapes. O admirabilem dei nostri pietatem, o singularem saluatoris nostri clementiam! De hoc admirabili conuiuium ea poteris videre, quæ capite quadragesimo primo diximus, verba illa explanantes: Hęc est mensa coram domino.

Per viam vestibuli portæ ingredietur, & per viam eius egredietur. Quicumq; in templum ingrediebantur per vnam portam, debebant egredi per aliam, præter principem, qui vna & eadem porta ingrediebatur, & egrediebatur. Qua de re infra differemus capite. 46. Christus ingreditur in templum, vt eos illuc ducat, qui per se introire non possunt: & egreditur ad querendos alios, quos illuc etiam adducat. Eodem modo per scalam Iacob angeli ascendebant & descendebant: ascendebant ad ducendos quosdam, descendebant ad querendos alios.

Et ecce impleuit gloria domini domum domini. Hoc est, res illa admirabilis, fulgentissima & illustrissima, quæ dei gloriã representabat, impleuerat totum templum. Voluit significare fore, vt Christi splen-

dor totã ecclesiam illustraret. Tẽpore synagogæ fuit aliqua ostensio glorię domini, sed adueniente Christo omnis illa gloria disparuit: non quod esset in nihilum redacta, sed quia tanta fuit Christi claritas, vt cõparatione eius illa alia non apareret. Quemadmodum adueniente *simile.* claro & splendido sole lux stellarum nõ apparet: sic adueniente Christo, & coruscante euangelio, cessauit legis veteris splendor. Cum enim accedit perfectum, destruitur quod est imperfectum.

Et cecidi in faciem meam. Nempe ex humilitate & animi demissione: non enim se dignum esse existimabat, qui tantam gloriam intueretur. Vel cecidit perterritus visa tanta maiestate. Semper cadit in faciem suam, nõquam retrorsum. Quare de re alibi differuimus.

Et dixit ad me dominus. Pro domino est in hebraico iehouah, nomen dei tetragramaton, quod soli conuenit deo. Deũ vocat virum illum, qui templum illud construxit, illudq; ostendebat: nec mirum, cum vir ille Christus esset, vt capite quadragesimo copiose ostendimus.

Pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Priusquam ei dicat, vt videat, & audiat, eum hortatur, vt cor apponat: parum enim ei prodesset videre & audire, nisi cor apponeret. Cor apponere, est oculos mentis aperire, eiusq; aures præbere, diligenter aduertere, & animum ad harum rerum cõtemplationem cum bona intentione dirigere. Ideo Christus ait: *Qui habet aures audiendi, audiat.* *Luc. 8.* Aures animi, & cordis oculos quærebat, sine quibus parũ prodest oculos & aures corporis habere. Impij Iudæi Christũ videbãt, & audiebant, sed quia nõ apponebant cor ad illum, minimẽ cõuersi sunt: qui potius nefandas ei intulerũt manus, eũq; in discrimẽ capitis impiẽ vocarũt.

De vniuersis cæremonijs domus domini, & de cunctis legibus eius. Non solum volo, vt cæremonias intelligas & serues, sed quã maius est, leges bene viuendi, quæ sunt diuina

diuina præcepta. Perfectio est præcepta dei, & bonas cæremonias custodire: sed contemnere præcepta & euangelica cõfiteri, totam autem religionem velle cõstitui in cæremonias, impium est, & hominum parum consideratẽ cogitantium, ipsaque religione intemperanter abutentium. Vt virga recta in manu iudicis signum est iustitiæ rectæ: sic rectæ cæremoniæ signa sunt rectæ religionis: & quemadmodum vituperandus est iudex, qui cum sit iniustus, totam dignitatem suã in rectitudine virgæ constituit, ferens manu virgam rectam, intus autẽ conscientiam obliquam: sic ille improbandus est, qui cæremoniarũ specie gloriatur, ab earum rectitudine nõ discedens, in illisque totam religionis substantiam ponens, cum tamen intus sit sceleribus inquinatus, omniq; religione destitutus. Huiusmodi homines vocat Christus sepulchra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcicia, quoniam hi nullam verã religionis, germanæque iustitiæ solidam expressamque substantiam tenent, vmbra solum & signis quibusdam exterioribus vtuntur. Tota eorum vita nihil aliud est, quàm externa dealbatio, intus autem terra ac fœdavitio sitas. Oportet virtutem colere, & veram religionem custodire, & præter id vti vtilibus, & honestis, & pulchris cæremonijs. Vt enim arboris cortex etsi fructum non proferat, illum tamen ornat & sustentat: sic cæremoniæ, licet non in illis substantia consistet religionis, eam tamen decorant & conseruant. Quam ob causam qui religionem profitemur, non debemus cæremonias aspernari. Vt mali persici exterius comedimus, interiorẽ verò nucleum duro cortice coopertum foras proijcimus: sic laici nostra comedunt exteriora, interiora verò non curant: quia nec ea vident, nec intelligunt, sed cæremonijs nostris rectẽ dispositis ædifi-

cantur. Nos verò etsi vtrunque colere debeamus, interius tamen plurius æstimate mus: quoniam etsi dura mali persici nux foris proijciatur, illa tamen præstantior est & excellentior carnosio pomo, quoniam semen est, vnde procedit planta, quæ persica mala producit. Cum enim arbor caduca sit, producit ex se semen, ex quo arborem generet sui similem, vt quæ se non potest perpetuò seruare in indiuiduo, se saltem conseruet in specie. Et hoc modo ita efficiente natura sui perpetuitatem promittit. Ex quo efficitur, vt si quis semen aliquod integrum comedat, non illud dentibus terens, nõquam illud digerat in stomacho: nõ vult enim natura, vt semen illud integrum digerat, quod ipsa ad perpetuitatem speciei produxit.

Et pones cor tuum in vijs templi. Idest, omnes vias templi, quas tibi ostendi, considera, in animo versa, & memoria repute, quoniam ecclesiæ spirant sacramenta. Fortasse ponere cor in vijs templi est obseruare, ne aliquis per hæresim egrediatur ab ecclesia: ne ve hæreticus aliquis se inter catholicos intromittat, vt eos corrumpat dogmate aliquo pestiferente. Vel est diligenter attendere, ne indigni ad sacerdotium admittantur. Id autem ad præfules pertinet ecclesiasticos. Vel sic: Intuere omnes vias templi per omnes exitus illius, & videbis multos Gentiles à fide alienos, & sceleribus imbutos ingredi in loca sancta, in quæ non licet nisi sacerdotibus introire. Reprehendit deus Iudæos, quod cum Gentilibus haberent communicationem: cõtra id quod illis præceperat in lege, vt constat ex. 34. capite Exodi: & quod eos ad intimum templi sui admisissent, cum ingredi nõ possent nisi in primum atrium. Hanc existimo esse germanam huius loci interpretationem. *Exod. 34.*

Sufficiant vobis omnia scelera vestra. Idest, hætenus o Israelitẽ nefanda scelera perpetrastis, cū alienigenas introduxeritis in templum

Luc. 14.

Apoca. 3.

Sup. 41.

Genes. 28.

simile.

Matth. 23.

simile.

simile.

templum, qui illud iriderent, & permit-
tentibus vobis idolis suis polluerēt, ibi-
que detestanda flagitia committerent.
Nolite amplius vos ipsos vitijs contami-
nare: cessate à criminibus, nolite mate-
riā præparare incēdio futuro. Sūt enim,
qui scelera cumulant sceleribus propter
spem impunitatis, quæ est maxima ille-
cebra peccādi. Eam ob causam quos ipsa
virtus in officio retinere non potest, ij
magnitudine pœnæ à scelere separari
debent: Nihil periculosius impunitate,
quoniam ad deteriora inuitat. Ideo aie-
bat Ecclesiasticus: Non adicias peccatū
super peccatum, & ne dicas: Misericordia
dei magna est. Et Esaias: Væ qui trahitis
iniquitatē in funiculis vanitatis, & qua-
si vinculum plaustrī peccatum.

Ecclesiast. 5.

Esa. 5.

Incircumcisos corde, & incircumcisos carne.
Aspicis hīc apertē duplicem esse circun-
cisionē, alteram corporis, alterā animi.

Et offertis panes meos. Loquitur de pani-
bus propositionis, quos sacerdotes in tē-
plo offerebāt. De illis ait ita deus in Exo-
do: Pones super mensam panes propo-
sitionis in cōspectu meo semper. Vel per
panes intelligit omne oblationū genus,
siue carnes essent, siue panes, siue fructus
Solere enim diuina scriptura nomine pa-
nis cibos omnes significare, vt alibi ostē-
dimus. Non eō deus reprehendit He-
bræos sacerdotes, quod ei offerrent pa-
nes, sed quod illos in mortifero peccato
offerrent. Polluentes dei templum, in il-
ludque admittentes Gentes à fide alie-
nas, atque diuina iura violantes deo ex
more panes offerebant. Eodem modo
non prohibet deus Christianis sacerdo-
tibus sacrum facere, & missam celebra-
re, cum ei sit sacrificiū hoc gratissimū.
sed illis prohibet ne ad altare accedant
cum mortiferi criminis cōscientia. Ideo
ait apostolus: Quicumque manducauerit
panem, & biberit calicem domini indi-
gnè, reus erit corporis & sanguinis do-
mini. Si deus legis veteris sacerdotes re-
prehendit, quod contaminati, nefario

Exod. 25.

1. Corint. 11.

scelere panem propositionis offerebāt,
qui erat vmbra quædam sancti eucharis-
tiæ sacramenti, quanto maiore repre-
hensione digni erunt nouæ legis sacer-
dotes, si flagitijs pestilētibus astricti mis-
sam celebrauerint, & sacramentum cor-
poris & sanguinis dñi nostri Iesu Chri-
sti confecerint? Non enim panem pro-
positionis offerunt, sed panem viuū, qui
de cœlo descendit: non vmbra, sed ve-
ritatem, non falsam imaginem cibi, sed
eum, qui ait: Caro mea verè est cibus, &
sanguis meus verè est potus. Facta autē
consecratione non remanet in sacramē-
to hoc forma substantialis panis, sed in
corpus Christi conuertitur: fitque admi-
rabilis transubstantiatio: & sub qualibet
parte hostiæ consecratæ est totus Chri-
stus verus deus & verus homo. Hoc san-
ctissimum sacramētum, quatenus in eo
Christi passio repræsentatur, qua se, vt
ait in epistola ad Ephesios diuus Paulus,
obtulit hostiam deo, rationem habet sa-
crificij, & verum est sacrificium, quate-
nus verò traditur gratia inuisibilis, ha-
bet rationem sacramenti, & verum est
sacramentum: ad quod nec sacerdotes,
nec laici cum conscientia lethalis flagi-
tij accedere debent.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Ephes. 5.

Prouer. 7.

*Et pollutis custodes obseruationum mearum
in sanctuario meo vobis metipsis.* Hoc est, con-
stituitis custodes & ministros obserua-
tionum mearum in tēplo, homines Gē-
tiles ob vtilitatem vestram. Non aduer-
titis sint ne mundi an immundi, dummo-
do vobis seruiant, & ad commodum ve-
strum respiciāt. Anteponebant propriā
vtilitatē dei obsequio & honori, vt va-
lerēt: cum dicat Salomon in Prouerbijs:
Fili honora dominum, & valebis. Aliud
existimabant esse cōmodum, aliud vir-
tutem, existimantes posse commodum
esse absque virtute: quia in re grauiter er-
rabant. Peruertunt mortales ea, quæ sunt
fundamenta naturæ, cum vtilitatem ab
honestate seiungunt. Qui enim fieri po-
test, vt sit vtile, quod perniciem secum
affert

affert sempiternam? Quod honestū est,
id certè vtile: quod autem honestū nō
est, id vtile vt sit, effici nō potest, aduer-
sante & repugnante natura. Sed ex vtili-
bus illud est præstantius, quod est com-
munius. Vnde in libro Machabæorum
secundo, capite quarto scriptū legimus:
Communem vtilitatem apud te vniuer-
se multitudinis considera. Vel sic: Posui
stis in templo homines, qui viderent, v-
trum mea præcepta custodirentur, vo-
bis metipsis, hoc est ob vtilitatem ve-
stram, vt ex illis, qui præcepta mea non
seruarent, pecunias extraheretis.

2. Mach. 4.

Omnis finis alienus. Hoc est idolorum
cultor.

C Sed & leuitæ, qui longè recesserunt
à me in errore filiorum Israel,
& errauerunt à me post idola sua,
& portauerunt iniquitatem suam,
erunt in sanctuario meo aditui, &
ianitores portarum domus, & mi-
nistri domus. Ipsi maclabunt holo-
causta & victimas populi, & ipsi sta-
bunt in conspectu eorum, vt mini-
strent eis. Pro eo quod ministraue-
runt illis in conspectu idolorū suo-
rū, & facti sunt domui Israel in of-
fendiculum iniquitatis. Idcirco le-
uauit manum meam super eos, ait
dominus deus: & portauerunt ini-
quitatem suam. Et non appropin-
quabunt ad me, vt sacerdotio fu-
gantur mihi, nec accedent ad om-
ne sanctuarium meum iuxta san-
cta sanctorum: sed portabunt con-
fusionem suam, & scelera sua, quæ
fecerunt. Et dabo eos ianitores do-
mus in omni ministerio eius, & in
vniuersis, quæ fient in ea. Sacerdo-
tes autem & leuitæ filij Sadoc, qui

custodierunt cęrimonias sanctua-
rij mei, cum errarēt filij Israel à me,
ipsi accedent ad me, vt ministrent
mihi: & stabunt in cōspectu meo,
vt offerant mihi adipem & sangui-
nem, ait dominus meus. Ipsi ingre-
dientur sanctuariū meum, & ipsi
accedent ad mensam meam, vt
ministrent mihi, & custodiant cę-
rimonias. Cumque ingredientur E-
portas atrij interioris, vestibus li-
neis induentur, nec ascendet super
eos quicquam laneum, quādo mi-
nistrent in portis atrij interioris, &
intrinsicus. Vittæ lineæ erunt in ca-
pitibus eorum, & fœminalia lineæ
erunt in lumbis eorum, & non ac-
cingentur in sudore.

Sed & leuitæ qui longè recesserunt à me:

Omnes sacerdotes erant leuitæ, hoc est
de tribu Leui, sed non omnes leuitæ au-
cti erant sacerdotio. Nunc loquitur de
leuitis sacerdotibus, qui cum populus in-
cideret in idololatriam, etiam corrue-
runt, & idola coluerūt. Eam ob causam
ait deus, eos amplius nō esse sacerdotio
functuros, sed futuros esse custodes & ia-
nitores: non enim merebātur munus sa-
cerdotale exercere, sed officia infima,
qualia erant custodum & ianitorū. De-
bent enim sacerdotes indui iustitia, &
puritate, iuxta id quod ait scriptura: Sa-
cerdotes tui induantur iustitia. Et illud:
Mundamini, qui fertis vasa domini. At
hi sacerdotes legem dei neglexerāt, se-
que vitijs contaminauerant: de quibus
dixerat deus per Ezechielē capite 22. *Sup. 22.*
Sacerdotes eius contempserunt legem
meam, & polluerunt sanctuaria mea: in-
ter sanctum & prophanum non habue-
runt distantiam.

Psal. 135.

Esa. 52.

Sup. 22.

Et portauerunt iniquitatem suam. Hoc est
fuerunt ob flagitia sua puniti. Portare ini-

Aaa qui-

quitate est luere poenas sceleris. Hebraismus est in diuinis literis satis frequens.

Ipsi mactabant holocausta & victimas populi.

Hi sacerdotes sceleribus imbuti, quando populus à me defecit, & vana coluit idola, ministrabant ei sacrificantes falsis dijs holocausta & victimas, quas populus dæmonijs offerebat. Non solum populi idololatriam non vituperarunt, sed illi adhæserunt. Quidam codices habent: Mactabunt. Et tunc erit sensus: Nō exercebunt munus orandi, & sacrificandi, sed solum occidendi victimas, quod est inter omnia infimum.

Idcirco leuavi manum meam super eos.

Hoc est, eam ob causam eos grauius puniui. De hoc hebraismo alibi disseruimus.

Sacerdotes autem leuitæ filij Sadoc. Sadoc idem est quod iustus: & re vera fuit Sadoc nomine & factis. Hic fuit in summo sacerdotio constitutus abiecto Abiathare, cum regnum obtineret Salomon, vt licet videre tertio libro Regum. Aspicias hoc loco in templo Ezechielis reprobatos fuisse sacerdotes filios Leui, & approbatos filios Sadoc: quoniam futurum erat, vt in ecclesia catholica reprobatis legis veteris sacerdotibus, eligerentur sacerdotes euāgelici, filij Sadoc, hoc est filij Christi, qui fuit verus Sadoc, verus iustus, cuius ille antiquus imaginē gerebat. Hic est iustus ille, de quo dixit Zacharias propheta: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator.

Fuit enim Christus rex & sacerdos: quā ob causam fuit in Melchisedec rege Salē & sacerdote altissimi adūbratus. De quo cecinit diuinus psaltes: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedec. Sacerdotis officium est diuinis sancte religionis mysterijs, rerūque salutarium scientia homines instuere, eorumque scelera sacrificio expiare, ac ad deū pro illis piis fundere preces. Regis autem officium est rempublicā rectē gubernare, eamque iustitia & pace conser-

uare, & ab hostibus tueri. Hæc munera in solo Christo perfecta, & omnibus numeris absoluta reperiuntur. Hoc intuens diuus Paulus in epistola ad Hebræos hunc psalmographi locū de Christo interpretatur. Huius diuini sacerdotis filij appellantur verè Christiani, iuxta id quod ait diuus Ioānes: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. In morte Heli & Abiatharis, & constitutione Samuelis & Sadoc voluit deus ostēdere antiquā dum esse & penitus finiendum legis veteris sacerdotium, & euangelicum constitutum: quod eodem modo de regno fuit in reprobatione Saūlis, & electione Dauidis adumbratum. Cum enim mutaretur testamentum, oportebat mutari sacerdotium, vt iam non esset sacerdotium temporale, sed æternum. Id significare volens diuina scriptura, ait, Christi sacerdotium fuisse iuramento confirmatum, vt indicaret æternum fore: dicens in psalmo: Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Aaronis autem sacerdotium, quoniam erat commutandum, non fuit iureiurando constitutum.

Ipsi accedent ad mensam meam. Hæc est mensa illa, de qua dictū fuit capite quadragesimo primo: Hæc est mensa coram domino.

Vestibus lineis induentur. Signum, vt definiunt philosophi, est quod aliud sensui, aliud intellectui repræsentat. Vestis illa sacerdotalis repræsentabat sensui esse lineam & candidam, sed intellectus iudicabat eam animi candorem significare. Eodem modo Christiani sacerdotes in ecclesijs lineis vestibus su perinduuntur, animi puritatem, quæ in sacerdotibus requiritur, significantibus. Et quoniam Christianus populus est, vt ait diuus Petrus, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus

lus acquisitionis, oportet Christianos omnes vestibus candidis indui, expoliantes, iuxta diui Pauli sententiam, veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Audiamus eundē apostolum dicentem: Induimini dominum Iesum Christum. Et alibi: Induite vos sicut electi dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, humilitatem, modestiā, patientiam. Id dixerat ijs verbis Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Vt in cœlestem patriam ingrediamur, ijs vestibus albis indui debemus. Viginti quatuor seniores, quos vidit diuus Ioannes in cœlo in thronis sedentes, erant vestimentis albis circumamicti: & illi similiter, qui stabant ante thronum in conspectu agni, qui palmas manu tenentes diuinum numen pleno ore laudabant.

Vitta lineæ. Id est mitra, siue thyaræ. Per has vittas albas habendas in capite significatur candor sapientiæ in intellectu, vel gratiarum corona iuxta diuū Hieronymū. Vnde dicitur in libro Sapientiæ. Iusti accipient diadema speciei de manu domini.

Et fœminalia lineæ. Per quæ significatur continentia virtus. Hæc tria, nēpe vestes lineæ, vittæ lineæ, & fœminalia lineæ, iussa sunt fieri sacerdotibus, vt constat ex capite 28. libri Exodi.

Et non accingentur in sudore. Id est, non accingentur ad eum arctè & strictè, vt grauentur labore & sudore. Vel sic: accingant se sacerdotes, sed non cum sudauerint: ne vestes sacerdotales coinquinentur sudore. Volebat deus, vt vestes illæ, quibus animi puritas significabatur, puræ essent, & ab omni macula seruata.

Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se ve-

stimentis alijs: & non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent, nec comam nutriunt, sed tondentes at tondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et vi-

duam & repudiatam non accipiet vxores, sed virgines de semine domus Israel. Sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipiet: & populū meū docebūt quid sit inter sanctū & pollutū: & inter mūdum & immūdū ostēdent eis. Et cum fuerit contouersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodiēt, & sabbata mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, filium & filiam, fratrem & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei, & in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius, vt ministrēt mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait dominus deus. Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel: ego enim possessio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primo-

3. Reg. 3.

Zach. 9.

Psal. 109.

Hebr. 7.

Ioh. 1.

Psal. 109.

Sup. 41.

1. Pet. 2.

Colof. 3.

Rom. 6.
Colof. 3.

Esa. 52.

Apo. 4.

Apo. 7.

Sap. 3.

Exo. 28.

Leui. 22.

Deut. 18.
Num. 18.

Exo. 22.

genitorū, & omnia libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, sacerdotum erunt. Et primitiua ciborum vestrorum dabitur sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. Omne morticinum & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

Leui. 22.

Cumque egredientur atrium exterius Subaudi, ex atrio interiore. Totum hoc fuit supra expositum, capite. quadragesimo secundo.

Snp. 42.

Non sanctificabunt populum in vestibus suis. Idest, non exhibunt in vestibus sacerdotalibus ad benedicendum populo, sed in vestibus communibus.

Caput autem suum non radent, nec comam nutriunt. Hoc est, habebunt capillos, sed tonsos & mutilatos. Non erunt compri capilli, nec madentes cincinorum fimbriæ. Id autem, quod est capite octauo Numerorum scriptum, vbi deus præcepit sacerdotibus radere pilos, intelligitur de pilis corporis, non autem de pilis capitis. Per capillos capitis intelliguntur opes. Vult deus significare, posse sacerdotes habere necessaria, sed non superflua. Opus est superuacanea refecare. Audiant diuum Paulum dicentem: Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. In libro Numerorum sunt hæc verba literis mandata, quæ deus dixit sacerdotibus: In terra eorum nihil possidebitis: nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Et paulò post: Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separavi. Et in hoc eodem capite apud nostrum Ezechielem: Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum. Non ne-

Num. 8.

1. Tim. 6.

Num. 18.

go posse sacerdotes Christianos diuitias habere, sed ita eas habere debent, vt solum necessaria sumant: cætera debent inter pauperes, & Christianæ pietatis atque religionis opera distribuere. Hoc est enim præsulum officium, vt & spiritualiter, & corporaliter ouibus prouideant. Sed vix illis, qui clauem arculæ thesauri nemini audent tradere, sed in brachio portant, clauem autem animarum alijs sacerdotibus committunt indoctis & flagitiosis. Non tamen me fugit, multos esse sacerdotes & antistites in ecclesia catholica, præcipuè in nostra hac Lusitania, qui mundi vanitatibus neglectis veram colunt pietatem, diuini cultus amatores, visceribus misericordiæ erga pauperes induti, religionum patrum humilitate cõspicui, sapientia insignes, sancto fidei zelo ardentis, & diuina charitate flagrantis.

Vinum non bibit omnis sacerdos, quando ingressurus est in atrium interius. Hoc habetur Leuitici capite decimo. Si tanta sobrietas & abstinencia requirebatur in sacerdotibus legis veteris, quanto maior requiretur in sacerdotibus nouæ legis, vbi maior est puritas & excellentia?

Et viduam, & repudiatam. Idest non ducent uxorem, nisi virginem. Hoc habetur capite vigesimo primo Leuitici. Sacerdotes nouæ legis non accipient synagogam, quæ à Christo recessit, & fuit ab illo repudiata.

Et cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis. Sacerdotes sententiam ferebant de rebus ad legem dei pertinentibus. Vnde ait Aggæus propheta: Interroga sacerdotes legem. Et Malachias: Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Cum inter Iudæos erat aliqua controuersia, veniebant ad summum sacerdotem, qui vocatis alijs sacerdotibus disensionem dirimebat. Illud autem, quod ille iudicabat, firmiter tenebatur. In libro

Leui. 10.

Leui. 21.

Agg. 2.
Malach. 2.

Deut. 17.

bro Deuteronomij sunt hæc verba literis testata: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium inter portas tuas videris iudicium variare, surge, & ascende ad locum, quæ elegerit dominus deus tuus: veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quod dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Qui autem superbiert nolens abedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille. Hæc ibi. Aspicias apertè in synagoga non omnes causas, sed difficiliore fuisse ad summum sacerdotem relatas, & supremum illud iudicium senatum sacerdotum habuisse, sed vnum esse summum iudicem, nimirum summum sacerdotem, qui auctoritate sua sententiam ferebat: à quo nulla penitus erat appellatio. Nam alioquin nulla esset in republica illa pax, nulla tranquillitas, nulla firmitudo, nulla concordia. Ex quo sequeretur, vt citò rueret, & in se diuisa subito desolaretur: nam iuxta dei nostri sententiam: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Necessè fuit ad illius reipublicæ conseruationem esse vnum caput, vnum iudicem supremum, vnum summum pontificem, qui difficiles causas iudicaret, à quo nemo possèt appellare. Si deus synagogæ prouidit tribuens ei vnum pontificem maximum, qui vltimam ferret sententiam, ne tota corrueret republica illa, qui fieri poterat, vt ecclesiæ non prouideret, quam suo sanguine acquisiuit, quam admirabili amore profequitur, pro qua vitam

Mat. 12.

Luc. 11.

in crucis ara profudit? Thronus ille antiquus cathedræ apostolicæ imaginem gerebat, & supremus ille sacerdos & iudex summum nostrum pontificem adumbrabat vniuersalem totius ecclesiæ pastorem & magistrum, ad quem pertinet controuersias de fide & religione componere & definire. Si nauis absque nauclero gubernari non potest, si humanum corpus absque capite non existit, si ouile absque pastore direptioni committitur, si ciuitas absque gubernatore eueritur, & ad excidium & vastitatem vocatur, qui fieri potest, vt ecclesia catholica sit nauclero, capite, pastore, & gubernatore destituta: cum sit nauis, & corpus, & ouile, & ciuitas super montem sita, vt literæ diuinæ testantur? Est igitur confitendum & profitendum, Romanum pontificem, qui re vera est immediatus Christi vicarius, & Petri apostolorum principis successor, & totius ecclesiæ caput, habere supremam in deo ecclesia potestatem & auctoritatem: ad ipsumque esse maiores & difficiliore causas deferendas, vt ipse eas definiat, & quæstiones dirimat, & absoluat. Hoc asserit apertè Anacletus epistola prima de oppressione episcoporum. Tertia autem epistola de patriarchis & primatibus hæc verba literis mandauit: Sacrosancta Romana & apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, à totum Christiani populi gregem assecuta est. Euaristus, Ad sedem, inquit, apostolicam tanquam ad caput sunt dubia referenda. Idem asserunt Sixtus primus & Eleutherius ad ecclesias scribentes Gallicanas. Pius primus in epistola ad omnes ecclesias, Victor in epistola ad Theophilum, Zepherinus in epistola ad episcopos Sicilianos, Marcellus

similia.

Mar. 4.

6.

Ephes. 1.

Colos. 1.

Ioan. 1.

Mat. 5.

in epistola ad episcopos Antiochiæ, Eusebius ad episcopos Campaniæ & Tusciæ, Melchisedech ad Hispaniarum episcopos, Iulius primus ad episcopos orientales. Sed ne aliquis dicere possit me in summorum pontificum auctoritatem ipsos summos pontifices citare, referam nonnullas antiquorum doctorum auctoritates. Idem tenet Irenæus libro tertio aduersus hæreses capite tertio, Hieronymus in epistola ad Damasum, Augustinus contra epistolam Manichæi capite quarto, & in epistola. 162. ad Glorium & Eleusinum: & in Ioannem tractatu quinquagesimo sexto. Cyprianus in epistola prima ad Cornelium: & tractatu de simplicitate prælatorum. Ambrosius in libro de excessu fratris sui capite septimo. & sermone quadragesimo septimo. de fide Petri. Cyrillus in Thefauro à diuo Thoma citatus. Et alij propè infiniti. Sed ne hæretici dieant, me hoc auctoritatibus hominum singularium probare, qui in errores incidere potuerint, concilia & totius vniuersalis ecclesiæ sanctiones citabo. Capite decimo octauo concilij Niceni sunt hæc verba literis mandata: Omnes episcopi in causis grauioribus liberè apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas antiqua apostolorum auctoritas referuauit. In concilio Chalcedonensi: Veneramur secundum scripturas, & canonum definitionem sanctissimum antiquæ Romanæ episcopum primum esse & maximum episcoporum. Et infra: Si quis episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipsi soli libera potestate loco dei sit ius discernendi secundum clauas à domino sibi datas, & omnia ab eo definita teneantur tanquam

à vicario apostolici throni. Aliud huius veritatis testimonium extat in quinta synodo generali apud Constantinopolim celebrata in sententia contra Anathymum. Aliud in sexta synodo generali, actione quarta. Aliud in concilio Lugdunensi sub Gregorio. Aliud in concilio Lugdunensi sub Innocentio quarto. Aliud in concilio Florentino, cuius ad literam hæc sunt verba: Definimus sanctam apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem & doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi & gubernandi vniuersam ecclesiam à domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, sicut in gestis œcumenicorum conciliorum continetur. Hæc in concilio Florentino. Multa alia concilia, multa sanctorum patrum decreta, multas doctorum catholicorum auctoritates, multas sacrorum canorum sanctiones allegarem, nisi breuitati studerem. Hoc est certissimum, & de fide, & in hac fide vixerunt & mortui sunt apostoli Christi, & sancti martyres, & confessores, & virgines, & omnes denique Christiani catholici, quorum multi nomina sua ob eximiam eruditionem, & singularem sapientiam, & admirabilem virtutem æternitati commendarunt. Quare improbadi sunt Calvinistæ, Oecolampadistæ, Zuingliustæ, Buceristæ, Lutherantistæ, & cæteri huiusmodi pestes, hæretici detestabiles, ab impio Lutheri principium ducentes, qui inutilibus & inualidis argumentis in demonis officina conflatis summum pontificem ex ecclesia delere conantur, vt ablato capite totum ruat corpus, & ecclesia sanguine Christi ædificata penitus

tus.

Mat. 16.

tus evertatur. Hoc moliuntur, hoc efficere contendunt, sed nunquam tanti impij desiderij effectum consequentur: Deus enim ecclesiam suam conseruabit, pro qua sanguinem suum fudit: aduersus quam, vt ipse ait, nullæ inferorum portæ præualebunt. Possem facillimo negotio hæreticorum argumenta labefactare, & diluere, & facerem quidem, nisi essent vsque ad eum ineptæ, ridicula, falsa, & sibi ipsis repugnantia, vt ipsa per se diluerentur. Quare superuacaneum esse existimo in illis diluendis conterere tempus. Præsertim cum aduersus ea scripserint hac nostra memoria multi viri catholici, admirabili sapientia præditi: qui omnes hæreticorum calumnias & impietates doctissime & apertissime refutarunt, inter quos tres viri nostri Lusitani zelum fidei, ingenij acumen, eruditionis præstantiam ostenderunt, qui modò viuunt, & scribunt, nempe Dominus Gaspar Casalius episcopus Lirienensis, dominus Ioannes Soarius episcopus Conimbricensis, ambo antistites dignissimi & reuerendissimi, & Didacus à Paiua Andradius magni nominis & celebritatis vir. Et quoniam hi & multi alij aduersus Lutherum multa literis mandarunt, satis esse duxi ostendere Lutheranis hæc loca, vt hac testimoniorum nube perterriti, suam aspiciant confusionem, qui Lutherum sequuntur hominem impiū & arrogansem, qui se toti opposuit ecclesiæ, qui viros sanctitate & sapientia præstantes contempsit, qui veritatem clarissimam calumniatus est, qui defunctorum innocentia non pepercit, qui odio æstuans, iracundia ardens fertur præceps in contumeliam: quem leuitas seditionis, perfidia hæreticum reddidit: quem cæca & dominandi, & nomen inter impios consequendi cupiditas ad reipublicæ perniciem exagitauit, qui vniuersam dei ecclesiam desiderauit ad excidium & vastitatem vocare. Hi,

& qui eum sequuntur iudicium sacerdotum præsertim summi pontificis aspernatur: cum dicat hoc loco deus per Ezechielem: Cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt & c.

Et sabbata mea sanctificabunt. Non ait: Et sabbata vestra, sed, & sabbata mea sanctificabunt. Loquitur de legis nouæ festiuitatibus: de legis autem veteris festiuitatibus ait apud Esaiam: Calendæ vestras

Esai. 1.

et solennitates vestras odiuit anima mea. Non erant durante lege festa illa mala, sed erant cessatura enuntiatio euangelio, erantq; deo molesta ob Iudeorum impietatem. At si hodie in nostris festis non dei honorè, sed nostram quæsierimus voluptatem, & vanam letitiam, solennitates ipsas, quod in nobis est, maculabimus, deoq; vsque ad eum odibiles reddemus, vt dicat nobis: Calendæ vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Ad eas potest referri id, quod ait in Lamæis Ieremias:

Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Tunc hostes anime, hoc est demones sabbata nostra subsannant, cum nos in illis non deo iusto, sed nostro appetitui deprauato paremus. In huiusmodi festiuitatibus amittimus puerum Iesum, &

Luc. 21
simile

pro lætitia miseriam comparamus. Qui in festiuitatibus tepus terunt in choreis & tripudijs, & ludijs alijs, diemq; in vanis suis gaudijs consumunt, vt parum remaneat ad missam sacrificiū, & ad concionem euangelicam audiendam, pulpam & musculum vorant, & in appetitum suorum consumunt, ossa autem cultui diuino relinquunt.

simile

Vt qui amicū inuitat ad prandium, debet cibos ad inuitati gustum præparare, non ad suum: nam si conuiuia dulcibus dapibus delectetur, ipse verò eas conficiat acres & salas, quia illas ita appetit, manet ipse satisfactus, amicus verò illepidus, nullum conuiuij sentiens gustum, nullam suauitatem: sic in diuorum festis, in quibus deum veluti ad prandium inuitamus, opus est, vt eas escas conficiamus, quæ illi sint gratæ, non autem vano nostro appetitu iu-

cundæ: nam si illum ludis ad mundi illecebras & impietates excitantibus, quibus noster oblectatur appetitus, honorare voluerimus, manebit ille esuriens; nos autem saturi. Faciunt homines in diuorum festis tripudia, thyaſos, saltatriculaſ humeris vectas, pungunt & feriunt tauros in circo, vt ſtimulis incitati irritentur ad curſum, & ad occidendos homines exagitentur. Denique eos faciunt ludos, ea exhibet ſpectacula, quibus ipſi oculos reficiunt, ſed quibus deus minimè delectatur. Quanto melius eſſet dies feſtos in cultu diuino, elemoſynis, precationibus, & alijs huiusmodi operibus pijs tranſigere, quàm in ludis Chriſtiano populo indecentibus. Non damno populi ſpectacula etiam ad corporis oculos recreandos pertinentia, dummodò ſint honeſta & moderata: ſed ea velim à principibus & præfulibus Chriſtianis prohiberi, quæ vanâ & impiam ſapiunt Gentilitatem à verò dei cultu abhorrentia, & ad turpes illecebras incitantia.

Et ad mortuum hominem non ingreditur. Intuere quanta in veteris legis ſacerdotibus puritas requireretur: vt intelligas quanto maiorem eam debeant habere nouæ legis ſacerdotes, qui non ſolùm debet ab omni maleficio abſtinere, ſed etiam mentem ipſam, & omnem animi agitationem puram integramque ſeruare. Per mortuos eos intellige, qui ſunt ſcleribus aſtricti, qui ob mortiferum peccatum mortui appellantur. De his ait dominus: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Præcipit deus ſacerdotibus, ne mortuos tangant, hoc eſt ne impiorum hominum vtantur familiaritate. Vt enim molaris dens vnus corruptus alios contactu corrumpit: ſic nefarius homo impietate ſua alios inficit & perdit. Id intelligens diuinus vates aiebat: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ

non ſedit. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et Chriſtus deus noster: Cauete à fermento phariſæorum. Et alibi: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentiſ ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Niſi ad patrem & matrem. Videtur locus hic repugnare loco illi Leuitici: Ad omnem mortuum non ingredietur omnino: ſuper patre quoque ſuo & matre non cõtaminabitur. At nulla eſt inter hæc duo loca repugnantia, nã Leuiticus loquitur de ſummo ſacerdote, Ezechiel autem hic de ſacerdotibus.

Et poſtquam fuerit emundatus. Ideſt, ſi ſacerdos ſe mortui contactu polluerit, aqua expiationis ſe mundabit, vt eſt libro Numerorum mandatum. Et ſeptem diebus non poterit ingredi ſanctuariũ, quibus tranſactis ingreditur.

Non erit autem ei hæreditas, ego hæreditas eorum. Ideſt, ſacerdotes non habebunt hæreditatem, nam ego, inquit deus, ero eis hæreditas. Hoc eſt oblatiſ mihi ſtudentur. Omnes tribus Iſraelis habebant in terra promiſſionis poſſeſſiones & hæreditates præter tribum Leui, quæ erat tribus ſacerdotum. Qua de re vide Deuteronomium 18. & Numeros. 18. & diuum Paulum in prima ad Corinthios. Nam qui altari ſeruiebant, eo ſeipſos ſuſtentabant. Poterant nihilominus ſacerdotes loca quædam poſſidere ad habitandum, & pecora alèda, vt videre licet in libro Iofue, & apud hunc noſtrum Ezechielem capite vltimo, non autem hæreditatem more aliarum tribuum.

Victimam & pro peccato & pro delicto comedent. Nimirum ſacerdotes. Ita præcepit deus libro Numerorum capite decimo octauo, & Deuteronomij decimo octauo. Per Oſeã etiam ait deus loquens de ſacerdotibus: Peccata populi mei comedent. Ac ſi dicat: Sacerdotes comedent

dent victimas oblatas pro peccato à populo meo. Solet diuina ſcriptura hoſtiã oblatam pro peccato peccatum vocare. Ita intelligitur id, quod ait in ſecũda ad Corinthios diuus Paulus: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Quasi dicat: Deus pater filium ſuũ vnigenitum, qui peccatum non fecerat, fecit pro nobis ſacrificium pro peccato, vt nos per ipſum iuſti eſſemus. Et in epiſtola ad Romanos: Deus filium ſuũ mitens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Damnauit deus peccatum de peccato, ſive per peccatum, hoc eſt per Chriſtũ, qui ſe hoſtiam conſtituit pro peccato. Primæſius tamen epiſcopus Viciſis ita hũc locum interpretatur: De carne, quæ in nobis antea ſeruiebat peccato, vicit peccatum non peccando, quemadmodum ſiquis de barbaris vincat barbaros. Vel ſic: de peccato Iudeorum, qui occiderũt dominum, peccatum diaboli, quo hominem implicuerat, condemnauit: ſicut ad Hebræos ſcriptũ eſt: Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. Et rectè mors peccatum dicitur, quam de peccato conſtat eſſe generatam. Hæc ille.

Et omne votum in Iſrael ipſorum erit. Ideſt, omne quod ex voto obtulerint filij Iſraelis, erit ſacerdotum. Ita dictum fuerat libro Numerorum.

Et primitiua omnium primogenitorum. Ideſt, omnia primitiua, quæ ſunt primogenita: vt reponat benedictionẽ domui ſuæ. Hoc eſt, vt ſacerdos his donis domum ſuam impleat. Benedictio in diuinis literis idem aliquando eſt quod donum. Nam primo Regũ ſcriptum legimus, petiſſe Dauidem à Nabale per nũtios ſuos, vt mitteret ei benedictionem. Significat etiã ſufficientiam rerũ: & eſt ſenſus: Omnes hæ oblationes erunt ſacerdotum, vt habeant domi neceſſaria familiæ ſuæ.

Omne morticinium. Hoc etiam habetur cap. 14. Deuteronomij. & 17. atq; 22. Leuitici. Morticinũ dicitur id, quod eſt ſuffocatum, vel morbo extinctũ abſq; ſanguinis effuſiõe. Eos repellit deus, qui in ſanguine ſuo, hoc eſt peccato ſuo mortui ſunt, & qui à beſtijs, hoc eſt à dæmonibus capiuntur: de quibus beſtijs id potèſt intelligi, quod dicitur in pſalmo: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.

Annotations ex hebræo in caput XLIII.

Eritque clauſa principi: princeps ipſe ſedebit in ea. Septuaginta habent: Et erit clauſa, quia dux hic ſedebit in ea. Hic eſt dux ille, de quo ait Michæas propheta: Ex te enim exhibit dux, qui regat populum meum Iſrael. Pagninus habet: Eritque clauſa principis, principis erit, ille manebit in ea. Ac ſi diceret, Porta hæc ſemper clauſa erit illius principis, qui vere eſt princeps, & ipſe nouem meſes in eius ſacraſſimo vtero manebit. De principe illo loquitur, qui de ſe ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Huius principis imaginem gerebat Dauid, cui dixit deus, vt eſt in primo Paralipomenõ ſcriptum: Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eũ. Hũc, qui habet æternum principatum appellat diuus Petrus principem paſtorum, & diuus Ioannes principẽ regum terræ, & Ezechiel principem principẽ: hoc eſt nomine & re principatũ habentem. Tharghum ita vertit hũc locũ: Eritque clauſa, erit principis, princeps ipſe ſedebit in ea. Poterat rectè transferri: eritque clauſa principi principum, ipſeque ſedebit in ea. In hebraico pro principe eſt נַשִׂא נַשִׂא naſi à verbo נָשָׂא naſa, quod ſignificat extollere, & eleuare, quod princeps in ſublime efferat.

Genf. 23.

tur, & super alios eleuetur. In libro Genesis scriptum legimus, dixisse filios Heth Abrahamo: Princeps dei es apud nos. vbi pro principe est nomē hoc. Volentes eum magnū principem appellare, principē dei appellant: ea enim quæ dei sunt, magna quippe sunt. Et quoniam proprium est principis parcere subiectis veniam suppliciter petētibz, significat verbum hoc parcere, & condonare, & propitiū esse. Significat etiā recipere: & ita accipitur cap. 4. Genesis: vbi deus dixit Caino dolore presso, quod deus ad Abelum fratrem suum, & ad munera eius respexisset: Nonne si benè egeris, recipies? Subaudi, mercedem à deo. Vbi pro recipies est in hebraico verbum hoc nasa. Quam ob causam verti poterat locus ille: Nōne si benè egeris, erit parcere? Ac si dicat. Si penitentiam egeris, & in virtutum actiones incubueris, parceret tibi deus, condonabit tibi peccatum tuū, eritq; tibi propitius. Thargum habet: Nonne si rectè feceris, remittentur tibi opera tua? Sin autem non benefeceris, ad diem iudicii peccatū tuum referuatur. Illud etiam, quod ait apud Oseam deus: Non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorū: poterat verti: Non addam vltra misereri domus Israel, sed in vniuersum eos à facie mea tollam. Pro obliuiscar enim est in hebraico verbum, quod potest esse nasa, vel naxa, naxa significat obliuisci, nasa præter alia significat tollere, & extollere. Loquebatur deus illic de decem tribubz Israelis, quæ fuerant captæ ab Assyrijs, & à Samaria abductæ: ad quam præter paucos nunquam redierunt. Sed quoniam verbū hoc nostrum: nasa parcere significat, vertit Ionathas Chaldaeus: Non addam vltra misereri Israelitarum, sed si conuersi fuerint, parcendo parcam eis. Poterat verti: Non miserebor amplius Israelitarum, sed eleuabo super eos inimicos, qui scilicet illos

Genf. 4.

ose. 1.

affligant, & in perpetua seruitute continent. Ab hoc verbo Nasa deriuatur nomen seath, quod significat excellentiam, honorem, & dignitatē. Id quod nos habemus in Genesis: Prior in donis, maior in imperio: vertit Pagninus: Excellentia, dignitas, & excellentia fortis. Qui locus poterat verti: Excellentia dignitatis, excellentia fortitudinis. Per excellentiam dignitatis intelligitur sacerdotium, per excellentiam fortitudinis regnum. Est igitur sensus: Tibi ò Ruben debebatur sacerdotiū & regnum cum sis primogenitus, sed quia instar aquæ celeriter labentis fluxisti, nō coercens libidinem, neutrū conseruaueris. Et ita factū est: nā ex Ruben primogenito nec sacerdotes descenderūt, nec reges: qui potius sacerdotium fuit translatum ad Leui, & regnum ad Iudam. Et quoniam primogenitus, qui donis his priuabatur, dicebatur priuari primogenitura, vertit Onchelus paraphrastes Chaldaeus locum illum in hunc modum: Tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, & sacerdotium, & regnum: sed quia secutus es voluntatem tuam sicut aqua effusa, non proficies, nec accipies portionem superexcrecentem. Hæc paraphrastes, qui respexit potius ad sensum, quàm ad verba. Hunc eundem sensum sequitur diuus Hieronymus in quæstionibus super Genesis. Diuus Ambrosius de benedictionibus patriarcharum per Ruben primogenitum, qui quoniam patrem suum affecit iniurijs, priuatus fuit regno & sacerdotio, intelligit populum Iudaicum, quem deus vocabat filium suum primogenitum, qui quoniam deum vulnerauit, in eum contumelias iecit, eumque cruci affixit, fuit deiectus, & ab eo regnum & sacerdotium merito ablatum. Eodem modo Eucherius & Isidorus per Ruben populum Iudaicum interpretantur. Deriuatur etiam ab hoc verbo nomen nasa, quod principem significat, &

Genf. 49.

Exo. 4.

& rem excellentiam, principatum super alias obtinentem, quo vsus est hoc loco Ezechiel.

Errauerunt à me post idola. Septuaginta habent: Cum erraret Israel à me post cogitationes suas. Ita enim pro post idola transtulerunt: *ὀπίσω τῶν ἰδωλῶν*. Turpes & inanes cogitationes idola esse asseuerarunt.

Non accingentur in sudore. Pro in sudore est in hebraico *וַיִּבְיַח* baiazach. Nomen iezach sudorem significat, & laborem: vt Genesis tertio: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ac si dicat: in labore magno: solet enim vultus sudorem emittere in magno aliquo labore. Est igitur sensus: Non erunt nimis arctæ sacerdotum vestes, ne cum labore accingantur. Huic interpretationi fauet versio septuaginta, ita habens: *ὅτι περιζῶσονται βία*. Hoc est, non accingentur violenter, seu cum violentia. Quidam existimant verba hæc esse in hunc modum intelligenda: Non se accingant sacerdotes in locis, vbi præcipuè sudor solet erumpere, veluti in axillis & pudendis. Ionathas Chaldaeus habet: Non accingēt se super lumbos suos: sed super cor suum. Ac si diceret: Media illa corporis parte se accingēt, vbi cor humanum situm est. Pagninus vertit: Nō accingent se post sudorem. Ac si dicat: Accingent se sacerdotes, sed nō postquā sudor eruperit, ne vestes sacerdotales coinquentur.

Non erit autem eis hereditas: ego hereditas eorum. In nonnullis codicibus particula, non, notata est obelo, tanquam non sit de textu, sed addita aliūde, eamque ob causam iugulandam esse censent, & delendam. In hebraico certè talis particula non est, nec in translatione Complutensi, quæ ita habet: Erit autem eis hereditas, ego hereditas eorum. Vt sit sensus: Hereditatem quidem habebūt sacerdotes, sed hereditas hæc non erit

terrena, se diuina: ego enim sum hereditas eorum. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta ita habens: Erit eis hereditas ego dñs: ego dñs hereditas eorum. & Pagnini ita vertentis: Erit sacerdotium eis in hereditatē; ego hereditas eorum. Vbi vides eum non posuisse particulam, non. Sed etsi addatur hæc particula, non, possunt tamen verba hæc ad eandem reduci intelligentiam: vt sit sensus: Non erit sacerdotibus hereditas terre instar aliarum, tribuum, sed dominus oblationes illis suppeditās, eis pro hereditate sufficiet.

Argumentum capitis. XLV.



Git de diuisione terra possidenda, ab ea diuersa, qua facta fuit tempore Iosue: nam ex tota terra promif-

sionis quatuor portiones separantur: quarum prima deputatur templo & sacerdotibus, altera leuitis, tertia ciuitati, quarta principatum obtinenti. Exhortatur principes, vt studeant clauum regni firmiter tenere, & in magnis etiā fluctibus gubernacula reipublica rectè tractare: ne opinionibus inflati, in erroribus intolerandis versentur, ad id quod inducantur superbia, vt iura diuina & humana peruertant, propter eam, quam multi sibi opinionis errore fingunt dignitatem. Nihil enim debet principibus magis esse in optatis, nihil antiquius, nihil præstabilius, quàm deum ardenti amore amplecti, re etiam iustitiam colere, & ad certam e-

ius

ius normam omnes suas actiones dirigere.

Caput. XLV.

A Vmque cœperitis terram diuidere sortitò, separate primitias domino, sanctificatum de terra, longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit omni ex parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.

B Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium domini. Et erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt leuitis, qui ministrant domui. Ipsi possidebunt viginti gazophylacia. Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis viginti quinque millia secundum separationem sanctuarij omni domui Is-

rael. Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbs, à latere maris vsque ad mare, et à latere orientis vsque ad orientem: longitudinem autem iuxta vnamquamque partem à termino occidentali vsque ad terminum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel: & nõ depopulabuntur vltra principes poulu meum, sed terram dabunt domui Israel: secundum tribus eorum. Hæc dicit dñs deus: D Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem et rapinas intermitte, & iudicium & iustitiam facite, separate confinia vestra à populo meo, ait dominus deus. Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnus mensuræ erunt, vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. Siclus autem viginti obolos habet: porro viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli mnam faciunt.

EXPLANATIO.

C Vmque cœperitis terram diuidere sortitò. Ita vt quilibet habeat suam sortem & partem, separabitis portionem domino, eritque sancta. Hoc est separabitis terram

ram

ram sacerdotibus domino seruentibus, quæ erit sancta. Portionem sacerdotum appellat primitias domino, & quipiam sanctificatum, quoniam sacerdotes erant cultui diuino dedicati. Explicans autem deus quantitatem terræ sacerdotum ait, debere habere in longitudine viginti quinque millia calamorum, in latitudine autem decem millia.

Et erit omni ex parte sanctificatum quingentos per quingentos. Hoc est, ex hac sacerdotum terra accipietur spatium quoddam quadratum pro templo ædificando, & habebit quodlibet latus huius spatij quingentos calamos. Hæc erit quantitas muri exterioris totum ædificium cingentis. Cum calamus vnus contineat sex cubitos, & quodlibet quadrum quingentos occupet calamos, aperte ostenditur quodlibet quadrum tria millia cubitorum occupare. Cum autem quater tria millia efficiant duodecim millia, necessario cõcluditur, totum hoc ædificium duodecim millia cubitorum in exteriori superficie occupare. Qua de re capite 40. disseruimus. Id autem quod ait fore spatium hoc ex omni parte sanctificatum, indicat templi reuerentiam, & sacerdotum sanctitatem: de quibus dicitur in Exodo: Sacerdotes, qui accedunt ad dominum, sanctificentur. De templo autem dicitur in psalmo: Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exo. 19.

Psal. 64.

Exo. 30. b.

Leui. 27. c.

Num. 38.

Et quinquaginta cubitos in suburbana eius. Idest, & erit extra ædificium hoc suburbium quoddam cingens totum illud, in quo suburbio nulla erit domus, nulla arbor, sed erit veluti circus quidam in templi reuerentiam: qui circus habebit in latitudine cubitos quinquaginta per gyrum. Per hunc enim numerum significatur spiritualis libertas, & privilegia eorum, qui templo dei seruiunt: iobeleus enim quinquagenario numero deputatur, vt constat ex libro Leuitici & Numerorum. Pro suburbano habent

Leuit. 25.
Num. 36.

septuaginta spatium: hoc est atrium vacuum.

Et amensura ista. Hoc est, prope hanc terram mensuratam, dedicatam sacerdotibus alia pro Leuiticis portio mensurabitur habens in longitudine vigintimille calamos, & in latitudine decem mille.

Et in ipso erit templum. Idest in spatio mensurato pro sacerdotibus ædificabitur templum. Aspicias sacerdotes, qui de templo e debant, debere iuxta templum habitare. Quod perpende pro presulum residentia. In libro etiam Numerorum dicebat deus sacerdotibus & Leuitis: Excubate in custodia sanctuarij. Vt ianitor, cui claudendi & recludendi demandata est cura, ad ianuam debet assistere, & nauis gubernator ad clauum sedere: sic presul in ecclesia sua absque dubio debet residere, & oues suas presentia, doctrina, & vitæ exemplo pascere. Quis non videt hæc monea presentia requirere personalem? Si bonus pastor tenet vitam suam pro ouibus suis ponere, qui fieri potest, vt ob lucrum suum, aut voluptatem, aut ob metum temporalis cuiusdam periculi possit ab ecclesia sua discedere, & oues suas in periculo relinquere? Petro dixit deus: Pafce oues meas. Non dixit: Deuora eas, esto dominus earum, tonde illas: sed pafce eas. Vbi vides prelati ecclesiastici munus pascere esse & operari. Id voluit dominus significare, cum mittens discipulos suos concionatum non dixit: Mesfifis quidem multa, presules autem pauci: sed operarij autem pauci. Operarios eos vocat non dominos otiosos. Vnde diuus Paulus in epistola prima ad Timoteum. Qui, inquit, episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: Non dicit bonam dignitatem, bonas diuitias, bonas delicias, bonos redditus, sed bonum opus seu labor e. Et in. 1. ad Thessalonicenses: Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & presunt vobis

Num. 18.

Ioan. 10.

Ioan. 20.

Luc. 10.

1. Tim. 3.

1. Thessa. 3.

in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. Et in secunda ad eosdem: Si quis non vult operari, nec manducet. Vide quemadmodum opus & laborem præfulum commēdet. In secundo Genes. 2. capite scriptum legimus adduxisse deum animalia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Si deus volebat, vt Adam animalia cognosceret, quod esset præpositus illis, quid respondebunt pastores, qui oues sibi commissas nec vidēt, nec cognoscunt, nec curant? Aspici igitur aperte necessariam esse corporalem residentiam pastoribus ad laborem officij exercendum. In concilio Lateranensi sancitum est, ne ecclesiasticum ministerium committatur, nisi ei, qui residere in loco, & curam ecclesiæ per seipsum valeat exercere. Quam ob causam arctissimè ibi inhibetur, ne quis duas paræcias, quibus per se residere non possit, valeat retinere, nec fructus earum percipere. Quando diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum dixit, præfulem vnā solam vxorem posse habere, quibus verbis prohibet bigamum ordinari, inhibet etiam eum plures vsurpare ecclesias. Ita locum illum diuus Ambrosius in libro de dignitate sacerdotali interpretatur. At nunc quot sunt, qui plures habent ecclesias, plura beneficia incompatibilia? Filij Heli sacerdotis rapina pascebantur: nam cum aliquis victimam immolaret, veniebat puer, dum carnes coquerentur, & mittebat fuscinulam tridentem in ollam aut lebetem, & quicquid extollebat fuscinula, capiebat sibi sacerdos. Ex quo efficiebatur, vt multi molestia affecti à sacrificijs domini desisterent. Eodem modo nunc nonnulli sacerdotes multa beneficia incompatibilia fuscinula & harpagine multorum dentium seu vncinorum capiunt, & illa omnia cōnectunt: & falsa narratione ad summum pontificem relata,

ea comedunt & possident ad reditus & diuitias respicientes, animas autem subditorum parum curantes. Vt impiæ mulieres, quæ vt pariunt, infantulos exponunt, & vt aiunt vulgò fortunæ committunt, vt alieno lacte nutriantur, aut pereant, debent graui supplicio puniri: sic præfules, qui vt liberius se dedant voluptatibus, ecclesias suas alijs committunt curandas, vt aliena alantur doctrina, aut penitus destituantur, grauisimum crimen incurrunt, cuius debitas pœnas domino persoluent: ijs enim aliquando magnas ecclesias committunt, qui imperiti sunt, & indigni. Vt qui primò musicam fidium discunt, lyras nonnullas perdunt & obterunt, sic non sine populi detrimento ecclesias curandas accipiunt, qui ad tam graue ministerium indocti accedunt & ignaui. Quare ecclesiastici præfules residere debent, & ecclesias suas iustè & sapienter regere. Multa sunt concilia, quæ hoc præcipiunt, multa summorum pontificum decreta, quæ ideo non connumeramus, quia penè sunt innumerabilia. Sed si volueris sanctorum doctorum auctoritates videre hanc veritatem aperte contestantes, lege Augustinum in libro de pasto. Gregorium Nazanzenum in oratione de statu episcopali, Hieronymum in epistola secunda ad Oceanum, Ambrosium & Gregorium in pastoralibus, Chrysostomum in libris de sacerdotio, Bernardum sermone septuagesimo septimo in Cantica. Post quos omnes fuit hoc etiam decretum in sancto concilio Tridentino sessione. 6. in decreto de reformatione: & sessione. 23. in decreto etiam de reformatione.

Et possessionem ciuitatis dabitur. Hoc est, separabitur terræ portio ciuitati cōdendæ, ipsiusque ministris & seruatoribus. Habebit autè hæc portio quinque millia calamorum in latitudine, & viginti quinque millia in longitudine: quæ longitudo erit æqualis longitudini ter-

ra

ra sacerdotum. Ideo ait: Secundum separationem sanctuarij. Ac si diceret: quemadmodum in portione separata sacerdotibus, in qua debet esse sanctuarium. Vel secundum separationem sanctuarij, hoc est è regione portio sacerdotum & leuitarum.

Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij. Id est, dabitur etiam principi portio & terram ex vtraque parte sanctuarij, ita vt separetur à sanctuario: sitque iuxta portio sacerdotum templo seruientium, & iuxta portio ciuitatis. Habebitque hæc principis portio duo latera, vnum ad orientem, alterum ad occidentem ita disposita, vt portiones sacerdotum & leuitarum cū templo & vrbe sint in medio constitutæ. Ostendit hic locus debere principes sacerdotibus, rebusque ecclesiasticis fauere, easque vndique protegere & seruare, & legi dei obedire. Ideo illis præcipiebat deus, vt descriptum sibi haberent deuteronomium legis.

A latere maris vsque ad mare. Hoc est à parte occidentali porrigitur ad occidentem. Hoc mare est mediterraneum, quod est ad occidentem respectu Hierosolymæ. Vult significare tantam esse latitudinem portio principis versus orientem & versus occidentem, quanta est latitudo trium aliarum portionum. Pro à latere maris vsque ad mare transfuit Pagninus: Ab angulo occidentali vsque ad occidentem.

Sufficiat vobis. Subauditur portio vestra. Exhortatur principes Israelis: ac si dicat illis: Nolite iniuriam subditis inferre, eorumque diuitias subripere, & in gurgitem vanitatis profundere. Eò enim adducuntur nonnulli principes, vt eos iustitiæ capiat obliuio, cum fuerint facibus cupiditatis incitati: vos autem date operam, ne quicquam inferatis domum præter memoriam nominis sempiternam. Vestra iustitia & sapientia regnum illustrate, & ad summam ampli-

tudinem perducite. De regibus auaris & iniustis dixerat antea: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectando lucra. Alcarnes cuidam percontanti quò pacto quis regnum optimè seruare posset, Si lucrum, inquit, non magnificerit. Et Agesilaus dicebat, principis esse, non delicijs, sed temperantia & fortitudine priuatis hominibus antecellere. Et quoniam principum est iustè ac rectè iudicare, ait illis deus: Iudicium & iustitiam facite. Hoc est, ad iustitiæ normam omnia dirigite. Id est querere iudiciū, vt apud Esaiam: Querite iudiciū, subuenite oppresso. Accipitur aliquando iudiciū pro damnatione, vt in testimonio illo Christi apud Ioanē: Procedet qui bona fecerunt, in resurrectione vitæ, qui vero mala egerint, in resurrectione iudicij. Aliquando pro punitione, vt in Exodo, vbi ait deus: Educā exercitū & populum meū, filios Israel de terra Aegypti per iudicia maxima: hoc est puniendo maxime Aegyptios. Vbi septuaginta interpretes trāstulerunt: cū vltione. Significat etiā iudiciū ipsum officium seu administrationem iuris, præsertim cum cōnectitur cum iustitia: vnde facere iudiciū & iustitiam est rectè & iuxta verum & æquum ius iudicare: quomodo accipitur hoc loco. & libro secundo Regum 8. Faciebat David iudicium & iustitiā omni populo: & alijs in locis. Illud est hoc loco aduertendum, in hac diuisione prius factam esse mentionem sacerdotum, quam principis: quoniam in ecclesia Christi in spiritualibus reges subiunguntur sacerdotibus, illis peccata sua confitentes, & ab illis absolutionem eorum, & alia Christi sacramenta recipientes, eosque magnoperè venerantes. Habent quidem reges terræ vinculi potestatem: possunt enim homines nefarios in carcerem conijcere, eosque ab illis absolueret. Verum eorum vincula

cor-

corporea sunt tantum: sacerdotum autem vincula ipsam animam attingunt, atque ad coelum vsque perueniunt: posunt enim animas ligare & absolueret: & quae confecerint in terra, erunt rata in caelo, & a deo confirmata. Ita enim illis dixit deus: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vide quid Christus dixerit diuo Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum in caelis. Quae verba postea apostolis dixit apud Matheum. In 3. libro de sacerdotio ait ita Chrysostomus: Sacerdotum quidem tanto est regno excellentius, quantum spiritus & carnis interuallum esse potest. Ambrosius in lib. de dignitate sacerdotali haec verba scripta reliquit: Si regum fulgore compares sacerdotem, & principum diademati, longe erit inferior rex, quam si plumbi metallum cum auri compares fulgore: quippe cum videas regum colla & principum submitti genibus sacerdotum: & ex osculatis eorum dextris orationibus eorum credunt se communiti. Aspicias igitur altiores esse sacerdotes regibus & principibus in rebus animae concernentibus. At in rebus profanis reges non subiucuntur sacerdotibus. Nec verum est, quod dicere possunt non nulli, fuisse Hebraeorum reges a sacerdotibus electos, quales fuerunt Saul & Dauid: nam neuter eorum fuit a sacerdote aliquo electus, & in regia dignitate constitutus, sed a deo, etiam si electio illa fuerit a sacerdote publice ostensa, si fortasse Samuel erat sacerdos. Fuit quidem electio illa a deo, sed unctio fuit a Samuele ex dei precepto ministerialiter celebrata, ut lib. primo Regum diuinae litterae testatur: vbi ad litteram haec sunt verba: Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput Saulis, & deosculatus est eum, & ait: Ecce unxit te dominus super haereditatem suam in principem. Et paulo

post ostenso Saule dixit Samuel populo: Certè videtis quem elegit dominus. Dauid etiam a deo fuit electus, non a Samuele. Et licet hi duo reges fuissent electi a Samuele, non inde sequitur, fuisse eos electos a sacerdote: nam Samuel propheta fuit, & vir omni sapientia & iustitia praestanti, sacerdos autem, ut me fert opinio, non fuit: tamen multi eum fuisse sacerdotem arbitrentur. Lege vtrunque testamentum, nusquam inuenies eum fuisse sacerdotem. Imò diuus Augustinus libro quaestionum veteris & noui testamenti, quaestione. 46. eos asserit in errore versari, qui dicunt eum auctum sacerdotio fuisse. Quam sententiam Ioannes Arboreus in sua Theosophia non solum sequitur, sed grauius defendit. Et quauis sacerdos fuerit Samuel, nunquam tamen inuenies ei Saulem aut Dauidem in temporalibus paruissse: nec vllum Hebraeorum regem quo ad ea fuisse subditum sacerdotibus, quatenus sacerdotes erant: etiam si Samueli & alijs, quatenus iusti, & sapientes erant, & dei nuntij parere tenerentur in rebus iustis & a deo praecipis. At hoc non erat sacerdotibus obtinere, sed deo. Habent enim reges in temporalibus superiorem neminem, etiam si in spiritualibus sacerdotibus subiiciantur. Quam ob causam hoc loco sacerdotes illis praeponuntur. Et quoniam distincta sunt munera sacerdotum, & eorum, qui rempublicam in temporalibus gerunt gubernandam, ideo hoc loco distinguuntur eorum portiones. Moyses primus Hebraeorum princeps lumine diuinae gratiae illustratus Aarone sacerdoti spiritualia demandauit, sibi temporalia gubernanda reliquit. Romulus primus Romanorum rex naturali splendore illuminatus instituit sacra quaedam, quae conficerentur a sacerdotibus, eos in ijs, quae ad religionem concernebat, praeficiens, sibi autem regni gubernaculum reliquit: existimans difficilimum esse regno simul &

1. Reg. 16.

Exo. 28.

sacer-

sacerdotio satisfacere. Authores sunt Marcus Varro, Dionysius Halicarnasensis, Antonius Sabelicus, Blondus Forluienensis, & alij. Sacerdotis munus est religione, & rerum diuinarum doctrina populum imbuere, eius peccata sacramentis expiare, & pro illo ad deum piastrebraeque preces fundere. Regis autem munus est iustitiam seruare, eorum, qui se in ipsius tutelam tradiderint, salutem & pacem tueri, & tandem viros laude dignos premio afficere, impios vero iuxta scelerum quantitatem & qualitatem punire. Quemadmodum cum brachij, quod vulnere habebas traiectum, adeptus es sanitatem: aut febrem ob nimiam ciborum abundantiam vigentem expulisti, fuisseque ad pristinam dignitatem restitutus, apertis signis ostendisti, robustam ac fortem te habere naturam, siquidem cum esset ab aegritudine oppugnata, expugnata tamen non fuit, sed te ad pristinum reduxit vigorem: sic etiam multos videas delinquentes ex iustitia puniri, & vita priuari, suorumque flagitiorum poenas debitas varie persoluere, debes tamen intelligere, validum esse, & vigore ac fortitudine roboratum corpus reipublicae, quoniam vitij resistit, ac maleficia, quae sunt pessima aegritudinum genera expellit, & in sceleratos animaduertit, coercens eos iustitiae rigore & seueritate. Hoc tam fit, cum princeps rectè gubernat, cum bonis fauet, noxios autè castigat, cum fert opem patriae, succurrit communi saluti, intercludit omnes seditionum vias: quo fit, ut & sacerdotes & ciuitatem tueatur. Eam ob causam eius portio tres alias portiones, nempe sacerdotum, leuitarum, & vrbis ex vtraque parte continet in medio. Sed quoniam non eas rectè tuebitur, si cupiditatis diuitiarum stimulis agitur aliena diripuerit, praecipit ei deus hoc loco, ut sit portio sua contentus, dicens: Sufficiat vobis principes Israel.

simile.

Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus

erit vobis. Statera instrumentum est, quo res ponderantur: ephi est mensura aridorum: batus mensura liquidorum. Omnia haec debent esse iusta & aequalia. Nam, ut ait in Prouerbij Salomon, Statera dolosa abominatio est apud deum. Et iterum: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud deum. In libro Leuitici sunt haec verba literis mandata: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & aequa sint pondera, iustus molis, aequusque sextarius. Etsi haec de ponderibus & mensuris intelligantur ad litteram, tamen existimo esse praecipue ad iustitiam & aequitatem, & animi iudicium referenda. Oportet iustitiam, quae in equalitate consistit, seruare, & res omnes iusta statera metiri. Qui fluxa pro aeternis eligunt, apud quos maioris ponderis sunt incerta & caduca, quam certa & immortalia, falsam habent iudicij balancem, & mendaces sunt in ponderibus suis. Diuitiae, magistratus, mundi honores & voluptates, & caetera huiusmodi, quae decepti mortales magnificiunt, in Salomonis mortalium sapientissimi statera nullius sunt ponderis, nullius pretij, vana sunt, & ipsa vanitas. Vnde ipse ait: Vanitas vanitatum: & omnia vanitas. Id dixerat antea ijs verbis eius pater in psalmo: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum Vbi Euthymius per stateras intelligit iudicia, dicens: Corrupta est in mortalibus iudicij sedes, quoniam eligunt instabilia pro stabilibus, & mala pro bonis. Verum ex hebraico possunt haec ita transferri. Certè vani filij hominis, mendaces filij viri, in stateras si ascendunt, ipsi pariter leuiore erunt vanitate. Per filios hominis consuetudine linguae hebraeae homines intelligit obscuros, & infimo loco natos, per filios autem viri viros nobiles & illustri laude celebratos. Et ita est sensus: Tanta est mortali-
Bbb luum

1. Reg. 20.

Mat. 16.

Mat. 18.

2. Reg. 1.

1. Reg. 10.

Prouerb. 11.

Prouerb. 20.

Leuiti. 19.

Ecclesiast. 1.

Psal. 61.

lium vanitas, vt non solum ignobiles & plebei, sed etiam clari & in hominum celebritate versati sint vsque adeo futiles & leues, vt si omnes in vnum collecti cum ipsa vanitate ponantur in bilance, praeponderet vanitas ipsa, & illi tanquam leuiiores sursum efferantur.

Exod. 30.
Leui. 27.
Num. 3.
E

Siclus autem. Agit de iusto pondere pecuniae. Qua de re vide caput. 30. Exodi, & 27. Leuitici, & 3. Numerorum.

Et haec sunt primitiae, quas tollitis: sextam partem ephi de coro frumeti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei batus olei decima pars cori est, quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his, quae nutriuit Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait dominus deus. Omnis populus terrae tenebitur primitiis his principi in Israel. Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solennitatibus, & in calendis, & in sabbatis, in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel. Haec dixit dominus deus: In primo mense, vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. Et tollet sacerdos de sanguine, quod erit pro peccato, & pones in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portae atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vno quoque, qui ignorauit, & errore deceptus est, & expia-

bis pro domo. In primo mense, quatuordecima die mensis erit vobis paschae solennitas, septem diebus azyrna comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se, & pro vniuerso populo terrae vitulum pro peccato. Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos septem diebus: & pro peccato hircum caprarum. Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense, quatuordecima die mensis in solennitate faciet, sicut supra dicta sunt per septem dies, tam pro peccato, quam pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

Et haec sunt primitiae. In libro Deuteronomij praeeperat deus dari primitias: hoc autem loco explicat earum quantitatem. In libro Leuitici, & in libro Numerorum praecipitum erat a deo literis mandatum, vt filij primogeniti expletis diebus purgationis deferrerentur ad templum, vbi domino pro illis offerretur agnus anniculus, & pullus columbae, seu turtur: aut saltem par turturum, aut pullorum columbarum ab ijs, qui ob inopiam agnum offerre non poterant. Quam ob causam sacratissima virgo dei genitrix ob paupertatem suam non agnum obtulit, sed par turturum, aut duos pullos columbarum. Sed quid dico: imò agnum illum obtulit immaculatum, de quo aiebat sanctificatus Baptista: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hebraei deo filios primogenitos offerebant, veluti primitias fructuum suorum: nos intentiones nostras, quae in nobis sunt primogenitae, illi offeramus. Priusquam aggrediamur opus aliquod, tribuamus deo intentionem & volunta-

G

Deute. 18.

Leuiti. 12.
Num. 8.

Luc. 8.

Ioan. 1.

simile.

voluntatem, & postea opus ipsum. Sunt quidem nonnulli, qui in bonis operibus intentionem separat a deo, eam illi praeripiunt, & mundo dedunt, deum ipsum non curant, sed hominibus solum placere desiderant. Quam ob causam in virtutis actione non ad ipsam virtutem respiciunt, sed ad eius speciem, sicut pictoribus, qui ad imaginem colores & umbras potius attendunt, quam ad substantiam, & cum interiora contempnant, in exprimendis exterioribus omnes ingenij vires profundunt: & quanto magis intuentium oculos decipiunt, tanto excellentior res iudicantur. Vult deus vt primogenita, hoc est cogitationes & intentiones ei offeramus, & cum illis agnum, id est maiorem suam, & pullum columbae, aut turturum, hoc est veram animi contritionem & puritatem, quoniam haec volatilia videntur gemitu pro cattu, & puritatem quandam referunt. Non vult deus offerri sibi canes latrantes, hoc est homines, qui alios laedant conuicijs & maledictis, nec leones rugientes & crudeles, nec lupos rapaces, nec sues in libidinis volatibros iacentes, nec talpas, quae caecitate affectae intra terram commorantur. Non vult offerri sibi vitia, nec homines illis implicatos, ab eis desistere nolentes. Virtute oblectatur, & animi candore, & viros virtute praeditos diligit, qui non solum ei opera, sed operum primitias, & primogenita offerre conantur: qui eum animo quaerunt, qui ad illum seipsum extollunt, qui totam illi intentionem tribuunt, & in eo meditantur. Ideo aiebat Ecclesiasticus: Cogitatum tuum habe in praecipis dei. Et deus per Salomonem in Prouerbijs: Praebe fili mi cor tuum mihi. Heliotropium herba est solaris, sic dicta, quod se circummagat cum sole: eius ortum manes spectat, eiusque cursum sequitur, ad illum folia vertens: at radicem nunquam mutat: semper eam habet in terra defixam: sic multi solem iustitiae Christum deum nostrum sequi videntur, sed folijs & ap-

Ecclesi. 6.
Prouerb. 23.
simile.

parentiis, cum radicem, hoc est intentionem habeant intra terram, vbi est eorum thesaurus, iuxta id quod ait dominus: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Cor habent in terra fixum, & intentionem in rebus terrenis & caducis locatam. Hi etsi deo opera videantur tribuere, operum tamen primitias illi nequaquam tribuunt: folijs eum quaerunt, animo autem adherent terrae, & radicem deorsum immittunt. Sedent, & non ambulant, qui seculis astringuntur. Ita enim ait psalmista: Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Horum animus non deum quaerit, qui potius, vt verbis vtar Salomonis, Cor iniqui inquit ma-
la. Contra vero vt vapores graues virtute solis extolluntur a terra, quaerentes ipsum solem, seque condensantes in nubes lucidas volitat post illum: sic multi ex terra, ex affectibus terrenis exurgunt, & Christum quaerentes fiunt nubes illae fulgidae, de quibus aiebat Esaias: Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Itaque vt heliotropium & vapor solem quaerunt, sed variè, nam harum rerum altera non eleuatur a terra, altera eleuatur: sic multi deum quaerunt, quorum quidam non extollunt cor ad deum, nec ad illum dirigunt intentionem, alij vero totos se illi tradunt: a terra sursum eleuati. Hi non solum exterius, sed interius deo largiuntur, non solum opus, sed intentionem, non solum fructum, sed primitias.
Sextam partem ephi de coro frumenti. Ephi continet tres modios, corus vero triginta: batus eandem continet mensuram, quam ephi: sed ephi est aridorum, batus vero liquidorum.

In sacrificio, & in holocaustum, & in pacifica. Holocaustum erat totum combustum, pacificum erat oblatio, cuius vna pars cremabatur, altera erat sacerdotis, alia vero offerentis: quae pro pace fiebat: sacrificium omnes oblationes deo factas in vniuersam comprehendebat: & virtutes etiam quascumque amplectebatur.

Principi Israel. Princeps Israelis hoc loco accipitur pro summo sacerdote: & est sensus. Has primitias tenebitur omnis populus in principem sacerdotum conferre. Sunt, qui per principem hoc loco eum intelligant, quem Esaias principem pacis appellat: & diuus Ioanes principem regum terræ: qui ut in titulo crucis ostenditur, rex est Iudæorum, hoc est confitentium & credentium: qui de se ait in libro psalmorum: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.

Et super principes erunt holocausta, & sacrificium, & libamina. Hoc est, summi pontificis, principis sacerdotum interest offerre deo sacrificia. Vel ut alij dicunt, facere sumptus & impensas in sacris faciendis. Libamina erant oblationes rerum liquidarum. Sed quoniam ut modò dicebamus, per principem intelligunt nonnulli Christum, hoc etiam potest ad illum referri. Ipse est, qui se pro nobis holocaustum constituit: quoniam legis veteris holocausta per se deo non placebāt. Ipse enim ait in psalmo conferens cum patre sermonem: Sacrificium & oblationem noluit, aures autem perfecisti mihi: holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio.

In solemnitatibus. Hoc est, in paschate, pentecoste, & scenophegia. In calendis, hoc est in nouilunijs: in sabbatis, hoc est in omnibus diebus festis, quæ ob insigne aliquod factum celebrabantur, siue sint sabbata, siue quælibet alia festa. In his solemnitatibus magni sumptus in usum sacrificiorum erogabantur à principe sacerdotum: quam ob causam ei tribuebatur primitiæ.

In primo mense. Nimirum Martio, qui à Iudeis Nisan appellabatur. Qua de re capite primo disseruimus.

Vna mensis. Id est, prima die mensis. Ita vna sabbati id est prima die sabbati, quæ est dies dominica. Ita intelligitur illud Lucæ: Vna sabbati valde diluculo vene-

runt ad monumentum. Hoc est, die dominica fulgentis aurora.

Sumes vitulum de armento immaculatum. Alloquitur sacerdotem, qui erat templi expiaturus sanguine vituli, qui non esset domi nutritus, sed in grege: & armento, nullamque corporis haberet maculam. Vide quanta mundities in hoc vitulo requiratur. Significant hoc loco literæ diuinæ puritatē, quæ in sacrificijs deo oblati requiruntur. Sed si eas altius spectare volueris, sublimiorem inuenies intelligentiam. Ut enim odoriferum trifolium primo visu delectat, & suauem aliquem ex se mittit odorem, sed quantò magis manibus teritur, tantò suauius fragrat, & maiorem odorem reddit: sic diuina verba etsi in aperto orationis argumēto, & in sententia, quæ primò apparet, suauitatem quandam spirant, si ea tamen attentius tractaueris, & aditum aperueris ad alta mysteria contemplanda, multò admirabiliorem & suauiore odoris fragrantiam emittent. Tractemus igitur, & manibus teramus verba hæc, & reconditam sententiam scrutemur. Vitulus hic pro peccato oblati, cuius sanguis erat labes nostras expiaturus, Christus est, verus deus noster, cuius meminit diuina scriptura primo capite Leuitici dicens: Immolabitque vitulū coram domino, ut offerant filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum. Et dixerat antea: Masculum immaculatum afferet ad placandū sibi dominū. Ideo dicitur immaculatus, quia iuxta Esaiæ vaticinium, Iniquitatem non fecit, nec fuit dolus in ore eius. Quem locum diuus Petrus in prima epistola sua de Christo interpretatur. Et ad hoc alludens diuus Ioannes in prima etiam epistola ait: Scitis, quia ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est. Eam etiam ob causam dicitur de armento, quia nullo fuit peccati iugopressus. Vel de armēto dicitur, quia fuit de grege patriarcharum, quem diuus

Matthæus

Matth. 1. Matthæus vocat filium Davidis, filium Abrahami. Hic est vitulus saginatus lacte sacratissimæ virginis, pro filij prodigi salute occisus, opprobrijs affectus, & cruci tandem crudeliter affixus. De eo loquitur apud Lucam ipse Christus in parabola illa, in qua ita patrem inducit loquentem: Adducite vitulum saginatum: & occidite, & manducemus, & epulemur. Ipse deus pater ait apud Esaiam: Propter scelus populi mei percussi eum. Et de illo ait apostolus in epistola ad Romanos: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ideo ait: Occidite, & manducemus, & epulemur. O cibum diuinum, o epulas coelestes! Huius vituli carne pascimur, eius sanguinem sumimus: & conuiuium hoc cotidie celebratur. Ipse diuinus vitulus de se ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo. O admirabile eucharistiæ sacramentum, o panem viuū, o epulas coelestes, o suaues ac diuinas delicias nostras, & verè diuinum nutrimentum! Adducite, inquit pater, vitulum saginatum: & occidite, & manducemus. Ipse deus, qui salutem peccatoris esuriebat, in eius conuersione dicitur manducare & epulari. Conuertere igitur o peccator ad deam tuū, ut saltem deum ipsum saties, & salute tua eius desiderium expleas. Nonne audis vocē eius? Quid facis? Cur in peccato permanes? Cur non redis ad patrem? O dementes nos ipsos! Intelligimus dei bonitatē, perspicimus & exploramus eius clementiam, & auditis eius verbis pietate plenissimis adhuc moramur? Adhuc non currimus ad illum? Eamus o fratres charissimi, festinemus & properemus, & tanquam filij prodigi ad dei misericordiā, ad patris clementiam supplices cōfugiamus. Quid quærimus in mundo, qui nos ad perdendum querit? Spectat nos deus, imò vocat, ut nobis vitam tribuat, nos

verò fugimus ab illo: vocat nos mūdus, ut interficiat, & ad illum confugimus.

Quærimus vitam in domo mortis, & letitiam in valle miseriæ. O ignorantiam nostram, o cæcitatem deplorandam! Ut sanguis sagitta veneno infecta corruptus cōfugit ad cor, ab eo remediū quærens: sed cum primū cor attingit, gignit interitum, & quærens vitam, inuenit mortem: sic qui calamitatibus pressi ad mundum confugiunt, in eo remediū quærentes, inueniūt mortem, vbi vitam inuenire putabant. Vitam in mortis domicilio quærent, & existimantes se esse medicinam inuenturos, æternam sibi perniciem machinantur. Nos verò confugiamus ad eum, qui ait: Ego sum resurrectio & vita: curramus ad fontem remedij, properemus ad Christum, qui nos in crucis ara expectat, vbi se pro nobis hostiam constituit, ut morte sua nos à morte nostra liberaret. Vitulus in monte Caluarie occisus occidit mortem, ut nos in coelesti monte diuinæ visionis, in domicilio beatorum sempiterno possemus viuere & quiescere, vitamque placidissimam, & bonorum omnium plenissimam traducere. De huius vituli cede loquitur hoc loco Ezechiel.

Et tollet sacerdos de sanguine, quod erit pro peccato, & ponet in postibus. &c. Hoc est, accipiet sacerdos ex sanguine vituli pro peccato immolati, & asperget illo postes templi, & quatuor angulos extremæ oræ altaris, & postes portæ atrij illius, in quo situm est templum. Hic est sanguis agni paschalis, qui in postibus & superliminibus domorum positus filios Israelis eripuit in Aegypto. Hic est sanguis Christi dei nostri, per quem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, cuius imaginem gerebat sanguis agni paschalis, & vituli immaculati, & sanguis ille, quo fuit aspersum tabernaculū. Nam ut ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus, Omnia penè secundum legem in sanguine mundabātur, & sine sanguinis

Bbb 3 effusione

effusione non fiebat remissio, quia futurū erat, vt Christi sanguis nos à maculis nostris expiaret, & scelera omnia dele-
 ret. Id intuens diuus Ioannes has voces emisit: Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quoniā hoc nō fuit in vna dūtaxat orbis terrarū parte, sed in omnibus quatuor mūdi plagis, dixit hoc loco Ezechiel, esse sanguinem hunc in quatuor angulis crepidinis altaris ponendū.

Pro vnoquoque, qui ignorauit. Sæpe enim ob errorem, in quo versamur, incidimus in flagitia. Id intuens diuinus psaltes canebat: Delicta quis intelligit, ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce seruo tuo. Et alibi: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Nemo est enim, qui possit errata omnia perspicere, qui in rātis tenebris nihil offendat, quem scelus aliquod specie virtutis non aliquādo decipiat. Fraudibus vitur diabolus, & vt ait apostolus, transfiguratur in angelum lucis.

In primo mense, quartadecima die mensis. Loquitur de paschæ oblationibus: incipiebat enim pascha quartadecima die lune, vt hoc loco, & in libro Exodi literæ diuinæ testantur. Et quoniā in hoc festo comedebatur agnus, appellabatur agnus ille etiā pascha, qui Christum adūbrabat. Ideo ait diuus Paulus in epistola. 1. ad Corinthios: Pascha nostrū immolatus est Christus. Imò panis azymus, qui comedebatur in solēnitate illa, pascha quoque vocabatur. Sed propriè pascha erat solēnitas illa à deo in exitu Israelis cōstituta, quādo angelus trāsirens occidebat Aegyptiorum primogenitos, relinquens Hebræos incolumes: & quando Hebræi ipsi ex Aegypto transierūt. Quā ob causam festum illud vocatū est pascha, quod idē est quod transitus. Cū autē ex Aegypto, ex hoc mūdo transimus ad verā promissionis patriam, pascha celebramus. Ideo cū in die festo resurrectionis dñi cæ alij alijs inuicem bonū pascha precātur, nescientes fortasse quid dicant, bonū

ex hac vita transitū, bonum phase, bonū deniq; mortem sibi mutuò precantur.

Cū pascha idē sit, quod phase, phase autem transitū significet, trāsitus autem sit mors, apertè ostenditur, pascha bonū sibi inuicem precantes bonā sibi mortem precari. Et rectè quidē: nam quæ potest esse solēnior festiuitas, q̄ à pœna tēporali ad gloriā proficisci sempiternā? Pretiosa, inquit propheta, in conspectu dñi mors sanctorū eius. Et beatus Ioannes in Apocalypsi: Beati mortui, qui in dño moriūtur. Aspicias igitur pascha transitū significare. Ad hanc significationē alludit diuus Ioannes dicens: Ante diē festū paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrē, cū dilexisset suos, qui erant in mūdo, in finē dilexit eos. In verbo, transiret, innuit pascha transitum significare: in quo trāsitu erat agnus innocens Christus deus noster ad patrē trāsiturus. Celebrabatur enim Iudæorum pascha, & occidebatur agnus paschalis, quo tempore passus est Christus. Sed dices fortasse: Quī fieri potest, vt euangelia cohæreant, cū dicat Matthæus, Christū manducasse prima die azymorū, hoc est prima die solēnitatis paschæ, Ioānes autem asserat fuisse id ante diem festū paschæ? Huius quæstionis facilis est responsio. Hebræi incipiebant solēnitates suas statim post primas vespertas: cū autē anno illo solēnitas paschæ incideret in diē veneris, incœpit festū die Iouis post vespertas. Et quoniā eo tēpore nempe nocte diei Iouis quando iam solēnitas incœperat, agnus paschalis māducabatur, ait Matthæus, Christum die festo paschæ agnū māducasse. Scripsit enim hebraicè, respexitq; ad Hebræorū morē. At diuus Ioannes, qui græcè scripsit, & ad Græcorū & Latinorum respexit cōsuetudinē, qui diem incipiūt post mediā noctē, dixit hoc fuisse ante festū paschæ, qui dies festus erat dies Veneris. Licet enim festum inciperet post primas vespertas feriæ quintæ, tamē à die

Apoca. 14

Psalm. 113

Ioan. 11.

Mat. 26.

Ioan. 13.

Ioan. 18.

sequēte denominabatur. Ita enim est in libro Exodi de agni paschalis immolatione memoriæ proditum: Erit agnus absq; macula, masculus, anniculus, immolabitq; vniuersa multitudo filiorū Israel ad vespertam. aut vt alij vertunt: inter vespertas, nimirū primas & secūdas. Vbi paraphrastes Chaldæus habet: Inter duos soles, seu inter duo lumina: hoc est inter occasum solis, & principiū noctis. Cū sol occidit, absceditq; à nostro horizonte, dicitur occasus solis, sed adhuc remanet in aère claritas quedam solis, donec incubat nox atra, & tunc occidit lumē. Vnde spatium illud post occasum solis ante occasum luminis & claritatis dicitur spatium inter duos soles seu inter duo lumina: & ita ait occidendū esse agnum inter occasum solis, & principiū noctis, quo tempore iuxta euāgelistas Christus pascha māducauit. Paraphrasis tamē chaldaica Cōplutenfis, qua ego vtor, non habet inter duos soles, sed ad vespertam, cum editione vulgata. Itaq; Matthæus & Ioannes idem dicūt, sed diuersis verbis: ambo cohærent & congruunt: ambo aiunt Christum cum discipulis suis pascha comedisse die Iouis vespere iam facto: quod tempus dies festus iam vocabatur, & prima dies azymorum iuxta Hebræos, & ante diem festum paschæ iuxta Græcos & Latinos. Et quoniam non solū solēnitas ipsa, & agnus paschalis vocabant pascha, sed etiam panis azymus, & quicquid māducabatur in solēnitate illa, ait diuus Ioānes Iudæos feria sexta nō introisse in pretorium, ne contaminarentur, sed manducarent pascha. Vbi per pascha, quicquid tunc manducabatur, intelligitur. Nō me fugit, alios aliter hūc nodum soluisse: sed hāc existimo esse germanam & veram huius loci solutionem & explanationē. Nec est dicēdum vllam esse inter Matthæum & Ioannē repugnātiā: id enim quod literis mandarunt, ambo viderūt: presentes enim fuerūt vltimæ cœnæ, & testes oculati ea, quæ de cœna illa scri-

bunt, proprijs oculis aspexerunt. Diuus Lucas ea, quæ ab apostolis accepit, sicut tradiderunt ei, qui ab initio ipsi viderūt, & ministri fuerunt sermonis, literis māducauit, vt ipse in euangelij sui exordio testatur. Marcus verò, quæ à Petro didicerat, rogatus à discipulis scripsit. Authores sunt Clemens in sexto dispositionū libro apud Eusebium libro. 2. ecclesiasticæ historiæ, capite. 15. Et Papias apud eūdem eodē libro & capite: & libro. 3. capite vltimo. Et Origenes libro. 1. cōmentariorum in Matthæum, eodem Eusebio referente libro. 6. capite. 18. Et Eusebius ipse libro. 3. capite. 4. Hieronymus de viris illustribus in vita diui Marci. Ireneus libro. 3. aduersus hæreses, capite. 1. & alij propè infiniti. Itaq; licet Lucas & Marcus audita referant dirigente eos spiritu sancto, Matthæus tamen & Ioannes ea perpetuis consignarūt monumētis, quæ suis oculis conspexerunt.

Et faciet princeps. Idest, & offeret princeps. Sequitur: In die illa: hoc est quartadecima die mensis.

Septem vitulos, & septem arietes. Hi erant immolādi singulis diebus spatio septem dierum. Hi sunt martyres, qui vitulum illū secuti sunt, qui pro nobis oblati sunt, & arietem illū, quem Abraham immolauit. Voluerunt enim pro Christo mortem commutare, vt tali morte immortalitatem cōsequerentur. Rapiebantur martyres ad supplicium, & eorum animæ à vinculis corporum euolantes in æternas mansiones domus dei ingrediebantur, gratia illustratæ, virtutumq; ornamentis munitæ.

Et sacrificium ephi per vitulum. Idest, toties offeret epham, quot erunt vituli & arietes: quot autem ephas obtulerit, tot offeret mensuras olei. Ephi, vt diximus, seu epha mensura erat aridorum: hūc autem accipitur pro simillæ mensura: est autem similla tritici farina pura & delicatā.

Et olei hin. Hin mensura erat illius tēporis, & vt nōnulli putant, tertia pars bati.

Septimo mense. Idest, in festo tabernaculorum fient oblationes, quemadmodum in festo pasche. Quis autem sit mensis primus, diximus capite primo.

Annotations ex hebræo in caput. XLV.

Exo. 34.

Separate confirma vestra. In hebraico est. Separate **ספרותיך** geruxothecem: à verbo **שָׁרַף** garax, quod significat proijcere, & eijcere: vt Exodi. 34. Ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum. Vnde eius deriuatiuum significat confinium, & limitem, quod sit in fine proiectum à re ipsa. Quam significationem secutus est, & rectè quidem, noster interpret. Significat etiam tributum, quod sit super populum proiectum. Quam significationem sequitur Rabi Dauid ita huc locum vertens: Separate tributa vestra à populo meo. Et Pagninus: Auferte angarias vestras à populo meo. Et Brixianus: Separate exactiones vestras à populo meo. Alij vertunt: Separate proiecta vestra: hoc est iniusta tributa, quæ in populū proijcitis. A verbo hoc deriuatur etiā nomen gerex, quod fructum significat, qui virtute solis & lunæ germinat & maturescit citius solito: quod eum sol & luna foras eijciant. Benedicens Moyses terræ Ioseph, dixit: De benedictione domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atq; abyssu subiacente: de pomis fructuum solis & lunæ. Ac si diceret: Benedicta sit à domino terra Ioseph ob delicias cœli, ob rorem delicatissimum, quo supernè irrigabitur, & ob abyssum, hoc est ob fontes aquarum è terra scaturientium & erumpentium: & ob fructus optimos, qui solent citò produci, & ad maturitatem peruenire beneficio caloris solis, & humiditate lunæ. Huiusmodi fructus fert

Deut. 33.

terra, quæ est à parte orientis versus meridiem, non quæ ad radices montis est versus septentrionem, quæ solem habet transuersum. Vbi fructus tardius producuntur, & difficilius maturescunt.

Siclus autem viginti obolos habet. Pro siclo est in hebraico xecel, à verbo xacal, quod significat ponderare. Nomen est nummi antiquissimi: de quo dicitur in Genesi: Terra, quam postulas, quadringentos siclos argenti valet. Continebat siclus viginti obolos, vt constat ex hoc loco, & ex capite trigésimo Exodi. Sed hoc intelligitur iuxta virorum doctorū sententiam de siclo templi: nam siclus, quo in templo utebantur sacerdotes, cōfentiēte Iosepho quatuor habebat drachmas, quarum quælibet quinque obolos continebat. Siclus autem vulgaris, & prophanus duas tantum habebat drachmas, & ex consequente decem obolos.

Genes. 23.

Exod. 30.

C

Pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est. Pro ignorauit est in hebraico **הָגַשׁ**, xogheh, à verbo **הָגַשׁ** quod significat errare, vt capite. 6. Job: Si quid forte ignorauit, instituite me. Significat etiā discedere, vt in psalmo: Spreuisti oēs discētes à iudicijs tuis. Quod poterat verti: Conculcasti oēs errātes à constitutionibus tuis. Significat quoque delectari, vt Prouerborum quinto: In amore eius delectare iugiter. Pro quo nonnulli vertunt: In amore eius errabis iugiter. Nimia enim occupatio in vxoris amore hominem separat à diuino cultu, rerumque cœlestium cōtemplatione. Ab hoc verbo deriuatur xeghoth, quod nomen errores significat, & delicta ignoranter admissa, vt in psalmo: Delicta quis intelligit? Seu vt alij vertunt: Ignorantias quis intelligit? Alterum nomen ab hoc verbo deductum est xiggaion, quod est in titulo psalmi septimi, pro quo æditio vulgata habet psalmum, dicens: Psalmus Dauid, quem cantauit domino &c. Et rectè quidem: nam translatio septuaginta habet ita: **ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ**. Pro xiggaion

Job. 6.

psal. 118.

Prouerb. 5.

psal. 18.

psal. 7.

gaion habet psalmum: Pro quo diuus Hieronymus transtulit ignorationem: quomodo etiam transtulerat Symmachus & Aquila teste Reuclino. Et rectè quidem: composuit enim Dauid psalmum hunc aduersus Saulem, asserens se nescire quicquam omnino, quo aduersus se incitatum regis furorem mereretur. Hoc nomine in plurali vsus est Habacuc, dicens: Oratio Habacuc pro ignorantijs. Ac si diceret: Hæc est oratio, quæ habuit Habacuc ad deum, ne suis populis imputaret ignorantias, nec eos in babylonica captiuitate penitus relinqueret. Sed quoniam eius primitiuum delectari significat, vertunt nonnulli inscriptionem psalmi illius. Oblectatio siue iucunditas Dauidis: fuit enim iucundus psalmus hic, & gaudio plenus. Alij dicunt esse nomen cantus ita ab instrumento musico appellari. Alij cantatum fuisse hunc psalmum ad numeros cuiusdam vulgaris cantilenæ, cuius initium erat xiggaion. Ex omnibus his expositionibus ea mihi valde arridet, quæ per xiggaion ignorantiam intelligit, tum ipsius nominis ratione, quod verbum xagah ignorare significet, tum quod pulchrè consonet argumento psalmi, quo Dauid negat se agnoscere peccatum sibi à Saule obiectum. Cum igitur verbum hoc varias habeat significationes, variè transferri potest locus hic Ezechielis. Pro eo enim, quod vulgaris editio habet: Pro vnoquoque qui ignorauit, verti potest: Pro vnoquoque discedente, nempe à via dei. Vel pro vnoquoque delinquente. Vel pro vnoquoque sibi complacente. Vel pro vnoquoque se vanè delectante.

Habacuc. 3.



GIT de sacrificijs sabbatorum & calendarum, & de principis oblatione. Docet quibus templi portis ingredi oporteat, & egredi: & quæ principis dona durent ad annuuntaxat remissionis, quæ verò perpetuitatem promittant, vigentq; memoria omnium seculorum. Loquitur de sacerdotum officio, & de nonnullis nouæ legis sacramentis, quæ immensus ille deus mundi conditor ac conseruator instituit, vt suam erga nos admirabilem charitatem significaret.

Caput XLVI.



AEC dicit dominus deus: Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur: sed & in die calendarum aperietur. Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ de foris: & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis & in calēdis coram dño. Holocaustum autem hoc offeret princeps domino: in die sabbati sex agnos immacularos, & arietem immaculatū. Et sacrificiū ephi per arietem: in agnis autem sacrificium,

A

B

Argumentum capitis. XLVI.

Bbb 5 cium,

cium, quod dederit manus eius: & olei hin per singula ephi. In die autem calendarum vitulum de armēto immaculatū: & sex agni, & arietes immaculati erunt. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium: de agnis autem sicut inuenerit manus eius: & oleo hin per singula ephi.

EXPLANATIO.

PORTA atrij interioris. Loquitur de porta orientali muri tertij, quæ erat atrij sacerdotum, vbi templū erat ædificatum: quæ porta clausa erat sex diebus laboris, septimo autē die, quando sabbatum erat & requies, aperiēbatur, & similiter calendarum die, hoc est die primo mensis, qui apud Hebræos festus erat. Describit loca, quæ a deo erant pro ratione dierū festorum. Hæc orientalis porta, sex diebus clausa, sed sabbato aperiēda, est diuina scriptura, quæ respicit ad orientē, hoc est ad Christum: de quo ait Zacharias: Oriens est nomen eius. Dicitur autem respicere ad Christum, quia de eo loquitur: ille est eius scopus. Ipse em̄ ait apud Ioannē: Scrutamini scripturas, quia ipse sunt, quæ testimonium perhibēt de me. Fuit autem clausa porta hæc sex diebus laboris, de quibus dixit deus: Sex diebus operaberis: hoc est toto legis tempore. Erat enim lex illa laboris plena, de qua ita ait in Actis diuus Petrus: Quid tentatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorū, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus? Fuit autem aperta sabbato, hoc est tempore gratiæ, & quietis animarū, cum Christus dixit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris. De diuina scriptura ante aduentum Christi dixit Dauid: Tenebrosa aqua in nubibus

aëris. Nubes prophetæ sunt, & diuinarū literarū scriptores, de quibus ait Esaias: Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Aqua tenebrosa est doctrina obscura, quæ erat in his nubibus tenebris cooperta. Nulla enim mentis acies tam perspicax esse poterat, quæ per se deum in diuina scriptura latentem perciperet, sublimia eius arcana penetrando. Id voluit ipse deus significare, cum veniens ad Moysen legē laturus, montem Horebum nube coopertus, & Moysi faciem obtexit velo, & Salomonium templum obscura nebula impleuit: & arcam fœderis velo iussit cooperire. At Christus dei filius, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, ipsas diuinas literas explicauit. Qua de re alibi differuimus. Poteris per hanc portam intelligere paradisi ianuam, quæ toto tēpore legis veteris fuit clausa, & post Christi mortem aperta: ipse enim dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Hęc coelorum porta aperta fuit sabbato, hoc est tempore gratiæ: & in neomenia, in festo calendarum, quod erat in nouilunio. Tempus gratiæ festū est, & noua luna, quando omnia innouata sunt: de quo tempore dixerat regius ac diuinus vates: Cantate domino canticum nouum, cantate dño omnis terra. Festiuitates enim legis antiquæ tēpus gratiæ adūbrabant. Ideo ait in epistola ad Colossenses diuus Paulus: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ aut sabbatorū, quæ sunt vmbra futurorū. Hęc cœli porta nobis etiam, dū in terris vitam degimus, clausa est: quod explicare volens Ezechiel ait: Erit clausa sex diebus, in quibus opus fit. Tempus vitæ nostræ tempus laboris appellatur. Homo enim, vt dicitur in libro Iob, nascitur ad laborē: sed aperitur porta hæc iustis in morte, qui ea æternā ingrediuntur beatitudinem. Hęc est porta illa, de qua ait diuinus psaltes: Hęc est porta domini, iusti intrabunt per eam. Et quoniam sempiterna requies appellatur sabbatismus

Zach. 6.

Ioan. 5.

Exo. 23.

Act. 15.

Math. 11.

psal. 17.

Esa. 63.

Exod. 19.

Exo. 34.

2. Corin. 3.

3. Reg. 8.

Exod. 40.

Hebra. 1.

Luc. 23.

psalm. 95.

Coloss. 1.

Iob. 5.

psalm. 117.

Hebr. 4.

tismus iuxta id, quod ait diuus Paulus in epistola ad Hebræos: ideo ait Ezechiel eam sabbato aperiri, & solennitate neomeniæ, quando viri sancti è corporum vinculis euolantes nouā vitā ingrediuntur, vbi æuo sempiterno in cœlesti patria oblectantur. Mundus hic est veluti venter quidā nature, in quo sumus, quā diu hic vitam degimus: quo autē die migramus à vita, nascimur, & tunc viuere incipimus: vnde mors sanctorū natale eorum dicitur. Duo sunt vteri, alter matris, alter naturæ: egredientes ab vtero matris ingredimur vterum naturæ, & exeuntes ab vtero naturæ, atq; in lucē editi, vitam verā adipiscimur, quam nec casus potest eripere, nec inuidia labefactare, nec vetustas vlla consumere. Qui enim in gratia moriuntur, aut statim cōsequuntur æternam beatitudinē, si purgati discedunt, aut in purgatoriū relegantur, donec purgati ad gloriam transferantur immortalem. Poteris per portā hanc rerum diuinarum cōtemplationē intelligere, quæ nobis clausa est, quando diebus laboris hoc est exterioribus occupationibus distinemur: præsertim si hi labores sunt opera seruilia, hoc est peccata: his enim occupati à cœlestiū mysteriorum cōtēplatione impedimur, & ab arcanis diuinarum literarū intelligēdis retardamur. Sin autē quiescimus, & scelera relinquimus, aperitur nobis porta cœlestis philosophiæ, & diuinæ sapientiæ, qua præceptrice possumus alta mysteria contemplari, & in tranquillitate vitā traducere, cupiditatū ardore restincto: affert enim diuinarum rerū contemplatio pacem animo, eumq; suauitate reficit, & concordia quadam placat & lenit. Et in hac tranquillitate incenditur animus igne illo charitatis, de quo dicebat diuinus psaltes: In meditatione mea exardescet ignis. Et vt ait diuus Paulus in secunda ad Corinthios: Reuelata facie gloriam domini specularantes in eandem imaginem transformamur à clari-

psal. 38.

2. Corin. 3.

tate in claritatem, tãquam à domini spiritu. Hęc est admirabilis illa requies, ad quam aspirabat Dauid, dicens: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & quiescam. Ideo ait Ezechiel, portam hanc sabbato aperiri, cum ad mentis quietem accedimus, & exterioribus, quæ distrahunt, relictis, interiorē animi securitatem querimus, qua deum inuenire possimus, & in eius suauitate conquiescamus. Hic est admirabilis sabbatismus, & præclara neomenia, cum anima diuinæ contemplationi dedita alitur ad æternitatem cœlestem, & nouitate vitæ, nouilunio puritatis à sole iustitiæ illustratur. Alioquin qui sceleribus imbutus, & vitij obstinatus ad hanc accesserit cōtemplationem, perniciem sibi fortē comparabit: est enim in libro Exodi literis mandatū esse lapidibus interficiēdam bestiam, quæ montē tetigerit, per quē cōtēplationis altitudo significatur. Et in Prouerbijs ait Salomō: Qui scrutator est maiestatis, obruetur à gloria.

psal. 54.

Exo. 19.

Prouerb. 25.

psal. 80.

Sed in die calendarum aperiētur. Primus dies mensis erat dies calendarū, & appellabatur neomenia, hoc est nouilunium: nam apud Hebræos semper mensis incipiebat à nouilunio: eratq; dies ille solennis. De quo dicitur in psalmo: Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ.

Et facient sacerdotes holocaustum eius. Hoc est, offerent sacerdotes holocaustū principis. Princeps illud sacerdotibus offerēbat, illi autem deo.

Adorabit super limen portæ. Idest, princeps incuruabit se apud limen portæ adorando deum.

Ad ostium portæ illius. Idest, ad ingressum illius portæ orientalis.

Sex agnos immaculatos. Hoc est integros & mundos absque labe, & corporis defectu. Locutus fuerat de sacrificio principis: nunc explicat numerum & puritatē immolatorum. Pro sex diebus laboris offeret sex agnos immaculatos. Insinuat omnia

2. Corint. 10.

Galat. 6.

2. Corint. 4.

omnia principis opera immaculata esse debere, & deo oblata. Offeret etiam arietem, qui oves ducit, hoc est intellectum, iuxta id, quod ait apostolus in secunda ad Corinthios: In captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi. Postea ait, offerendum esse vitulum de armento, hoc est domandum esse appetitum, & continentiae freno coercendum: vt iuxta apostoli sententiam: Stigmata domini Iesu in corpore nostro portemus. Ipse enim in secunda ad Corinthios, Semper, inquit, mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Et iungenda est simila, quæ est pura & exquisita farina, hoc est oratio, quæ est animi refectio: cui addendum est oleum misericordiae erga pauperes. Et ita manet absolutum principis sacrificium, si fuerit cum oleo clementiae & misericordiae conditum, & decoratum. Nihil est tam regiũ, tam illustre, quàm misereri afflictorũ, opem ferre supplicibus, excitare iacentes, occidentibus opitulari: cõtrã verò nihil tam abiectum, quàm ad summum principatum acerbiter & immanitatem adiungere. Nihil est in principe laudabilius placabilitate & clementia: quã tum approbandam dicimus, cum adhibetur seueritas, ita iustitia exigente, sine qua administrari respublica non potest.

Et sacrificium ephi per arietem. Hoc est, cum quolibet ariete offeret epham simillæ: quot fuerint arietes, tot erunt ephæ farinae purissimæ.

In agnis autem sacrificium, quod dedit manus eius &c. Sensus est: Cum obtulerit agnos, offeret tot ephas, quot manus eius dare potuerit iuxta eius arbitrium & facultatem. Quot autem ephas farinae obtulerit, tot hin olei offeret. Epha seu ephi & hin, vt diximus mensuræ erant illiustemporis.

Sex agni & arietes. In margine est, & aries: & ita habent nonnulli codices cor

recti. Paulò antè loquens de sabbati holocausto dixerat: Sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. Eodem modo erat in calendis: sed offerebatur præter hæc omnia vitulus de armento immaculatus.

Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem. Hoc est, cum obtulerit vitulum, offeret etiam mensuram ephæ, & similiter cum obtulerit arietem. Quot fuerint vituli & arietes, tot erunt ephæ.

Sicut inuenerit manus eius. Hoc est, pro eius facultate & arbitrio.

Cumq; ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingredietur, & per eandem viam exeat. Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis, vt adoret, egredietur per viam portæ meridianæ. Porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egredietur per viam portæ aquilonis, non reuertetur per viam portæ, per quã ingressus est: sed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum erit, cum ingrediẽtibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. Et in nundinis & solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: in agnis autem erit sacrificium, sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria domino, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati: & egredietur, claudeturq;

C

D

deturque porta, postquam exierit. Et agnum eiusdem anni immaculatum faciet holocaustum cotidie domino: semper manẽ faciet illud. Et faciet sacrificium super eo cata manẽ manẽ sextam partẽ ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur simile: sacrificium domino legitimum, iuge atq; perpetuum. Faciet agnum & sacrificium, & oleum cata manẽ manẽ holocaustum sempiternum.

Cumque ingressurus est princeps. Explicat per quas portas templi ingredi, egrediq; oporteat.

Cum intrabit populus terræ in conspectu domini solennitatibus. Tres erant solennitates præcipue, nempe pascha, scenophegia, & pentecoste: quas hinc intelligit: de quibus agitur capite. 23. Leuitici.

Non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est. Qui eadem porta redit, qua ingressus est, retro aspicit, & rei illi, ad quã accesserat, terga verit. Præcipiebat deus vt qui templum adibat, & vsque ad portam sancti sanctorũ accedebat, per aliã egredere portam, ne propitiatorio terga verteret, cum exiret. Sunt nonnulli, qui calamitatum angustijs pressi ad deum confugiunt, pias ad illum fundentes preces, & ad Christum deũ nostram, quem deus proposuit propitiatorum per fidem in sanguine ipsius, vt ait diuus Paulus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, vt ait diuus Ioannes: supplices accedunt, eiusq; diuinam misericordiam vocibus lamentabilibus implorat. At remedio impetrato deum ipsum relinquunt, & ab eo declinantes præbent terga fugæ: & cum deberet beneficij memoriam colere obseruãtia perpetua, illius penitus obliuiscuntur. Vt qui aqua indigent, se conferunt in fontem, oculos

Leui. 23.

Roma. 3. 1. Ioan. 2.

simile.

in eum dirigentes, sed haulta aqua, & plena hydria seuertuntur, fontique terga vertunt: sic multi periculis cincti, & ærumnis vndiq; oppugnati ad fontem misericordie confugiunt: sed aqua remedij impetrata, fontem illam aquæ viuæ contemnunt, qui ait apud Ieremiam: Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ. Cum verò sarentur in gemitu & calamitate, abstraxerunt se à peccato, fecerunt pia vota deo, & ad virtutum montem festinarunt: sed erepti à periculo respexerunt retro, & ad pristina scelera redierunt: Deberent quidem ultra procedere, & retro non aspiceret. Id voluit deus significare præcipiẽs: egrediẽtibus à Sodomorum ciuitate ne retro respiceret: & mittentibus manum ad aratrum, ne oculos leuarent post terga. Id intuens diuus Paulus in epistola ad Philippenses aiebat: Quæ quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Oportet igitur seruare perpetuam in recta viuendi ratione cõstantiam, & vt verbis vtar regij vatis, ire de virtute in virtutem, donec videatur deus in Sion. Sed quoniam ob humanam fragilitatẽ non possumus semper deum contemplari, & opus est contemplationem & orationem interdum intermittere, & corpori necessaria quærere, præcipit deus, vt ita hoc fiat, ne illi terga vertamus. Id volẽs diuinus noster vates ostendere, ait iussisse deum, ne qui ad templum per portam australem ingrederentur, per eandem redirer, sed per aquilonarem, & è conuerso.

Princeps autem in medio eorum erit. Princeps in medio debet esse omnibus consulens, vt cor in medio corporis, vt sol in medio planetarum, vt centrum in medio sphæræ, vt signum in medio scopi.

Vt in nundinis. Hoc est in diebus festis. Poteris per nundinas mercaturam & negotiationem spiritualem intelligere: de qua illud intelligitur apud Lucam: Negotiamini,

Ierem. 23.

Genes. 19. Luca. 9.

Philip. 3.

Isal. 83.

similia.

Luc. 19.

gotiamini, dum venio.

Spontaneum holocaustum. Ideo holocaustum hoc dicitur spontaneum, quia ad illud faciendum nullo iure tenebatur. Vel omne sacrificium dicitur spontaneum, quia sponte fieri debet, non coactè. Ideo aiebat Dauid: Voluntariè sacrificabor tibi domine. Et Christus deus noster: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vedit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Optimum est pro Christo comparando, teipsum relinquere, & vendere omnia, quæ habes: sed quoniam hoc debet esse libenter, apponuntur hæc verba: Et præ gaudio illius. Eodem modo Esaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem. Hoc est, porta orientalis, quæ sex diebus laboris erat clausa, aperietur, cum princeps fecerit holocaustum spontaneum, aut pacifica voluntaria, quæ admodum solet in die sabbati aperiri. Itaque etiam in profectis & diebus laboris erit festum, cum princeps holocaustum voluntarium immolauerit. Permittebat deus tot festa, ut ipse laudaretur, & homines requiem suis laboribus interponerent. Optimi sunt honesti labores, sed omnia debent ratione quadam omnium motionum moderatrice temperari: nam nimij & continui labores obsunt magis quam profunt. Est interdum laboribus miscenda quies, illisque interponenda honesta quædam oblectatio. Nam si omnis lætitia denegetur naturæ, in nullaque humanitatis iucunditate versetur homo, nequaquam labores poterit ferre, sed illis penitus obruetur. Non consistit beata vita in ludo & ioco, sed in virtutum actionibus: at quoniam perpetuum laborem ferre non possumus, cessatione opus est aliquando. Non est tibi quidem viuendum, ut ludas, hoc enim stultum est & puerile, sed ludere aliquando ho-

nestè, ut ferias res gerere possis, fuit semper sapientium virorum sententia concessum. Hoc asseruit grauis ille Anacharsis, quem hac in re citat & sequitur Aristoteles in decimo ethicorum. Hæc est diuini Augustini sententia in secundo de musica, quem sequitur diuus Thomas in secunda secundæ quæstione. 268. Arundo non crescit absque nodis: erigitur sursum geniculatim, & in nodo tantisper quiescit: & postea iterum surgit, & sursum tendit. Genucula illa & internodia sunt veluti quietes, & a laboribus cessationes. Nascitur ex radice calamus, diffunditque herbescens viriditate, quæ nixa fibris stirpium sursum crescit, culmoque geniculato sursum erigitur, & crescens efficit nodum, in quo quiescit, deinde iterum surgit, & laborat. Eodem modo nos oportet dare operam virtuti, & illud cum labore ad veram laudem directum iter diligere: sed ut illud tolerare possimus, debemus internodia quædam efficere, in quibus a laboribus interdum cessemus, & seruato decore quiescamus. Sed sumus statim ascensuri, & reuersuri ad laborem, ne si fuerimus turpi otio dediti, vincat voluptas ratione, & falsis delicijs, quæ celeriter decidunt, & deflorescunt, capiamur. Ut inculta terra gignit tribulos & sentes, sic homo otiosus impijs gignit cogitationes, & scelera nefaria producit. Vult deus, ne vitæ desideria & inutiles silentio transeamus, veluti pecora, quæ natura terræ prona, ventrique obedientia finxit. In labore, dixit deus Adamo, comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et in libro Iob scriptum legitur: Homo nascitur ad laborem. Et diuus Paulus, Si quis, inquit, non vult operari, non manducet. Et diuus Hieronymus: Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Et Pittachus apud Raphaëlem Volaterranum: Totius honesti dux, & fundamentum continentis labor in primis est. Et Hesiodus apud

Stobæum:

Stobæum: Per labores virtus incedit. Et Plato: Breues virtutis labores æterna voluptas sequitur. Quo fit ut viri sapientes laborent, etiam cum a labore cessare videntur. Notum est illud Scipionis Africani, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset. Sed quoniam relaxare animam possumus, dummodò caueamus intemperantiam, & meminerimus veracundiam, dedit deus sabbata & alia festa, quibus eum laudibus efferremus, & possemus cultui diuino vacare, atque laboribus nostris honestam quietem & lætitiã interponere.

Claudetur ei porta. Hoc erat in holocausto spontaneo & pacificis: tunc enim claudatur porta, cum primum princeps exhibat. In sabbatis verò & calendis non claudatur porta vsque ad vespas.

Cata manè. Hoc est, iuxta manè. Ac si dicat: Singulis diebus manè. Loquitur de sacrificio, quod cotidie tempore auroræ fiebat. Est enim tempus hoc precibus & sacrificijs aptum. Cum rex Dauid esset ab hominum coetu separatus ob regis Saülis infidias, & ab eo in desertas & incultas solitudines pulsus, ubi pietatem aiebat in diuino lumine contemplando, aiebat: Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et alibi: Quoniam ad te orabo domine manè, exaudies vocem meam. Et subdit statim: Manè astabo tibi, & videbo. Ac si dicat: Tempore matutino assistam supplex misericordiam tuam, & erectis in cœlum oculis intuebor, dum mihi calamitatibus presso opem tuleris. Et iterum: Manè oratio mea præueniet te.

Faciet agnum. Hoc est, offeret agnum. Eodem modo facere bouem est illud immolare, aut parare ad immolandum: quo tropo vititur sacra scriptura tertio Regum. 18. Vnde Macrobius Aurelius libro tertio Saturnaliũ enarrans illud Vergilij: Cum faciam vitula &c. hæc verba literis mandauit: Vitula dixit pro vitulatione, quod nomen esse sacrificij ob læti-

tiam facti superius expressimus. Cum faciam vitula, id est cum faciam rem diuinam non oue, non capra, sed vitula. Tanquam dicat: Cum vitulam pro frugibus sacrificauero.

Hæc dicit dominus deus: Si dederit princeps donum alicui de filijs suis, hæreditas eius filiorum suorum erit: possidebunt eam hæreditariè. Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autem eius filijs eius erit. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis: ut non dispergatur populus meus vnusquisque a possessione sua. Et introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ respiciebant ad aquilonem: & erat ibi locus vergens ad occidentem. Et dixit ad me: Iste est locus, ubi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: ubi coquet sacrificium, ut non offerant in atrio exteriori, & sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius: & circumduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce atriolus erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita: quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum mensuræ vnus quatuor erant. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola:

& culinę fabricatę erant subter porticus per gyrū. Et dixit ad me: Hęc est domus culinarum, in qua coquent ministri domus domini vitimas populi.

Si dederit princeps domum alicui de filiis suis. Locutus est de principe, nunc de eius heredibus loquitur. Sensus est: Si princeps aliquid in filios suos contulerit, ipsi illud habebunt in perpetuum: ea portio semper eorum erit in perpetuam hereditatem. Sin autem dederit aliquid seruis, illud habebunt serui vsque ad tempus, nimirum vsq; ad annum remissionis, hoc est vsque ad annum iobilei, qui erat anno quinquagesimo, in quo omnia ad priorem dominū reuertebantur, vt constat ex Leuitico. Potest hoc referri ad annum septimum, qui appellabatur annus remissionis, vt constat ex libro Deuteronomij. Itaque filij habebūt firmam proprietatem, serui autem vsū duntaxat, vel fructum pro tempore. Nam vt ait apud Ioannem Christus deus noster: Seruus non manet in domo in eternum, filius autem manet in aeternum. Filij dei sunt illi, de quibus ait diuus Ioannes: Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem, filios dei fieri. Impij verò serui vocantur nequā, & serui peccati: iuxta illud euangelicum: Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me &c. & illud: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Id intelligens diuus Paulus aiebat in epistola ad Galatas: Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaque iam non est seruus, sed filius, quòd si filius, & hæres per deum. Est autem hęc hereditas gloria æterna, quam iusti obtinent, qui filij dei sunt: impijs autem dantur ad tempus bona tēporalia, quę illis in morte auferuntur, quoniam sunt serui. Quare mundi diuitiæ non sunt verè in bonis connumerandæ, quoniam nullam ha-

bent firmitudinem, nullam perpetuitatem: & ab impijs hominibus sepe numero possidentur.

Et non accipiet princeps de hereditate populi &c. Per hereditatem bona immobilia intelliguntur, per possessionē verò mobilia. Aspicias non esse principem dominum substantiæ populi. Imò debet subditos defendere & protegere veluti iustitia quædam animata, & lex viuua. Et ita debet conseruare populum, vt videatur potius populus à principe nutriri, quàm princeps à populo sustentari. Aduertere obsecro. In toto hoc capite Ezechiel agit de principe, sed nusquam eum adulatur, imò eum monet, & ex dei parte præcipit, ne quid accipiat violenter ex populi hereditate & possessione. Principem ad virtutem hortatur, nò autem illi blanditur. At multorum hominum videbis scripta principum suæ ætatis laudibus referta, etiam si videant eorum voluntatem solutam, virtutem verò alligatam. Est quidem virtus principum laudāda: nam vt aqua humore suo arborem educat atque confirmat, & facit adolescere, & fructus vberes producere: sic laus auget & alit aliquando virtutem, eamque pulchriore & sublimiore reddit. Hac similitudine vsus est Pin-darus, à qua depromptum est tritū illud & antiquum prouerbium. Virtus laudata crescit. Aut fortasse fuit similitudo à prouerbio deducta. Possumus itaq; principum rectè facta laudibus efferre, & perpetuis consignare monumentis, non autem omnes eorū actiones siue pias, siue impias indifferenter & sine delectu admirari, & adulari, & laudibus extollere. Hoc enim eorum est propriū, qui ficto amore principum fauorem & gratiam captare & aucupari concupiscūt. Quimpotius illi, quorum interest eos monere, non debent necessariam veritatem silentio transire, seruato tamen illis honore & decoro, sed eorum scelera, si in ea inciderint, leniter, sed grauiter & sapienter repre-

reprehendere. Alexandrum Magnum scriptū legimus eiecisse ab aula sua quendam philosophum, cuius familiaritate vsus diu fuerat, quòd eum nunquam reprehendisset. Interrogatus enim à philosopho, cur eum dimitteret, & à consuetudine sua lōgius propelleret, Quia, inquit, aut errores & defectus meos intelligis, aut non intelligis: si eos non intelligis, es insipiens, sin autem intelligis, adulator, qui me nunquam eorum admonuisti. Ideo familiaritati tuæ nuntium remitto, quia eius consuetudinem repudio, qui aut ignorantia laborat, aut adulationibus vtitur. Oportet magnos principes sapientibus illis familiariter vt, qui illis veritatē dicant. Vidēs igitur opus esse sapientibus labentem principem ad decus excitare, errantem ab errore deducere, eius flagitia reprehendere, ei denique suadere optimum esse portum pereunti mutationem consilij, & impij propositi reuocationem. Sed hoc agant moderatè similes legibus, quæ hortantur, reprehendunt, prohibent, & præcipiunt, ductæ non iracundia, sed æquitate, non impetu, sed moderatione. Interrogatus Antisthenes philosophus cur magnates voce suppressa reprehenderet, & non queribunda, respondit vespas iridem sonū haud magnum alis excitare, aculeum tamen acerrimum habere. Diuus Paulus in epistola ad Galatas ita ait: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Si quilibet homo incidens in flagitia est leniter & modestè reprehendendus, quanto magis princeps, qui est in sublimi dignitate constitutus? Aspicias hoc loco iustum ac sapientem Ezechielem de principe loqui, sed nec illi assentari, nec in eum irruere, & contumeliam iacere. Monet illum, & dei nomine præcipit, ne subditos spoliet, cum non sit opum populi dominus, sed eius rector & conserua-

tor, cuius est, commoda suorum defendere, non diuellere, omnes eadem equitate continere, gerere personam regni, sustinere decus, seruare lēges, iura describere, & omnium gubernationem fidei suæ commissam meminisse. Debentur principi tributa, quibus possit sustentari, dignitatem suam tueri, regnum in pace & iustitia regere, & aduersus hostes protegere & conseruare. Idéo ait diuus Paulus: Reddite omnibus debita: cui tributū tributum, cui vectigal vectigal, cui timorē timorē, cui honorem honorem. Vbi perpende, non dixisse apostolum: Date tributa, sed reddite, insinuans non esse tributum donationē gratis datam, sed opus iustitiæ principi debitum. Id dixerat antea ijs verbis Christus deus noster: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. At non licet principi subditorum diuitias diripere, ac si esset earum dominus. Vt sol illuminat lucem, quæ absque illo nullam emitteret claritatē, quoniam omnē lucem suam accipit à sole: sic princeps fauore suo subditum illustrat, qui absque principis beneuolentia in obscuritate iaceret, nullo quę splendore micaret. Videmus enim in eum omnium oculos esse coniectos, quem princeps prosequitur fauore: eūque in hominū celebritate versari, quē princeps laudibus extollit. Solet enim populus principem imitari. Quo fit, vt si princeps iustus sit & pius, populus iustitiā colat & pietatem, sin autē iniustus & impius, populus plerumquē se sceleribus imbuat & contaminet. Nunquam subditi se tot flagitijs inquinarent, nisi essent ad morum corruptelam exemplo sceleratorum principum incitati.

Et introduxit me per ingressum. Nimirū ductor meus.

Iste est locus, vbi coquunt sacerdotes. Non vult deus sacrificia cruda, virtutes crudas, veritates crudas. Vult vt omnia hęc sint aqua modestiæ sale prudentiæ, & igne

Leui. 25. 27.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Mat. 18.

Ioan. 8.

Galat. 4.

Simile.

Gal. 6.

Rom. 13.

Mat. 22.

Simile.

Ecce igne

igne charitatis concoquantur.

Pro delicto, & pro peccato. Hoc est, pro scelere de industria perpetrato, & pro peccato ignoranter admissio. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta habens: Pro delicto, & pro ignorantia. Quidam per delictum intelligunt crimen omissionis, per peccatum verò crimen commissionis.

Vt non efferant in atrium exterius, & sancti fierentur populus. Codices correcti habent: *Vt non efferant in atrium exterius.* Sensus est; Sacerdotes coquent intus sacrificia, ne exeuntes foras populum attingant, qui contactu sacerdotum sanctis vestibus indutorum sanctus censetur. Vult deus significare non esse impuris hominibus alta dei arcana ostendenda. Qua de re capite quadragesimo secundo differuimus.

Et eduxit me in atrium exterius. Hoc atrium erat inter secundum murum & tertium, quod exterius appellatur respectu interioris, quod erat intra murum tertium: vt supra ostendimus capite. 40.

Mensura vnus quatuor erant. Id est, vnus quodque illorum quatuor atriorum seu gazophylaciorum vnus atque eiusdem erat mensuræ. Longitudo vnus aliorum etiam erat longitudo, similiter & latitudo.

Subter porticus per gyrum. Per porticus intelligit foramina, & estructuras quasdam apertas in parte muri superiore, vbi imponebatur ollæ: sub quibus erant alia foramina ad ignem subiiciendum. Per has colinas, vbi victimæ ministrabantur, intelliguntur oratoria, vbi sacerdotes debent deo se ipsos offerre, & dona pro hominum peccatis. quoniam pontifex ex hominibus assumptus, vt ait apostolus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.

Heb. 5.

Annotations ex hebræo in caput. XLVI.

C*um autem fecerit princeps spontaneum holocaustum.* Septuaginta pro spontaneo habent *εὐολογία*, hoc est confessionem. Tunc enim princeps holocaustum deo offert, cum ad pœnitentiæ sacramentum à deo institutum accedens de peccatis suis verè confitetur, & demisso ac contrito animo solutionem quærit à sacerdote: est enim animus deiectus, ac ob sceleris admissi conscientiam debito dolore contractus; illudque confitens, gratum sacrificium. Ita nanque ait diuinus vates: Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Fuisse autem pœnitentiæ sacramentum à Christo institutum, indicant aperte hæc ipsius verba ad Petrum directa: Tibi dabo clauis regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Tum ad alios apostolos: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et post resurrectionem ad eosdem: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vult deus animorum ægritudinibus mederi, & in peccatores conferre salutem, sed in ea conferenda sacerdotis vtitur ministerio, vt ille veluti spiritualis medicus adhibeat medicinam. Sed oportet ægrum ei vulnus ostendere, qui est à Christo medicus constitutus. Qui enim fieri potest, vt medicus vulnere medeatur, quæ ægrotus ostendere erubescit, & indicare non vult? Vt qui intus habet super

abun-

abundantes bilis, aut plegmatis, pestiferos humores stomacho grauer noceres, si vomuerit, leuabitur ægritudine: sic qui tetra flagitia concepit, & scelerata mortifera admisit, oportet ea euomere, & sui ipsius accusatorem existere, si voluerit sanitatem obtinere: sin autem de illis confiteri noluerit, intus vrgebitur, & pestilente criminum humore suffocabitur. Quare necesse est, sacramentum hoc pœnitentiæ adire, & de proprijs peccatis cōfiteri. Hoc enim erit holocaustum deo gratissimum. Vnde septuaginta pro spontaneo holocausto verterunt confessionem holocaustum. Verum in hebraico pro spontaneo est *נדהוה* nedhauah, à verbo *נדהו* nadhau, quod significat sponte aliquid elargiri aut offerre: vt in Exodo: Ab omni homine, qui offert vltro-neus, accipietis eas. In hebraico totum hoc, qui offert vltro-neus, est vnum verbum, nempe nadhau. Et poterat locus ille ita etiam latinè reddi: Ab omni homine, cuius cor sponte offert oblationem, eam accipietis. Inde deriuatur nomen nadhiu, quod significat rem spontaneam, & liberalem, & principem, ita à liberalitate appellatum. Hoc nomine vtitur Esaias capite trigesimo secundo. vbi cōmunis editio habet: Princeps verò ea, quæ digna sunt principe, cogitabit: & ipse super duces stabit. Quæ verba poterant in hunc modum verti ex hebræo: Liberalis autem liberalia cogitat, & ob liberalia facta ad magnam dignitatem euehitur. Id quod dicitur in psalmo: Spiritu principali confirma me, verti potest: Spiritu liberali, seu spontaneo confirma me. Spiritum spontaneum vocat vim illam spiritus sancti, qua animus noster munitus se à voluptatibus sponte abducit, perturbationes liber coerces, & dei voluntatem promptus lætusque amplectitur. Quod si legamus spiritu liberali seu munifico, idem sensus manebit: siquidem vis illa efficit,

Exo. 25.

Esai. 32.

psal. 50.

vt se animus noster liberè deo tribuat. At si communem versionem sequamur, quam sequi debemus, quoniam omnibus alijs meritò antepositur, per spiritum principalem debemus spiritum sanctum intelligere, qui eam ob causam dicitur spiritus principalis siue regius, quia animus, in quo habitat, regit, estque eius princeps, & dux, & protector, & liberator. Diuus Hieronymus vertit: Spiritu potentis: Felix: Spiritu munifico. Quæ omnia in eandem coincidunt sententiam. Qui enim verè princeps est, fortis debet esse, & munificus, & subditos suos tueri, & amplificare, & ad eximiam amplitudinem perducere. Vbi nos habemus in libro Iob: Abstulit quasi ventus desiderium meum, pro desiderio meo est in hebraico hoc idem nomen: ideo verti poterat locus ille: Abstulit quasi ventus præcipuum meum, siue principem meum: hoc est animam, quæ in me præcipua est. Et quoniam non ei abstulerat ventus animam quo ad substantiam, sed quo ad desiderium, ideo interpretes noster pro anima, siue principe, siue præcipua rectè translulit desiderium. Sed quoniam nomen hoc principatum etiam significat, poterat quoque verti locus ille: Rapuit quasi ventus principatum meum. Ac si diceret: Quemadmodum ventus paleas facile rapit, & stipulas longè propellit, sic deus omnes meas diuitias, & potentiam, & honores, quibus apud homines valebam, repente à me abstulit: quæ omnia deo ita volente penitus euauerunt. Ita enim paraphrasis chaldaica locum illum interpretatur. Id etiam, quod ait psalmographus: Pluuiam voluntariam segregabis deus hæreditati tuæ: poterat quoque verti: Pluuiam liberalem aut copiosam destillabis domine hæreditati tuæ. Hæreditatem dei vocat Hebræorum populum, quem deus tanquam agrum hæreditarium sumpserat

Iob. 15.

psal. 67.

excolendum, suæque misericordiae im-
bribus copiosis irrigandum. Poteris per
pluuiam voluntariam eam intelligere,
quæ est tempestiua, & ab hominibus de-
siderata. Vel dicitur voluntaria, quoniã
eam deus voluntariè tribuit: vel munifi-
ca, quoniam illam ex magnificentia sua
largitur: vel quia copiosa est. Hæc plu-
uia copiosa est cœlestis doctrina, qua
deus irrigat verè Israelitas, hoc est fide-
les Christianos. Est enim catholicus po-
pulus hereditas illa, de qua dicebat deus
pater filio suo vnigenito. Postula à me,
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,
& possessionem tuam terminos terræ.
Sed hæc pluuiæ cœlestis, hæc euangeli-
ca doctrina in torrentes excrefcens ca-
stra hostium euerit, hereditatem verò
dei salubriter irrigat & fœcundat. Cùm
autem dictio nedhauab, qua hîc vitur
Ezechiel, omnia hæc habeat significata,
potest hic Ezechielis locus variè trans-
ferri. Noster interpret habet: Cùm autē
fecerit princeps spontaneum holocau-
stum. Septuaginta: Si autem fecerit prin-
ceps confesionem holocaustum. Pa-
gninus sequitur communē editionem.
Poterit locus hic ita rectè trãferri. Por-
ro cùm princeps liberale fecerit holo-
caustum. Ac si dicat: Non solùm sabba-
tis & calendis aperietur principi orien-
talis porta, sed etiam diebus profestis, si
in illis munificum domino obtulerit sa-
crificium.

*Semper manè faciet illud, & sacrificium fa-
ciet super eo cata manè manè.* Loquitur de sa-
crificio quodam, quod erat cotidie non
vespere, sed manè faciendum: illudque
appellat agnū immaculatum: & postea
faciendum esse ait ex simila, quæ est fari-
na tritici purissima. Ego existimo diui-
num vatem respexisse hoc loco ad san-
ctum eucharistiæ sacramentum, quod
mētis oculis diuino lumine lustratis in-
tuebatur esse tempore gratiæ in ecclesia
futurum. Et quia in eo Christus realiter
continetur, appellat illud agnum imma-

culatum, de quo dixerat Esaias: Oblatus
est, quia ipse voluit, & non apperuit os
suum: sicut ouis ad occisionem ducetur,
& quasi agnus coram tondente se obmu-
tescet. Et diuus Ioãnes baptista: Ecce a-
gnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1.
Et diuus Ioannes euangelista in Apoca-
lypsi: Et vidi: & ecce in medio throni &
quatuor animalium, & in medio senio-
rum agnum stantem tãquam occisum, Apoc. 5.
habentē cornua septem, & oculos septē,
qui sunt septem spiritus dei missi in om-
nēm terram. Et quoniam materia huius
sacramēti est panis, ait esse ex simila cō-
ficiendum. Et quoniam sanctum missæ
sacrificiū manè celebratur, nō vespere,
ait esse semper manè faciendum. Agnus
paschalis & manna fuerunt duæ huius al-
tissimi sacramenti figuræ, de quibus nūc
Ezechiel mentionem agit, alludens per
agnum immaculatum ad agnū pascha-
lem, & per similam ad manna. Huic in-
terpretationi fauet versio, cui diuus Hie-
ronymus adiecit commentaris, quæ ita
habet: Et sacrificium siue manna faciet
super eo manè. Verbum hoc manna
addidit diuus Hieronymus in eo quidē
iudicio ex Symmachi editione, quæ qui-
dem hoc loco mirabilis est: & myste-
rium redemptionis humanæ per Chri-
stum Iesum, qui in hostia consecrata cō-
tinetur, mirabiliter explanat. Erat qui-
dem manna panis ille, quo fuerunt filij Exo. 16.
Israelis in deserto nutriti, de quo ceci- Num. 11.
nit regius ac diuinus vates: Pluit illis mā Psal. 77.
na ad manducandum: panem cœli de-
dit eis, panem angelorum manducauit
homo. Cœlestis autem panis, quē nos
manducamus, Christus est, de se ipso di-
cens: Ego sum panis viuus, qui de cœlo Ioan. 6.
descendi: si quis manducauerit ex hoc
pane, viuet in æternum: & panis, quem
ego dabo, caro mea est pro mundi vita.
Solitus est deus nos ijs rebus à perniciē
liberare, quibus incidimus in perniciē.
A ligno scientiæ boni & mali ortum Genes. 2.
est peccatum, & à ligno crucis gratiæ re- 3.
stituo-

stitutio: vt qui in ligno vincebat, in li-
gno quoque vinceretur. Aquis diluuij
mundus perijt, aquis baptismi instaura-
tus fuit dicente domino: Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nō
potest introire in regnum dei. Somnijs
fuit Ioseph vēditus & abiectus, somnijs
fuit in excelsa dignitate cōstitutus. Per
cibum ingressa est mors dicente domi-
no: Quocunque die comederis ex eo,
morte morieris: per cibum ingreditur
vita, dicente ipsa vita: Qui manducat
me, & ipse viuet propter me. Hic est
panis, qui de cœlo descendit: qui man-
ducat hunc panem, viuet in æternum.
De hoc pane cœlesti, de hoc diuino sa-
cramento loquitur in præsentī Ezechiel
dicens: Et manna faciet super eo. Se-
ptuaginta pro manna habet *βυσία*, quæ
dictio hostiam significat: quoniam in
hostia consecrata iam non est panis, sed
Christi corpus: panis enim in corp⁹ sub-
stantialiter cōuertitur: ipse enim Chri-
stus ait: Hoc est corpus meum. Vbi au-
tem Christi corpus est, ibi est eius san-
guis, eius anima, eius diuinitas. Itaque
in hostia consecrata totus Christus est
verus deus & verus homo: similiter &
in calice, sed sub accidentibus sine sub-
iecto existentibus absconditus. Id in-
tuens spiritu prophetiæ Esaias has vo-
ces emisit. Vere tu es deus absconditus.
Et noster Ezechiel: Semper manè fa-
ciet illud &c.

Vsq̄ ad annum remissionis. Pro remis-
sionis est in hebraico: *דור* deror, quæ
dictio & remissionem significat, & li-
bertatem: vt in Leuitico: Sanctificabis
annum quinquagesimum, & vocabis
remissionem cunctis habitatoribus ter-
ræ tuæ. Vbi pro remissionem poteris
vertere libertatem. Vnde hirudo apud
Hebræos hoc nomine appellatur, quòd
liberè in hominum domicilijs edificet.
In anno libertatis omnes viri sapientes,
virtutumque ornamentis exculti, qui
nunc sceleratorum principatui subijciū-

tur, veram libertatem consequentur.
Hoc erit tempore illo vltimo, quo mor-
tui ad vitam reuocabuntur, & Christus
venerit ad iudicium exercendum. Tūc
multi ex illis, qui nunc sunt ad subli-
mem euecti dignitatem, & in homi-
num celebritate versantur, in sempiternam
ignominiam, & acerbissima
tormenta deiicientur: contrā verò mul-
ti, qui modò sunt serui, abiecti, inopes,
& nulla denique mūdi gloria insignes,
obtinebunt tunc gloriam immortalem:
& qui iustitiam in terra coluerunt, &
charitate flagrarunt, æternam in cœ-
lis amplitudinem consequentur. Cùm
Christus de signis vniuersalis iudicij a-
pud discipulos suos differuisset, addi-
dit: His autem fieri incipientibus respi-
cite, & leuate capita vestra, quoniam
appropinquat redemptio vestra. Non
est redemptio, nisi præcedat captiui-
tas, cùm autem aduentante mundi fine
appropinquet iustorum redemptio, a-
pèrtè concluditur, eos antea captiuos
fuisse: & ex consequente vitam hanc
esse eorum captiuitatem. Id animo per-
cipiens diuinus vates canebat: Con- Psal. 125.
uertere domine captiuitatem nostram,
sicut torrens in austro. Tunc erit io-
bileus iustorum, & annus remissionis
atque veræ libertatis. Pro anno re-
missionis vertit Pagninus annum li-
bertatis.

In quatuor angulis atrij atriola disposita. Pro
disposita est in hebraico: *קטרת* cetu-
roth, à verbo catar, quod significat suf-
fire, adolere, disponere, & ligare. Quare
poterat etiam verti locus hic: In qua-
tuor angulis atrij erant atriola ligata: &
ita transtulit Pagninus. Ac si diceret: E-
rant atriola coniuncta & inter se colli-
gata in quatuor angulis atrij. Significa-
re autem verbum hoc ligate indicat lo-
cus ille Genesis: In ipsa effusione infan- Genes. 38.
tium vnus protulit manū, in qua obste-
trix ligauit coccinum. Significare au-
tem suffire seu sacrificare indicat locus
Ccc 3 ille

Esa. 65. ille Efaix: Qui sacrificauerunt super montes, & super colles &c. Et illud quarti Regum: Usque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Ideo quidam vertūt atriola fumosa. Hoc est atriola, in quibus fumus sacrificiorū apparebat. Potest verti: Atriola suffimentorum: seu sacrificiorum.

Argumentum capituli. XLVII.



Inuenitur aqua e templo fluentes, doctrinam euangelicam, & apostolorum conciones significantes, quae omnes terrarum oras irrigarunt, & mortalium animos ad aeternitatem aluerunt. His aquis irrigati mortales immortales fructus ferunt. Absoluitur hoc capite diuisio terra Israelitica, quae fuit capite qua dragesimo quinto inchoata.

Caput. XLVII.

IT cōuertit me ad portam domus, & ecce aquae egrediebantur subter limen domus ad orientem: facies enim domus respiciebat ad orientem: aquae autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portae aquilonis. Et conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quae respiciebat ad orientem: &

ecce aquae redundantes à latere dextro. Cū egrederetur vir ad orientē, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquae profundi torrentis, qui non potest transuadari. Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumque me conuertissem: ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et ait ad me. Aquae istae, quae egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exhibunt, & sanabuntur aquae. Et omnis anima viuens, quae serpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erūt pisces multi satis, postquam uenerint illuc aquae istae, sanabuntur: & uiuent omnia, ad quae uenerit torrens. Et stabunt super illa piscatores: ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio lagenarum erit: plurimae species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimiae.

EXPLANATIO.

ET conuertit me. Nimirū ductor meus. Quasi dicat: Vir ille, qui mihi ædificium ostendebat, conuertit me ab atrio exteriore, ubi erat domus culinarum, in quibus victimae coquebantur, ad portam templi, ex qua egrediebantur aquae veluti fontis scaturientis. Fluebant quidem hae aquae ex limine & ostio sancti sanctorum, & declinabant ad latus dextrum per partem meridionalem: egredientibus enim è templo manebat latus eius dextrum ad meridiem. Aquae uero fluebant ad orientem: nam porta praecipua templi, ut diximus, erat ad orientem. Fluebant autem aquae per templum, & per eius porticum, unde ueniebant ad atrium exterius, semper uersus orientem, quò frons templi uergebat. Hic fluuius è limine sanctuarij scaturiens, & fluens longissimè, est doctrina euangelica per totum orbem diffusa, quae omnes nationes ad uerum dei cultum reuocauit. De illa ait Ecclesiasticus: Aqua sapientiae salutaris potabit illum. Et regius uates: Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit. Et Ioel propheta: Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquae, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem spinatum. Aspicias quam aperte Ioel de hoc fonte locutus sit, qui erat è templo domini fluxurus: & de eius aquis, quibus erant homines rigandi, & ad vitam beatam alendi. De illis ait ita Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Hae aquae sunt conciones euangelicae, & caelestis Christi doctrina, & perennè atque amœnum diuinarum literarum flumen. Manabat autem ab ostio & limine sanctuarij, quia exordium habuit à Christo saluatore nostro, qui est limen & porta sanctuarij, hoc est ostium caeli, & via, & ue-

ritas, & uita. Ipse de se ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Tu uero mentis oculis intuerè excellentem ordinem, pulchramque diuinæ dispensationis dispositionem. Descripsit diuinus uates templum: nunc uero mirabilem fluuium ab illo manantem: quoniam futurum erat, ut constitueretur ecclesia Christi, & inde uiuificæ salutare aquae euangelicae doctrinae, & baptismi, & gratiae, à Christo productae per eam deriuarentur, & fluerent. Sed non exeunt è templo nisi porta ad orientem respiciente, nec fluunt per templum latere sinistro, sed dextro, quia ad Christum tendunt, qui est oriens caelestis, qui uisitauit nos oriens ex alto, & uitia detestantur per sinistram significata, uirtutes autem quaerunt, quae per dextram intelliguntur.

Et eduxit me per viam portae aquilonis. Eductus est propheta ad orientem, sed per aquilonem: quoniam ad splendorem uirtutum, & diuinarum rerum contemplationem solet deus suos adducere per afflictiones & calamitates nomine aquilonis significatas.

Cum egrederetur vir. Quis sit uir hic diximus cap. 40.

Et mensus est mille cubitos. Nempe huius riuus in longitudinem, ubi aquae altitudo tam parua erat, ut talos non excederet: at postea profunda erat, deinde profundior, & tandem profundissima: non enim poterat vadari. Haec est diuina scriptura, quae nonnullis in locis est adeo aperta, & perspicua, ut quilibet eam possit uado transire, alijs autem difficilis est, alijs difficilior, alijs uero difficilima: tantae profunditatis, ut per se nemo eam possit pedibus transire, nisi sit diuino adiutus fauore, & caelesti quodam lumine illustratus. Quarto libro Regum est proditum memoriam, ascendisse Eliam in caelum, & pallium suum discipulo suo Eliseo relic-

quiffe: quo ipse Elifus profundas Iordanis aquas pertrāsiuit. Absque pallio illo fieri nō poterat, vt aquæ traijcerētur pedibus: at pallio munitus potuit eas Elifus siccis pedibus transuadare. Elias idem est quod deus dominus. Quis est deus dominus, verus deus, & verus homo, nisi Christus redemptor noster? Hic ascendens in cœlum pallium suum discipulis suis reliquit, quo possent sacram scripturam intelligere, eiusque profundas aquas penetrare. Hoc pallium est cœlestis sapientia cum diuina gratia coniuncta: est charitas illa, de qua ait diuus Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorum. Vide quam admirabile sit pallium hoc, quod scelerum tegit multitudinem. Hæc est vestis illa, de qua ait Christus: Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? Odiuinum tegumentum, & vestes gloriosas De ijs dixerat Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Et quoniam qui præditus est charitate, est deo ipso indutus, ait diuus Paulus in epistola ad Romanos: Induimini dominum Iesum Christum. Cum igitur diuinarum literarum fluuius sit multis in locis profundissimus, ego autem non possum præ ingenij imbellicitate transire, te precor summe deus, vt tuæ gratiæ & sapientiæ pallium mihi porrigas, quo valeam Iordanis aquas securus traijcere, & alta tui numinis arcana penetrare. Fluuius ille Iordanis, & hic, quem vidit Ezechiel ab ostio templi manantem, etsi re ipsa duo esse videantur, sententia tamen & vero intellectu idem sunt. Illud est hoc loco aduertendum, Ezechielem eò altiorum fluuium hunc inuenisse, quod amplius illum mensuraret: quanto enim plus euangelium legimus, tanto plura in eo, & altiora mysteria intelligimus. In eo refugium, & consolationem, & fortitudinem, & sapientiam inuenimus, & arma, quibus valeamus dæmo-

nem, eiusque satellites superare: Est enim euangelium torrens ille, ex quo David quinque limpidissimos lapides eduxit, vt superbum Goliath interficeret: quorum vno blaspheum occidit, & Philistæos superauit. Lapidis torrens sunt autoritates sanctæ scripturæ: Goliath est dæmon, Philistæi sunt hæretici dæmonis ministri. Exiuit flumen hoc à Sione, iuxta id quod vaticinatus fuerat Esaias: De Sion exhibit lex, & verbum domini de Ierusalem: ibi enim incepit euangelium prædicari: sed postea fuit per totam Palæstinam, & regiones circumiacentes diuulgatum, & tandem propagatum in omnibus terrarum finibus, vt iam non diceretur notus in sola Iudæa deus, & in Israele magnum nomen eius: sed eius nominis cognitio sic omnes Gentium oras pergraret, vt non solum homines mansueti, & scientia exculti, sed etiam barbari & immanes relicta feritate, & repudiato idolorum cultu Christum esse crederent totius orbis effectorem & moderatorem, & sanguine suo mundum redemisse, hominumque scelera expiassent. De fluuiio hoc ait per Esaiam deus: Ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Et rursus: Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et noster Ezechiel toto hoc capite de fluuiio hoc vaticinatur. Dicens autem eum progressu creuisse, fuisseque profundiorum, voluit fidei & euangelij incrementa indicare.

Et mensus est mille torrentem. Id est, mensurauit torrentem illum cubitis mille: quem non potuit vadare, quia ita creuerant aquæ, vt nisi natando transuadari non posset. Innuat magnam diuinarum literarum profunditatem.

Certe vidisti. Monet prophetam, vt ea, quæ vidit, alta mente cogitet, & diligenter

ter memoria repetat, quod sint mysterijs plenissima. Sensus est: Porrò aspexisti, quemadmodum fons egrediens ex ostio sanctuarij creuerit in fluuium magnum & impermeabilem, indies profundiorum. Et perpende mysterium hoc.

Ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Significat amœnitatem & fertilitatem, & vberiorum fructuum abundantiam, quæ erat ex euangelica doctrina producenda. Per ligna homines significantur, per eorum prima virtutum fructus. Comparari homines arboribus indicat locus ille psalmographi: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini, quia venit, Et illud euangelij: Securis ad radicem arboris posita est: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. Hoc est, hæ aquæ, quæ ex ostio sanctuarij egredientes fluunt versus orientem, suoque cursu vehementi trahunt arenas, eriguntque tumulos earum in alueo suo, & descendunt ad planitiem solitudinis, egredientur mare mortuum, & exhibunt ab eo, cuius maris aquæ huius fluminis ingressu sanabuntur. Eius ingressu quæ prius erant amara, dulcescent, & quæ prius mortua erant, reuocabuntur ad vitam: medetur enim euangelium publicanis, meretricibus, & peccatoribus. Sabulum significat arenam: & quoniam Iordanis fluuius solet tumulos arenæ efficere, intelligunt per tumulos Sabuli Iordanem: vt sit sensus: Aquæ hæ, quæ fluunt ad Iordanem, postea in mare mortuum introibunt. Mare mortuum est quidam lacus Iudææ dictus Asphaltites, in quo nullus est piscis: imò nihil in eo viuum reperitur: vnde mortuum vocatur. Præterea nihil in eo mergitur, & obruitur, sed omnia natant, & in aquæ apparent super-

ficie. Quam ob causam illi comparantur, qui nullum abscondunt secretum, sed omnia referant, & in lucem produunt. Est lacus hic magnus: nullis fluctibus agitur: quam ob rem cum illo conferuntur, qui in tranquillitate vitam degunt, nullis calamitatibus pressi, nullis ærumnarum fluctibus concitati. De eo vide Aristotelem libro secundo Meteorologicorum, capite tertio, Plinium libro quinto, Iustinum libro trigesimo nono, Solinum capite quadragesimo octauo, Cornelium Tacitum, & alios. Iordanis fluuius ingreditur in hoc mare mortuum, & suauitatem suam amittit, quemadmodum Hypanis fluuius Scythiæ, qui miram habet dulcedinem, donec misceatur ei exiguus fons, quem Herodotus vocat Exampæum, qui sua amaritudine totum Hypanim corrumpit. Dixit autem Ezechiel fore, vt fluuius hic egrediens de templo ingrederetur in mare mortuum, illudque dulce redderet & viuum, & ab illo egrederetur. Idem euenire cernitur Rhodano, qui fertur per Lemannum siue Losannum lacum, exitque ab eo fluens versus Lugdunum nobilem urbem, totiusque Galliæ celeberrimum emporium, vbi ego eum vidi: & inde in mare mediterraneum erumpit. Sunt, qui dicant voluisse Ezechielem significare, hunc fluuium in Iordanem intraturum, & ita in mare mortuum. Alij aiunt voluisse illum innuere ingressurum esse fluuium hunc per se in mare mortuum absque ingressu in Iordanem, & ita aquas maris sanaturum. Sed neutrum videtur prima facie cum veritate coherere: nam nec per se, nec per Iordanem talis fluuius ingressus est vnquam mare illud, nec illius maris mortui aquæ vnquam sanate fuerunt, quim potius Iordanis aquas inficiunt. Imò nec erit vnquam templum aliquod Hierosolymæ, à quo talis fluuius egrediatur: cum afferat Aggæus

propheta, nullum iam futurum esse templum Iudæorum, & illud quod conditum fuit ab Hebræis post reditum à babilonica captiuitate, fuisse vltimum & nouissimum. Ex quo constat, totum huius loci sensum esse spirituale, & hunc spiritum esse verum & literalem intellectum. Ille enim est literalis & germanus sensus, quem spiritus sanctus præcipue intendit exprimere, siue sit vulgaris, & in aperta orationis superficie elucescat, siue ad interiorum & arcanam sententiam traducatur. Quare per fluuium hunc è templo fluentem, baptismum, & alia sacramenta, & gratiam, & Christi euangelium in sensu historico & literali intelligimus, & per mare mortuum peccatorum mortiferis sceleribus inquinatum. Et si infidelis sit omni flagitiorum genere contaminatus, & ob crimina pestilentia mortuus, tamen si fuerit aquis baptismi ablutus, & euangelica doctrina irrigatus, recipiet salutem & vitam, & virtutum fructus feret vberimos & lætissimos. Qui antea vitiorum erat vorago, lacus fœtidus, & mare mortuum & amarum, vbi nihil erat vitæ, nihil gratiæ, nihil veræ dulcedinis, in fluuium suauem, & salutarem, & amœnum, & piscibus abundantem conuertetur. Qui turbulentis & concitatis animi per motionibus agitabatur, seque scelerum ministrum præbebat, & errorum tenebris coopertus lucem pro nihilo putabat, recepta fide & charitate vitam placidè & tranquillè traducet, in virtutum actiones incumbet, & diuinæ gratiæ radijs illuminatus tanquam in speculo puro poterit imaginem veritatis intueri, & cœlestia mysteria astris splendidiora contemplari. Hæc admirabilis mutatio illi proueniet ex aquis manantibus ab ostio sancti sanctorum, hoc est à Christo porta cœli per sanctam sanctorum significati. Est enim perspicuum per sanctum sanctorum in-

telligi cœlum, vt multis verbis ostendit in epistola ad Hebræos diuus Paulus. Has aquas, hæc diuina sacramenta vidit Ezechiel fluere per latus dextrum, hoc est per Iesu Christi crucifixi vulnus lanceæ, qua fuit eius dextrum latus percussum. Nam ex Christi latere, vt diuus testatur Augustinus, ecclesiæ sacramenta fluxerunt. Vel ideo ait, has aquas per latus dextrum fluxisse, quia ad eos perueniunt, qui in die iudicij ad dexteram ponentur, iuxta id quod dicitur in euangelio: Statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Existimo tamen, diuinum vatem ad dextrum Christi latus respexisse. Ad has cœlestes aquas nos ipse dominus apud Ioannem ijs verbis inuitat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Hic est, qui dixerat apud Esaiam: Omnes sitientes venite ad aquas. Et ipse Esaias spiritu prophetico afflatus aiebat: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Erat in eius corde fons gratiæ & misericordiæ, qui per quinque fontes, hoc est per quinque vulnera erumpebat. Quid aliud sunt illa quinque vulnera, quam admirabiles fontes misericordiæ? Præsertim vulnus lateris, ex quo exiit sanguis & aqua, vt sanguine redimeremur, aqua laueremur. O fontem singularem aquam & sanguinem manantem, ô aquas salutare ex tali fonte fluentes, ô diuina ecclesiæ sacramenta ex latere Christi dextro egredientia, & totum vniuersum orbem terrarum rigantia! De ijs aquis dixit Zacharias propheta: Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem, medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum. Ac si diceret: Tempore gratiæ egredientur Hierosolyma aquæ præstantes vitam bibentibus, quæ aquæ sunt conciones euangelicæ, Christi doctrina, & ipsum Christi euangelium, & ecclesiæ sacramenta, quæ omnia, quia mul-

Hebr. 9.

Mat. 25.

Ioan. 7.

Esa. 55.

Esa. 12.

Ioan. 19.

Zach. 14.

multa sunt non aqua, sed aquæ appellantur, quæ totum orbem habitabilem alluent, ab oriente ad occidentem. Id predixerat his verbis Esaias: Repleta est terra scientia domini sicut aquæ maris operientis. Ac si diceret: Tempore euangelij replebitur terra scientia domini: erit enim cognitio Christiani nominis extensa, veluti aqua maris omnino regens.

Et descendunt ad plana deserti. Per hunc desertum intelligunt nonnulli planitiem, vbi erat mare Tyberiadis: & aiunt fluuium hunc partim influxisse in mare illud Tyberiadis, partim in mare mortuum, & deinde in mare mediterraneum ad occidentem. Huic opinioni fauet Hebræorum sententia: asserunt enim fluuium hunc fuisse in duas partes diuisum, quarum vna fluebat versus orientem, altera versus occidentem. Nos diuisionem hæc amplectimur, sed eam multo aliter explanamus. Per hos duos annes sub vno principio intelligimus ecclesiam orientalem, & ecclesiam occidentalem sub vno pastore, sub vno summo pontifice vniuersali rectore & magistro. Et quanuis duæ sint ecclesiæ loco & situ, fide tamen, & religione, & sacramentis, vna est ecclesia catholica, cuius vniuersalis pastor est pontifex maximus, iuxta id quod ore suo dominus dixit: Erit vnum ouile, & vnus pastor.

Et omnis anima viuens, quæ serpit. Hoc est, omne viuens, quod sine pedibus mouetur, habebit vitam, si fuerit hac aqua nutritum. Per viuentia, quæ absque pedum ministerio mouentur, pisces intelligit: quod statim explicat, dicens: Et erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ. Lacus amarus, vt diximus, homo est infidelis, qui ante baptismum mare mortuum est absque piscibus: hoc est absque virtutum fructibus. At post baptismum & euangelium receptum eius operano-

Esa. 11.

Ioan. 10.

mine piscium significata erunt viuæ: ipseque erit virtutum ornamentis ex cultus, & ab omni superstitione seu occultus. Poteris per pisces homines intelligere in lacu, hoc est in mundo habitantes.

Et sanabuntur, & uiuent omnia, ad quæ uenerit torrens. At multi sanari nolunt, de quibus ait deus per Ieremiam. Cura uimus Babylonem, & non est sanata.

Et stabunt super illa pisces. Vt scilicet capiant pisces. Hi sunt euangelici concionatores, quibus dictum est: Faciam vos fieri pisces hominum. De his dixerat deus per Ieremiam: Ecce ego mittam pisces multos, & piscabuntur eos.

Ab Engaddi usque ad Engalim. Idest, iuxta lacum illum siccabantur retia piscatorum à termino vno usque ad alterum. Engaddi est vbi lacus finitur, Engalim verò vbi lacus incipit. Loci sunt iuxta mare mortuum ex diui Hieronymi sententia, alter in principio, alter in fine.

In littoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aqua eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit dominus deus: Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribus Israel: quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli æque vt frater suus: super quam leuauimus manum meam, vt darem pa-

tribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem.

In littoribus autem eius, & in palustribus.

Hoc est, in locis cœnosis, & palustribus prope hunc locum non sanabuntur aquæ ab amaritudine, sed ad salem reseruabuntur. Loquitur de reprobis, quos cœnosos vocat & paludosos, qui nullis salutaribus aquis, nulla euangelica doctrina volunt dulcescere & sanari, sed indies insolentiores & pestilentiores redduntur. Nulla aliorum facta illis grata sunt: maledictis & vocibus querelarum plenis viros iustos & iniustos nullo habito discrimine violant: aliorum que vitam reprehendentes, suam haud quaquam curant: His dicebat Salomon in prouerbij: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios, Nec maledici, inquit, nec rapaces regnū dei possidebunt. Ut gallina dum rostrum ictu domus pavementum sordibus inquinatum scrutatur, escam querens, si adamantem, aut smaragdum, aut gemmam aliam pretiosam reperit, reiecit, & contemnit: si autem inuenit vermiculum, aut vile milij granum, illud læta eligit, & accipit: sic detractor vitas aliorum inquit & inuestigat, si eorum præclara facta reperit, silentio pertrāsit, reiecit, contemnit, si autem inuenit flagitium aliquod: aut erratum quanuis leue ei inquitienti occurrit, illud accipit gestiens, ut eius autorem vocibus vulneret, & lædat. Vita maledicorum est in aliorum vitas conferre maledicta, obiicere errantibus crimina, pergere in conuicia, inurere illis ignominia notā, eorum splendorem maculis aspergere. Nulla in eorum ore est dulcedo, nulla suauitas: sed instar maris mortui falsedine & amaritudine pleni vitam in aliorum vituperatione traducunt. Hæ sunt immudæ limosæque paludes, quarum aquæ non dulcescunt. Et quoniam hi impij & maledici homi-

nes finem infelicissimum habere solent, dicuntur reseruari ad salis condimentum, ut nos miserum eorum excidium intuētes sale prudētiē condiamur. Eam etiam ob causam arbitror fuisse uxorem Loth non in lignum aut lapidē, sed in salem conuersam. Vnde ait Salomon in Prouerbij: Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Erudiunt enim multos infelicissimi sceleratorum casus, eorumque miserabilia exēpla. Profunt nobis flagitiosi homines, quia nos condiunt exemplorum sale, & quia nos calamitatibus oppugnant, & exercent ad patientiam. Eam ob causam reliquit deus semper infideles aliquos in terra promissionis, ut dei populum exerceant: nobisque tentationes eadem ratione relinquit, ut in virtute & patientia exerceamur, possimusque dicere cum apostolo: Gloriamur in tribulationibus.

Non defluet folium ex eo. Viros iustitia & Christiana religione præstantes cum arboribus comparat fœcūdis iuxta dulces salutarium aquarum fluuios satis, pulcherrimos fructus, & illos quidem tempestiuos ferentibus, virentibus omni tempore, nullosque æstus formidantibus. Nam qui iustitiam colunt & pietatem, & charitatis flagrant studio, aquisque diuinarum literarum irrigantur, hi admirabiles virtutum fructus producant, ex quibus vera gloria efflorescit. Et quæcunque eis accidunt, illi vertunt in bonum: quo nihil est illis antiquius, nihil magis in optatis. Cum enim sint ea mente, quam veritas & ratio præscribit, omnia humana moderatè & placatè ferunt, animum ad ea transferentes, quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur. Speciem gloriæ despiciunt collectam ex vanis splendoris insignibus, mundi opes breues, fugaces, & caducas existimant, verū decus in virtute, Christiana religione, & diuini numinis imitatione

con-

consistere absque dubio credunt. Id voluit psalmographus verbis illis ostendere, quibus virum beatum describit: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet. Et subdit statim: Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Ac si dicat: Et fructus edit, qui non pereunt, quoniam illi omnia vertuntur in vtilitatem, siue prosperis rebus, & ad voluntatem fluentibus vtatur, siue rerum aduersarum ictibus oppugnetur. Id quod diuus Paulus in epistola ad Romanos his verbis asseruit: Scimus, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sed hoc impij homines non solum non intelligunt, sed ne suspicantur quidem. Viris pijs & iustis diuitiæ sunt instrumenta misericordiæ, inopia autem & egestas causa humilitatis: bona valetudo vires illis suppeditat ad ferendos labores, ægrotatio verò materiam illis ministrat patientiæ. In dignitate excelsa constituti sunt felices, quoniam iustitiam exercent in æqualitate consistentem, abiecti verò, & sceleratorum tyrannide pressi, beati, quoniam persecutionem patiuntur propter iustitiam: Ut calor naturalis in eo, qui rectè valet, habetque sanam & robustam complexionem, omnia concoquit alimenta, in bonumque digerit sanguinem: sic qui deum diligit, eiusque amore inflammatur, quicquid accidit, benè vertit, & ita digerit, ut ei cooperetur in bonum. Id autem quod ait Dauid de ligno plātato secus decursus aquarum, ait etiam Ieremias capite 17.

Quia aqua eius de sanctuario egredientur: Hoc est, ideo arbores erunt fructuosæ, quia de sanctuario hoc est de cœlo venient ad eas aquæ gratiæ, quibus irrigantur. Omne datum optimum, ait diuus Iacobus, & omne donum perfectum

etum defersum est, descendens à patre luminum. Et diuus Paulus, Quid, inquit, habes, quod non acceperis? Omnes homines arbores sunt, sed quidam aquis gratiæ rigantur, quidam verò steriles sunt, nullis aquis cœlestibus irrigati: quoniam nec illi eas quærunt, nec illis digni sunt. Sed nec ideo dicendum est, non esse in illis imaginem dei, quod dei gratiam non habeant. Ut enim cum aurum funditur, & cuditur moneta, non manet in auro ferrum formæ, sed eius character, & insignia impressa: sic in anima nostra à deo creata non manet idem deus per gratiam, sed eius imago. Si cymbalum fundatur, non manet in eo argilla typi siue formæ, eiusque substantia, sed literarum characteres, qui erant in ipsa forma sculpti: eodem modo in cuiuslibet hominis anima licet sit imago dei, non tamen necesse est, ut sit per gratiam ipse deus. Nec est anima hominis ex substantia dei facta: nam substantia dei est prorsus incommutabilis, anima autem hominis commutabilis. Non ait diuina scriptura: Fecit deus hominem de substantia sua, sed ad imaginem & similitudinem suam. Qua de re vide Augustinum libro septimo de Genesi ad litteram, Chrysolomum in explanatione capitis secundi Genesi, Tertullianum aduersus Martionem, Ioannem Arborem libro primo suæ Theosophiæ. Qui omnes, & alij infiniti asserunt non esse animam nostram ex substantia dei factam, ut Carpocrates impie assererat, nec necesse esse, in ea deum per gratiam existere, quod in ea sit imago quædam ipsius.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam. Fructus virorum iustorum sunt virtutes, folia verò sunt cæremoniæ. Non solum virtutes profunt, sed etiam bonæ cæremoniæ cum virtutibus coniunctæ. Virtutes sunt cibi animi excellētes, quibus homo alitur ad eternitatē, cæremoniæ autem

Psalm. 1.

Genes. 19.

Prou. 19.

Prou. 21.

Rom. 8.

Rom. 5.

Mat. 5.

Simile.

Ierem. 17.

Iaco. 1.

1. Corint. 4.

Simile.

Simile.

Genes. 1.

simile.

autem sunt folia conferentia salutarem medicinam. Et quemadmodum folia licet non ferant fructus, eos tamen sustentant, & arborem ornant: sic licet in ceremonijs non sit per se religionis substantia, conducunt tamen ad religionis substantiam conseruandam, & ad pulchrū vitæ Christianæ ornamentum. Arundines in vineis seu ligna vites sustentantia non ferunt vvas, sed sustinent: sepes in agro arboribus confito non nutrit plantas, sed seruat: sic ceremoniæ rectè institutæ non sunt ipsæ quidem per se ipsa religio, sed ad eam ornandam & conseruandam mirum in modum conducunt. Diuus Dionysius capite primo de Cœlesti hierarchia ait diuina manifestari hominibus sub aliquibus similitudinibus se sensui obijciētibus, animum ad intellectiua eleuātibus. Cum autem ceremoniæ se offerant oculis, mouent quidem animos, & homines excitant ad dei obsequium, quod non solum interioribus actibus, sed etiam exterioribus profitentur. At si ceremoniæ fuerint à charitate seiunctæ, regentes scelera specie sanctitatis, ad hoc facte, vt virtutem simulent, & flagitia cooperiant, & homines decipiant, non modò non profant ad vitam immortalem habentibus illas, sed interitum illis æternum machinantur. Huiusmodi erat pharisæorum iustitia, in ostentatione consistens, non in proposito rectitudine: folia tantum habebat & exteriores apparentias, sed nullum pietatis fructum, nullam interiorum puritatem, nullam germanā virtutem. Id intuens dominus dixit discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Nomen tantum virtutis vsurpabant, quid ipsa valeret, nesciebant. Vtinam non essent hodie multi, qui iustitia pharisaica gloriarentur. Olim induebantur homines vili sustanico thorace cum limbis & fimbrijs manicarum seri-

cis & bombycinis pretiosis foris apparentibus. Intus latebat vile, foris apparebat pretiosum. Hæc antiqua indumentorum consuetudo mutata est apud nonnullos ex corpore ad animam. Intentiones impiæ fimbrijs extremitatibusque virtutum ornantur, & corda sustanica sceleribus imbuta bombycinis signis, & eximiæ sanctitatis fuce extrinsecus muniuntur. Folia pulchra habent, sed nullum fructum. Ideo dicebat dominus: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Excidetur eius vita, eius letitia non solum corporis, sed animæ: separabitur infelix arbor à cœtu beatorum, & in ignem relegabitur æternum. Est enim hypocrita arbor secus viam folijs ornata, fructu autem destituta, quæ arefcet in æternum. Id volens Christus significare, videns ficulneam secus viam venit ad eam, & nihil in ea inueniens præter folia, ait illi: Nunquam ex fructu nascatur in æternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Huiusmodi folia viriditatem habent, non vtilitatem. Quare ab his arboribus, de quibus hoc loco agit Ezechiel, penitus discrepabāt, quæ fructum habebāt in cibum, & folia in medicinam: erant enim iuxta fluiū gratiæ, & euangelicæ doctrinæ satæ & Christi aquis irrigatæ, quibus florescentes amœnissima folia, & vberimos fructus producebant. De harū aquarum fluiuo arboribus fructiferis & salutaribus ex vtraque parte circūdato ait ita diuus Ioannes in Apocalypsi: Et ostendit mihi fluiuum aquæ viuæ, splendidum tanquam crysallum, procedētem de sede dei, & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Lignū posuit pro lignis seu arboribus, vtens singulari pro plurali more scripturarū. Vult significare esse fluiuum illum arboribus

Mat. 7.

Mat. 21.

Mar. 11.

Apo. 22.

fœ-

fœcundissimis ornatum & amœnum, quæ perpetuò latissimos fructus ferebant: & frondibus vmbriiferis & salutaribus ad vitam animarum conducentibus tegebantur. Ezechiel ait fluiū hūc egredi à sanctuario: Ioannes autem à se de dei: quod re ipsa idem est: per sanctuarium enim, vt ex diuo Paulo deprompsimus in epistola ad Hebræos, cœlum intelligitur, quod sedes dei dicitur, iuxta id quod ipse per Esaiam ijs verbis testatur: Cœlum sedes mea est: & nos in oratione dominica: Pater noster, qui es in cœlis. Christianos, qui exuberante donorum dei effusione, & euangelij fluiuo aluntur, de quo ait David: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: appellat Ezechiel arbores pomiferas perpetuò virentes, Ioannes autem arbores viuas seu vitæ, edentes duodecim fructus per singulos menses, atque se ipsos duodecim apostolorum doctrina, & vita gratiæ recreantes. Ex vtraque parte, hinc & inde sūt arbores fluiuo cœlesti irrigatæ, quia ex vtroque populo Iudaico & Gentilico multi fidem & baptismum receperunt, & flumine donorum cœlestium sustentantur. Ex his duobus populis, qui antea dissidebant, conflauit Christus ecclesiam suam, eos in vna fide & charitate, & in vno populo Christiano coniungens. Hoc intuens diuus Paulus in epistola ad Ephesios de Christo loquens, veritatem hanc literis in hunc modum mandauit: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Aspiciatur Gentium & Iudæorum inimicitias fuisse solutas per Christum, & ex duobus populis diuersorum rituum & cultuum fuisse vnum Christianum po-

Heb. 9.

Esa. 66.

Mat. 6.

Isal. 45.

Ephes. 2.

pulum conflatum. Quam ob causam ait diuinus noster vates esse fluiuum euangelij ex vtraque parte arboribus fructiferis cinctum, hoc est ex Gentibus & Iudæis fidem recipientibus, quos Christus traxit ad veram dignitatem. Nam qui in illum non credunt, in perpetua ignominia & dedecore voluntantur.

Hic est terminus, in quo possidebitis terrā. Capite quadragesimo quinto incepit propheta diuidere terrā Israeliticā, & interpositis quibusdam incidentibus diuisionem illam intermisit, ad quam nūc perficiendam reuertitur. Et priusquam terrā diuidat per fortes, distinguit eius terminos ex omni parte, orientali, occidentali, aquilonari, & meridiana.

In duodecim tribus Israel. Iacob habuit duodecim filios, ex quibus fuerunt duodecim tribus productæ. Sed tribus Leui, quæ erat sacerdotalis, non connumeratur inter tribus, quia non habebat sortem & hereditatem more aliarum tribuum: sed templo seruebat, quā ob causam populus ei alimenta suppeditabat. Habebat quidem portionem suam, sed ab alijs longè diuersam, vt capite quadragesimo quinto ostendimus. Nihilominus tamen præter hanc tribum sunt duodecim aliarum tribuum, quoniam duo filij Ioseph, Manassés & Ephraim duas tribus constituerūt. Id voluit Ezechiel significare, dicēs: Quia Ioseph duplicē fūniculū habet: hoc est duplicē hereditatem & portionē: nā diuisio terræ fiebat funiculis per agros à mēsoribus extētis. Hoc explicat clariùs paraphrastes Chaldaus ita habēs: Ioseph recipiet duas partes: Ephraim vnā, & Manassés alteram. Fuisse autē terrā funiculis diuisam indicat locus ille psalmographi: Et cecit à facie eorum gentes, & forte diuisit eorum ram in funiculo distributionis.

Super quā leuauit manū meā, vt daret patribus vestris. Hoc est, quā patribus vestris promisi: **Leuare manū meam** hebraismus est

Genes. 48.

Psal. 77.

est pro promittere, de quo alibi differui mus. Promisisse autem terram illam Hebraeis indicant diuinæ literæ capite duo decimo Genesis, & vigesimoquarto & vigesimo sexto & capite vndecimo epistolæ Pauli ad Hebræos, & multis alijs in locis, ad quæ alludit locus hic.

Hic est autem terminus terræ: ad plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon venientibus Sedada, Emath, Berotha, Saba rim, quæ est inter medium Damasci, & confinium Emath, domus Thichon, quæ est iuxta terminum Auran. Et erit terminus à mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Emath: plaga septentrionalis. Porro plaga orientalis de medio Auram, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis determinans ad mare orientale, metimini plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad meridiem australis. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga maris. Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel: & mitetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis, qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio

tribuum Israel. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

Hic est autem terminus terræ. Diuisio terræ promissionis in tribus locis sacræ scripturæ describitur: primo à Moysse in libro Numerorum, capite. 34. secundo à Iosue libro suo, capite. 15. tertio hoc loco. Illud est sciendum, diuisionem hæc ab Ezechiele factam æqualem esse, & ab alijs diuersam: nam licet post reditum à seruitute babylonica plerique Iudei essent ex tribu Iuda, & Bèiamin, & Leui: nam aliæ tribus quæ captiue abductæ fuerant ab Assyrijs, nunquam redierunt, præter paucos earum, qui antea ad munitissimam Hierosolymam confugerant, & nonnullos qui postea ab Assyria fugerunt, tamen inter omnes tribus æqualiter hæc distribuuntur portiones.

A mari magno via Hethalon venientibus Sadala. Hoc est, à mari Mediterraneo pergentibus per viam Ethalon in Sadada, Emath &c. Nomina sunt oppidorum sitorum in confinio terræ Israeliticæ ex parte aquilonari. Diuus Hieronymus ait Emath esse ciuitatem illam, quæ postea dicta fuit Epiphania.

De medio Auram, & de medio Damasci. Id est, de confinio inter Auram & Damascum. Ac si diceret: Terminus orientalis est per confinium horum locorum.

Determinans ad mare orientale. Hoc est, ad mare mortuum: de quo paulò antè differuimus: quod est ad orientem respectu Hierosolymæ, cum mare mediterraneum sit ad occidentem.

Plaga autem australis. Nunc diuidit terminum, qui est ad meridiem, à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: hoc est vsque ad Cades, vbi fuerunt aquæ contradictionis, vt est libro Numerorum mandatū. Thamar teste diuo Hieronymo vrbs est in solitudine, quæ postea fuit

fuit Palmira nuncupata. Cades locus erat in deserto, vbi excessit è vita Maria soror Moysi: Et ait diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis monstrari ibi suo tempore Mariæ sepulchrum. Ibi Moyses rupe percussam aquam dedit populo sitienti, sed ad illam peccauit. Nam cum filij Israelis siti laborarent, versi in seditionem has voces aduersus Moyssem & Aaronem emisissent: Quare nos de Aegypto eduxistis in locum hunc pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, insuper & aquam non habet ad bibendum? Moyses autem & Aaron dimissa multitudine ingressi in tabernaculum foederis corruerunt proni in terram, ad dominum ijs verbis clamantes: Audi domine deus huius populi clamorem, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt extincta siti à maledictis desistant. Et apparuit gloria domini super eos, locutusque est dominus Moysi, dicens: Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini, sicut preceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis. Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ copiosissimæ, quibus possent & homines & iumenta sitim sedare & extinguere. Dixitque dominus ad Moyssem & Aaronem: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israelis, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israelis contra dominum, & sanctificatus est in eis. Sed de historia hactenus. De ijs aquis cecinit regius psaltes: Interrupit petram

in eremo, & adaquauit eos velut in abyssu multa. Et paulò post: Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Et alibi: Conuertit petram in stagna aquarum, & rupes in fontes aquarum. Quæstio est, quia in re peccauerit Moyses. Quidam aiunt illum eò in crimen incidisse, quod hæsitauerit, posset ne aqua manare ex rupe illa. Huic opinioni astipulatur diuus Augustinus libro sextodecimo contra Faustum Manichæum, vbi ait: Arguitur Moyses voce diuina, quod eius fides ad aquam de petra eliciendam titubauerit, quod ei cum peccato Petri potest esse commune, qui in medijs fluctibus simile fidei defectu titubauerit. Et explans verba illa splamographi: Et vexatus est Moyses propter eos, qui exacerbauerunt spiritum eius, & distinxit in labijs suis: Quid est, inquit, distinxit? Quasi illud non posset deus facere, qui tanta iam fecerat, vt aqua de petra profunderet. Dubitanter enim petram virga percussit: ideo hoc miraculum distinxit à ceteris, in quibus non dubitauerat. Hæc ille: quibus ait Moyssem de verbis dei dubitasse. Alij putant non dubitasse Moyssem de verbis dei, sed existimasse non esse eum daturum aquam populo tam duro & indomito, non quod non posset, sed quod ingrati & scelerati homines non mererentur tale miraculum videre. Inter quos est Lyranus, qui locum illum Numerorum explanas ait: Licet non dubitauerit de potètia dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu, ne impediretur propter malitiam populi. Vides duas opiniones: vnam existimantium Moyssem dubitasse de dei potentia: alteram credentium eum non de dei potentia dubitasse, sed de miraculi effectu ob populi maleficia. Est alia opinio arbitrantium nec Moyssem nec Aaronem dubitasse de miraculo, aut eius effectu, peccasse tamè, non quod aliqua in re dubitauerint, sed quod dei præcepto non paruerint.

Præceperat enim illis deus, ut petrae coram populo loquerentur, quæ aquarum affluentiam statim produceret, ex solo verbo absque virgæ percussione: ut esset hoc nouum quoddam miraculum, & clarissimum diuinæ potentie signum: non enim adhuc simile factum fuerat. At illi non sunt locuti cum petra, sed eam Moyses bis virga percussit. Quia in re deo non obtemperarunt, eamque ob causam in crimen inciderunt. Non enim videtur verisimile, Moysen non credidisse domino, & de verbis eius dubitasse. Nec obstat id, quod illis dixit statim deus: Quia non credidistis mihi &c. nam credere accipitur pro obedire, ut in psalmo. Quia mandatis tuis credidi. & multis alijs in locis diuinarum literarum. Hæc est tertia & vltima opinio, quæ est satis probabilis & verisimilis. At ex ijs tribus nullam existimo esse contemnendam: sed quæ verior sit ingenuè fateor me ignorare: quam ob causam nihil audeo asserere. Illud scio fuisse hoc in Cades, de quo loco ait Ezechiel hoc loco: Plaga autem australis meridiana à Thamar vsq; ad aquas contradictionis Cades.

Vsq; ad mare magnum. Hoc est, mediterraneum: ad differentiam maris mortui, & maris Galilææ.

Et plaga maris. Idest plaga occidentalis, quoniam mare est ad occidentem respectu Hierosolymæ.

Et mitteris eam in hereditatem vobis & aduenis. Per aduenas intelligit profelytos, qui ex Gentilitate ad Iudaismum conuertebantur. Hi priusquam fidem recepissent, appellabantur hospites & aduenæ, recepta verò fide vocabantur Iudæi, licet non ex genere, ex lege tamen. Tota hæc terra Israelitica, de qua hic loquitur Ezechiel, ecclesiam Christi adumbrabat, quæ erat à Gentibus & Iudæis possidenda. Eam ob causam ait fore in hereditatem Iudæis & Gentilibus, qui ab Hebræis aduenæ vo-

cabantur. Et quoniam Ephesij Christi fidem receperant, licet Gentiles essent, iam tamen non exteri in ecclesia, sed ciues simul cum Iudæis in Christum credentibus dicebantur. Quam ob causam illis ita ait diuus Paulus: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo. Sunt quidem omnes, dum in hoc seculo vitam degunt, hospites & peregrini, si vita hæc fluxa cum æterna comparetur. Mundus enim hic carcer est & exilium electorum, propria autem patria in cælo est, cuius desiderio tenentur: ad quam ex hac lachrymarum valle spirijs ab imo pectore eductis, & lametabilibus vocibus aspirant. At si Gentilitate idololatriæ deditam cum Christiana religione veritatis plenissima conferre volueris, inuenies absque dubio, eos qui ex infidelitate ad Christi fidem conuertuntur, esse reuera ecclesiæ militantis ciues, & domesticos dei, iuxta diui Pauli sententiam, atque spe ecclesiam triumphantem possidere, à qua quidem re ipsa separati peregrinantur. Id intuentes animo antiqui patres fide & sapientia præstantes terram repromissionis pro nihilo putabant, ad cælestem autem patriam, veram promissionis terram desiderio & amore in censi rapiebantur. Expectabant enim ciuitatem æternis fundamentis munitam, cuius artificem & conditorem deum esse credebant. De ijs ait in hunc modum in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini sunt & hospites super terram. Ad hoc alludens diuinus psalter has flebiles voces ad deum emittebat: Exaudi orationem meam, domine, et deprecationem meam, auri-

auribus percipe lachrymas meas. Ne files, quoniam aduena sum ego apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Quam sententiam repetit libro primo Paralipomenon. Vnde beatus Petrus in epistola sua prima, Petrus, inquit, apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Põti &c. Et rursus: Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. Viri enim pietate insignes in terra ut hospites & peregrini ætatè traducunt, & ex hac vita ita discedunt tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo, intelligentes commorandi illis deum diuersorium dedisse, non habitandi domicilium, esse autem in cælo permanentem sempiternamque ciuitatem constitutam. Nunquam enim tanta in hac vita conati fuissent, quæ ad æternitatis memoriam pertinerent, nisi mentis oculis æternitatem ad se attinere per spexissent. Quis enim perpetuos summosque labores susciperet, si existimaret fore, ut eius gloria ijsdem finibus quibus vita, esset vnquam terminanda? At sapientium animus ita se erigit, & immortalitatem prospicit, ut certissime credat, cum excellerit è vita, tum denique victurum esse, & gloriam immortalem consecuturum. Aspicias igitur viros fide & charitate præstantes in hac vita diuersa ratione peregrinantes esse, & ciues: & ex consequente loca diuinarum literarum, quæ inter se distare & discrepare videbantur, quæ eos aliquando aduenas & peregrinos appellant, aliquando ciues & domesticos, non solum non repugnare, sed etiã summo inter se consensu cohærere.

In tribu autem quacunq; fuerit aduena. Nolèbat dominus profelitos habere per se portionem & tribum separatam, sed simul cum Hebræis in tribu, in qua reperti essent, habitare, ut nulla inter Gentium & Iudæorum populum esset diuisio, cum vtrique eandem profiterentur fidem & religionem. Ipse enim domi-

nus ait apud Ieremiam: Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait dominus: cogitationes pacis, & non afflictionis. Et per Esaiam: Creauit fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui propè est. Vnde diuus Palus ad Ephesios: Venies euangelizari pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his qui propè: quoniam per ipsum accessum habemus ambo in vno spiritu ad patrem:

Annotations ex hebræo in caput XLVII.

ET traduxit me per aquam vsque ad talos. Pro vsque ad talos est in hebræo: מֵי תַלְמוֹתַי me aphefaim. Dictio hæc terminos significat & fines ut in psalmo: Dabo tibi gentes in hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Qua ratione ducti vertuntur nonnulli: Et transire me fecit per aquas terminorum, seu extremorum. Ac si diceret. Traduxit me per aquas, quæ plantæ pedis non excedebant: quæ quidem plantæ termini sunt, & extrema corporis humani. Paraphrasis chaldaica habet: Transire me fecit per aquas talorum. Hoc est, quæ ad talos duntaxat pertingebat. Septuaginta pro aqua vsq; ad talos transtulerunt: ὡς ὅτι ἀπέριπτοί εἰσιν. Pro quo diuus Hieronymus vertit: aquam remissionis. Fluum hunc vocant aquam remissionis: quia imaginem gerebat baptisimi, in quo peccata omnia remittuntur: & baptizatus Christum induit. Ita enim ait apostolus: Quicumque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. Et quoniam nisi quis induerit Christum, non poterit animæ salutem obtinere, ait Christus deus noster: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiri-

psal. 118.

1. Para. 29.

1. Petr. 1.

1. Petr. 2.

8.

Jerem. 29.

Esa. 57.

Ephes. 2.

psal. 2.

Gal. 3.

Ioan. 3.

spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quæ verba de baptismo, & de aqua vera & naturali, quæ est de necessitate baptismi, intelliguntur: vt aperte indicat sanctum concilium Tridentinum, sessione septima, canone secundo de baptismo: vbi sub anathemate prohibet, ne quis verba illa dñi nostri Iesu Christi ad metaphoram aliquam detorqueat. Et licet diuus Hieronymus recte verterit, nan nomen hoc remissionem significat, & vindicationem, & libertatem, verti tamen poterat locus hic: Aqua separationis. Et ita habet translatio Cōplutensis. Sed eadem est sententia, quoniam per baptismum, vbi peccata omnia remittuntur, separantur homines à paganismo, & à peccato, & in Christi populum ascribuntur, & gratiam recipiant. Fortasse id intelligitur per aquas vsque ad talos seu per aquas talorum: nã aqua baptismi ab infima fomitis infectione, & ab originali peccato emūdat. Tali sunt ossa iuxta calcaneum exuberantia. Vnde vestis talaris ea dicitur, quæ ad talos vsque descendit, qualis erat Ioseph, de qua scriptum legimus. Nudaerunt eum tunica talari. Eam ob causam per talos terrenæ sordes significantur, quæ baptismo abluuntur. Et quauis per gratiam, quæ in baptisinate cōfertur, reus originalis peccati remittitur, & totū id tollitur, quod veram & propriam peccati rationem habet, manet tamē in baptizatis concupiscētia & fomes, quæ, vt verbis vtar sacrosanctæ synodi Tridentinæ, in sessione quinta, in decreto de peccato originali, cum ad agonem relicta sit, nocere non consentietibus, & vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnātibis non valet: quinimò qui legitime certauerit, coronabitur.

Aqua ista, quæ egreditur ad tumulos sabuli orientalis, & descendit ad plana deserti. Septuaginta habet. Et aqua hæc, quæ egreditur in Galileam, quæ est ad orientem, & quæ descendit in Arabiam. Vbi vides

eos per tumulos sabuli intelligere Galileam, & per plana deserti Arabiam.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. In hebraico pro ad medicinam est *ליתרופה* lithruphah: à verbo *רופה* ruph, quod significat conterere. Vnde nomen hoc contritionem significat. Quare poterat verti locus hic: Et folia eius ad contritionem. Quod magnopere cohæret cum editione euulgata: est enim contritio salutaris animæ medicina. Poteris per contritionem intelligere vulnus, seu aliquam corporis fracturam: & tunc erit sensus: & folia eius proderunt ad vulnera sananda. Ideo vertit Pagninus: Et folium eius ad fractionem sanandam vtile. Accipi autem contritionem pro vulnere indicat locus ille *Ierem. 8.*

Et torrens vsque ad mare magnū. Pro torrente est in hebraico *נחל* nachalah: quæ dictio torrentem absq; dubio significat, vt in psalmo: Torrentem pertrāsuit anima nostra. Seu vt potest etiā verti ex hebræo: Torrens pertrāsuit super animam nostram. Significat etiam hæreditatem, vt in psalmo: Et enim hæreditas mea præclara est mihi. Hæc est hæreditas, quam pater dedit filio suo domino nostro, à qua dæmonem impiū tyrannum depulit, quam sibi, patriq; vindicauit. Significat præterea exercitum. Vnde id, quod est in psalmo: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, vertitur à nonnullis: Exercitus iniquorum conturbauerunt me. Hinc deriuatur dictio nechiloth, qua vtitur psalmographus in titulo quinti psalmi: pro qua diuus Hieronymus in translatione sua secundum hebraicam veritatem vertit hæreditates, dicens: Victori pro hæreditatibus psalmus David. Septuaginta autem trantulerunt: *ὑπὲρ τῆς κληρονομίας.* pro quo editio vulgata habet: Pro ea, quæ hæreditatem consequitur. At si diligenter aduerteris, in idem ferè coincidunt

dunt hæc duæ versiones. Refertur enim titulus hic ad ecclesiam, quæ per Iesum Christum saluatorem nostrum hereditatem consequitur, nō solum gratiæ in hac vita, sed etiā gloriæ in altera: nam vt verbis vtar diui Pauli: Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei: si autem filij, & heredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Idem autē significatur ijs verbis: Pro hæreditatibus, nimirum quas ecclesia Christi consequitur. Vel pro Christianis, qui sunt dei hæreditates. Felix præter hæc ait, posse verti: Pro congregationibus. Vel, super torrentes. Et recte quidem: dedicatur enim psalmus hic victori, hoc est Christo pro hominū congregationibus deum patrem in cruce oranti, ac de acerbissimis dolorum calamitatibusq; torrentibus bibenti. Ipse enim est ille, de quo ait regius vates: De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Verbo bibendi pœnarum & afflictionum perpessio significatur: nomine verò viæ vita hæc caduca intelligitur. Volens igitur significare diuinus psaltes fore, vt Christus dolores perferret acerbissimos, inauditq; calamitatibus premeretur, illum prædixit è torrente potaturum: non ex quibuscunq; aquis, sed ex turbidis & cōcitatis, quates sunt aquæ torrentis tempore sauetis procellæ: vt his verbis vim & magnitudinem dolorum, contumeliarū, & tormentorum exprimeret, & denique turbulētās afflictionum aquas, quas ille erat pro nobis exhausturus. Sed quoniam nō vnus tantum fuit Christi dolor, sed multi ac varij, ideo David psalmo quinto, in quo Christum vndiq; afflictum inducit ad deum patrem pro nobis preces fundentem, hanc fixit scriptionem. Victori super torrentibus, psalmus David. Nonnulli ex Hebræis aiunt, nomē hoc nechiloth nomen fuisse musici cuiusdam instrumenti olim insignis, nūc etiam sibi ipsis ignoti. Qui ex hoc nihil habent præter coniecturam. Et quoniam nechil apud eos sibi

lum apum significat, conijciunt ita dictū esse instrumentum hoc ab apum sono, quem imitabatur. Per victorem verò intelligunt cantorum & citharædorū magistrum: vt sit sensus: Carmen hoc Davidis traditum fuit præfecto citharædorū, vt ad instrumentum nechiloth decantaretur. Alij Hebræi vertunt: Victori super exercitus, psalmus David. Et per exercitus intelligunt apum copias susurrantes, quarum sonum instrumentum hoc musicū imitabatur. Alij ex ijsdem per exercitus intelligunt Israelitarum copias aduersus Gentium exercitum pugnantes, pro quibus huius carminis cantor preces ad dominum fundebat. Hæ sunt tres Iudæorum opiniones, quæ præter id quod repunt humi, nihilq; habent sublime, nihil mysterij, solum ducuntur coniecturis, probabilibus illis quidem, parum efficacibus tamen, vt crassum obiectūq; Iudæorum ingenium in diuinarum literarum interpretatione possis cognoscere. Paraphrasis Chaldaica excelsius se erexit: & ad Messiam respiciens pro hæreditatibus, seu torrentibus, seu congregationibus transtulit: Super choros: vt sit sensus: Carmen hoc dedicatur Christo, qui mundi victor sedet ad dexteram patris super omnes angelorum choros. Et si explanatores in tam varias sentētias distrahantur: ea tamen, quam septuaginta interpretes significarunt, quam sequitur nostra communis translatio, quam editionem vulgatam appellant, mihi videtur præstantior, & ad psalmi propositum accommodatior. Ita enim habet: In finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur, psalmus David. Cuius hic est sensus. Hic psalmus inspiratus Davidi dedicatur & dirigitur in finem, hoc est ad Christum, qui finis est, quod tendere debent omnes nostri cogitatus, sermones, & actiones. Et canitur pro ecclesia catholica, quæ salutis hæreditatem consequitur, quoniam in eum credit, qui est finis. Hic est ille, de quo ait diuus Paulus: Fi-

nis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Cum enim finis cuiuscunque; bonę legis sit bonos facere ciues, bonitas autem apud deum sit supernaturalis, quā opera legis veteris per se præstare nō poterant, fuit Christus proprius illius legis finis, qui in ea prænuntiatus & figuratus, futurus erat author ipsius bonitatis & iustitię. Ideo ait apostolus Christum esse finem legis ad iustitiam, hoc est ad consecutionem verę iustitię, esseque ipsius legis perfectionem. Vnde ait ipse dominus: Non veni soluere legē, sed adimplere. Et diuus Paulus ad Romanos: Quod impossibile erat legi &c. deus filium suū mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et ad Galatas: Lex pędagogus noster fuit. Est igitur Christus finis legis, hoc est cōsummatio ac perfectio: quia lex & propheteę vsque ad Ioannem. Christus autem ita legem pro omnibus credituris adimpleuit, vt iam nemini ad iustificationem lege vetere opus sit. Cum ergo Christus sit legis cōsummatio, & ad illum omnia in lege ferantur, sitque finis, quō omnia nō sstra tendere debent, meritō septuaginta interpretes in hoc psalmo, & in multis alijs prefixerunt hunc titulū: *ὁ τέλος*, hoc est in finem. Et hic addiderunt. Pro ea, quę hęreditatem cōsequitur: quę est ecclesię periphraſis. Et rectē quidē: nam verbum hoc nachal, à quo dictio hęc deriuatur, absque dubio hęreditatem consequi significat. Quare poterat locus hic Ezechielis verri: Et hęreditas vsque ad mare magnum.

Argumētū capitis. XLVIII. & vltimi.



Escripca terra sanctę diuisione superiore capite, eiusque terminis designatis in quatuor orbis parti-

bus præcipuis, describit nunc omnium tribuum sortes, tribuens unicuique suam partem & portionem. Et ita vltimam manum suis visionibus imponit.

Caput. XLVIII.



ET hęc nomina tribuum à finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atriū Enan terminus Damalci ab aquilone iuxta viam Emath: & erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Et à termino Dan à plaga orientali vsque ad plagam maris, Aser vna: & super terminum Aser à plaga orientali vsque ad plagam maris, Nephthali vna. Et super terminum Nephthali, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. Et super terminū Manasse, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ephraim vna. Et super terminū Ephraim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminum Ruben à plaga orientali vsque ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda, à plaga orientali vsque ad plagam maris erunt primitię, quas separabitis viginti quinque millibus calamis latitudinis & longitudinis, sicuti singulę partes à plaga orientali vsque ad plagam maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitię, quas separabitis domino: longitudo viginti quinque millibus, & latitudo

Caput. XLVIII.

tudo decem millibus. Hęc autē erunt primitię sanctuarij sacerdotum: ad aquilonē longitudinis viginti quinque millia, & ad mare latitudinis decem millia: sed & ad orientem latitudinis decem millia, & ad meridiem viginti quinque millia, & erit sanctuariū domini in medio eius. Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc, qui custodierunt ceremonias meas: & non errauerunt, cum errarent filij Israel, sicut errauerunt & leuitę. Et erunt primitię de primitiis terrę sanctum sanctorū iuxta terminum leuitarum.

EXPLANATIO.

ET hęc nomina tribuum. Hoc est, hęc sunt nomina tribuū Israelis, quę sunt hęreditatem in terra sancta accepturę. Prima est tribus Dan, secunda Aser, tertia Nephthalim, quarta Manasses, quinta Ephraim, sexta Ruben, septima Iuda, octaua Benjamin, nona Simeon, decima Issachar, vndecima Zabulon, duodecima Gad. Inter eas non numeratur tribus Leui, quia erat sacerdotalis, de qua capite. 45. & 47. differuimus. Diuisio terrę facta inter has tribus habebat longitudinem ab oriente ad occidentem, & latitudinem ab aquilone ad meridiem. Diuidit terram inter septem tribus: dein de loquitur de primitijs sacerdotum & leuitarum, & describit templum, & urbem, & principis portionem: postea reuertitur ad tribus, & numerat eas quinq;, quas omiserat. Incipit autē à tribu Dan, cuius portio & terra erat in extremo à parte aquilonis. Per æqualitatem portionum tribuū intelligit iustitiam & æqualitatem, quę in ecclesia Christi esse debet apud principes & iudices. De ea dici

tur in libro Sapiētia: Diligite iustitiam, qui iudicatis terrā. Interrogatus rex Agasilaus vtra est præstantior iustitia an fortitudo, Nulla, inquit, fortitudinis est utilitas, nisi adsit iustitia: imò si iusti omnes essemus, nequaquam indigeremus fortitudine. Cum autem nō omnes sint iusti, & varia sint hominum merita, agit hoc loco propheta de numeris calamorum, per quos intelligit meritōrū vniuscuiusque quantitatem, quam gubernatores omnes sunt consideraturi, vt ius suum vni cuique tribuant.


Iuxta viam Hethalon, pergentibus Emath. Hethalon & Emath oppida sunt, quorū meminit capite superiore.

Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Idest, plaga sortium, de quibus loqui incipio, incipit ab oriēte, & erit mare: hoc est terminabitur in mari Mediterraneo, per quod occidens designatur: erat enim mare ad occidentem respectu Hierosolymę. Nam ita erant omnes sortes dispositę, vt in longitudine ab oriente in occidentem extenderentur. Prima autē fors erit tribus Dan, quę est in vltima procedēdo à templo ad aquilonem. Omnium horum verborum hęc est paraphraſis. Hęc sunt nomina tribuum, quę sunt hęreditatem capturę: In extrema parte ad aquilonem ad latus vię, qua venitur ab Hethalon vsque ad Emath, & iuxta atriū Euan, & terminum Damalci ad partem mundi aquilonarem in cōfinio Emath, incipiendo à limite orientali, & procedendo ad limitem occidentalem, qui terminatur in mari mediterraneo: est portio tribus Dan.

Erunt primitię, quas separabitis. Idest, ex vna parte erunt portiones septem tribuum, ex altera portiones quinque tribuum: in medio autem separabitis portionem quandam inter septem tribus & quinque, quę portio sit potioris terrę: quam ob causam nomine primitiarum intelligitur: quę deputabitur sacerdotibus, & leuitis, & ciuitati, & principi. Hęc

autem portio nomine primitiarum significata habebit viginti quinque mille calamos in latitudine: in longitudine vero æqualis erit terræ aliarum portionū.

De hac quãtitate differuimus capite quodragesimo quinto. Vt autem hoc apertius intelligeretur, opus est duxi hanc delineare figuram.



A plaga orientali vsque ad plagam maris. Hoc est ab oriente vsq; ad occidentem. Sequitur: Et erit sanctuarium in medio eius. Idest erit templum in medio terræ sacerdotum.

Primitiæ, quas separabitis domino. Repetit partem possessionis sacerdotum: & ait hanc sacerdotum portionem habere in longitudine ab oriente ad occidentem viginti quinque mille calamos, & in latitudine decem mille. Et eodem modo se habet portio leuitarum: occupat enim alios viginti quinque mille calamos in longitudine, & alios decem mille in latitudine: portio verò ciuitatis habet in longitudine eosdem viginti quinque mille calamos, & in latitudine quinque mille.

Inde fit, vt hæ tres portiones efficiant vnum quadratum, quod in longitudine habet viginti quinque mille calamos, totidem autem in latitudine: nam decem mille sacerdotum, & decem mille leuitarum, cum quinque mille ciuitatis efficiunt viginti quinque mille. Sed hæ tres partes, nempe sacerdotum, leuitarum, & vrbs habent ex vtraq; parte portionem principis, ex oriente, & ex occidente. Quo fit vt hæ quatuor partes simul iunctæ efficiant vnam portionem, quæ à meridie ad aquilonem occupet viginti quinque mille calamos, sed ab oriente ad occidentem multò plures, nempe tot, quot habet quælibet portio cuiuscunque tribus: vt licet in figura & descriptione videre

dere. Quid autem sit calamus, diximus capite. 40.

De filijs Sadoch. Huius Sadoch meminit supra, capite. 43. Sadoch significat iustum: & rectè illi conueniebat hoc nomen, cum esset summus sacerdos, qui debet esse iustitia munitus. Per hunc Sadoch Christus significatur summus sacerdos: per cuius filios intelliguntur noui testamenti sacerdotes. De hoc sacerdote ait Zacharias: Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum. Et rursus: Ecce vir, Oriens nomen eius: & ædificauit templum domino: & erit sacerdos super folio suo. Hinc vox illa diui Puuli in epistola ad Hebræos: Habentes Iesum pontificem magnum, qui penetrauit cælos, teneamus spei nostræ confessionem.

Et erunt primitiæ de primitiis terræ. Idest, ex portionibus præcipuis terræ sanctæ erit sacerdotibus præcipua. Dabitur illis terra melior & salubrior, in cuius medietate erit templum, quod hic sanctum sanctorum appellatur. In codicibus correctis est: Et erunt eis: nimirum sacerdotibus.

Sed & leuitis similiter iuxta fines sacerdotum viginti quinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo viginti quinque millium, & latitudo decem millium. Et non venundabunt ex eo, nec mutabunt, nec transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt domino. Quinque millia autem, quæ supersunt in latitudine per viginti quinque millia, profana erunt vrbs in habitaculum, & in suburbana, & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius: ad plagam septentrionalem quingenta & quatuor millia: & ad plagam meri-

dianam quingenta & quatuor millia, & ad plagam orientalem quingenta & quatuor millia, & ad plagam occidentalem quingenta & quatuor millia. Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta, & ad mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij decem millia in orientem, & decem millia in occidentem erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt fruges eius in panibus his, qui seruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati operabuntur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ viginti quinque millium, per viginti quinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarij, & in possessionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis è regione viginti quinque millium primitiarum vsque ad terminum orientalem: sed & à mari è regione viginti quinque millium vsque ad terminum maris: similiter in partibus principis erit. Et erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autem leuitarum, & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: inter terminum Iuda, & inter terminum Benjamin, & ad principem pertinebit.

Sed & leuitis similiter iuxta fines sacerdotum viginti quinque millia. Subaudi erunt. Describit leuitarum portionem, sacerdotum finibus vicinam: quam nec sacerdotibus, nec leuitis vendere, aut commutare licebat, cum esset domino dedicata. Hinc desumpta sunt decreta rerum ecclesie, presertim immobilium alienationem prohibentia. Illud est hoc loco aduertendum, precipuam terre partem dari sacerdotibus & leuitis: quoniam qui deo seruiunt, ad eumque preces pro populo fundunt, docent, concionantur, & sacramenta ministrant, alendi sunt & sustentandi, & honore magno affiendi. Id intelligens diuus Paulus aiebat in prima ad Timotheum: Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabit os boui trituranti. Dignus est operarius mercede sua. Et in prima ad Corinthios: Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Non alligabis os boui trituranti. Et Christus deus noster in euangelio, Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Aspicias quanti debeat euangelicus concionator estimari. Sed debet ille auditores cohortari ad virtutem ardentem, à vitijs reuocare acriter, & quod in se fuerit, ad lachrymas commouere. Vt Marcus Antonius populum Romanum potuit dicendo tenere, & hominum cœtus ad lachrymas excitare, cum illis Cæsaris beneficia in eos collata reduceret in memoriam, eiusque vestem ostenderet sanguine plenam: quo ita eos commouit, vt homicidas, qui Cæsari vitam ferro eriperant, à ciuitate pellerent, longiusque proijcerent: sic concionator det operam, vt auditores moueat ad fletum, narrans illis beneficia à Christo accepta, illisque acerbissima eius tormenta

ostendens, quemadmodum pro illis fuerit vulneratus, spinea corona circumdatus, cruci crudeliter affixus, vbi pro illis innocens agnus sanguinem fudit, & doloribus pressus, vulneribus traiectus expirauit. Quibus rebus conetur persuadere populo, vt longius expellat non Cassium & Brutum Cæsaris interfectores, sed scelera & flagitia. Nostra enim peccata Christum occiderunt: quoniam pro ipsis mortuus est: dicente Esaia: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Et Paulò post inducit idem propheta deum patrem ita aientem: Propter scelus populi mei percussi eum. Vnde diuus Paulus in epistola ad Romanos, Traditus est, inquit, propter delicta nostra. Et in prima ad Corinthios. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.

Quinque millia autem, quæ supersunt in latitudine per viginti quinque millia. Tota illa portio sacerdotum, leuitarum, & ciuitatis habebat in latitudine viginti quinque millia calamorum. Sacerdotum portio habebat decem millia, leuitarum alia decem millia, ciuitatis quinque millia. Ait igitur: Numeratis portionibus sacerdotum & leuitarum, ex tota portione, quæ habet viginti quinque millia in latitudine, supersunt quinque millia. Quæ efficiunt in latitudinem portionis ciuitatis per viginti quinque millia longitudinis.

Prophana erant vrbis. Portio ciuitatis in tres partes erat distributa, nempe in ciuitatem, & in eius suburbana, & in agros: quæ omnes ideo dicuntur prophanae, quia erant laicorum vsibus deputatae: non quòd essent immundæ, sed quòd in illis quilibet posset habitare. Nomē pro quo latinus interpres transtulit suburbana, significat propriè locum planum, arboribus ædificijsq; vacuum, qui Latine dicitur circus, Lusitanè verò resio.

Et erat ciuitas in medio eius. Hoc est, in medio huius portionis, quæ est inter portionem leuitarum, & portionem Bèlamin.

Esa. 53.

Roma. 4.

1. Corin. 15.

1. Timo. 5.

Deutero. 25.

1. Corin. 9.

Deutero. 15.

Matth. 10.

Luc. 10.

simile.

Ha

Hæ mensura eius. Subaudi ciuitatis.

Ad plagam septentrionalem quingenta & quatuor millia. Hoc est, limes aquilonaris huius vrbis habebat calamos quatuor mille & quingentos: totidem limes australis, & similiter de alijs limitibus nempe orientali & occidentali. Itaq; tota vrbis occupabit in ambitu decem & octo mille calamos: & ex consequente centum & octo mille cubitos: quilibet enim calamus, vt capite. 40. diximus, sex cubitos continebat. Erat ciuitas hæc quadrata æquis lateribus, continens in quolibet latere quatuor mille & quingentos calamos. Cum autem tota illa portio, in qua sita erat ciuitas, haberet in latitudine quinque mille calamos, apertè ostenditur, vrbem ipsam non implere totam portionem: supererant enim quingenti calami, nempe ducenti & quinquaginta ex vna parte ciuitatis, quæ erat ad aquilonem, & alij ducenti & quinquaginta ex altera parte, quæ erat ad meridiem. Et hæc duo spatia appellabantur suburbana: de quibus statim subdit. Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem ducenti quinquaginta, & ad meridiem ducenti quinquaginta, & ad alias partes nimirum orientis & occidentis totidem. Sed finitis his ducentis & quinquaginta ex parte orientis, & occidentis, incipiebant agri ministrorum ciuitatis. Hinc colliges quantò sit maius suburbanum ciuitatis templi suburbano: nam suburbanum ciuitatis continebat ex qualibet parte seu quadro ducentos & quinquaginta calamos, templi verò suburbanum quinquaginta tantum cubitos, vt supra ostendimus capite quadragesimo. Est autem ciuitas hæc vna & quadrata, quoniam in ecclesia debet esse vnitas animorū, cum sit vnitas in fide & sacramentis. Vnde ait apostolus in epistola ad Ephesios: Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Per quadraturam verò intelligitur perfectio, quæ debet esse inter fideles, quoniam in architecturâ sapientes artifices

Sup. 40.

Ephes. 4.

primas semper quadraturæ tribuerunt. Per quatuor etiam latera æqualia quatuor euangelia significantur, & quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad ecclesiam venturi, & euangelium recepturi: & quatuor illæ virtutes, quæ cardinales dicuntur. Quæ quatuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera oriuntur. In has quatuor virtutes magni philosophi honesti naturam vimque diuiserunt. Prima est prudentia, in qua inest veri indagatio: & inuentio: altera iustitia, qua societas hominū inter se ipsos, & contractuum firmitudo continetur: tertia fortitudo pro veritate pugnatrix, quæ in rerum externarum despicientia, & in rebus magnis & arduis, plenisque laborum & periculorum gerendis perspicitur: quarta temperantia, quæ in ornatu vitæ & modestia, & animi commotionum sedatione consistit. Hi sunt quatuor fontes, ex quibus sapientes cæteras morales virtutes manare testantur.

Et ad mare. Hoc est, ad occidentem: quoniam, vt diximus, mare Mediterraneum ad occidentem est respectu Hierosolymæ. Tota ciuitas cum suburbanis ab aquilone ad meridiem habebat in latitudine, vt diximus, quinque mille calamos, & totidem à parte orientis, & occidentis. Sed cum portio illa ciuitatis haberet in longitudine viginti quinque mille calamos, manebant viginti mille, decem mille ex oriente, & alij decem mille ex occidente. Hæc autem duo spatia erant destinata ijs, qui seruirent ciuitati. Et quoniam hæc duæ partes erant regione terræ leuitarum & sacerdotum, quam appellat primitias sanctuarij, ideo ait: Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decem millia ad orientem, & decem millia ad occidentem.

Et erunt fruges eius. Id est, fruges huius terræ ijs deputabuntur, qui sunt muros

Ddd 4 vrbis

Psal. 86.

Psal. 86.
simile.

1. Corin. 10.

1. Corin. 3.

Matth. 26.

Esa. 16.

Esa. 26.

Esa. 62.

urbis instauraturi, eiusque ruinas refarturi. Describit ciuitatem quandam perfectam, omnibus numeris absolutam. Per hanc ciuitatem ecclesia catholica significatur, de qua cecinit regius vates: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quid poterat esse ei gloriosius, quam esse non vano hominum artificio, sed dei sapientia constructam, ab eo gubernatam, eius sacramentis munitam, habere ipsius dei cognitionem, & fidem, & charitatem, & ceteras virtutes? Nihil illi poterat esse præstantius, nihil commodatius hominum memorie sempiternæ. Eius optimates nimirum apostoli mundum lustrarunt, & gentes impias à vana & pestilente superstitione ad castissimum diuini numinis cultum, plenissimamque veritatis religionem traduxerunt. Hi fuerunt huius ciuitatis fundamenta iacta super Christum præcipuum fundamentum, qui virtutum motes appellantur: de quibus dixit regius psaltes: Fundameta eius in montibus sanctis. Vt excelsi ac magnifici templi testudo est super columnas firmata, columnæ autem super bases, bases verò super petram: sic vita Christiana debet esse super virtutes fundata, virtutes autem super bonas intentiones, bonæ autem intentiones super illam petram, de qua ait apostolus: Petra autem erat Christus. Itaque Christus est præcipuum & primum huius ciuitatis fundamentum: de quo ait diuus Paulus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Non negat tamen esse alia fundamenta, nimirum apostolos, quorum princeps fuit beatus Petrus, de quo dixit Christus: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. De hac ecclesia, de hac ciuitate dixit Esaias: Vrbis fortitudinis nostræ, saluator ponetur in ea murus & antemurale. Et rursum: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius cum illo: & vocabunt eos populus sanctus, redemptus à domino: tu autem vocaberis

ciuitas quæ sita, & non derelicta. Et Ieremias: Ecce dies venient, dicit dominus, & ædificabitur ciuitas domini. De ea ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Vidi ciuitatem sanctam, Ierusalem nouam, descendente de cælo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Sed ciuitas hæc, quam vidit diuus Ioannes, etsi ecclesia sit, non tamen loco illo ab apostolo describitur vt militans in exilio, sed vt triumphans in patria: & potest de vtraque intelligi, quoniam nonnulla ibi dicuntur, quæ possunt vtrique accommodari. Dicitur autem ecclesia descendere de cælo non locali motu, sed emanatione: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deforsum est, descendens à patre luminum. Ezechiel etiam hoc loco de ecclesia militante præcipue loquens nonnulla obiter miscet, quæ ad ecclesiam triumphantem referuntur. Sed statim redit ad militantem in terra, de qua loqui erat præcipuum eius institutum. Eam appellat ciuitatem: de qua cecinerat regius psaltes: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. De ea ait Christus deus noster: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam. Explicans autem quid per hanc admirabilem ciuitatem intelligeret, subdit: Et ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. Ecclesiam catholicam vocat motem Sionem, quoniam sublimis est, & deum in sublimitate contemplatur: Sion enim speculam sonat. Vocat etiam illam ciuitatem Hierosolymam cælestem: quoniam in ea pax viget spiritus, Ierusalem enim idem est quod visio pacis: & dicitur cælestis, quoniam à cælo descendit, & à deo est constituta, eiusque sapientia gubernata. Hæc est ecclesia apostolorum, & aliorum, qui primò Christi fidem receperunt,

Ierem. 31.

Apoca. 21.

Ierem. 1.

Ipsalm. 45.

Matth. 5.

Heb. 11.

Luc. 10.

runt, quos diuus Paulus appellat primitiuos, quorum nomina ait in cælo scripta esse: dicente domino illis: Gaudete, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Nec mireris, si ecclesia quæ fuit per templum intellecta, per ciuitatem etiã intelligatur: nam cum in ecclesia duplex sit principatus, & duplex potestas, altera ad spiritualia pertinens, altera ad temporalia, spiritualis designatur proprie per templum, temporalis verò per ciuitatem & terræ diuisionem: etiam si hæc aliquando misceantur: nam vtrunque est à deo, & sub ecclesia continetur.

Seruientes autem ciuitati. Hoc est, assumetur ex omnibus tribubus apti homines, qui seruiant ciuitati. Vult significare nullum esse hominem nec infimo loco natum, nec in illustri dignitate constitutum, nec egestate laborantem, nec diuitijs affluentem, qui se debeat ab ecclesie ministerio excusare. Hæc seruitus honor est, & seruire deo regnare.

Omnes primitiæ viginti quinque millium. Epilogus est mensuræ spatij continentis portionem sacerdotum, leuitarum, & vrbis. Quæ portio simul iuncta, vt diximus, est viginti quinque millium calamorum in quadro.

Quod autem reliquum fuerit, principis erit. Describit principis portionem, quæ in latitudine viginti quinque millia calamorum continebat, quemadmodum spatium trium portionum, de quibus modò loquebatur. Nam principis portio tam ex parte orientis, quam occidentis has tres portiones equaliter cingebat. Ait igitur: Quod reliquum fuerit tam ad orientem, quam ad occidentem ex parte primitiarum sanctuarij, hoc est ex parte portionum sacerdotum, leuitarum, & ciuitatis, erit principis: vt in figura licet videre. Extenditur autem portio principis à latere orientali harum trium portionum vsque ad terminum orientalem totius terræ Israeliticæ: & à parte occidentali vsque ad mare mediterraneum. Datur

autem ei hæc portio, vt iustitiam exerceat, & regnum protegat & tueatur. Vt autem hoc efficiat, est eos puniturus, qui se sceleribus contaminauerint, & in re publica violanda tetra facinora conceperint: eos verò præmijs affecturus, qui virtutem coluerint, in eaque veram dignitatem collocauerint. Et quia hoc absque sapientia efficere non poterit, ait diuina scriptura in libro Sapientie. Diligite lumen sapientie omnes, qui præestis populis.

A mari vsque ad terminum maris. Hoc est, à latere occidentali vsque ad littus maris, vbi terra sancta terminatur.

De possessione autem leuitarum. Possessio principis, in cuius medio est portio sacerdotum, & leuitarum, & vrbis, erit inter tribum Iuda, & tribum Benjamin. Terminabitur portio principis ex parte aquilonis ad sortem Iuda, & ex parte austri ad sortem Benjamin. Et eouem modo terminantur tres dictæ portiones.

Et reliquis tribubus à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem Benjamin vna. Et contra terram Benjamin à plaga orientali vsq; ad plagam occidentalem, Simeon vna. Et super terminum Simeonis à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem Issachar vna. Et super terminum Issachar à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem Zabulon vna. Et super terminum Zabulon à plaga orientali vsq; ad plagam maris Gad vna. Et super terminum Gad ad plagam austri in meridiem: & erit similis de Thamar vsque ad aquas contradictionis in Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc est terra, quam mittetis in sortem tribubus Israel,

& hæ partitiones earum, ait dominus deus. Et hi egressus ciuitatis. A plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mēsurabis. Et portę ciuitatis omnibus Israel: portę tres à septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam orientalem quingentos & quatuor millia: & portę tres, porta Ioseph vna, porta Benjamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam meridianam quingētos & quatuor millia metieris, & portę tres, porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalem quingentos & quatuor millia, & portę eorum tres, porta Gad vna, porta Asser vna, porta Nephthali vna, per circuitū decē & octo millia. Et nomē ciuitatis ex illa die: dominus ibidem.

Et reliquis tribubus. Locutus fuit de portione septem tribuum, postea de portionibus sacerdotum, leuitarum, vrbis, & principis, nunc redit ad quinque tribus, quę restabant: & loquitur prius de tribu Bēiamin, cuius portio erat proxima portioni ciuitatis: secunda portio est Simeonis, tertia Issachar, quarta Zabulon, quinta Gad.

Beniamin vna. Subauditur, erit portio, siue possessio.

Et super terminum Gad ad plagam austri. Post terminum terrę Gad erit finisterre promissionis pro parte meridionali de Thamar vsq; ad aquas contradictionis Cades, vbi terra Israelitica finitur. Illud est hoc loco aduertendū, Gad significare tentationem, Thamar verò palmam: vnde ciuitas illa quondam nomi-

ne Thamar fuit postea Palmira, authore diuo Hieronymo, ob palmarum multitudinem vocata. Sumus enim à tentatione deuicta ad palmam victorię venturi: & ex palma ad aquas cōtradictionis transiuri vsq; ad Cades, quod significat sanctitatem. Debemus enim vincere tentationes, & victorię præmium de animæ hostibus reportantes non sumus tradituri nos ipsos desidie & foci cordiæ, existimantes esse nos iam perpetuam securitatem consecutos: tendimus enim à Thamar vsq; ad Gad, hoc est à victoria vnius tentationis ad alteram tentationem, & ad aquas contradictionis, vt cum alijs tentationibus pugnemus. Sed beatus vir, qui suffert tentationem, quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit deus diligentibus se. Quare oportet post victoriam metuere & vigilare, & verba illa sancti Iob memoria repetere: Militia est vita hominis super terram. Et illa: Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Hoc intelligens diuus Paulus Timotheū suum ita alloquebatur. Hoc præceptum cōmendo tibi fili Timothee secundum præcedētes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam. Et in secūda ad Corinthios, In carne, inquit, ambulantes non secundum carnem militamus, nam arma militię nostrę carnalia sunt, sed potētia deo ad destructionem munitionū. Aspicias igitur virā nostram bellum esse perpetuum, & post victoriam aquas nobis offerri nouarū tentationum, quas sumus superaturi, vt Cades, hoc est sanctitatem cōsequamur. Eodem modo filij Israelis post victoriam de Aegyptijs mirabiliter reportatā venerunt ad Mara, quę ex amaritudine nomen accepit: sed post Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes dulciū aquarum, & septuaginta palmę. Nos igitur ne terreamur, si post victoriam in tentationis amaritudinem incidamus, quoniam verum pascha faciētes azyma cum amari

Iac. 1.

Iob. 7.

Iob. 14.

1. Tim. 1.

2. Corin. 10.

Exod. 15.

Exod. 15.

Exod. 12.

Num. 9.

Roma. 5.

Num. 33.

amaritudinibus comedebāt: & tentatio parit probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Nam post Mara perueniemus ad palmas victorię, & ad optatam animi refectionem, & dulciam aquarum suauitatē. Profectiq; de Elim, castrametati sunt ad mare. Quod certē mirabile videtur, cum enim mare rubrū transissent, & aquas Mara & Elim, quomodo iterum iuxta mare tabernacula fixerunt? Sed permisit illud ita deus, vt intelligeremus, etiam post dulcem animę refectionem, & suaves triumphorū epulas apparere nobis mare aliquando, & præterita discrimina nobis ante oculos obuersari.

Hæreditas contra mare magnum. Hoc est, & portio tribus Gad propagatur vsq; ad mare mediterraneū, quod respectu maris mortui, & maris Galilęę magnum appellatur.

Et hi egressus ciuitatis. Idest, & hę sunt portę vrbis. Describitur ciuitas, quę erat edificanda in quadrato æquilatero, cuius latera erant versus quatuor præcipuas mundi partes disponēda. Quod liber latus occupabat lōgitudinem quatuor millium quingentorum calamorum, & tres portas à tribus familijs seu tribubus denominatas. Cum autem latera essent quatuor, apertē ostēditur, portas esse duodecim, tres ad aquilonem, tres ad orientem, tres ad meridiem, tres ad occidentem. Quia futurum erat, vt constitueretur ecclesia, ad quam ex omnibus quatuor mundi partibus multi venirent: iuxta id, quod est apud diuum Lucam: Et venient ab oriente & occidente, ab aquilone & austro. Id intuēs mente Dauid aiebat: Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me. Ecce alienigenę, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Per Raab intelligitur Aegyptus ab Aegypto rege fratre Danai ita denominata, vt ait Manethon Aegyptius in libro de regibus Assyriorum: per Babylonem vrbis illa celebris, quam Semiramis incredibili magnitu-

Luc. 13.

Psal. 86.

dine extruxit, vt ait Archilocus in libro de temporibus: quę euerfa fuit per Cylum & Darium, qui annis duobus simul regnarunt, deinde solus Cyrus, vt asserit Metasthenes Persa in libro de iudicio temporum. Per alienigenas possunt intelligi cultores Italię: fuit enim regio illa possessa in principio à gente Phœnicia & Saga sub Iano, vt ait Portius Cato in Originibus: & postea eam coluerunt Gręci & Arcades alienigenę, vt ait Myrsilius Lesbios in libro de origine Italię. Possunt etiam per alienigenas intelligi Philistęi, quoniam sic eos Hebręi vocare solebant. Est igitur loci illius sensus: Intra ecclesiam meam, inquit deus, non solū gentem vnā concludam, sed multas & varias: memor enim ero Aegyptiorum & Babyloniorum, quos aueram ad ecclesiam meam, qui me scient, cum me antea non cognouissent. Et nō solū hi, sed etiam Palęstini, & Tyrij, & Aethiopes, hi in ecclesia mea inuenientur, quam ex omnibus gentibus, & populis, & linguis congregabo. Vnde Esaias primitiuam ecclesiam in hunc modum alloquitur: *Le. Esa. 60.* ua in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filię tuę de latere surgēt: tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Quibus verbis hominum multitudinē, quos ad ecclesiam concursuros esse mentis oculis intuebatur, prædixit. Per has duodecim portas duodecim intelliguntur apostoli, quorum doctrina multi ingressi sunt in ecclesiam. Et quoniam apostoli trinitatis sanctissimę mysterium nuntiabant, ideo tres portę in vno quoque latere constituuntur. Fortasse ideo in quolibet latere tria erant ostia, quia tres habitabilis orbis partes Africa, Asia, Europa, erant ad ecclesiam venturę. Eam ob causam aiunt nonnulli dixit

Jerem. 22. se Ieremiam: Terra terra terra audi verbum dei. Ter terram ideo existimant nominasse, vt Africam, Asiam, Europam significaret. Sciebat enim spiritu prophetiæ fore, vt omnibus ex his partibus multi fidem reciperent, quos deus præsciebat esse virtutem amplexuros. Nihilominus tamen dei præscientia non tollit liberum arbitrium, vt alibi ostendimus. Qua de re ea poteris videre, quæ grauius & eleganter literis mandauit in libro suo de libero arbitrio Ioannes Sepulveda, qui sapientia sua & admirabili dicendi copia Cordubam patriam suam illustrem ad summam amplitudinem perduxit.

Porta Leui vna. Leui faciebat tribū, sed non fortem: ideo portam habebat in ciuitate suo nomine vocatam, etiam si in terræ distributione portionem instar aliarum tribuum non habuerit. Ioseph autem fecit duas tribus quo ad portiones & partitiones, sed vnā tantum quo ad iura ciuitatis: ideo duas sortes habuit, vnā verò portam.

Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Hoc est, Et ciuitas hæc, quam spiritu prophetico futuram esse perspicio, vocabitur ex die, qua fuerit constituta: Dominus ibidem. In ea nanque erit dominus in perpetuum non solum per essentiam, potentiam, & præsentiam, sed etiam per particularem suorum beneficiorum influentiam, & fidei, spei, atque charitatis abundantiam. In hac ciuitate, in hac ecclesia catholica est deus, & erit vsque ad

Matth. 28. mundi finem: ipse enim ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Securè igitur cum Dauide possumus concinere: In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum rediget inimicos nostros. De Iudeorum synagoga dixit dominus apud Mattheum: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Et apud Ioannē: Surgite, eamus hinc. At ecclesiæ suæ perpetuam promisit præsentiam, perpetuum præsidium: quam ob

causam Emanuel, hoc est nobiscū deus *Esa. 7.* appellatur. Nobiscū est vt Christus, hoc est vt deus & homo in admirabili eucharistiæ sacramento, vbi erit omnibus diebus vsq; ad mundi consummationem, in illa munda oblatione, de qua ipse dixerat per diuinum vatem Malachiam: In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnū est nomen meum in gentibus. dicit dominus exercituum. Hunc Malachiæ locum intelligunt & interpretantur de sancto eucharistiæ sacramento Irenæus libro quarto contra Valentinum: Iustinus martyr in dialogo cum Triphone: Cyprianus libro contra Iudæos, capite. 16. Eusebius Cæsariensis libro primo euangelicæ demonstrationis, capite sexto & vltimo: Hieronymus in eundem Malachiā: Augustinus libro. 18. de ciuitate dei, cap. 35 & libro. 19. capite. 23. Chrysostomus tomo. 6. p̄semate. 2. contra Iudæos: Theodoretus in commentarijs in Malachiam: Damascenus libro. 4. de orthodoxa fide, capite. 14. R. Samuel cap. 20. Nec mireris si Iudæus hic R. Samuel locum illum de sancto eucharistiæ sacramento exponat, nam R. Moyse Hadarfan in psalmū. 136. R. Simeon in libro qui inscribitur inuestigatio secretorum, & R. Barachias in commentarijs in Ecclesiastem, & R. Ionathas in libro collectionum, qui omnes fuerunt Iudæi & ante aduentum Christi cogitationes suas literis mandarunt, asseruerunt apertissimè fore, vt tempore Messie esset sacramentum quoddam admirabile, in quo panis & vinum in corpus & sanguinem Messie transmutarentur. Et quoniam in hoc sanctissimo sacramento est Christus verus homo, & verus deus noster, & hoc excellentissimum sacramentum semper erit in ecclesia, ait hoc loco Ezechiel: Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Est etiam nobiscū vt caput nostrū influens in mēbra instinctu & inspiratione. Est enim ecclesia corpus, cuius caput

Christus

Christus est; nos autē membra: vt diuus Paulus multis in locis testatur. Nobiscū est vt pater, vt præceptor, vt consolator. Nobiscum est præsidio, & spiritu suo. Ipse ecclesiæ suæ spiritus sancti assistentiam promisit, dicens: Ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. Magna profectò consolatio, & admirabilis dei nostri clementia, qui ecclesiæ suæ promisit nunquam esse eam derelicturum. Id intuens mentis oculis diuinus ille vates Esaias, cui ipse deus arcana sua referabat, ecclesiam ipsam alloquens has voces emisit: Eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui: non vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata. Id asserbat Christus discipulis suis, dicens: Nō vos relinquam orphanos. Qui fieri potest, vt misericors pater filios suos desereret, quos sanguine suo pro illis in crucis ara profuso genuit, vt illis nece sua vitam tribueret, morte sua eos ad immortalitatem, & pœna sua eos ad gloriam sempiternam perduceret, & ex mundi colluie ereptos in angelorum societate, in cœtu beatorum collocaret? Quapropter memoriam tanti beneficij colamus perpetua beneuolentia, & admirabili obseruantia: nunquam huius diuinæ pietatis memoria in nobis moriatur: quimpotius omnis sit nobis ætas ad immensa diuini numinis erga nos beneficia prædicanda atque recolenda. Ipse nobis celebrem ciuitatem constituit, in qua essemus ciues sanctorum, & domestici dei, fundati super fundamentū apostolorum & prophetarum, quæ ciuitas est sancta mater ecclesia, eius dilecta sponsa, & columba: pro qua ipse vt nos redimeret, eius amore inflammatus vitam profundere nō recusauit: cuius amoris memoriam posteritas alet, ipsaque æternitas semper intuebitur. Nos igitur tanti redemptoris amore incensi ad ipsum aspiremus, & cordis desideria eriga

mus. Auertamur à rebus mortalibus & fluxis, ad bona autē immortalia & sempiterna conuertamur. Luna cum decreuit, conuertit sui arcus aperturam ad terram deorsum, tergum autem versus cœlum sursum: & ita tendit in defectum & decursum, amittens sensim lumen suum, donec sit silens, & lumine penitus priuata: contra verò cum crescit, conuertit aperturam sui arcus ad cœlum sursum, dorsum autem deorsum versus terram: & ita paulatim progreditur crescendo, donec tota est plena, & splendido lumine illustrata. Sic anima cum deficit in perfectione spirituali, & tendit in decursum, vertit ostium & aperturam sui derij ad mūdum, & amore ducta rerum caducarum terram quærit, auertens se à bono incommutabili ad res commutabiles. Et quoad ita tēdit in defectū, amittit Christianæ dignitatis splendorem, donec manet nō solum priuata lumine gratiæ, sed etiam cæca in intellectu, & penitus obscura, densisque tenebris cooperata. Nescierunt, ait diuinus psaltes, nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Et diuus Paulus: Obscuratum est insipientis cor eorum. Et rursus: Non ambuletis, sicut Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. At cum anima crescit in vita spirituali, vertit tergum mundo, fugit eius vanitates, illecebras, delicias, & fallacias: & sui arcus aperturam conuertit ad deū, & ita progreditur proficiens, recipiens in dies claritatem, donec repletur non solum lumine gratiæ, sed gloriæ. Itaque quanto occupatiorem aliquem videris in desiderijs terræ, & in negotijs rerum caducarum & inutilium, tanto magis eū deficere intellige in Christiana perfectione: cōtrā verò quanto feruentius eū videris ad cœlestia aspirare, tanto amplius eum proficere cognosce. Quare nos vt proficiamus, vt gratiæ splendore illustremur, erigamus sursum versus deum aperturas cordium nostrorum, mittamus ad eum

similitudo.

psalm. 81.

Roma. 1.

Ephes. 4.

Ephes. 2.

Canti. 2.

Canti. 3.

cum desideria nostra, vitam illam æternam appetamus, qua nulla est beatorum præstantior, nulla bonis omnibus affluentior. Si voluerimus altè spectare, & vitam illam immortalem mentis oculis contueri, nec sermonibus vulgi dabimus nos ipsos, nec in præmijs humanis spem ponemus rerum nostrarum: sed deum ardentissimè diligemus, & ipse dei amor, quo flagrauerimus, nos ducet ad veram dignitatem. Et ita ibimus, vt verbis vtatur diuini vatis, de virtute in virtutem, donec videatur deus in Sion: donec eo in ciuitate permanente fruamur. Sed ciuitatem illam sempiternam non obrinebimus, nisi huius ciuitatis fuerimus ciues, de qua loquitur in præsentibus Ezechiel. Hęc est ecclesia catholica, hęc est sancta dei ciuitas in terra, hęc est vera Hierosolyma, hęc est fidelium congregatio, quam noster diuinus vates visu intellectus diuina luce illustrati perspexit, & capite hoc descripsit: in qua ipse deus habitat, & vsque ad mundi con summationem semper habitabit: nam nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

Annotations ex hebræo in caput. XLVIII. & vltimum.

A Finibus aquilonis iuxta viam Hethalon. Trālatio septuaginta habet: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Hoc est, à principio. Magna inter has duas translationes videtur esse repugnātia: nam vna asserit esse hoc à finibus aquilonis, altera à principio. Sed si rectè perpenderit, videbis nullam inter eas esse distantiam, nullam cōtrarietatem, sed summum consensum, & maximam concordiam. Dictio hebraica חֶרֶף catseh, qua hęc vtitur Ezechiel, extremitatem significat: at tam extremum est principium, quàm finis. Eadem via est profi-

ciscentibus Roma Florentiam: ac proficiscentibus Florentia Romam. Id autem, quod in via hac ratione vna est principium, ratione altera finis est. Id quod est in Exodo scriptum. Posuit eos, nimirum cherubinos, ex vtraque parte propitiatorij, cherub vnum in summitate vnus partis, & cherub alterum in summitate partis alterius: poterat etiam verti: Posuit eos in duabus extremitatibus propitiatorij, cherub vnum in vna extremitate, alterum in altera. Pro summitate enim est in hebraico dictio hęc catseh. Ea etiam vtitur Habacuch capite secundo, pro qua latinus interpres vertit: concidisti. Ita enim habet: Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos. Et rectè quidem: est enim dictio hęc deriuata à verbo catseh, quod significat concidere, succidere, & diripere. Illo autem loco Habacuch prophete potest esse & verbum, & nomen. Alloquitur diuinus vates Nabuchodonosorem, in quem ijs verbis inuehitur, ac si diceret: Consilium cepisti ò immanissime tyranne, quod cedit in confusionem familiæ tuæ, de trucidandis populis multis. Vbi Ionathas Chaldæus habet: Diripuisti populos multos. Sed quoniam potest esse nomen, poterat rectè quidem locus ille ita verti: Consilium inisti confusionis plenum domui tuæ in extremitatibus populorum multorum: Ac si diceret: Impia cogitasti, & perniciofa domui tuæ, quoniam eam spolijs aliarum regionū implere cupiisti: quā ob causam perueniet ignominia tua vsque ad orbis terrarum fines, seu extremitates. Consilium immane cogitasti, & optimi consilij fontes aperire noluit.

Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc. Pro sanctuario est in hebraico: שֶׁמֶט הַחֶמְעֻדָּא, à verbo שֶׁמֶט cadhax, quod significat sanctificare & pparare. Vnde dictio hęc mecuddax sanctuariū significat

ficat: quam significationem secutus est noster interpres. Significat etiam sanctificatum. Cū autem apud Hebræos adiectiuum singularis numeri pro plurali aliquando ponatur, verterunt septuaginta τοῖς ἱερεῦσι τοῖς ἡγιασμένοις. hoc est sacerdotibus sanctificatis. Et ita etiam vertit Pagninus: vt sit sensus: Hęc portio erit sacerdotibus sanctificatis, à filijs Sadoc genus suum ducentibus. Hoc verbo vtitur diuina scriptura libro primo Regum, vbi Samuel ait: Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Sed quoniam verbū hoc non solum sanctificare significat, sed etiam pparare, poterat etiam verti locus ille: Pparate vos, & venite mecum ad prandium victimæ: pparauit igitur Isai, & filios eius, illosque ad victimæ epulas inuitauit. Quare locus hic Ezechielis verti ita poterat: Sacerdotibus ex filijs Sadoc erit parata, nempe portio hęc. Noster autem interpres transtulit sanctuarium, per quod intelligit templum, in medio portionis sacerdotū ex filijs Sadoc ædificatum, quod erat ipsis sacerdotibus commissum.

Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem. Pro domino est in hebraico: יְהוָה Iehouah, nomen dei tetragrammaton, quod Hebræi vocant ineffabile: nō enim illud proferre audent, sed scriptum inuenientes loco eius proferunt adonai, aut Elohim. Apud Hebræos verbum haiah significat esse: & est deductum ab hoc nomine Iehouah, quod aiunt dei essentiam suo modo significare. Deus enim est qui est, & qui non solum est, sed est suum esse: esse enim non est accidens in deo, sed subsistens veritas: nec est aliud essentia in deo, quàm suum esse, sua namque essentia est suum esse. Nam quicquid habet esse, & non est suum esse, est ens per participationem, & non per essentiam: cū autem deus sit non per participationem, sed per essentiam, sitque

ens, imò primum ens, à quo omnia entia procedunt, apertè concluditur, eum esse suum esse. Fieri non potest, vt aliquid sit sua essentia, quin sit suum esse, atqui deus est sua essentia, est igitur suum esse. Si enim non esset suum esse, non esset ens per essentiam: quo nihil posset dici absurdus, nihil indignus. Hebræi antiqui, qui Christum præcesserunt, asseruerunt in scriptis suis, quæ posteritati commendarunt, contineri hoc nomine mysterium sacrosanctæ trinitatis: cōstat enim quatuor ex literis, nempe יiod, quæ significat principium, הhe, quæ significat esse, וvau, quæ significat nexum & amorem, & ה in fine: per, iod intelligitur pater, qui est principium absq; principio, per, he, filius, per quem omnia, quæ facta sunt, esse cœperunt, per vau coniunctionem copulatiuam, intelligitur spiritus sanctus, qui est amor & nexus vtriusque, qui à patre filioque procedit. Geminatur, he, propter duplicem naturam, quæ est in Christo, per primum ה natura diuina intelligitur, per ה postremum natura humana. Et appellabant Hebræi illi veteres hoc nomen expositum, quia illud per hoc nomen exponebant אב בן וורה הקדש. Hoc est pater, filius, & spiritus sanctus. Explanantes autem hoc clarius aiebant, hanc esse nominis Iehouah explicationem: Pater deus est, filius deus est, spiritus sanctus deus est, trinitas in vnitare, & vnitas in trinitate. Totum hoc explicabant quadraginta literis, ex quibus vnum quippiam conficiebant, quod admirabile vocabāt. Et hoc est nomen quadraginta literarum apud antiquos Iudeos celeberrimū, quod exponebat nomen Iehouah ineffabile: de quo dixerat regius vates: Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Nam vbi nos habemus domine, est in hebraico Iehouah, quod nomen nulli vnquam creaturæ, sed soli deo tributū est: vbi nos autē habemus dñs noster, est adonai, qđ deo

Exod. 28.

deo solet tribui & hominib'. Voluit diuinus vates his duobus nominibus duas in Christo naturas significare diuinam & humanam, quarum mysterium, vt ostēdimus in nomine Iehouah continetur cū sacrosanctæ trinitatis mysterio. Hæc autem scriptura nominis dei יהוה dicebatur vrim & thummim, hoc est illuminationes & perfectiones, quod ex huius trinitatis intellectu mens illuminetur & perficiatur. Et quoniam capite. 28. Exodi, vbi nos habemus: Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, pro doctrinam & veritatem est in hebraico vrim & thummim, aiunt nonnulli viri docti esse in rationali illo Aaronis scriptum nomē hoc Iehouah, quæ scriptura dicebatur vrim & thummim. Et quoniā nomen hoc יהוה quatuor tantum literas habet, venerabantur antiqui numerum quaternarium: ex quo effectum est, vt multi per ipsum soliti essēt iurare. Vnde Macrobius in somnium Scipionis, Quaternariū, inquit, Pythagorici adeo quasi ad perfectionem animæ venerantur, vt ex eo iusiurandi religionem sibi fecerint: est enim perspicuum Pythagoricos habuisse aliquam legis Moyse cognitionem. Et quoniam antiqui Gentium poetæ audierant, in lege illa deum appellari Iehouah, finxerunt deum quendam suum, quem vocarunt Iouem, deductū à Iehouah, quem decepti erroris opinione mortales Saturni filium esse, & inter deos principatum obtinere arbitrabantur. Sed ille, quem Iouem Gentes appellabant, principium habuit & finem: noster autem Iehouah nec principium habuit, nec finem habebit: ille enim solus est, qui habet esse omnino perfectum. Nulla res habens aliquid extra seipsam est omnino perfecta, atqui nostrum esse habet aliquid extra seipsum, non est igitur nostrum esse omnino perfectum. Huius ratiocinationis assumptio perspicua est, cum videamus aperte, deesse no-

bis aliquid ex nostro esse, quod iam præterijt & fluxit, & quod adhuc futurū est. Cū autem diuinum esse simul totū sit, cuius nihil præterijt, cui nihil addendum sit, perfectissimum est, numerisque omnibus absolutissimum. Omnia humana quæ iusta sunt & pulchra cum dei iustitia & pulchritudine comparata nec iusta sunt, nec pulchra, imò nec sunt, quoniam per participationem sunt. Omnia iusta deum esse iustissimum testantur, pulchra pulcherrimum, excelsa altissimum, dulcia dulcissimum, fortia fortissimum, bona optimum, integra integerimum. Ipse est veluti vox quædam naturæ, quoniam eum omnia creata suo modo loquuntur, & laudibus efferunt. Ipse est verus deus, verus Iehouah, totius vniuersi conditor & cōseruator, qui in ciuitate sua, de qua hīc agit Ezechiel, hoc est in ecclesia hac militante habitat, quæ appellatur dominus ibidem. Sed quoniam ciuitas hæc à diuino nostro vate quadrata describitur, admirabili quadam æqualitate disposita, ideo per eam cœlestem illam ciuitatem possumus intelligere, in qua nulla est nequitia, nulla calamitas: in qua illi requiescunt, qui se hīc à corporis contagio seuocarunt, totosque sese ad Christi imitationem cōtulerunt. In eam aperuerant sibi aditum omnes illi, qui præstantibus ingenijs in vita humana diuina studia coluerunt, & omnes denique hi, qui fide muniti, & spe roborati ex hac vita in charitate migrarunt. Illic nullo dolore pressi, nullis tenebris circumfusi, nulla deformitate maculati, sed cœlesti gaudio affecti, admirabili splendore illustrati, eximia pulchritudine muniti summum illum cœli terræque gubernatorem aspiciūt, sempiternam pulchritudinē intuentur, & in auditorum bonorū affluētia cumulati diuino numine fruuntur. Oīa, quæ in seculo hoc videmus, caduca sunt & mobilia, non tam in nostris consilijs posita, deo ita permittente, quàm in mundi temeritate: quorum non tam facultatem

simile.

tatem vniuersam & copiam viri sapientes putarunt expetendam, quàm in vtendo rationem, & in carendo patiētiā. Omnia fluunt & pereunt, & nos cum illis, medioque spatio frangimur & corruimus, & prius in ipso cursu obruimur, quàm portum conspiciamus. Mors nos in cursu à tergo insequens nec opinantes assequitur, & à lateribus aliquando, atque à fronte inuadit. Vt vasa fictilia quæ sunt obnoxia periculo, siue sint noua, siue diuturna: sic homines æqualiter sunt mortales, & interitus periculis expositi, siue sint adolescentes, & in ætate florente, siue sint senes, & ætate progressi. Si in figulinam ingressus videris mensam fictilibus vasis refertam, quibusdam recentibus, quidam verò antiquis, alijs magnis, alijs autem paruis, & à figulo quæsieris, quod ex illis est prius frangendum: illud respondere poterit, quod prius ceciderit in terram: ita ex hominibus ille prius excedet è vita, non qui fuerit antiquior, sed qui prius fuerit delapsus in terram, qui sepulchrū prius tetigerit. Quid aliud est seculū hoc, quàm figulina quædam, nos autem quid aliud sumus, quàm vasa quædam fictilia? Id intuens regius vates aiebat: Tanquam vas figuli confringes eos. Et Esaias: Comminuetur, sicut cōteritur lagena figuli. Et diuus Paulus in secunda ad Corinthios: Habemus thesaurum hunc in vasis fictilibus. Et diuus Ioannes in Apocalypsi. Tanquam vas figuli confringentur. Vt qui faciant iter, de solis occasu aliquando non cogitant: & eos nox opprimit incautos: sic mors multos aggreditur de illa minimè cogitantes. At in æterna ciuitate nulla mors est, nullus interitus, nullus dolor, sed vita, immortalitas, & gaudiū. Quem admodum in vase hederæ, vt aiunt, aqua retinetur, vinum verò effunditur, & sensim elabitur: sic in hac vita permanet dolor, amittitur gaudium: qui locus quietis & tranquillitatis plenus esse videtur, in eo turbulentæ calamitatum procellæ in-

Psal. 2.

Esa. 30.

2. Corint. 4.

Apoca. 2.

simile.

simile.

terdum existunt. Felices illi, qui mundi fugiunt familiaritatem, qui falsas eius contemnunt voluptates, qui incertas ac fluxas non amplectuntur diuitias, nec cum ipsis pereuntibus pereant, & à deceptrice Babylone decipiantur. Beati, qui vas hoc hederæ, qui mundum hunc relinquunt, & ad cœlestem illam patriam incensi charitate rapiuntur. Ibi nulla est tristitia, nulla molestia, sed summa securitas, cœlestiumque voluptatum abundantia. Illa est ciuitas superna, quæ nec casu eripitur, nec ruina labefactatur, nec vetustate vlla consumitur. Hic non habemus ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus: quam describit diuus Ioannes in Apocalypsi in qua, vt verbis illius vtar, absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & mors ultra non erit, nec luctus, nec clamor, nec dolor erit ultra. Eius murum ait ex iaspide esse, vt firmitatem significet in ecclesia triumphantem nunquam marcescentem, ipsam verò ciuitatem aurum mundum simile vitro mundo, vt insinuet, tantum in ea esse diuinæ cognitionis splendorem, tam admirabilibus diuinæ claritatis radijs micare, vt aurum purissimum instar lucidissimi vitri merito appelletur. O ciuitatem cœlestem, quam præparauit deus diligentibus se, o patriam tutam, pulchram, tranquillam, absque varietate & mutatione, vbi nullus est aduersarius oppugnans, nullus timor torquens, sed eximia pax, & perfectus ac perpetuus amor! Ibi dies est æternus, ibi deus cernitur facie ad faciem: & hoc vitæ cibo, his præcellentibus dapibus anima absque vilo defectu satiatur. O vitam felicem, o regnum verè beatum, o Hierosolymam supercœlestē, quis mihi concederet, vt ad te è corporis vinculis solutus euolarem, & angelorum sociatus choris deo meo suaves perennesque hymnos cōcinerē de canticis Sionis. Nam in hoc exilio, vbi teneor desiderio tui, vbi sedeo super flumina Babylonis, ob

Hebra. 13.

Apoca. 21.

psal. 136.

ob

Psalm. 136. tui recordationem vim lachrymarum profundens, ubi ipsa flumina exitus aquarum, quas deducunt oculi mei, tanquam meorum desideriorum tributum ferunt ad mare interitus, quò mundi omnia tendunt, quò fieri potest, ut hymnos canam gloriæ cœlestis? Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ierusalè superna, obliuiscatur, & dediscat psallere dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Hæc recordatus sum, effundens in me animam meam: illam desiderij dolorisq; magnitudine contractâ quodammodo dilato, sperans fore, ut tu me deus refugium meum ab hoc tristi exilio ad patriam dulcissimam aliquando reuoces. Cùm doloris acerbitate angor, hæc vna cōsolatio animum meum debilitatum suauissima tui nominis recordatione sustentat. Quam ob causam cum regio diuinoq; vate has voces emitto: Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico. Vtinam mihi in hac lachrymarum valle tui nominis memoria nunquam excidat ex animo, sed semper mihi ante mentis oculos bonitas tua versetur. Vtinâ pectus meū sit oratorium quoddam, ubi tu Christe sancte sis perpetuò sculptus, & aurea imago tua sit in terreo altari cordis mei collocata, ut te semper intuear, te ardentè amem, te ipso delecter, & tanta sit amoris vis & flamma, ut me transformet in te à claritate in claritatem. Vtinam optatus ille dies mihi elucescat, quo mihi aditus pateat ad æternum cœlitum domicilium: ut in iustitia appaream in cōspectu tuo, & fatier, cùm apparuerit gloria tua: ut admirabilibus voluptatibus cumulatius non iam per enigmata, sed facie ad faciem vultum tuum pulcherrimum intuear, & in iucundissima suauissimaque tui sanctissimi numinis visione requiescam. Ex hac vita discedam tanquam ex hospitio, non tanquam è domo: commorandi enim nobis domine diuersorium,

non habitandi locum dedisti. O splendidum diem, cùm ex hoc miserabili exilio discedam, cùm ad illud mentium beatarum concilium, si me deus ob misericordiam suam illuc perduxerit, ad illam sanctorum ciuitatem, ecclesiamq; triumphantem proficiscar, nisi optatum iter mea peccata præpediāt. Ibi deum ipsum aspiciam, eosq; videbo, qui humana contemnentem diuinæ charitatis studio flagrauerunt, & ad cœlestia atq; diuina ardentè aspirarunt. Ne me deferat deus meus, refugium meum, spes mea: ne me vnquam in manibus appetitus mei derelinquas. Fac me querere te ipsum, querenti te mihi nihil aliud pro te occurrat. Vtinam te inueniam, teq; in patria cœlesti perfruar in æternum, cum his, qui præsentem vultum tuum cernunt, illudque summum & incircunscriptum lumen intuetur, illamq; incolunt ciuitatem, cuius tu deus sanctissime conditor es, & habitator, de qua ait hoc loco diuinus tuus vates: & nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Habetis à me candidi lectores in profundum Ezechielem commentaria, mea quidem sententia, exigua, nec ingenio & doctrina perpolita, nec tantivatis maiestati respōdentia. Sed cùm in omni genere officij pluris faciēda sit animi volūtas, quàm muneris magnitudo, in eam sententiā faciliè adducor, ut credam, esse vos mihi veniam daturus, quoniam etsi eruditioni vestræ minimè satisfecero, dedi tamē operam, omnemq; meam curam & cogitationem eò contuli, ut illi satisfacerem: atq; ut mearū literarum fructum aliquem non omnino contēnendum afferrem, omni studio, & animi impetu esse mihi enitendum existimaui.

✿ Laus Deo. ✿

Finis.

✿ EXCVDEBAT SALMANTICÆ Ioannes à Canoua typographus longe accuratissimus, Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo.

❧ HI SVNT AVTORES, ❧
 QVI IN HIS COMMENTA-
 rijs citantur.



- | | | |
|--|---|--|
| <p>A.
 <i>Augustinus.</i>
 <i>Ambrosius.</i>
 <i>Athanasius.</i>
 <i>Aegesippus.</i>
 <i>Anacletus.</i>
 <i>Antoninus.</i>
 <i>Arnobius.</i>
 <i>Albertus Magnus.</i>
 <i>Alexander de Ales.</i>
 <i>Albertus Pighius.</i>
 <i>Alphonsus à Castro.</i>
 <i>Anconius Sabellicus.</i>
 <i>Andreas Fulvius.</i>
 <i>Aristoteles.</i>
 <i>Aquila.</i>
 <i>Aelianus.</i>
 <i>Alcinus.</i>
 <i>Asconius Padianus.</i>
 <i>Aristobolus.</i>
 <i>Alexander Aphrodisiens.</i>
 <i>Apuleius.</i>
 <i>Aulus Gellius.</i>
 <i>Apollonius Thianens.</i>
 <i>Alcaeus.</i>
 <i>Athineus.</i>
 <i>Aeschilus.</i>
 <i>Archilocus.</i></p> <p>B.
 <i>Basilius Magnus.</i>
 <i>Bernardus.</i>
 <i>Beda.</i>
 <i>Boerius.</i>
 <i>Berosus Chaldaeus.</i></p> | <p><i>Bessarion.</i>
 <i>Baptista Fulgosus.</i>
 <i>Budaus.</i>
 <i>Blondus Flavius.</i></p> <p>C.
 <i>Clemens Alexandrinus.</i>
 <i>Cyprianus.</i>
 <i>Cyrellus.</i>
 <i>Cassiodorus.</i>
 <i>Callimachus.</i>
 <i>Chrysologus.</i>
 <i>Clarius Brixianus.</i>
 <i>Caelius Rodiginus.</i>
 <i>Chalcidius.</i>
 <i>Crinicus.</i>
 <i>Cicero.</i></p> <p>D.
 <i>Dionysius Areopagita.</i>
 <i>Didymus.</i>
 <i>Durandus.</i>
 <i>Didacus à Payua.</i>
 <i>Diogenes Laertius.</i>
 <i>Diocles Caristus.</i>
 <i>Dioscorides.</i>
 <i>Dion Chrysostomus.</i>
 <i>Diodorus Siculus.</i>
 <i>Demosthenes.</i>
 <i>Democritus.</i>
 <i>Diogenianus.</i>
 <i>Dionysius Halicarnasens.</i></p> <p>E.
 <i>Eusebius Caesariensis.</i>
 <i>Eusebius Emisenus.</i>
 <i>Epiphanius.</i></p> | <p><i>Ephrem.</i>
 <i>Euaristius.</i>
 <i>Eleutherius.</i>
 <i>Eucherius.</i>
 <i>Euthymius.</i>
 <i>Euripides.</i>
 <i>Epimenides.</i>
 <i>Epictetus.</i>
 <i>Eutropius.</i></p> <p>F.
 <i>Felix.</i>
 <i>Ficinus.</i>
 <i>Franciscus Forerius.</i>
 <i>Fabius Pictor.</i></p> <p>G.
 <i>Gregorius Nazianzenus.</i>
 <i>Gregorius Nissenus.</i>
 <i>Gregorius papa.</i>
 <i>Cratianus.</i>
 <i>Gennadius.</i>
 <i>Caudentius Merula.</i>
 <i>Gabriel Biel.</i>
 <i>Caspar Cassalius.</i>
 <i>Calenus.</i></p> <p>H.
 <i>Hieronymus.</i>
 <i>Hilarius.</i>
 <i>Hesychius Hierosolymitanus.</i>
 <i>Hugo cardinalis.</i>
 <i>Hugo de sancto Victore.</i>
 <i>Hieronymus Osorius.</i>
 <i>Hieronymus ab Oleastro.</i>
 <i>Hermippus.</i>
 <i>Homerus.</i></p> |
|--|---|--|

Herodorus.
Hammonius.
Herodianus.
Horarius.
Hechatæus.
Hippocrates.
Hermolaus Barbarus.
Historia tripartita.

I.

Ireneus.
Ignatius.
Iustinus martyr.
Ioannes Chrysoſtomus.
Innocentius tertius.
Iulius primus.
Ioannes Damascenus.
Iunilius.
Iſidorus.
Ioannes Roſſenſis.
Ioannes Eckius.
Ioannes Caſſianus.
Ioannes Annius Viterbiensis.
Ioannes Soarius.
Ioannes Arboreus.
Ioſephus Flavius.
Ioannes Monachus.
Ioannes Sepulveda.
Iamblicus.
Iuſtinus hiftoricus.
Iulius Solinus.
Iuuenalis.
Ionathas Chaldaeus.

L.

Leo papa.
Laetantius Firmianus.
Leonardus Aretinus.
Lyſias.

M.

Melchiodes.
Marcellus.
Martinus Ledefmius.
Martinus Cantapetrenſis.
Maximus epiſcopus.
Marcus Varro.
Macrobius Aurelius.
Myrſilius Leſbius.
Manethon Aegyptius.
Metaſthenes Perſa.

N.

Nicolaus Damascenus.
Nicolaus Lyranus.
Nicephorus.
Numenius Pythagoricus.

O.

Origenes Adamantinus.
Ouidius.
Orpheus.
Onchelus Chaldaeus.

P.

Paulus Oroſius.
Paulus Burgenſis.
Primaſius Uicenſis.
Petrus Lombardus.
Photius.
Proſper.
Politianus.
Plato.
Plinius.
Pierius Valerianus.
Plurarchus.

Proclus Platonius.

Pyndarus.

Perſius.

Pſeuſippus.

Philo Platonius.

Pſellus.

Picus Mirandulanus.
Ptolemaeus.
Phaouinus.
Philoponus.
Petrarcha.
Pomponius Mela.
Palmerinus Florentinus.
Petrus Apianus.
Porphyrius.

Q

Quintius.
Quintilianus.
Quintus Curtius.

R.

Rupertus abbas.
Ricardus de ſancto Victore.
Reuclinus.
Raphael Volaterranus.
R. Dauid Cimhi.
R. Eliezer.
R. Dauid.
R. Joſeph.
R. Moſes Hadarſan.
R. Simeon.
R. Barachias.
R. Ionah.
R. Achilas.
R. Ionathas.
R. Moſes Aegyptius.
R. Salomon.
R. Abraham Peruſot.
R. Samuel.

S

Septuaginta interpretes.
Sanctes Pagninus.
Sixtus primus.
Symmachus.
Syrianus.

Senecianus.
Serabus.
Strabo.
Stobaus.
Seneca.
Straton.
Simplicius.
Sextus Aurelius.
Suidas.
Silius Italicus.
Sophonius.
Salluſtius.
Seruius.
Stephanus cosmographus.
Suetonius Tranquillus.

T.

Theodoretus.
Theophilus Alexandrinus.
Tertulianus.
Thomas Aquinas.
Theleſphorus.
Thomas Caietanus.
Theodorus Antiochenus.
Theophilaetus.
Trimegiſtus.
Titus Linius.
Theodorus Metoclidus.

Theophrastus.

Triphon.

Theocritus.

Theodotio,

U

Victorinus.

Victor.

Vincencius.

Vegetius.

Vergilius.

Valerius Maximus.

Valerius Italicus.

X.

Xenophon.

Z.

Zepherinus.

Zenodorus.

Zeglerius.

Præter hos autores citantur
multa ſententia horum phi-
loſophorum qui ſequentur.

Antiſthenes.

Anaxagoras.

Archidamus.

Alcamenes.

Anacharſis.

Aeſchilus.

Arceſilas.

Antimachus.

Bias Prienensis.

Chilo Lacedæmonius.

Crates Thebanus.

Diogenes Cynicus.

Demas orator.

Empedocles.

Epicharmus.

Herillus.

Heraclitus.

Hecathæus.

Lysander.

Menedemus philoſophus.

Pythagoras.

Parmenides.

Periander.

Phercidas Syrus.

Pittacus.

Pontius Sannites.

Secundus.

Simonides.

Socrates.

Solon Salaminius.

Timon.

Themistocles.

Ecc 2

INDEX AVTORITATIVM

SACRAE SCRIPTURAE, QVAE AB

autore in hoc opere declaratae sunt, praeter alias

quae sparsim citantur, in quo A. primam colu-
nam. B. vero secundam signat.

Genesis.

- | | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | In principio creavit deus caelum & terram. 172.b. | 3 | luptatis Cherubim. 326.a. |
| 1 | Terra erat inanis & vacua. | 3 | Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. 456.b. |
| 1 | Producant aquae reptile animae viventis. 8.a. | 3 | Terram comedes cunctis diebus vitae tuae. 623.a. 628.a. |
| 1 | Fecit deus firmamentum. 40.a. | 3 | In labore comedes omnibus diebus vitae tuae. 766.b. |
| 1 | Vidit deus cuncta, quae fecerat. 44.b. | 3 | In sudore vultus tui vesceris panis tuo. 747.a. |
| 1 | Septimo die requieuit deus ab opere, quod pararat. 83.b. 333.a. | 3 | Inimicitias ponam inter te & mulierem. 679.b. |
| 1 | Fiat firmamentum in medio aquarum. 31.a. | 3 | Eritis sicut discieteres bonum & malum. 700.b. |
| 1 | Fiat lux, & facta est lux. 231.a. | 4 | Respexit deus ad Abel, & ad munera eius. 31.a. 222.b. 485.b. |
| 1 | Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 326.a. 781.b. | 4 | Egressus Cain a facie domini. 96.a. 495.b. |
| 1 | Tenebrae erant super faciem abyssi. 43.b. 408.a. | 4 | Si male egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit. 134.a. |
| 1 | Factum est vespere & mane dies vnus. 469.b. | 4 | Adam vero cognouit uxorem suam. 525.a. |
| 1 | Spiritus domini ferebatur super aquas. 605.b. 8.b. | 4 | Iste coepit inuocare nomen domini. 348.b. |
| 2 | In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. 181.a. 691.b. | 4 | Nonne si bene egeris, recipies? 410.b. 746.a. |
| 2 | Tulit dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso. 381.b. 461.a. | 4 | Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. 535.a. |
| 2 | Plantauerat autem dominus deus paradysum voluptatis a principio. 421.a. | 4 | Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. 624.a. |
| 2 | Nomen fluij tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios. 421.b. | 6 | Adducam aquas diluuij super terram. 8.b. |
| 2 | Fluius egrediebatur de loco voluptatis. 670.a. | 6 | Videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchrae. 243.a. |
| 3 | Adam in paradiso constitutus peccauit. 12.b. | 6 | Bitumine linies extrinsecus & intrinsecus. 728.b. |
| 3 | Collocauit deus ante paradysum vo- | 6 | Omnis caro corruerat viam suam. 567.a. |

7 Te

facrae scripturae.

- | | | | |
|----|---|----|--|
| 7 | Te vidi iustum coram me in generatione hac. 10.b. | 25 | Tenuit plantam fratris sui Esau. 319.b. |
| 9 | Ponam arcum meum in signum foederis. 14.a. | 27 | Sume arma tua. 17.b. |
| 9 | Arcum meum ponam in nubibus caeli. 45.b. | 27 | Det tibi deus de rore caeli, & de pinguedine terrae. 446.b. |
| 9 | Dilatet deus Iaphet. 260.b. | 28 | Vidit Iacob scalam. 508.a. 722.a. |
| 10 | Ipse coepit potes esse in terra. 723.a. | 29 | Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. 421.a. |
| 11 | Descendit autem dominus, ut videret ciuitatem. 410.a. | 29 | Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui. 8.b. |
| 12 | Egredere de terra tua, & de cognatione tua. 690.b. | 31 | Scrutatus es omnem supellectilem meam. 213.a. |
| 13 | Erat Abraham diues valde. 37.b. | 31 | Noluitque Iacob confiteri focero suo, quod fugeret. 336.a. |
| 13 | Dabo terram hanc femini tuo in sepulcrum. 279.b. | 31 | Furatus est cor Laban Syri. 441.a. |
| 14 | Da mihi animas, & supellectilem tuam. 311.a. | 35 | Hic est titulus monumenti Rachel. 438.b. |
| 14 | Leuo manum meam ad dominum deum. 572.a. | 35 | Non vocaberis ultra Iacob. 114.a. |
| 15 | Filius domus meae. 201.a. | 37 | Miserunt eum in cisternam veterem. 117.a. |
| 15 | Ego merces tua magna nimis. 688.b. | 37 | Induerunt eum tunica talari. 788.a. |
| 16 | Si forte saltem ex ea suscipiam filios. 201.a. | 38 | Quare diuisa est propter te macedonia. 228.a. |
| 16 | Cumque inuenisset eam angelus domini. 493.b. | 38 | In ipsa effusione infantium vnus protulit manum. 773.b. |
| 17 | Ego dominus omnipotens, ambula coram me. 193.a. | 39 | Ioseph habitauit inter Aegyptios. 10.b. |
| 18 | Descendam, & videbo. 410.a. | 41 | Confiteor peccatum meum. 481.b. |
| 19 | Conuersa est in statuam salis. 699.a. | 42 | Nesciebant enim quod intelligeret Ioseph. 26.b. |
| 21 | Visitauit dominus Saram. 158.a. | 42 | Etiam sanguis eius exquiritur. 87.b. |
| 21 | Agar errabat in solitudine. 261.a. 539.b. | 43 | Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum adduxeritis. 75.a. |
| 21 | Abit Isaac ad Abimelech regem Palaestinarum. 433.b. | 45 | Non se poterat ultra cohibere Ioseph. 129.a. |
| 21 | Vidit Sarah Ismaelem ludentem cum Isaac. 269.b. | 46 | Omnes animae domus Iacob quae ingressae sunt in Aegyptum. 116.b. |
| 22 | Benedicetur in femine tuo omnes gentes. 361.a. 489.b. | 48 | Do tibi partem vniam extra fratres tuos. 80.b. |
| 22 | Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. 425.a. | 49 | Vasa iniquitatis bellantia. 170.b. |
| 23 | Habitauit autem Ephron in medio filiorum Heth. 555.b. | 49 | Non auferetur sceptrum de Iuda. 281.b. 353.b. 362.a. |
| 23 | Terra quam postulas, quadringentos siclos argenti valet. 760.b. | 49 | Ipse erit expectatio gentium. 361.a. 489.b. |
| 23 | Princeps dei es apud nos. 746.a. | 49 | Congregamini, ut annuntiem, quae ventura sunt vobis. 408.b. 418.a. |
| | | 49 | Inde pastor egressus est lapis Israel. Eec 3 437.b. |

Index autoritatum

- 437.b.
 49 Affer pinguis panis eius. 446.b.
 49 Fiat Dan coluber in via. 617.b.
 54.a.
 49 Prior in donis, maior in imperio.
 746.b.
 50 Post mortem meam deus visitabit
 vos. 395.b.

Exodus.

- 1 Surrexit in terra rex nouus in Ae-
 gypto. 325.a.
 3 Solue calciamentum de pedibus
 tuis. 256.b. 25.a.
 3 Locus in quo stas, terra sancta est.
 606.a.
 3 Apparuit ei deus in flamma ignis
 de medio rubi. 14.b.
 3 Ego sum, qui sum. 122.b. 268.a.
 407.b.
 3 Rubus ardebat, sed non combureba-
 tur. 147.b.
 3 Ego sum deus Abraham. 268.a.
 4 Filius meus primogenitus Israel.
 113.b. 353.a.
 5 Quis est dominus? nescio domi-
 num. 487.a.
 6 Operibus luti & palearum. 331.a.
 7 Educam exercitum, & populum
 meum filios Israel. 751.b.
 8 Abominationes Aegyptiorum im-
 molabimus? 331.a. 580.a.
 10 Indurauit deus cor Pharaonis.
 237.a.
 11 A primogenito Pharaonis, qui sedit
 in folio eius. 145.b.
 12 Habebitisque hunc diem in monu-
 mentum cultui sempiterno.
 435.b.
 12 Mensis hic vobis principium men-
 sium primus erit. 4.a.
 12 Erit agnus absque macula masculus
 anniculus. 759.a.
 13 Armati ascenderunt filij Israel de
 terra Aegypti. 681.b.
 13 Erit quasi signum in manu tua.
 80.a.

- 14 Nec vnus quidem superfuit ex
 eis. 8.b.
 15 Descenderunt in profundum quasi
 lapis. 199.
 15 Abyssi operuerunt eos. 430.b.
 15 Introduces eos, & plantabis in mon-
 te hereditatis tuae. 607.a.
 15 Cantemus domino, gloriose enim
 magnificatus est in nobis. 615.b.
 15 Vbi erant palmae. 70.a. 704.a.
 17 Manus habebat ad deum leuatas.
 683.a.
 18 Eruit me de gladio Pharaonis.
 475.a.
 19 Et nubes densissima operuit coelum.
 14.a.
 19 Veniam ad te in caligine nubis.
 177.b.
 19 Sacerdotes qui accedunt ad domi-
 num, sanctificentur. 749.a.
 20 Ego sum dominus deus tuus, for-
 tis. 149.a. 306.a.
 20 Non habebis deos alienos coram
 me. 243.a.
 20 Visitans iniquitatem patrum in fi-
 lios. 306.b.
 25 Fac secundum exemplar, quod
 tibi in monte monstratum est.
 181.b.
 25 Duo cherubim super propitiarium.
 334.a.
 25 Ab omni homine qui offert vltro-
 neus, accipietis eas. 771.a.
 25 Et faciam mihi sanctuarium. 119.a.
 26 Cortinae sibi iungentur mutuo.
 316.b.
 28 Pones in rationali iudicij doctrinam
 & veritatem. 804.a.
 30 Et deprecabitur Aaron super cor-
 nu altaris semel per annum in san-
 guine. 728.b.
 31 Custodiant filij Israel sabbatum.
 435.b.
 32 Quiescat domine ira tua, & esto pla-
 cibilis. 547.a.
 32 Dimitte me, vt irascatur furor meus.
 377.b.

facrae scripturae.

Numeri.

- 32 Sedit populus manducare & bibere,
 & surrexerunt ludere. 269.b.
 32 Aut dimitte eis hanc noxam, aut si
 non facis, dele me de libro, quem
 scripsisti. 218.a. 171.a.
 33 Non videbit me homo, & viuet.
 52.b.
 33 Non potes videre faciem meam.
 53.b.
 33 Si tu non ipse praecedas, non educas
 nos de loco isto. 216.a.
 34 Ego ipse eijciam ante faciem tuam
 Amorrhaeum. 760.a.
 34 Dominator dominus miserator &
 clemens. 306.a.
 34 Caue ne vnquam cum habitatori-
 bus terrae illius iungas amicitias.
 11.a.
 37 Posuit deus ex vtraque parte propi-
 tiarium. 802.b.

Leuiticus.

- 1 Immolabitque vitulum coram do-
 mino. 724.b. 756.b.
 8 Doctrina & veritas. 84.b.
 9 Nolite facere iniquum aliquid in
 iudicio in regula, in pondere & me-
 sura. 753.b.
 11 Immundum ne comederitis. 11.a.
 15 Sanctificabis annum quinquagesi-
 mum. 773.a.
 16 Omne opus non facietis in eo.
 494.a.
 18 Custodite leges meas ac iudicia,
 quae faciens homo viuet in eis.
 537.a.
 18 Iuxta morem regionis Chanaan, ad
 quam ego. 264.a.
 19 Statera iusta, & aequa sint pondera.
 29.a.
 19 Non eris criminator nec susurro in
 populo. 298.a.
 19 Nolite conuerti ad idola. 384.b.
 21 Ad omnem mortuum non ingre-
 dietur omnino. 744.b.
 26 Euaginato post vos gladium.
 117.a.

- 1 Constitues eos super tabernacula.
 728.a.
 11 Nunquid manus domini inualida
 est? 46.a.
 14 Qui visitas peccata patrum in filios.
 169.a.
 14 Non intrabitis terram, super quam
 leuavi manum meam. 330.b.
 14 Murmurauerunt contra Moysen,
 & contra Aaron. 560.a.
 14 Vestra cadauera iacebunt in solitu-
 dine. 727.b.
 17 Prouideat dominus Deus spirituū
 omnis carnis hominum. 544.a.
 17 Recedite a tabernaculis hominum
 impiorum. 591.b. 11.a.
 18 In terra eorum nihil possidebitis.
 740.a.
 19 Excubate in custodia sanctuarij.
 749.b.
 19 Vas non habens operculum nec li-
 gaturam desuper immundum erit.
 695.a.
 20 Quare nos de Aegypto eduxistis in
 locum hunc pessimum? 785.a.
 21 Extulit Moyses serpentem aeneum.
 334.a.
 24 Orietur stella ex Iacob. 355.b.
 29 In holocaustum sempiternum.
 435.b.
 31 Colligeris ad populum tuum. 473.b.
 33 Profectiq; de Elim castrametati sunt
 ad mare. 899.a.

Deuteronomium.

- 1 Sedistis in Cades Barne. 146.a.
 1 Vrbes sunt magnae & ad coelum vsq;
 munitae. 500.a.
 1 Date ex vobis viros sapientes &
 gnaros. 544.a.
 4 Deus tuus ignis consumens est. 32.
 b. 247.a. 373.b. 721.b.
 4 Non in solo pane viuit homo. 200.b.
 4 Audi precepta & iudicia, quae ego do-
 ceo te. 537.a.

Eec 4 6 Erunt

Index autoritatum

- 6 Erūt verba mea in corde tuo. 79.b.
- 6 Dominum deum tuum adorabis. 164.b.
- 6 Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. 387.b.
- 6 Dominum deum tuum timebis. 650.b.
- 6 Diliges proximum tuum sicut te ipsum. 698.a.
- 10 Deus personam non recipit. 555.b.
- 10 Circumcidite præputium cordis vestri. 457.b.
- 11 Venient super eum trieres & Romani. 449.a.
- 15 Non obdurabis cor tuum. 95.b.
- 16 Non poteris immolare phase in qua libet vrbium tuarum. 683.b.
- 16 Non accipies personam nec muneram. 647.b.
- 17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris. 741.a.
- 21 Si mulierem pulchram post bellum uictis hostibus. 458.a.
- 22 Videbit quod infirmata sit manus. 450.b.
- 22 Deferent signa virginitatis ad seniores vrbis, qui in porta sunt. 425.a.
- 22 Non indueris vestimento, quod ex lana linoq; confectum est. 373.a.
- 22 Glorificantes me glorificabo. 115.a.
- 25 Non alligabis os boui trituranti. 794.a.
- 25 Non habebis in sacco diuersa pondera. 438.a.
- 25 Pro mensura peccati erit plagarum modus. 166.b.
- 28 Erit vita tua pendens ante te. 298.b.
- 30 Elige vitam, vt & tu viuas. 387.b.
- 31 Scio enim cogitationes eius. 325.a.
- 31 Irritum faciat fœdus, quod pepigi cum eo. 630.a.
- 32 Apparuit dominus de monte Pharan. 32.a.
- 32 Concresecat in pluvia doctrina mea. 86.a. 345.b.
- 32 Ego occidam, & ego viuere faciã.

- 133.a.
- 32 Mihi vindictam, & ego retribuam. 418.b.
- 32 Fel draconum vinum eorum. 480.a.
- 33 Innundationes maris quasi lac surgent. 102.a.
- 33 De pomis fructuum folis ac lunc, de vertice antiquorum montium. 421.b.
- 33 Habitabit Israel confidenter solus, oculus Iacob in terra frumenti & vini. 552.b.
- 33 De benedictione domini terra eius, de pomis cœli. 760.a.

Iosue.

- 2 Non remãsit in nobis spiritus. 633.a.
- 4 Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis. 704.a.
- 6 Septem sacerdotes septem buccinis clangebant ante arcam fœderis. 532.a.
- 29 Timete deũ, & seruite ei corde perfecto. 650.b.

Iudices.

- 4 Sisara princeps exercitus Iabin. 503.b.
- 5 Clypeus & hasta apparuerunt. 398.b.
- 5 Cor meum dilexit principes Israel. 281.b.
- 7 Madian autem, & Amalech, & omnes Orientales populi fusi iacebãt. 5.b.
- 9 Iuerunt ligna, & vnixerunt super se regem. 120.b.
- 12 Posui animam meam in manu mea. 709.a.

Ruth.

- 4 Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. 731.a.

1. Regum.

1 Fuit

facræ scripturæ.

- 1 Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim. 525.a.
- 2 Deus scientiarum dominus est, ipsi præparantur cogitationes. 466.a.
- 2 Sterilis peperit plurimos. 624.a.
- 3 Sermo domini erat pretiosus in diebus illis. 560.b.
- 9 Panis defecit in cistarijs nostris. 450.b.
- 6 Filius vnus anni erat Saul. 201.b.
- 9 Saul quærens asinas pergit ad videtum. 329.b.
- 10 Sedebit iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. 450.b.
- 10 Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput Saulis. 552.a.
- 13 Egressa est autem statio Philistijm. 438.b.
- 13 Saul duos annos regnauit. 2.b.
- 15 Lugebat Samuel Saulem. 440.a.
- 16 Non iuxta intuitum hominum ego iudico. 190.b.
- 16 Sanctificamini, & venite mecum. 803.a.
- 17 Pascebã patris mei gregem. 546.b.
- 17 Non concidat cor cuiusquam in eo. 633.a.
- 17 Misit David manum suam in peram. 212.b.
- 19 Et ambulabat ingrediens, & prophetauit. 111.b.
- 19 Posuit animam suam in manu sua. 79.a.
- 20 Substitierant enim ducenti, qui lasi transire non poterant. 727.b.
- 20 Filius mortis. 201.a.
- 21 Fuerunt vasa puerorum sancta. 158.b.
- 24 Non faciam hãc rem domino meo Christo domini. 467.a.
- 26 Erit mihi David seruus sempiternus. 435.b.

Secundus Regum.

- 1 Ibi abiectus est clypeus fortium. 467.a. 398.a.

- 3 Diuisit dominus inimicos meos coram me. 228.a.
- 4 Non enim quæram sanguinem eius de manu vestra? 87.b.
- 6 Quasi nudetur vnus de scurris. 117.a.
- 7 Inuenit seruus tuus cor suum. 95.b.
- 7 Suscitabo semen tuum post te. 195.b. 292.b. 637.b.
- 8 Banahaias autem filius Ioadæ erat super Ceretim & Pheletim. 422.b.
- 8 Percussus est Moab, & mensus est eos funiculo. 526.a.
- 7 Faciebat David iudicium & iustitiam omni populo. 751.b.
- 12 Quoniã blasphemare fecisti inimicos nomen domini. 578.a.
- 17 Obtulerunt ei stratoria & tapetia. 526.a.
- 17 Auertisti faciẽ tuã a me, factus sum conturbatus. 282.b.
- 20 Leuauit manum suam contra regẽ. 347.a.

Tertius Regum.

- 6 Fecit in templo fenestras obliquas. 658.a.
- 7 Fecit mare fusile. 664.a.
- 8 Sit cor nostrum perfectum cum domino deo nostro. 537.b.
- 8 Audi domine hymnum & orationem, quam seruus tuus orat. 683.a.
- 8 Ambulemus in decretis eius. 193.a.
- 13 Qui non obediẽs fuisti ori domini. 118.a.
- 13 Altare altare hãc dicit dominus. 193.b.
- 15 Ambulauit in via patris sui. 538.a.
- 18 Usquequo claudicatis in duas partes? 580.a.

Quartus Regum.

- 2 Currus Israel & auriga eius. 50.a.

Eec 5 5 Egres.

Index autoritatum.

- 5 Egressi latrunculi quidam de Syria captiuā duxerunt puellam. 403.a.
 8 Et ultra non venerunt latrunculi Syriæ. 113.b.
 14 Vidit dominus afflictionem afflictionis Israel. 118.a.
 16 Ambulauit in via regū Israel. 193.a.
 17 Noluerūt seruire domino deo suo. 264.a.
 17 Fecerunt sibi statuas. 438.a.
 18 Usque ad illud tēpus filij Israel adolebant ei incensum. 774.a.
 18 Ipse dissipauit excelsa, contriuit statuas. 438.b.
 19 Venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum. 159.b.
 23 Melchon abominatio filiorum Ammon. 331.a.
 25 Subleuabit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioacin. 347.a.

1 Paralipomenon.

- 11 Pasces populum meū Israel. 745.b.

2 Paralipomenon.

- 13 Congregati sunt ad eum viri vanissimi. 117.a.
 15 Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. 137.b.
 17 Ambulauit in vijs Dauid patris sui. 538.a.
 28 Lustrabit filios suos in igne. 339.a.
 34 Abstulit Iosias cunctas abominatio nes. 141.b. 331.a.

Esdra primus.

- 2 Voluerūt omnia illa scribere. 219.b.
 8 Prædicauit ieiunium iuxta fluuium Ahaba. 519.a.
 10 Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. 11.b.

Secundus Esdra, qui dicitur Neemias.

- 9 In tribulationis tempore clamauerunt ad te domine. 135.a.

Tobias.

- 1 Per captiuitatem deuenit cum vxore

- re sua & filio in ciuitatem Ninuam. 10.b.
 3 Cū iratus fueris, misericordiā facies. 15.a.
 3 Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quod vita eius. 548.a.
 4 Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo. 268.b.
 12 Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. 519.a.
 13 Confitemini dño filij Israelis. 125.a.

Iudith.

- 4 Scitote quoniam exaudiet dñs preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs. 519.a.
 9 Humiliū & mansuetorum dñe semper tibi placuit deprecatio. 682.b.

Hester.

- 6 Iussitque sibi afferri historias & annales. 481.b.
 7 Aman suspensus est patibulo, quod parauerat Mardocheo. 352.a.
 13 Cū plurimis gētibus imperare, & vniuersum orbem &c. 319.a.

Iob.

- 1 Dominus dedit, dñs abstulit. 564.b.
 1 Nudus egressus sum de vtero matris mee, nudus reuertar illuc. 634.a.
 1 Habitauitq; in terra Hus. 10.b.
 3 Non venit in cōspectu eius omnis hypocrita. 659.b.
 5 Per diem incurrent tenebras. 73.a.
 5 Homo nascitur ad laborem. 273.b. 762.b.
 5 Paruulū occidit inuidia. 323.b. 413.a.
 6 Fratres mei præterierunt me sicut torrens. 129.a.
 6 Si quid fortè ignorauit, institute me. 760.b.
 7 Sicut mercenarij dies eius. 662.b.
 7 Militia est vita hominis super terram. 98.b. 475.a. 798.b.
 7 Dies mei velocius transferunt. 366.a.
 7 Ecce nunc in puluere dormiam. 526.a.

9 Qui

facræ scripturæ.

- 9 Qui facit arcturum & Orionem. 365.a.
 10 Visitatio tua custodiuit spiritū meū. 728.a.
 10 Memēto domine, quod sicut lutum feceris me. 455.b. 240.b.
 12 Interrogaiumenta, & docebunt te. 697.a.
 12 Qui mutat cor principum, & decipit eos. 233.a.
 13 Et vidit oculus meus, & audiuit auris mea. 3.b.
 13 Manū tuam longè fac à me. 350.b.
 13 Homo fugit velut vmbra. 363.b.
 13 Homo natus de muliere breui viuēs tempore. 455.b.
 14 Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donèc veniat immutatio mea. 798.b.
 14 Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius. 48.b.
 14 Homo quasi flos egreditur & conterritur. 55.a.
 14 Baltheum regum dissoluit. 129.a.
 15 Abstulit quasi ventus desiderium meum. 771.b.
 15 Quid te eleuat cor tuum? 452.a.
 16 In nihilum redacti sunt omnes artus mei. 596.a.
 16 Terra ne operias sanguinē meum. 364.b.
 17 Cogitationes meæ dissipatæ sunt. 708.a.
 17 Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. 351.b.
 19 Pereo, & quasi auulsæ arboris abstulit spem meam. 596.a.
 19 Credo, quod redemptor meus viuit. 595.a.
 19 Auris audiens beatificabat me. 485.a.
 19 Manus domini tetigit me. 350.b. 146.b.
 20 Deorauit eum ignis, qui non succenditur. 147.a.
 20 Gaudium hypocritæ ad instar puncti. 217.a.

- 20 Nec ultra intuebitur eū locus suus. 633.b.
 21 Ducant in bonis dies suos, & in puncto ad infernū descendunt. 272.b.
 23 Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. 3.b.
 24 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. 505.b.
 29 Super illos stillabat eloquium meū. 345.b.
 30 Frater sui draconum, & socius struthionum. 10.b.
 31 Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. 653.b.
 34 Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 544.b.
 36 Quis poterit scrutari vias domini? 169.a.
 37 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. 365.a.
 40 Virtus illius in vmbilico ventris eius. 254.b.
 41 Portas vultus eius quis aperiet? 695.a.
 41 Filius arcus. 201.a.
 41 Ipse est rex super omnes filios superbiæ. 407.a.

Psalmi.

- 1 Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. 193.a. 240.a. 318.a. 11.a. 132.b. 240.a.
 1 Et in lege domini voluntas eius. 76.b.
 1 Et in cathedra pestilentia non sedit. 145.b. 465.b.
 1 Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. 249.b. 781.a. 584.a.
 1 Non resurgūt impij in iudicio. 301.a. 633.a.
 1 Et in via peccatorū non stetit. 577.a.
 2 Ego autē constitutus sum rex ab eo. 20.b. 292.a. 756.a. 361.b. 579.a.
 2 Apprehendite disciplinam. 91.b. 107.a.

2 Præ-

Index autoritatum

- 2 Prædicans præceptum eius. 282.a.
 2 Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. 467.a.
 2 Et nunc reges intelligite. 542.b.
 2 Tunc loquetur ad eos in ira sua. 571.b.
 2 Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. 772.a.
 2 Tãquam vas figuli confringes eos. 805.a.
 3 Exaudiuit me de monte sancto suo. 467.b.
 4 Signatum est super nos lumen vultus tui domine. 630.a. 648.b. 222.b. 347.b.
 5 Quoniam ad te orabo domine mane, exaudies vocem meam. 767.a.
 5 Pro ea quæ hereditatem consequitur. 788.b.
 6 Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. 343.b.
 7 Confitebor tibi in vasis psalmi. 159.a.
 7 Arcum suum tetendit, & parauit illum. 159.a.
 7 Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. 351.a.
 7 Exurge domine in ira tua, & exalta te. 352.a. 420.b.
 7 Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. 352.a. 617.a.
 7 Psalmus Dauid, quem cantauit domino. 760.b.
 8 Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum. 803.b. 342.b. 558.a.
 8 Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. 9.a. 697.b.
 8 Quid est homo, quod memor es eius? 22.a. 395.b.
 8 Minuisti eum paulominus ab angelis. 172.b.
 9 Iudicabit orbem terrarum in æquitate. 687.b.
 9 Cognoscetur dominus iudicia faciens. 175.b. 420.a.
 9 Oculi eius in pauperem respiciunt. 144.b.
 9 Inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit. 165.a.
 9 Parauit in iudicio thronum suum. 175.b.
 9 Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. 214.b.
 9 Patientia pauperum non peribit in finem. 340.b.
 9 Increpasti gentes, & periit impius. 435.a. 355.b.
 9 Cõtere brachium peccatoris & maligni. 491.b.
 9 Periit memoria eorum cum sonitu. 489.a.
 9 Iustus vt palma florebit. 492.b.
 9 Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. 529.b.
 9 Non est deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius omni tempore. 621.b.
 10 Oculi domini in pauperem respiciunt. 222.b.
 10 Pluet super peccatores laqueos. 389.b.
 10 Quoniam quæ tu fecisti destruxerunt. 398.a.
 10 Ecce peccatores intederunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra. 622.b.
 10 Cogitauerunt consilia, quæ non poterunt stabilire. 631.a.
 10 Iustus dominus, & iustitias dilexit. 667.a.
 11 Nunc exurgam, dicit dominus. 633.a.
 11 Argentum igne examinatum, purgatum septuplum. 624.a.
 11 Eloquia dñi eloquia casta. 374.a.
 11 In circuitu impij ambulat. 242.a.
 12 Vsquequo auertis faciem tuam à me? 222.b.
 12 Nequãdo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. 340.a.
 13 Dixit insipiēs in corde suo: non est deus.

sacræ scripturæ.

- deus. 487.a.
 13 Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem. 114.b.
 14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? 462.a.
 14 Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? 763.b.
 15 Prouidebam dominum in conspectu meo semper. 30.b. 97.b.
 15 Non fedi cum concilio vanitatis. 145.b.
 15 Etenim hereditas mea præclara est mihi. 788.b.
 15 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. 122.a.
 16 Oculos suos statuerunt declinare in terram. 30.a. 205.b. 3.a.
 16 Cogitauerunt aduersus sanctos suos. 114.b.
 16 Igne me examinasti, sicut examinatur argentum. 147.a. 323.a.
 16 Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. 316.a.
 16 Eripi animam meam ab impio. 350.b.
 16 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. 512.b.
 16 Satiabor, cum apparuerit gloria tua. 714.a.
 17 Quoniam tu populū humilem saluum facies. 367.a.
 17 In te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum. 5.b.
 17 Inclinauit cœlos, & descendit. 43.b. 177.b.
 17 Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi. 78.b.
 17 Vt lutum platearū delebo eos. 131.a.
 17 Eripies me de contradictionibus populi. 163.a.
 17 Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. 248.a.
 17 Misit de summo, & accepit me. 397.a.
 17 Reges Arabum & Saba dona adducent. 447.a.
 17 Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 499.a. 762.a.
 17 Commota est, & contremuit terra. 616.b. 120.b.
 17 Iustitiæ domini rectæ. 728.a.
 18 Cæli enarrant gloriam dei. 48.a. 334.a.
 18 In omnem terram exiuit sonus eorum. 23.b. 242.b. 725.a. 641.b.
 18 Exultauit vt gigas ad currendam viam. 37.b.
 18 Iudicia domini vera. 74.b.
 18 Ab alienis parce seruo tuo. 379.a.
 18 Delicta quæ intelligit. 758.a.
 18 Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. 731.b.
 19 Mittat tibi auxilium de sancto. 118.b. 467.b. 606.b.
 19 Memor sit omnis sacrificij tui. 481.b. 447.a.
 20 Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso. 991.a.
 20 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. 126.b.
 21 Salua me ab ore leonis. 512.b.
 22 Dominus regit me, nihil mihi deerit. 544.b. 550.b.
 22 Super aquam refectiois educavit me. 775.a. 514.a.
 22 Parasti in conspectu meo mensam. 689.b.
 22 Vt inhabitem in domo domini in longitudinem dierum. 566.b.
 22 In loco pascuæ ibi me collocavit. 553.a.
 22 Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 474.b.
 22 Impinguasti in oleo caput meum. 256.a.
 22 Non timebo mala, quoniam tu mecum es. 165.a.
 23 Domini est terra & plenitudo eius. 615.a. 116.a. 140.a.
 23 Attollite portas principes vestras. 1453.b.
 23 Quis ascendet in montem domini, quis stabit in monte sancto. 462.a.
 24 Pro-

Index autoritatum

24 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo. 578.a.
 24 Vias tuas domine demonstra mihi. 667.b.
 24 Firmamentum est dominus timen-
 tibus eum. 650.b. 68.b.
 25 Non sedi cum concilio vanitatis. 111.b.
 25 Ne perdas cum impijs deus animam
 meam. 167.a.
 25 Proba me deus, & tenta me. 380.b.
 26 Dominus illuminatio mea & salus
 mea, quem timebo? 544.b.
 26 Dum appropiant super me nocen-
 tes. 586.a.
 26 Credo videre bona domini in ter-
 ra viuentium. 432.b. 96.a. 7.a.
 26 Abcondit me in tabernaculo suo in
 die malorum. 144.b.
 26 Dominus protector vite mee, a quo
 trepidabo? 5.b.
 27 Qui loquuntur pacem proximo
 suo, mala autem in cordibus suis. 214.b.
 27 Deus meus ne fileas a me, nequando
 taceas a me. 431.a. 509.b.
 27 Da illis secundum opera eorum. 687.b.
 28 Vox domini super aquas, deus maie-
 statis in tonitruo. 711.a.
 28 Vox dñi in virtute, vox domini in
 magnificentia. 711.a. 178.a. 40.b.
 28 Vox domini confringentis cedros. 497.b.
 28 Deus meus pone illos vt rotam. 205.a.
 29 Ego dixi in abundantia mea: non mo-
 uebor in æternum. 382.b.
 29 Ira in indignatione eius, & vita in
 voluntate eius. 115.a.
 30 Esto mihi in deum protectorem, &
 in domum refugij. 12.b.
 30 Viriliter agite, & confortetur cor
 vestrum. 535.a.
 31 Beati quorum remissa sunt iniquita-
 tes. 347.a.

31 Conuersus sum in ærumna mea, dñ
 configitur spina. 88.a.
 32 Verbo domini coeli firmati sunt. 51.b.
 32 Ipse dixit, & facta sunt. 509.b.
 33 Psalmus David, cum mutaret vultum. 107.a.
 33 Diuites eguerunt, & esurierunt. 512.b.
 33 Iuxta est dominus ijs, qui tribulato
 sunt corde. 548.a.
 33 Vultus autem domini super facientes
 mala. 222.b.
 33 Ne tradas bestijs animas confiten-
 tes tibi. 116.b.
 33 Humiliabam in ieiunio animam me-
 am. 519.a.
 35 Inebriabuntur ab vbertate domus
 tuæ. 220.b.
 35 Apud te est fons vitæ. 19.b. 278.a.
 36 Noli æmulari in malignantibus. 155.b.
 36 Subditus esto domino, & ora eum. 682.b.
 36 Spera in domino, & fac bonitatem. 561.a. 426.a.
 36 Vidi impium superexaltatum, & e-
 leuatum super cedros Libani. 417.
 a. 395.a. 56.a.
 36 Reuela domino viam tuam. 241.b.
 36 Cum ceciderit non collidetur. 88.b.
 36 Gladium euaginauerunt peccato-
 res. 568.b.
 37 Qui retribuunt mala pro bonis. 66.a.
 37 Quoniam iniquitates meæ supergre-
 sse sunt caput meum. 133.b. 373.a.
 464.b.
 37 Dereliquit me virtus mea, & lumen
 oculorum meorum. 211.a.
 38 Concaluit cor meum intra me. 26.a.
 38 Vniuersa vanitas omnis homo vi-
 uens. 112.b. 409.b.
 38 Ne fileas, quoniam advena sum ego
 apud te. 134.b.
 38 In meditatione mea exardescet
 ignis. 763.a.

sacræ scripturæ.

39 In capite libri scriptum est de me. 21.a. 69.b. 171.b.
 39 Edaxit me de lacu miseræ, & de lu-
 to fecis. 57.b. 619.a.
 39 Cor meum dereliquit me. 95.b.
 39 Iustitiam tuam non abscondi in cor-
 de meo. 292.a.
 39 Exaudiuit preces meas, & eduxit
 me de lacu miseræ. 430.b.
 39 Beatus vir, cuius est nomē domini
 spes eius. 507.a. 535.a.
 39 Sacrificium & oblationem nolui-
 sti. 756.a.
 39 Holocausta pro peccato non
 tibi placuerunt. 724.b.
 41 Quemadmodum desiderat ceruus
 ad fontes aquarum. 97.a.
 41 Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa-
 nes die ac nocte. 127.a.
 41 Abyssus abyssum inuocat. 151.b.
 430.b.
 41 Quando veniam, & apparebo ante
 faciem tuam? 664.b.
 41 Hæc recordatus sum, & effudi in
 me animam meam. 806.a.
 43 In te inimicos nostros vtilabimus
 cornu. 513.b.
 43 Manus tua gentes disperdidit, &
 plantasti eos. 561.b.
 44 Omnis gloria eius filiarum regis ab in-
 tus. 658.b. 256.a.
 44 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. 612.a. 686.b.
 44 Virga directionis, virga regni tui. 599.b. 7.b.
 44 Lingua mea calamus scribæ veloci-
 ter scribentis. 533.b.
 44 Accingere gladio tuo super femur
 tuum potentissime. 489.a.
 44 Myrrha & gutta & casia a vestimen-
 tis tuis. 445.b.
 44 Obliviscere populum tuum, & do-
 mum patris tui. 253.b.
 44 Vnxit te deus deus tuus oleo læti-
 tiae. 255.b.
 45 Conturbatae sunt gentes, & inclina-
 ta sunt regna. 711.b.

45 Non timebis, dum turbabitur terra,
 & transferentur montes in cor ma-
 ris. 336.b. 441.a.
 45 Fluminis impetus lætificat ciuitatem
 dei. 576.b. 637.a. 604.b.
 45 Venite, & videte opera domini,
 quæ fecit prodigia super terram. 624.b. 712.a.
 46 Omnes gentes plaudite manibus. 357.a. 653.a.
 46 Ascendit deus in iubilatione. 21.a.
 334.a.
 46 Quoniam dii fortes terræ vehemē-
 ter eleuati sunt. 398.b.
 47 In spiritu vehemēti conteres na-
 ues Tharsis. 49.b.
 48 Hæc via illorum scandalum ipsis. 48.b.
 48 Homo cum in honore esset, non in-
 tellexit. 238.b. 325.b.
 48 Relinquent alienis diuitias suas. 377.a.
 48 Cum interierit, non sumet omnia. 417.b. 505.a.
 48 Sicut oues in inferno positi sunt. 505.b.
 48 Etenim dominus dabit benignita-
 tem. 572.b.
 48 Frater non redimet, redimet ho-
 mo. 729.a.
 49 Deus deorum dominus locutus est. 393.b.
 39 Inuoca me in die tribulationis, &
 eruam te. 707.b.
 49 Ex Sion species decoris eius. 395.a.
 49 Si videbas furem, currebas cum eo. 48.a.
 49 Arguam te, & statuam contra faciem
 tuam. 9.b. 132.b.
 50 Libera me de sanguinibus deus
 salutis meæ. 87.b. 167.a. 369.a.
 50 Sacrum deo spiritus contribula-
 tus. 84.a. 664.a. 770.b.
 50 Peccatum meum contra me est sem-
 per. 132.b.
 50 Cor mundum crea in me deus, & spi-
 ritum rectum innoua in visceri-
 bus

Index autoritatum

- bus meis. 198.a. 580.b.
 50 Redde mihi lætitiã salutis tui.
 710.a.
 50 Spiritu principali cõfirma me. 771.a.
 51 Propterea deus destruet te in finẽ,
 euellet te, & emigrabit te. 432.b.
 593.b.
 51 Ego sicut oliua fructifera in domo
 dei. 198.b.
 51 Quasi nouacula acuta fecisti dolũ.
 111.b.
 52 Supercecidit ignis, & non viderunt
 solem. 210.a.
 52 Qui deuorant plebem meam sicut
 escam panis. 544.b.
 53 Voluntariẽ sacrificabo tibi. 766.a.
 54 Quis dabit mihi pennas sicut colũ-
 bę? 26.a.
 54 Vidi iniquitatem & cõtradiçionẽ
 in ciuitate. 127.b.
 54 Viri sanguinum & dolosi non dimi-
 diabunt dies suos. 304.b. 369.b.
 436.b.
 54 Iniquitas & labor in medio eius.
 402.a.
 54 Iacta super dominum curam tuam.
 465.a.
 54 Cor meum conturbatum est in me.
 65.a.
 55 In me sunt deus vota tua, quæ reddã
 laudationes tibi. 276.a.
 56 Paratum cor meum deus, paratum
 cor meum. 336.b.
 56 Sub vmbra alarũ tuarum sperabo.
 294.b.
 56 Filij hominũ, dentes eorum arma
 & sagittæ. 522.b.
 56 Lingua eorũ gladius acutus. 695.b.
 56 In vmbra alarum tuarum sperabo.
 26.b.
 57 Lauabit manus suas in sanguine pec-
 catoris. 694.b.
 57 Furor illis secũdum similitudinem
 serpẽtis, sicut aspidis furdæ. 670.b.
 57 Lætabitur iustus, cum viderit vindi-
 ctam. 241.a. 351.b. 102.a.
 59 Moab olla spei meæ. 190.b.
 59 In deo faciemus virtutem. 800.a.
 61 Diuitiæ si affluant, nolite cor appo-
 nere. 564.b.
 61 Veruntamen vani filij hominum.
 71.b. 753.b.
 62 Deus deus meus ad te de luce vigi-
 lo. 767.a.
 62 In nomine tuo leuabo manus meas.
 572.a.
 62 Introibunt in inferiora terre. 504.a.
 62 Ipsi verò in vanum quæsierunt ani-
 mam meam. 432.a.
 63 Exacuerũt vt gladium linguas suas.
 695.b.
 64 Te decet hymnus deus in Siõ. 326.
 b. 713.a.
 64 Sanctum est templum tuum, mira-
 bile in æquitate. 749.a.
 64 Visitasti terram, & inebriasti eam.
 572.b.
 65 Probasti nos deus, igne nos exami-
 nasti. 323.a.
 65 Iniquitatem si aspexi in corde meo.
 231.a.
 65 Transiuimus per ignem & aquam.
 147.a. 14.b.
 66 De absconditis tuis adimpletus est
 venter eorum. 114.b.
 66 Lætentur, & exultent gentes, quo-
 niam iudicas populos in æquitate.
 351.b.
 67 Ascendisti in altum, accepisti capti-
 uitatem. 21.b.
 67 Aethiopia præueniet manus eius
 deo. 48.b.
 67 Mirabilis deus in sanctis suis. 119.a.
 67 Sicut fluit cera à facie ignis, sic pe-
 reant peccatores à facie dei. 222.b.
 67 Similiter eos qui exasperant, qui ha-
 bitant in sepulchris. 409.a.
 67 Pluuiã voluntariã segregabis deus.
 556.a. 771.a.
 67 Si dormiatis inter medios scleros, pẽ-
 nã columbæ de argentatã. 671.a.
 68 Saluum me fac deus. 397.b.
 68 Intrauerũt aquæ vsque ad animam
 meam. 14.a. 255.b.

facræ scripturæ.

- 586.b.
 68 Appone iniquitatem super iniquita-
 tem eorum. 108.b.
 68 Ne auertas faciem tuã à puero tuo.
 182.a.
 68 Deleantur de libro viuentium. 171.
 a. 220.a. 508.b.
 68 Obscurentur oculi eorũ ne videant.
 408.b.
 68 Operui in ieiunio animam meam.
 519.a.
 68 Non me demergat tempestas aquę.
 584.b.
 69 Dissipa gentes, quæ bella volunt.
 586.b.
 70 Quantas ostendisti mihi domine
 tribulationes multas & malas.
 431.a.
 70 Introibimus in potentias domini.
 677.b.
 71 Deus iudicium tuum regi da, & iu-
 stitiam tuam filio regis. 362.a.
 442.a. 576.a.
 71 Orietur in diebus eius iustitia, & a-
 bundantia pacis. 7.b. 196.b.
 71 Descendet sicut pluuia in vellus.
 345.b.
 71 Et dominabitur à mari vsq; ad mare.
 362.a.
 71 Benedictum nomen maiestatis eius
 in æternum. 714.a.
 72 Quomodo scit deus, & si est scientia
 in excelsis. 153.a.
 72 Transferunt in affectum cordis.
 122.a.
 72 Quia zelau super iniquos, pacem
 peccatorum videns. 155.b.
 72 Velut somnium surgentium domi-
 ne in ciuitate tua imaginem eo-
 rum ad nihilum rediges. 156.b.
 96.b.
 72 Perdidisti omnes, qui fornicantur
 abs te. 258.b.
 72 Deiecisti eos, dum alleuantur.
 456.b. 492.b.
 72 Quid mihi est in cœlo, & à te quid
 volui super terram? 559.b.
 72 Mihi adhaerere deo bonum est.
 586.b.
 73 Ne iradas bestiis animas confitentes
 tibi. 623.a.
 73 Tu confregisti capita draconis. 457.
 b. 470.a. 623.a.
 73 Tu siccasti fluuios Ethan. 488.b.
 73 Tu confirmasti in virtute tua ma-
 re. 8.b.
 73 Deus autem noster ante secula ope-
 ratus est salutem. 20.b. 110.b.
 292.a.
 73 Leua manus tuas in superbias eo-
 rum. 572.a.
 74 Liquefacta est terra, & omnes qui
 habitant in ea, ego confirmaui co-
 lumnas eius. 668.b.
 74 Calix in manu domini vini meri
 plenus misto. 389.b.
 74 Dixi iniquis: nolite iniquẽ agere,
 73.a.
 75 Notus in Iudæa deus, & in Israel
 magnum nomen eius. 416.a. 520.
 b. 494.b.
 75 Terra tremuit, & quieuit. 120.b.
 75 Illuminans tu mirabiliter à monti-
 bus æternis. 568.a.
 75 Et factus est in pace locus eius.
 676.a.
 76 Vox tonitru tui in rota. 90.b.
 76 Et dixi: nunc cœpi, hæc mutatio dex-
 teræ excelsi. 348.b.
 77 Eiecit à facie eorum gentes. 783.b.
 77 Interrupit petram in eremo, & ada-
 quauit eos. 785.a.
 77 Spiritus vadens & non rediens. 591.
 b. 59.a.
 77 In sculptilibus suis ad emulationem
 eum prouocauerunt. 149.a.
 78 Nos autem populus eius, & oues pa-
 scuæ eius. 574.a.
 78 Facti sumus opprobrium vicinis no-
 stris. 571.b.
 79 Visita vineam istam. 727.b.
 79 Vineam de Aegypto transtulisti.
 245.b.
 79 Qui sedes super Cherubim. 161.a.
 79 Deus virtutum conuerte nos. 630.a.

Index autoritatum.

facræ scripturæ.

- 80 Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. 266.a. 577.a.
- 80 Buccinate in neomenia tuba. 763.b.
- 80 Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. 241.a.
- 80 Dilata os tuum & implebo illud. 66.b.
- 81 Nescierunt nec intellexerunt. 152.b. 537.b.
- 82 Cogitauerunt aduersus sanctos suos. 144.b.
- 82 Deus meus pone illos ut rotam. 242.a.
- 82 Imple facies eorum ignominia. 389.a.
- 82 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ. 114.b.
- 83 Ibunt de virtute in virtutem. 27.b. 272.a.
- 83 Beatus vir, cuius est auxiliū abs te. 653.b.
- 83 Ascensiones in corde suo disposuit. 201.b.
- 84 Benedixisti domine terram tuam. 719.b. 571.a.
- 84 Auertisti captiuitatem Iacob. 619.a.
- 84 Audiam quid loquatur in me dominus deus. 603.a.
- 84 Iustitia & pax osculate sunt. 92.a. 7.a.
- 86 Fundamenta eius in montibus sanctis. 3.b. 790.a. 640.a. 575.a.
- 86 Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. 20.b.
- 86 Memor ero Raab & Babylonis scietium me. 899.a.
- 86 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. 796.a. 652.b.
- 86 Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. 185.b.
- 87 Manet oratio mea preueniens te. 767.a.
- 87 Nunquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? 432.b.
- 87 Pauper sum ego & in laboribus à iu-
uentute mea. 104.a.
- 88 Exardescet sicut ignis ira tua. 14.b.
- 88 Thronus eius sicut sol in conspectu meo. 14.a.
- 88 Vbi sunt misericordie tuæ antiquæ domine. 115.b.
- 88 Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint. 133.a. 158.a.
- 88 Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. 168.b.
- 88 Visitatione in virga iniquitates eorum. 166.a. 611.b.
- 88 Prophanasti in terra sanctuarium eius. 380.a.
- 88 Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem. 275.b.
- 89 Si autem in potentatibus octoginta anni. 409.b.
- 89 Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. 436.a.
- 90 Cum ipso sum in tribulatione. 10.b. 341.a.
- 90 Scuto circumdabit te veritas eius. 100.a. 294.b.
- 90 Liberauit me de laqueo venantium & à verbo aspero. 275.a. 523.b.
- 91 Quam magnificata sunt opera tua domine. 45.a.
- 92 Dominus regnauit decorem indutus est. 172.a.
- 92 Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam. 19.b.
- 93 Nūquid adhæret tibi sedes iniquitatis. 606.b. 556.b.
- 94 Hodie si vocem eius audieritis. 199.b.
- 94 Quadraginta annis proximus fui generationi huic. 130.b. 335.a.
- 94 Quibus iuravi in ira mea. 412.a.
- 95 Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie domini. 777.a.
- 95 Cantate domino canticum nouum. 762.b. 580.b.
- 96 Dominus regnauit exultet terra, lætentur insule multe. 623.a.
- 96 Montes sicut cera fluxerunt à facie domini.

- domini. 540.b.
- 96 Qui diligitis dominum odite malū. 563.a.
- 96 Ignis ante ipsum præcedet. 623.b.
- 97 Notum fecit dominus salutare suū. 89.b.
- 97 Flumina plaudent manibus, simul montes exultabunt. 357.a.
- 97 Visita vineam istam. 395.b.
- 98 Dominus regnauit, irascantur populi. 678.b.
- 98 Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens &c. 241.a.
- 99 Introite portas eius in confessione. 661.b.
- 100 Ambulans in via immaculata hic mihi ministravit. 318.b.
- 101 Ut solueret filios in terremptorum. 201.b.
- 101 Respexit in orationem humilium. 687.b.
- 101 Potum meum cum fletu miscebā. 466.b.
- 101 Dies mei sicut umbra declinauerunt. 455.b. 409.b.
- 102 Benedic anima mea dominum. 323.a.
- 102 Homo sicut fœnum, Dies eius sicut umbra. 55.a.
- 102 Recordatus est, quoniam puluis sumus. 481.b.
- 102 Beati qui memores sunt mandatorum eius. 541.a.
- 103 In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum. 633.b.
- 103 Qui facit angelos suos spiritus. 347.a.
- 103 Et panis cor hominis confirmet. 106.b.
- 104 Omne firmamentum panis contriuit. 106.b.
- 104 Corripiet me iustus in misericordia & increpauit me. 214.a.
- 104 Nolite tangere christos meos. 467.a.
- 104 Quem cōstituit dominus dominū domus suæ. 570.a.
- 105 Immolauerunt filios suos & filias suas demoniis. 260.a. 392.b.
- 105 Quis loquetur potentias domini. 692.a.
- 106 Eripuit eos de interitionibus eorum. 324.b.
- 108 Preuaricātes reputaui omnes peccatores terræ. 380.b.
- 108 Genua mea infirmata sunt à ieiunio. 519.a.
- 109 De torrente in via bibit. 789.a.
- 109 Ex utero ante luciferum genui te. 732.b.
- 109 Tu es sacerdos in æternum. 738.a. 172.a.
- 111 Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. 653.b.
- 110 Initium sapientiæ timor domini. 329.b. 649.b.
- 110 Memoriam fecit mirabilium suorum. 904.b. 108.a. 92.b.
- 110 Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. 690.a.
- 111 Dispersit dedit pauperibus. 112.a. 203.a.
- 111 Iucundus homo, qui miseretur & commodat. 200.b. 276.a.
- 111 Gloria & diuitiæ in domo eius. 426.a.
- 111 In memoria æterna erit iustus. 492.b.
- 111 Disponit sermones suos in iudicio. 708.b.
- 112 Qui habitare facit sterile in domo. 613.b.
- 113 A facie domini mota est terra. 120.b.
- 113 Oculos habent & non videbunt. 643.a.
- 113 Conuertit petram in stagna aquarum. 785.b.
- 114 Placebo domino in regione uiuorum. 433.a. 268.a.
- 114 Conuertere anima mea in requietuam. 98.a. 619.a.

Index autoritatum

- 114 Pericula inferni inuenerunt me.
5.b.
- 115 Pretiosa in cōspectu domini mors
sanc̄torum eius. 192.b. 758.b.
- 115 Calicem salutaris accipiam. 390.b.
- 115 Omnis homo mendax. 64.a.
- 115 Quid retribuam domino pro omni-
bus, quæ retribuit mihi. 557.b.
- 117 Circūdēderunt me sicut apes.
65.b.
- 117 Lapidem, quem reprobauerunt
ædificantes. 437.b. 666.b.
- 117 Hęc dies, quam fecit dominus, exul-
temus & lætemur in ea. 499.b.
521.a.
- 117 Hęc porta domini iusti intrabunt
per eam. 662.b. 731.b.
- 118 Bæati immaculati in via, quiambu-
lant in legē domini. 193.a. 537.b.
- 118 Adhæsit pauimento animæ meæ.
18.a. 63.b. 240.b. 508.a.
- 118 Os meum aperui, & attraxi spiritū.
66.b.
- 118 Declaratio sermonum tuorum illu-
minat. 67.b. 649.b.
- 118 Lucerna pedibus meis verbū tuū.
75.b.
- 118 Anima mea in manibus meis sem-
per. 79.a.
- 118 In corde meo abscondi eloquia tua.
80.a.
- 118 Portio mea domine dixi custodi-
re legem tuam. 81.a.
- 118 A mandatis tuis intellexi. 75.a.
706.a.
- 118 Exitus aquarum deduxerunt oculi
mei. 127.a.
- 118 Reuela oculos meos. 174.b.
- 118 Deduc me in semitam mandatorū
tuorum. 216.a.
- 118 Auerte oculos meos ne videāt va-
nitatem. 331.a.
- 118 Lex domini immaculata cōuertēs
animas. 337.a.
- 118 Inclinaui cor meū ad faciendas iu-
stificationes tuas. 522.b.
- 118 Funes peccatorum circumplexi
sunt me. 225.b.
- 118 Leuaui manus meas ad mandata
tua. 572.a.
- 118 Non enim qui operantur iniquita-
tem in vijs eius ambulauerunt.
755.b.
- 118 Spreuisti omnes discedentes à iudi-
cijs tuis. 760.b.
- 118 Faciem tuam illumina super seruū
tuum. 630.a.
- 118 Tunc non confundar cum prospe-
xero in omnibus mandatis tuis.
657.b.
- 118 Exitus aquarum deduxerunt oculi
mei. 664.b.
- 118 Principium verborum tuorum ve-
ritas. 669.b.
- 118 Latum mandatum tuum nimis.
692.a.
- 118 Quia mandatis tuis credidi. 786.a.
- 118 Cantabiles mihi erant iustificatio-
nes tuæ in loco peregrinationis
meæ. 260.a.
- 120 Leuaui oculos meos in montes.
538.b.
- 121 Stantes erant pedes nostri. 698.b.
480.b.
- 121 Et abundantia in turribus tuis. 283.
a. 23.a.
- 121 Hierusalem quæ ædificatur vt ciui-
tas. 641.a.
- 122 Ad te leuaui oculos meos, qui habi-
tas in cœlis. 468.a.
- 123 Cū irasceretur furor eorū nimis.
397.b.
- 123 Torrentem pertransiuit anima no-
stra. 788.b.
- 123 Anima nostra sicut passer erepta est
de laqueo venantium. 26.a.
- 124 Dominus in circuitu populi sui.
652.a. 294.b.
- 125 Qui femināt in lachrymis, in exul-
tatione metent. 665.a.
- 126 Nisi dominus custodierit ciuitatē,
frustra vigilat, qui custodit eam.
652.a. 15.b.
- 126 Non confundetur, cum loquetur
inimi-

facræ scripturæ.

- inimicis suis in porta. 425.a.
- 129 Apud dominum misericordia, &
copiosa apud eum redemptio.
268.a.
- 129 Et ipse redimet Israel ex omnibus
iniquitatibus eius. 104.b.
- 131 Sacerdotes tui induantur iustitia.
660.b. 737.b.
- 131 Elegit dominus Sion, elegit eam
in habitationem sibi. 579.a.
342.b.
- 131 Hęc requies mea in seculum secu-
li. 465.b.
- 131 Surge deus, iudica terram. 380.a.
- 131 Iurauit dominus David veritatē,
& non frustrabitur eum. 292.b.
- 136 Super flumina Babylonis, illic se-
dimus, & fleuimus. 560.a. 633.b.
8.a.
- 137 In cōspectu angelorum psallam ti-
bi. 172.b.
- 137 Excelsus dominus, & humilia re-
spicit. 395.b.
- 138 Quò ibo à spiritu tuo, & quò à fa-
cie tua fugiam? 494.b.
- 138 Intellexisti cogitationes meas de
longē. 160.b.
- 138 Super inimicos tuos tabescebam.
587.b.
- 138 Mirabilis facta est sciētia tua ex me.
78.a.
- 139 Vir linguosus non dirigitur in ter-
ra. 695.a.
- 140 Pone domine custodiam ori meo,
& ostiū circumstantiæ labijs meis.
695.a.
- 140 Et non communicabo cum electis
eorum. 525.b.
- 141 Perijt fuga à me, & non est qui re-
quirat animam meam. 143.a.
- 142 In me turbatum est cor meum.
586.a.
- 143 Homo vanitati similis factus est.
456.b. 186.a.
- 143 Qui docet manus meas ad præliū.
146.a.
- 144 Et miserationes eius super omnia
opera eius. 256.a. 15.a.
- 144 Regnum meum regnum omnium
seculorum. 195.b.
- 146 Aedificans Hierusalem dominus
dispersiones Israel congregabit.
195.a. 601.b. 637.a.
- 147 Emitteret verbum suum, & liquefa-
ciet ea, flabit spiritus eius, & fluēt
aquæ. 665.b.
- 148 Ad te domine clamaui, ne fileas à
me. 509.b.
- 148 Præceptum posuit, & non præteri-
bit. 121.a.
- 149 Et filia Sion exultent in rege suo.
293.a.
- 150 Eleuaui manum suam super eos.
219.b.

Prouerbia.

- 1 Initium sapientiæ timor domini.
39.b.
- 1 Prosperitas stultorum perdet eos.
283.a.
- 1 Auersio paruulorum interficiet eos.
168.a. 566.a.
- 1 Vocaui, & renuistis. 550.b.
- 3 Lignum vitæ est ijs qui apprehēde-
runt eam. 249.b. 584.a.
- 3 Ipse deludet illos. 236.a.
- 4 Via impiorum tenebrosa. 132.b.
- 4 Remoue à te os prauum. 370.a.
780.a.
- 5 Iniquitates suæ capiunt impium.
5.a.
- 5 In amore eius delectare iugiter.
760.b.
- 6 Liga eam in corde tuo iugiter. 80.a.
- 6 Sex sunt, quæ odit deus. 179.a.
- 6 Vitæ verò via & correctio & casti-
gatio. 530.a.
- 7 Leo rugiens, & rursus esuriens prin-
ceps impius. 321.a.
- 7 Fili honora dominum, & valebis.
736.b.
- 7 Nescit, quod ad vincula sulsus tra-
hatur. 417.b.

Index autoritatum

- 8 Ludens in orbem terrarum. 17.a.
 8 Qui in me peccauerit, lædet animã suam. 381.a.
 8 Ego diligentes me diligo. 388.a.
 8 Delicię mee esse cum filijs hominũ. 605.b.
 9 Sapientia proposuit mensam. 690.a.
 10 In multiloquio non deerit peccatũ. 695.a.
 10 Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. 668.b.
 10 Statere dolosa abominatio est apud deum. 753.b.
 10 Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. 531.a.
 10 Argentum electum lingua iusti. 374.a.
 10 Verba impiorum insidiatur sanguini. 320.b.
 10 Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. 417.a.
 11 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcanã. 298.a.
 11 Fructus iusti lignum vitæ. 584.a.
 12 Verte impios, & non erunt. 355.a.
 13 Qui parcat virgæ, odit filium suum. 136.a.
 13 Astutus omnia agit cum consilio. 430.a.
 13 Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. 660.b.
 14 Qui miseretur pauperis beatus erit. 14 Putredo ossium est inuidiã. 413.a. 514.b.
 14 Errant, qui operantur malum. 509.b.
 14 Extrema gaudij iustus occupat. 484.a.
 15 Per misericordiam & fidem purgantur peccata. 59.a.
 15 Mens iusti meditabitur obedientiã. 336.b.
 15 Melius est parum cum timore domini, quam tristari. 376.a.
 15 Impius cum in profundum venit peccatorum, contemnet. 628.b.
 16 Reuela domino opera tua. 90.b. 242.a.
 16 In hilaritate vultus regis vita. 542.a.
 17 Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. 223.b.
 18 Iustus prior est accusator sui. 300.a.
 18 Mors & vita in manibus linguæ. 146.a. 695.b.
 19 Fecneratur domino, qui miseretur pauperis. 141.a. 274.b.
 19 Pestilente flagellato stultus sapientior erit. 415.b. 780.b.
 20 Ponderus & pondus, mensura & mensura vtrunq; abominabile est apud deum. 29.a. 753.b.
 20 Melius est nomen bonũ, quàm diuitiæ multæ. 117.b.
 20 Misericordia & veritas custodiunt regem. 319.a. 542.a.
 21 Non est prudentia, non est sapientia, non est consilium contra dominũ. 595.b.
 21 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis. 274.b.
 23 Præbe mihi fili mi cor tuum. 65.b. 388.a.
 23 Ne comedas cum homine inuido. 324.a.
 24 Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. 412.b.
 24 Et maceria lapidum destructa est. 708.a.
 24 Septies in die cadit iustus. 624.a.
 25 Qui scrutator est maiestatis, obruetur à gloria. 763.b. 68.a.
 27 Cor iniqui inquirat mala. 755.b.
 28 Iustus quasi leo confidens. 65.a.
 28 Regnantibus impijs ruina hominũ. 320.b.
 29 Homo qui blandis fictisque verbis loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. 213.a.
 Qui

facræ scripturæ.

- 29 Qui custodit legem, beatus est. 293.a. 720.a.
 29 Rex iustus eriget terram. 542.a.
 30 Leo fortissimus bestiarum. 512.b.
 31 Fallax gratia, & vana est pulchritudo. 258.a.

Ecclesiastes.

- 1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. 56.a. 224.a. 457.a. 753.b.
 1 Ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. 560.b.
 1 Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus. 606.a.
 2 Risum reputavi errorem. 457.a.
 3 Omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. 634.a.
 7 Melius est à sapiente corripitur, quàm stultorum laude decipi. 529.b.
 10 Cor sapientis in dextera eius. 336.a.
 10 Sapientis oculi in capite eius. 30.a. 205.b.
 12 Deum time, & mandata eius serua, hoc est enim omnis homo. 559.a.

Cantica.

- 1 Osculetur me osculo oris sui. 91.b.
 1 Meliora sunt vbera tua vino. 231.a.
 1 Oleum effusum, nomen tuum. 117.a.
 1 Trahe me post te. 59.a. 537.b.
 2 Capite nobis vulpes paruulas. 216.b.
 2 Ego flos campi, & lilium conualliũ.

- 2 Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi. 394.b.
 2 Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. 630.a.
 3 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi. 298.a.
 3 Introducam illum in domũ matris meæ. 365.a.
 3 En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt illud. 475.a.
 3 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. 669.a.
 4 Turris David ex qua mille clypei pendent. 425.a.
 4 Impetu currunt de Libano. 579.b.
 4 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. 719.a.
 5 Anima mea liquefacta est. 121.b.
 5 Quò abiit dilectus tuus? 281.a.
 8 Pone me vt signaculum super cor tuum. 3.a. 97.b. 162.a.
 8 Fortis vt mors dilectio. 100.a.
 8 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. 397.b.

Sapientia.

- 1 Hoc quod continet omnia, scientiã habet vocis. 17.a.
 1 Sentite de domino in bonitate. 332.a.
 1 Deus mortem non fecit. 223.a. 308.b.
 1 Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. 320.a. 359.b.
 1 Spes impij quasi lanugo. 659.a.
 1 Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. 659.b.
 1 In maleuolam animam non intrabit sapientia. 706.b.

Index autoritatum.

- 2 Transiit vita nostra tanquam ve-
stigiū nubis. 55.b.
- 2 Excæcavit eos malitia eorum.
572.b.
- 3 Iustorum animæ in manu dei sunt.
6.b.
- 3 Iudicabunt nationes, dominabuntur
populis. 626.a.
- 3 Fulgebunt iusti, & tanquam scin-
tilla in arundine torquentur.
712.a.
- 4 Invidia diaboli intrauit mors
in orbem terrarum. 253. b.
501.b.
- 4 Raptus est, ne malitia mutaret intel-
lectum eius. 346.a.
- 5 Transierunt omnia illa sicut umbra.
55.b. 93.a. 363. b.
- 5 Nos insensati vitam illorum esti-
mabamus infaniam. 703. a.
526.b.
- 5 Nos nati continuo desuimus esse.
181.a.
- 5 Sol intelligentiæ non est ortus eis.
210.a.
- 5 Quid nobis profuit superbia, & diui-
tiarum iactantia quid contulit no-
bis? 273.a. 407.a.
- 5 Stabant iusti in magna constantia.
346.a.
- 5 Lassati sumus in via iniquitatis,
ambulauimus vias difficiles.
401.a.
- 6 Pugnabit cum eo orbis terrarum cõ-
tra insensatos. 526.b.
- 6 Si delectamini sceptris & regnis õ
reges populi, diligite sapientiam.
442.a.
- 6 Iudiciũ durissimum ijs, qui præsumunt.
518.a.
- 6 Nec cum inuidia tabescente iter ha-
bebo. 501.b.
- 7 Speculum sine macula. 248.a.
- 9 Mitte domine sapientiam de cœlis.
58.b.
- 9 Deprimit terrena, inhabitatio sen-

- 10 Descenditque cum illo in foueam,
& in vinculis non dereliquit eum.
622.a.
- 13 Vani sunt homines, in quibus non
subest scientia. 16.b. 179.a.
- 16 Ingrati spes tanquam hyemalis gla-
cies. 323.a.
- 16 Homo per malitiam occidit animã
suam. 234.a.
- 17 Iniqui vinculis tenebrarum,
& longæ noctis compediti.
54.a.

Ecclesiasticus.

- 1 Aqua sapientiæ salutaris potauit eos.
375.a.
- 1 Fons sapientiæ verbum dei in excel-
sis. 73.b. 444.a.
- 2 Si pœnitentiam non egerimus, inci-
demus in manus dei. 345.a.
- 2 Væ duplici corde. 373.a.
- 2 Cunctę vię hominis doloris & eru-
mne plenæ sunt. 455.b.
- 2 Respicite, & scitote, quia nullus spe-
rauit in domino, & derelictus est.
535.a.
- 3 Cor ingrediens duas vias, non habe-
bit successus. 336.b.
- 3 Cor durum malè habebit. 61.b.
- 3 In mansuetudine opera tua perface.
548.a.
- 3 Aqua extinguit ignem, & eleemo-
syna resistit peccato. 274. b.
- 3 Quanto maior es, humiliã te in om-
nibus. 700.a.
- 4 Stultus complicat manus suas.
146.a.
- 5 Noli anxius esse in diuitijs. 376.b.
- 5 Ne adicias peccatum super pecca-
tum. 736.a.
- 6 Cogitatum tuum habe in præceptis
dei. 755.a.
- 7 Humilia valde spiritum tuum. 268.
b. 452.a.

facra scriptura.

- b. 452.a.
- 7 Discede ab iniquo, & deficient ma-
la ab te. 385.a.
- 7 Ne desis plorantibus in consolatio-
ne. 412.b.
- 7 Vindicta carnis impij ignis & ver-
mis. 628.b.
- 8 Vidi impios sepultos. 372.a.
- 8 Multos perdidit aurum & argentũ.
140.a. 564.b.
- 10 Initium omnis peccati est superbia.
268.b. 661.b.
- 10 Quid superbis terra & cinis? 56.b.
452.a.
- 10 Odibilis corã deo & hominibus est
superbia. 268.b.
- 10 Qualis rector est ciuitatis, tales &
habitantes in ea. 297.b.
- 10 Memoriam superborum perdidit
deus. 417.b.
- 10 Rex insipiens perdet populum.
453.b.
- 12 Non cognoscetur in bonis amicus.
129.b.
- 12 Verba sapientum sicut stimuli.
251.b.
- 13 Qui tetigerit picem, inquinabitur
ab ea. 11.b. 318.b.
- 14 Rigabo hortum plantationis.
665.a.
- 15 In medio ecclesiæ aperuit os eius.
66.a.
- 15 Aqua sapientiæ salutaris potabit il-
lum. 255.b.
- 15 Deus ab initio cõstituit hominem,
& posuit in manu consilij sui. 311.
a. 477.b.
- 16 Omnis misericordia faciet locũ vni-
cuique secundum meritum operũ
suorum. 591.a. 687.b.
- 20 Sapientia abscondita & thesaurus in-
uisus, quę utilitas in vtrisque? 130.
a. 643.b.
- 22 Fidem posside cum amico in pau-
pertime eius. 290.b.
- 22 Mortuum lameris, quod sit luce

- priatus. 405.a.
- 24 Et sic in Sion firmata sum. 317.b.
- 24 Quasi platanus exaltata sum iuxta
aquas. 500.b.
- 24 Et radicauit in populo honorifica-
tio. 128.a.
- 24 Quasi myrrha electa dedi suauita-
tem odoris. 445.b.
- 29 Vir bonus fidem faciet cum proxi-
mo suo. 289.b.
- 31 Beatus vir, qui post aurum non abiit.
375.b.
- 32 Rectorem te posuerunt, noli extol-
li. 532.a.
- 33 Multam malitiam docuit tibi sitas.
117.b. 273.b.
- 33 Præcordia satui, quasi rota carni.
242.a.
- 33 Væ qui prædaris, nõne ipse præda-
beris? 617.a.
- 34 Hoc secundum hoc visio somnio-
rum. 56.a.
- 36 Glorifica manum, & brachium dex-
trum. 616.a.
- 37 Nõ obliuiscaris amici tui in animo
tuo. 266.b.
- 38 Fili in mortuũ produc lachrymas.
405.a.
- 40 Substantiæ impiorum sicut fluius
siccabuntur. 507.a.
- 43 Tempestas aquilonis & congrega-
tio spiritus. 13.b.
- 43 Vas admirabile opus excelsi.
720.b.
- 51 Liberasti me domine secundũ mul-
titudinem misericordiæ tuæ.
719.b.

Esaias.

- 1 Audite cœli, auribus percipe terra.
121.b. 57.a.
- 1 Filios enutriui, & exaltaui ipsi
autem spreuerunt me. 113.b.
539.a.

Index autoritatum

facræ scripturæ.

- 1 Heu consolabor super hostibus meis, vindicabor de inimicis meis. 116.a.
- 1 Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. 124.b.
- 1 Conuertam manum meam ad te. 146.b.
- 1 Quid facietis in die visitationis? 158.a.
- 1 Quo mihi multitudinem victimarum uestrarum? 263.a.
- 1 Manus uestræ sanguine plenæ sunt. 167.a. 305.a. 369.a.
- 1 Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. 333.b.
- 1 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? 371.b.
- 1 Populo graui iniquitate, semini nequam. 373.b.
- 1 Excoquam ad purum scoriam tuam. 373.b.
- 1 Laboraui sustinens. 401.a.
- 1 Si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. 540.a. 475.a.
- 1 Vulnus & liuor & plaga tumens nõ est curata. 491.b.
- 1 A planta pedis vsq; ad caput non est in eo sanitas. 549.a.
- 1 Auferte malum cogitationum uestrarum. 457.b.
- 1 Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea. 486.a. 743.b.
- 1 Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a vobis. 682.b.
- 1 Blasphemauerunt sanctum Israel. 683.b.
- 1 Querite iudicium, subuenite oppresso. 751.b.
- 2 Et non leuabit gens contra gentem gladium. 114.a.
- 2 Super omne quod visu pulchrũ est. 156.b.
- 2 Docebit nos vias suas. 261.b.
- 2 De Sion exhibit lex, & verbum domini de Ierusalem. 280.a. 395.a. 574.b.
- 2 Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini. 293.a.
- 2 Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. 254.b.
- 2 Dies domini super omnes cedros Libani. 428.a.
- 2 Exaltabitur dominus solus in illa die. 240.a.
- 2 Humiliabitur altitudo virorum. 524.a.
- 3 Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te seducunt. 214.a.
- 3 Dabo pueros principes eorum. 544.b.
- 3 Exaltabitur dominus exercituũ in iudicio. 420.a.
- 4 In die illa erit germen domini in magnificentia. 558.a. 637.b.
- 5 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem. 714.b.
- 5 Væ qui opus dei non respicitis. 17.a.
- 5 Nobiles interierunt fame. 106.b.
- 5 Iratus est furor dominus in populum suum. 248.a.
- 5 Vineam domini exercituum domus Israel est. 245.b.
- 5 Mutauerunt ius. 282.a.
- 5 Plantauit vineam electam. 371.b.
- 5 Nubibus mandabo ne pluant super eos imbrem. 345.b.
- 5 Væ qui sapientes estis in oculis uestris. 456.b.
- 5 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. 736.a.
- 5 Væ qui iustificatis impium pro muneribus. 647.b.

6 Audi-

- 6 Audite audientes, & nolite intelligere. 206.a.
- 6 Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. 714.b.
- 6 Excæca cor populi huius.
- 6 Væ mihi, quia tacui. 871.b. 531.a.
- 7 Et vocabitur nomen eius Emanuel. 731.a.
- 8 In manu forti erudiuit me. 146.a.
- 8 Congregamini populi, & vincimini. 137.b.
- 8 Voca nomen eius accelera. 24.b.
- 8 Erit vobis in sanctificationem. 175.b. 611.b.
- 8 Erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ o Emanuel. 285.a. 615.a.
- 8 Dominus adducet super eos aquas fluminis. 397.a.
- 9 Alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim. 366.a.
- 9 Principatus eius super humerũ eius. 69.a.
- 9 Princeps pacis. 114.a.
- 9 Multiplicabitur eius imperium. 195.b.
- 9 Succendetur in densitate saltus. 346.a.
- 9 Peribit sapientia a sapientibus. 489.b.
- 9 Super soliam David sedebit. 553.b.
- 9 Iugum oneris eius & virgam humeri eius. 550.b.
- 9 Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. 712.a.
- 9 Declinauit ad terram, & esuriet. 583.b.
- 10 Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris. 124.b.
- 10 Væ qui condunt leges iniquas. 281.b.
- 10 Væ Assur virga furoris mei. 350.b. 419.b.
- 11 Congregauit filios Israel. 195.a.
- 11 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius. 293.a.
- 11 Vitulus & leo & ovis simul morabuntur. 512.b.
- 11 Et volabunt in humeris Philistinum. 525.b.
- 11 Spiritu labiorum suorum interficiet impium. 606.a.
- 12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. 257.b. 579.b. 778.b.
- 13 Onus Babylonis. 410.b. 208.a.
- 13 Dominus exercituum præcepit militiæ belli. 728.a.
- 13 Cælum turbabo, & mouebitur terra. 616.b.
- 13 Stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen. 515.b.
- 13 Vlulæ in ædibus eius. 325.a.
- 13 Erit Babylõ illa gloriosa in regnis. 348.a.
- 14 Contriuit dominus baculum impiorum. 130.a. 136.b.
- 14 Perdam Babylonis nomen. 364.b.
- 14 Abietes quoque lætati sunt super te. 500.b.
- 14 Ascendam super altitudinẽ nubium. 407.a.
- 14 Veruntamen ad infernum detraheris ad profundum lacus. 431.b.
- 14 Detracta est ad inferos superbia tua. 459.b.
- 14 Ero similis altissimo. 461.a.
- 14 Et tu vulneratus es, sicut & nos. 505.a.
- 16 Auferetur gloria Moab. 417.b.
- 16 Sic erunt filie Moab in transensu Arnon. 426.b.
- 16 Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo. 428.a.
- 16 Super hoc plorabo in fletu Iazer. 440.b.
- 17 In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ. 509.a.

18 In

Index autoritatum.

- 18 In vasis papyri super aquas. 213.a.
 19 Onus Aegypti. 465.a.
 19 Ciuitas solis vocabitur vna. 491.a.
 19 Super nubem leuem. 404.b.
 21 Pone speculatorem, & quaecunque viderit, annuntiet. 369.a.
 21 Auferetur gloria Cedar. 417.b.
 21 Repleti sunt lumbi mei dolore. 440.b.
 21 Surgite principes arripite clypeū. 466.b.
 21 Filius areæ meæ. 261.a.
 22 Vocabit dominus deus exercituum in illa die ad fletum. 517.b.
 22 Erit quasi pater habitantium in Ierusalem. 528.a.
 22 Recedite, amarè flebo. 485.a.
 22 Dabo clauē domus Dauid super humerum eius. 722.b.
 22 Quasi pilam mittet te deus in terrā latam. 205.a.
 23 Vlulate naues maris. 561.a. 121.b.
 23 De terra Cetim reuelatum est eis. 449.b.
 24 Secretum meū mihi secretum meū mihi. 702.b.
 25 Et faciet dominus exercituum in monte hoc conuiuium. 690.a.
 26 Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. 425.b.
 26 Corruī, cum audirem. 429.b.
 26 Cum fecero iudicia tua in terra, iustitiam discent. 487.b.
 26 Voco ab oriente iustum. 641.a.
 26 Viuet mortui tui, interfecti mei resurgent. 595.a.
 26 A facie tua concepimus, & parturimus. 36.b.
 27 In die ille visitabit dominus in gladio suo duro leuiathan. 470.a.
 27 Et occidet cetum, qui in mari est. 408.a.
 27 In die illa occidet dominus cetum. 513.a.
 28 Erit dominus exercituum corona gloria. 143.b.
 28 Ponam iudicium in pondere. 166.b.
 647.a.
 28 Quem docebit dominus sciētiam? 232.a. 702.b.
 28 Vexatio dat intellectū auditui. 233.b. 278.b.
 28 Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem. 437.b.
 29 Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. 621.a.
 29 Arguentem in porta supplantabant. 643.a.
 29 Peribit sapientia à sapientibus. 143.a.
 30 Loquimini nobis placentia. 213.b.
 30 In silentio & spe erit fortitudo tua. 632.b.
 30 Lux solis erit simpliciter sicut lux septem dierum. 624.a.
 31 Væ qui descendunt in Aegyptum. 474.a.
 32 Beati qui seminatis super aquas multas. 322.a.
 32 Erit opus iustitiæ pax. 360.a.
 33 Respice Siō solennitatem ciuitatis nostræ. 342.a. 579.a.
 33 Tabernaculum quod nequaquam transferri potest. 604.b.
 33 Domine miserere nostri, te enim expectauimus. 535.a.
 33 Dominus iudex noster, dominus legifer noster. 293.a.
 33 Dominus rex noster ipse saluabit nos. 21.a.
 34 Inebriatus est in cœlo gladius meus. 540.a.
 34 Erit cubile draconum. 415.b.
 34 Orietur in diebus eius spinæ & vitiæ. 486.b.
 35 Deus ipse veniet, & saluabit nos. 22.a.
 35 Confortate manus dissolutas. 137.b.
 35 Latabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. 296.a.
 35 Cōuertentur, & venient in Sion cum lau-

facræ scripturæ.

- laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. 653.a.
 36 Ecce confidit super baculum arundineum. 474.b.
 37 Ponam circulum in naribus tuis. 611.a.
 40 Omnes sitientes venite ad aquas. 86.a.
 40 Vox clamantis in deserto, parate viam domini. 132.b.
 40 Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. 85.a.
 40 Reuelabitur gloria domini. 41.b. 710.b.
 40 Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. 55. b. 417.a. 346.b.
 40 Rectas facite semitas dei nostri. 24.b.
 40 Sicut pastor gregem suum pascet. 549.b.
 40 Ecce deus vester, ecce dominus deus in fortitudine veniet. 553.b.
 41 Taceant ad me insulæ. 632.b.
 42 Firmans terram. 131.a.
 42 Vt educeres de conclusione vinetum. 142.a.
 42 Gloriam meam alteri non dabo. 453.b.
 42 Calamum cassatum non conteret, & linum fumigans nō extinguet. 551.a. 62.b.
 42 Ecce seruus meus, suscipiam eum. 555.b.
 42 Sicut vir præliator suscitabo zelū. 389.a.
 42 Legem eius insulæ expectabunt. 632.b.
 43 Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas. 22.a. 59.b.
 43 Ecce ego facio noua. 261.b.
 43 Ponam in deserto aquam. 776.b.
 44 Effundam aquam super sitiente, 776.b.
 44 Qui dico Cyro: pastor meus es. 319.b.
 44 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. 104.b.
 45 Verè tu es deus absconditus. 80.a. 773.a.
 45 Dorfa regum vertam. 416.a.
 45 Ego gloriosos terræ humiliabo. 417.b.
 45 Mihi curuabitur omne genu. 489.a. 294.b.
 45 Ego dominus, & non est alius antipius. 314.b.
 45 Rorate cœli de super, & nubes pluāt iustum, aperiat terra. 733.a.
 45 Faciens pacem, & creans malum. 233.a.
 45 Hæc dicit dominus deus Christo meo Cyro. 576.b.
 45 Ipse ædificauit ciuitatem meam. 637.b.
 46 Consilium meum stabit, & volūtas mea fiet. 633.a. 403.a.
 46 Mementote istud, & fundamini. 604.a.
 46 Præuaricatores redite ad cor. 18.a. 28.b. 691.a.
 47 Sede in puluere virgo filia Babilō. 448.a.
 47 Sta cum multitudine maleficiorum tuorum. 402.a.
 48 Propter me ego faciam, vt non blasphemet. 578.a.
 48 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. 11.b.
 49 Dedi te in lucem gētium. 89.a. 489.b. 294.a. 361.b.
 49 Dixit Sion: reliquit me dominus. 120.b.
 49 Reges videbunt, & cōsurgent principes. 489.b.
 49 Magnum tibi est, vt voceris puer meus. 182.b.
 49 In vacuum laboraui. 401.a.
 50 Speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. 474.b.
 51 Lex à me exiit, & iudicium meū. 261.b.
 51 Attendite ad petram, vnde excisi estis.

Index autoritatum

facræ scripturæ.

- estis. 383. b.
- 51 Nunquid tu domine percussisti superbum? 513. a.
- 52 Quam pulchri super montes pedes annuntiantium, & prædicantium pacem? 25. a. 603. a.
- 52 Parabit dominus brachium suum in oculis omnium gentium. 589. a.
- 52 Ablatus est populus meus gratis. 577. a.
- 52 Mûdamini, qui fertis vasa domini. 737. b.
- 52 Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti. 184. a. 739. a.
- 53 Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? 589. a.
- 53 Oblatus est, quia ipse voluit. 21. a. 722. b.
- 53 Verè dolores nostros ipse tulit, & langores nostros ipse portauit. 54. b. 551. a. 266. b.
- 53 Tanquam ovis ad occisionem ductus est. 121. a.
- 53 Abscessus est de terra viuentium. 432. b.
- 53 Scientem infirmitatem. 325. a.
- 53 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. 330. a.
- 53 Quasi agnus coram tondente se obmutescet. 161. b.
- 53 Vidimus eum, & nõ erat aspectus. 164. a.
- 53 Generationem eius quis enarrabit? 172. a. 587. a.
- 53 Præcedet vos dominus, & congregabit vos. 216. a.
- 53 Propter scelus populi mei percussus eum. 757. a.
- 53 Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. 794. b.
- 54 In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te. 630. a.
- 54 Lauda sterilis, quæ non parit. 600. a. 295. a.
- 54 Ad punctum in modico dereliquite. 309. a.
- 55 Omnes sitientes venite ad aquas. 293. b.
- 55 Montes & colles cantabunt coram vobis laudem. 357. a.
- 55 Ecce testem populis meis dedi te. 361. b.
- 55 Erit dominus nominatus in signum æternum. 163. a.
- 55 Venite emite absque argento. 287. b.
- 55 Inclinate aurem vestram, & venite ad me. 574. b.
- 56 Canes muti non valentes latrare. 369. a.
- 57 Mare mare feruens quod quiescere non potest. 64. b.
- 57 Viri misericordiæ colliguntur. 474. b.
- 57 Creauit fructum labiorum pacem. 196. b. 787. b.
- 58 Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. 532. a. 529. a.
- 58 Frange esurienti panem tuum. 303. a.
- 59 Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum. 275. b. 95. a.
- 59 Et aperiatus est, quia non est qui occurrat. 586. a.
- 59 Peccata vestra absconderunt faciẽ eius à vobis. 630. a.
- 59 Et veniet Sion redemptor. 631. a.
- 59 Non est, qui iudicet verè.
- 60 Ambulabunt gentes in lumine tuo. 489. b. 361. b.
- 60 Qui sunt hi, qui vt nubes volant? 375. a. 755. b.
- 60 Leua in circuitu oculos tuos, & vide. 653. a. 899. b.
- 62 Eris corona gloriæ in manu domini. 801. a.
- 63 Vbi est qui adduxit eos de mari cû pastoribus suis? 319. b.
- 64 A facie tua montes defluent. 540. b.

540. b.
- 64 Non est domine qui inuocet nomen tuum. 218. a.
- 64 Abscondisti faciem tuam à nobis, & allifisti nos. 630. a.
- 65 Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. 124. b.
- 65 Ecce ferui mei comedent, & vos esurietis. 555. a.
- 65 Ece ego creo cœlos nouos, & terrã nouam, & non erunt in memoria priora. 580. a. 262. a.
- 65 Lupus & agnus pascentur simul. 366. a.
- 66 Cœlum sedes mea est. 81. b. 119. a. 783. a. 494. b.
- 66 Ecce dominus in igne veniet. 175. a.
- 66 Sicut cœli noui & terra noua. 334. a.
- 66 Vermis eorum non morietur. 505. b.
- 66 Tenentes sagittam in Italiam. 522. a.
- Jeremias.
- 1 Ne timeas à facie eorũ, quia tecum ego sum. 6. b.
- 1 Virgam vigilantem ego video. 86. a.
- 1 Ut euellas, & destruas, & disperdas. 551. a.
- 1 Ab aquilone pandetur omne malum. 614. b.
- 1 Ollam succensam ego video. 13. b.
- 2 Me dereliquerunt fontẽ aque viuę. 19. b. 765. b.
- 2 Desperabimus, post cogitationes nostras ibimus. 535. a.
- 2 Elongauerũt se à me patres vestri. 391. b.
- 2 Trãsire ad insulas Cetim. 449. a.
- 2 Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? 470. a.
- 2 Vide vias tuas in conualle. 584. a.
- 3 Introducã vos in Sion, & dabo vobis pastores secundum cor meum. 442. a.
- 3 Iustificabit animam suam auerfatrix Israel. 385. b.
- 3 Dabo vobis pastores iuxta cor meum. 561. a.
- 3 Tu fornicata es cû amatoribus multis. 307. b. 258. b.
- 4 Malum ego adduco ab aquilone. 14. a.
- 4 Laua à malitia cor tuum. 582. a. 336. a.
- 4 Nouate vobis nouale, & nolite ferere super spinas. 458. b.
- 4 Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? 458. a.
- 5 Indurauerunt facies suas super petram. 339. b.
- 5 Negauerunt dominum, & dixerũt. 124. b.
- 6 Holocaustomata vestra nõ sunt accepta. 263. a.
- 6 Ambulantes fraudulenter vt æs & ferrum. 282. a. 379. b.
- 6 Ambulate in via bona. 556. b.
- 7 Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo. 62. b.
- 7 Ne obsistas mihi. 218. a.
- 7 Quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem. 428. a.
- 7 Vt faciant placentas reginæ cœli. 494. a.
- 8 Vox clamoris filiaẽ populi mei. 95. b.
- 9 Ego sum dominus, qui facio misericordiam. 15. b.
- 9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? 127. a. 440. b.
- 9 Ascendit mors per fenestras nostras. 321. a. 659. b.
- 9 Extenderunt linguam suam arcum mendacij. 695. b.
- 10 Ipse est rex viuens, & rex sempiternus. 435. b.
- 10 Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore. 708. b.

Index autoritatum

- 11 Mittamus lignum in panem eius. 249.b.
 11 Ego quasi agnus mansuetus. 161.b.
 14 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. 425.a.
 15 Ignis succensus est à furore meo. 176.b. 323.b.
 15 Infirmata est quæ peperit septem. 296.a.
 15 Si steterint Moyses & Samuel coram me. 378.b.
 15 Non est anima mea ad populum istum. 386.a.
 15 Sume calicem vini furoris huius. 390.a.
 15 Laboraui rogans, & disperdam eos. 401.a.
 16 Seruietis dijs alienis die ac nocte. 139.b.
 16 Ecce ego mitto piscatores multos. 705.b.
 16 Ad te gentes veniēt ab extremis terræ. 489.b.
 17 Maledictus homo, qui confidit in homine. 474.b.
 17 Recedētes à te domine, in terra scribentur. 220.a.
 18 Non peribit lex à sacerdote. 143.a.
 18 Surge, descende in domum figuli. 57.a.
 19 Ecce venient dies, dicit dominus, & visitabo super omnem. 458.b.
 20 Et misit eum in neruum, quod erat in porta Benjamin. 6.a.
 21 Succēdam ignem in saltum eius. 346.a.
 22 Si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda annulus in manu dextera mea. 466.a.
 22 Omnes pastores tuos pascet ventus. 560.a.
 22 Nolite flere mortuū, ne clugeatis. 127.a.
 23 Non mittebam eos, & ipsi currebant. 60.b.
 23 Auferam super eos mala, annum visitationis. 158.a.
 32 Cœlum & terram ego impleo. 494.b.
 23 Væ pastoribus qui dispergunt, & dilacerant gregem. 546.a.
 23 Ecce dies venient, dicit dominus, & suscitabo David germen iustum, & regnabit rex. 553.a. 637.b.
 25 Ponam eos in stuporem, & in sibi- lum, & in solitudines sempiternas. 432.a.
 26 Noli subtrahere verbum, si fortè au- dian. 64.a.
 30 Seruiet domino deo suo, & David regi suo, quem suscitabo eis. 602.a.
 31 Creavit dominus nouum super ter- ram. 641.b.
 31 In charitate perpetua dilexi te. 388.a.
 31 Castigasti me domine, & eruditus sum. 6.b.
 31 Feriam domui Israel & domui Iu- da testamentum nouum. 261.a.
 31 Propitiabor iniquitati eorum. 104.b.
 32 Cōgregabo eos de vniuersis terris. 195.a. 601.b.
 32 Verterunt ad me terga, & nō facies. 391.a.
 48 Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo. 144.a.
 48 Quasi aquila volabit. 284.b.
 48 Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. 531.a.
 48 Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. 405.b.
 48 Cor meum ad Moab quasi tibia re- sonabit. 440.b.
 49 Post hæc reuerti faciam fugientes & captiuos. 418.a.
 49 Extendet alas suas ad Moab. 285.a.
 49 Perijt consilium à filijs. 143.a.
 50 Recedite de medio Babylonis, & de medio Chaldeorum egredimini. 111.b.
 Thren. 1. Viderunt eam hostes, & deri- serunt sabbata eius. 743.b.

Thren. 1.

facræ scripturæ.

- Thre. 1. Hostes eius quieti sunt. 282.b.
 Thre. 1. Facta est quasi vidua domina gentium. 325.a.
 Thre. 2. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. 204.b.
 Thre. 2. Prophetæ tui viderunt tibi fal- sa & stulta. 229.a.
 Thre. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei. 665.a.
 Thre. 2. Plauserunt super te mani- bus transeūtes per viam. 357.b.
 Thre. 2. Cogitauit dñs dissipare murū filia Sion. 426.b.
 Thre. 2. Mouerunt capita sua super fi- lias Ierusalem. 427.a.
 Thre. 2. Proiecit de cœlo in terram in- clytam Israel. 463.b.
 Thre. 3. Inundauerunt aquæ super ca- put meum. 524.b.
 Thre. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis fi- liabus vrbs meæ. 427.a.
 Thre. 3. Inundauerunt aquæ super ca- put meum. 397.b.
 Thre. 3. Leuemus corda nostra cū ma- nibus ad dominum. 683.a.
 Thre. 3. Nos iniquè egimus, & ad ira- cundiam te prouocauimus. 682.b.
 Thre. 3. Misit in renes meos filias pha- retræ suæ. 201.a.
 Thre. 4. Sapphiro pulchriores. 41.b.
 Thre. 4. Paruuli petierunt panem, & non fuit, qui frangeret eis. 106.b.
 Thre. 4. Manus mulierum misericor- diam coxerunt filios. 114.b.
 Thre. 4. Velociores fuerunt persecuto- res nostri aquilis. 284.b.
 Thre. 4. Ad te quoque perueniet calix. 390.a.
 Thre. 4. Facies sacerdotum non erubuerunt. 347.a.
 Thre. 5. Propter montem Sion, qui dis- sperijt. 586.a.

Thre. 5. Cōuerte nos domine ad te, & conuertemur. 591.b.

Baruc.

- 2 Statuam illis testamentum alte- rum sempiternum. 261.b. 423.a. 574.b.
 3 Hic est deus noster, & non extima- bitur alius aduersus eum. 730.b.
 4 In ira dei ad iracundiam prouoca- stis dominum. 203.b.

Daniel.

- 2 Abscissus est lapis de monte sine ma- nibus. 733.a.
 2 Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius. 694.b.
 2 Lapis qui percussit statuam. 718.b.
 3 Ecce ego video quatuor viros solu- tos ambulantes in medio ignis. 10.a.
 3 Regnum eius, regnum sempiternū. 195.b.
 4 Peccata tua elemosynis redime. 59.a.
 4 Potestas eius potestas sempiterna. 435.b.
 7 Iudicium sedit, & libri aperti sunt. 70.a.
 7 Cor eius datum est ei. 95.b.
 7 Sine manu conteretur. 618.b.
 9 Propter temetipsum inclina deus aurem tuam. 182.b.
 9 Vir desideriorum es. 394.b.
 10 Vir desideriorum intellige. 57.b.
 10 Nec vnguento vnctus sum. 467.a.
 11 Stabit in terra inclyta. 348.a.
 12 Qui dormiunt in terræ puluere, eui- gilabunt. 227.a. 524.b.
 12 Qui docti fuerint, fulgebunt qua- si splendor firmamenti. 262.a. 643.b.
 12 Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternita- tes. 499.b.

Ggg 13 Flens

Index autoritatum

13 Flens respexit ad cœlum Susanna. 10.a.

Oseas.

1 Obluione obliuiscar eorum. 746.a. 347.b.
 1 Congregabuntur filij Israel, & filij Iuda pariter. 60.a. 195.a.
 2 Sepiam viam tuam spinis. 88.a.
 2 Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. 89.a.
 2 Dicā nō populo meo populus meus es. 89.b.
 2 In tribulatione sua manē confurgēt ad me. 234.b.
 2 Sponsabo te mihi in fidem. 259.a.
 2 Miserebor eius, qui fuit absque misericordia. 296.b.
 2 Cessare faciam omne gaudiū eius. 333.b.
 2 Vadam, & reuertar ad vitum meū priorem. 341.a.
 2 Argentum multiplicauit ei, & aurum, quę fecerunt Baal. 260.a. 140.b.
 3 Posthęc reuertentur filij Israel. 554.b.
 4 Populus meus in ligno suo interrogauit. 249.b.
 4 Nō visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatę. 266.a.
 4 Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulteriū. 315.b.
 4 Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. 398.a.
 4 Gloriam eorum in ignominiam cōmutabo. 417.b.
 4 Quoniam tu scientiam repulisti, repellam & ego te. 546.b.
 4 Comedent & non saturabuntur. 583.b.
 4 Peccata populi mei comedent. 744.b.
 5 Victimam declinastis in profundum. 30.a.

5 Clāgite buccina in Gabaah, tuba in Rama. 532.a.
 6 Misericordiam volo, & non sacrificium. 263.a.
 8 Aurum suum & argentum suum fecerunt idola. 140.b.
 8 Quasi aquila super domum domini. 284.b.
 8 In guturē tuo sit tuba. 532.a.
 8 Ipsi regnauerunt, & non ex me. 544.a.
 8 In aranearum telis erit vitulus Samarię. 632.a.
 9 Propter malitiam & inuentionem eorum de domo mea eijciam eos. 391.b.
 10 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. 214.b.
 10 Loquuntur verba visionis inutilis. 362.b.
 10 Arastis impietatem, iniquitatem meam fuistis. 509.b.
 11 Ex Aegypto vocauit filium meum. 113.b. 353.a.
 11 Cœpit gladius de ciuitatibus eius. 16.b.
 11 In funiculis Adam trahā eos in vinculis charitatis. 341.b. 554.a.
 12 Visitatio domini super Iacob. 132.b.
 12 In manibus prophetarum assimilatus sum. 212.a.
 12 Chanaan in manu eius statera dolosa. 287.a.
 12 Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. 438.b.
 13 Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. 59.a.
 13 Consolatio ablata est ab oculis meis. 101.b.
 13 Saturati sunt, & eleuauerunt cor suū. 270.a.
 14 Florebit sicut lilium. 299.a.

Joel.

2 Dies

facrę scripturę.

2 Dies nubis caliginis & tenebrarum. 14.a.
 2 Inter vestibulum & altare plorabūt sacerdotes ministri domini. 154.a. 546.b.
 2 Conuertimini ad me in toto corde vestro. 199.a. 345.b. 519.a.
 2 Venit dies domini, quia propē est dies tenebrarum. 483.b.
 2 Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 631.b.
 3 Confurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphad. 595.a.
 3 Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac. 775.a.

Amos.

1 Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eū. 154.b. 412.b. 624.a.
 1 Mittam ignem in domum Azabel. 323.b.
 2 Peribit fuga a veloce. 143.a.
 3 Visitabo super vos omnes iniquitates vestras. 133.a.
 3 Leo rugiet, quis non timebit? 248.b.
 5 Odio habuerunt corripientem in porta. 12.a. 643.a.
 5 Portatis tabernaculum Moloch. 151.a.
 5 Leuo super vos planctum domus Israel. 193.b. 517.b.
 5 Si obtuleritis holocaustomata, munera vestra non suscipiam. 263.a.
 5 Odi & proieci festiuitates vestras. 333.b.
 7 Ecce dominus stans super murum litum, & trulla cementarij in manu eius. 6.b.
 7 In Bethel non adicias vltra vt propheta, quia sanctificatio regis est. 458.a.
 8 Cōuertam festiuitates vestras in luctum. 405.b.

8 Emmittam famem in terram, & non famem panis. 583.b.

Abdias.

1 Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum. 284.b. 395.a.
 1 Perdam sapientes de Idumęa, & prudentiam de monte Esau. 562.b.

Jonas.

1 Surge & vade in Niniuem ciuitatē grandem. 57.a.
 1 Fugit a facie domini. 96.b.

Michęas.

1 Ostendit malum a domino. 233.a.
 1 Super hoc plangam & ululabo, quia desperata est plaga eius. 596.a.
 2 Ascendit enim pandens iter ante eos. 21.b. 334.b.
 3 Si quis non dederit in ore ipsorum quippiam. 467.b.
 3 Ossa eorum confregerunt. 192.b.
 4 Regnauit dominus super eos in monte Sion. 195.b. 342.a.
 4 Mōs domus domini in vertice montium. 718.b.
 5 Suscitabimus super eum septem pastores. 319.b. 560.a.
 5 Perire faciam sculpilia tua. 489.a.
 5 Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. 745.b.
 6 Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa? 438.a.
 7 Deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris. 9.a.
 7 Iram domini portabo, quia peccaui ei. 391.b.

Nahum.

Ggg 2 1 Liber

Index auctoritatum

- 1 Liber visionis Nahum. 362.b.
 1 Indignatio eius effusa est tanquam ignis. 14.b.
 2 Non audietur ultra vox nuntiorum suorum. 493.b.
 2 Reddidit dominus superbiam Iacob sicut superbiam Israel. 565.b.
 3 Intra in lutum, & calca subigens. 96.b.
 3 Comedete te ignis. 323.b.
 3 Omnis qui viderit te, resiliet a te. 429.b.

Habacuc.

- 2 Iustus ex fide viuit. 524.a.
 2 Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos. 541.b.
 802.b.
 3 Oratio Habacuc pro ignorantibus. 761.a.
 3 Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. 19.a. 115.a.
 3 Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae. 409.b.
 3 Altitudo manus suas leuauit. 524.a.
 3 Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. 540.b.
 3 Ibi abscondita est fortitudo eius. 576.b.
 3 Et cornua in manibus eius. 722.b.

Sophonias.

- 1 Et corpora eorum sicut fordes. 242.b.
 1 In igne enim caeli deuorabitur omnis terra. 389.a.
 2 Extendet manum suam super aquilonem. 219.b.
 2 Vt qui habitatis funiculum maris gessit perditorem. 420.a.
 3 Nolite timere Sion, non dissoluantur manus tuae. 137.b.
 3 Laxate & exultate in omni corde filia Ierusalem. 427.a. 601.a.
 3 Effundam indignationem meam. 571.b.

redi. I r a 330

Aggaeus.

- 1 Factum est verbum domini in manu Aggaei. 146.a.
 1 Seminaftis multum & intulistis parum. 76.b.
 2 Interroga sacerdotes legem. 389.a. 740.b.
 2 Quis in vobis est relictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima. 575.a.

Zacharias.

- 2 Ego ero eis murus ignis in circuitu. 425.b. 544.b. 652.a.
 2 Ecce vir, & in manu eius funiculus menforum. 642.a.
 3 Ecce ego adducam seruum meum orientem. 89.a.
 3 Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum. 792.a.
 4 Ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius. 600.a.
 5 Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphorae. 464.b.
 6 Ecce vir, oriens nomen eius. 189.a. 731.a. 762.a.
 6 Haec est amphora egrediens, & dixit. 205.b.
 6 Qui egrediuntur in terram aquilonis requiescere fecerunt spiritum meum. 606.a.
 7 Cor suum posuerunt vt adamantem. 61.a.
 9 Tu in sanguine testamenti emisisti vinctos. 262.b. 431.b.
 9 Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. 104.a. 427.a.
 10 Visitauit dominus exercituum gregem suum. 169.a. 549.a. 395.b.
 10 Sibilabo eis, & congregabo illos, quoniam redemi eos. 550.b.
 11 Opastor & idolum. 205.b. 544.a.
 11 Aperi Libane portas tuas. 286.b.

11 Suc-

facrae scripturae.

- 11 Succissus est saltus munitus. 346.a.
 11 Vnam vocavi de corem, alteram vocavi funiculum. 366.a.
 11 Vlula abies, quia cecidit cedrus. 500.b.
 11 Ego suscitabo pastorem, qui derelictum non custodit. 544.a.
 12 Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiae & precum. 580.b.
 13 In die illa erit fons patens domui Dauid. 9.a. 19.b. 579.b. 775.a.
 13 Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. 237.a. 298.b.
 14 Et conferetur manus eius super manum proximi. 201.b.
 14 Erit dominus rex super vniuersam terram. 600.b.

Malachias.

- 1 Iacob dilexi, Esau autem odio habui. 236.b.
 1 Abortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. 604.b.
 1 In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. 800.b.
 2 Pactum vitae & pacis fuit cum eo. 196.b.
 2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam. 389.a. 546.b. 740.b.
 3 Ego dominus, & non mutor. 81.b. 515.b. 247.b.
 3 Et purgabit filios Levi. 166.a.
 3 Ipse enim quasi ignis conflans. 247.a. 373.b.
 4 Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiae. 323.a. 479.a.
 4 Ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini. 631.a.

1. Machabæorum.

- 5 Conclufi sunt ab eo in turribus. 142.a.
 6 Refulfit sol in clypeos aureos. 398.b.
 10 Stola sancta induit se Ionathas. 186.b.

2. Machabæorum.

- 2 Quae gens non hereditauit regnum eius. 571.a.

Matthæus.

- 1 Liber generationis Iesu Christi. 70.b. 75.b. 720.a.
 1 Filij Dauid, filij Abraham. 757.a.
 1 Iosias autem genuit Iechoniam. 10.b.
 1 Vocabis nomen eius Iesum. 22.a.
 1 Ecce virgo concipiet, & pariet filium. 731.a.
 2 Ecce magi ab oriente venerunt. 141.a.
 2 Turbatus est rex Herodes, & tota Hierosolyma cum illo. 360.a.
 2 Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum? 601.b.
 2 Exte enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. 707.b. 745.b.
 2 Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es. 202.a.
 3 Coeli aperti sunt super eum. 9.b.
 3 Iam securis ad radicem arboris posita est. 159.a.
 3 Poenitentiam agite. 343.b. 681.a.
 3 Ventilabrum in manu domini. 476.a.
 4 Venite post me, faciam vos fieri pisces hominum. 85.b. 705.b.
 4 Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore dei. 200.b.
 4 Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. 164.b.

Ggg 3 4 Si

Index autoritatum

- 4 Si filius dei es, dic vt lapides isti pa-
nes fiant. 270.b.
- 4 Quadraginta diebus, & quadragin-
ta noctibus ieiunauit. 270. b.
518.a.
- 4 Vidit duos fratres, Simonē qui vo-
cabatur Petrus, & Andræam fratrem
eius. 471.b. 472.b.
- 5 Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam. 7.a. 340.a. 615.
b. 781.a.
- 5 Beati estis, cum maledixerint vobis
homines. 64.b.
- 5 Beati pacifici. 131.a. 179.b.
- 5 Beati pauperes spiritu. 140.b. 263.a.
272.a. 273.b. 667.b.
- 5 Beati mitēs, quoniam ipsi posside-
bunt terram. 220.a.
- 5 Beati misericordes, quoniam ipsi mi-
sericordiam consequentur. 248.b. 274.
b. 302.a.
- 5 Beati qui lugent, quoniam ipsi con-
solabuntur. 488.a. 665.a.
- 5 Beati mundo corde, quoniam
ipsi deum videbunt. 580. b.
659.b.
- 5 Vos estis sal terræ. 100. b. 251. b.
529.a.
- 5 Qui fecerit, & docuerit, hic ma-
gnus vocabitur in regno cœlorum.
76.b. 705.a.
- 5 Vos estis lux mundi. 262.a.
- 5 Non accedunt lucernam, & ponunt
eam sub modio. 53.c.b.
- 5 Sic luceat lux vestra, vt videant ope-
ra bona vestra. 578.b.
- 5 Non potest ciuitas abscondi supra
montem posita. 718.b. 796.b.
- 5 Non veni soluere legem, sed adim-
plere. 790.a.
- 5 Qui dixerit fratri suo racha.
117.a.
- 5 Si quis percusserit in vna maxil-
la, prebe opalteram. 419.a.
- 5 Diligite inimicos vestros. 963.a.
- 5 Nisi abundauerit iustitia vestra plu-
sqvam scribarum & pharisæorum,
non intrabitis in regnum cœlorum.
782.a.
- 6 Attendite, ne iustitiam vestram fa-
ciatis coram hominibus, vt videa-
mini ab eis. 310.a. 728.a.
- 6 Considerate volatilia cœli. 18.a.
- 6 Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor-
tuum. 18.b. 755.b.
- 6 Nolite fieri sicut hypocritæ tristes.
30.b. 519.a. 372.a.
- 6 Querite primum regnum dei, & iu-
stitiam eius. 102.b.
- 6 Non potestis deo seruire & mam-
onæ. 140.b.
- 6 Tu autem cum ieiunas, vnge caput
tuum. 163.b. 271.b.
- 6 Si oculus tuus fuerit simplex, totum
corpus lucidum erit. 205.b.
- 6 Nolite thesaurizare vobis thesauros
in terra. 275.a.
- 6 Et ne nos inducas in tentationem.
298.b.
- 6 Te autem faciente eleemosynam
nesciat sinistra tua, quid faciat de-
xtera tua. 500.a.
- 6 Sanctificetur nomen tuum. 578.b.
- 6 Amen dico vobis, receperunt mer-
cedem suam. 728.b.
- 6 Nemo potest duobus dominis ser-
uire. 564.b.
- 7 Attendite à falsis prophetis, qui ve-
niunt ad vos in vestimentis ouium.
12.a. 217.a. 551.b. 372.a.
744.b.
- 7 Quo iudicio iudicaueritis, iudicabi-
mini. 143.a.
- 7 Assimilatur viro sapienti, qui ædifi-
cauit domum suam supra petram.
228.b.
- 7 Nolite sanctum dare canibus, nec
margaritas proijciatis ante por-
cos. 231.b. 700.b.
- 7 Omnis arbor que non facit fructum
bonum excidetur. 249.b. 782.b.
- 7 In qua mensura mensi fueritis, eadē
remetietur vobis. 274.b.
- 7 Omnis qui audierit verba mea hæc,
&

facræ scripturæ.

- & fecerit ea, assimilabitur viro sapien-
ti. 604.a.
- 7 Lata porta & spatiosa est, quæ du-
cit ad perditionem. 626.b.
- 7 Intrate per angustam portam.
345.a.
- 8 Dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. 96.a. 744.a.
- 8 Facta que est tranquillitas magna.
120.b.
- 8 Vulpes foueas habent, & volucres
cœli nidos. 141.a. 217.a. 273.b.
474.a.
- 9 Vt quid cogitatis mala in cordibus
vestris? 191.b.
- 9 Cum transiret Iesus vidit hominem
sedentem in telonio. 254.b.
- 9 Et surgens secutus est eum. 2.b.
- 10 Timete eum, qui potest corpus &
animam perdere in gehennam.
650.b.
- 10 Estote prudentes sicut serpentes.
8.a. 555.b.
- 10 Qui perseuerauerit vsque ad finem,
hic saluus erit. 27.a.
- 10 Ecce ego mitto vos sicut oues inter
lupos. 65.a. 473.a.
- 10 Non veni pacem mittere, sed gla-
dium. 176.a. 475.b.
- 10 Qui non accipit crucem suam, & se-
quitur me, non est me dignus.
345.a.
- 10 Nolite portare virgam. 474.b.
- 10 Nolite timere eos, qui occidunt cor-
pus, animam autem non possunt
occidere. 227.a.
- 11 Cum audisset Ioannes in vinculis
opera Christi. 61.a.
- 11 Confiteor tibi pater domine cœli
& terræ, quia abscondisti hæc à
sapientibus & prudentibus, & reue-
lasti ea paruulis. 67.b.
- 11 Discite à me, quia mitis sum, &
humilis corde. 165.a. 269.a.
294.b.
- 11 Beatus, qui non fuerit scandalizatus
in nomine domini. 276.a.
- 11 Venite ad me omnes, qui laboratis,
& onerati estis, & ego reficiam vos.
464.b. 465.a. 557.b. 690.b.
- 12 Sic erit filius hominis in corde ter-
ræ. 336.b. 441.a.
- 12 Volumus à te signum videre.
231.b.
- 12 Omne regnum in seipso diuisum
desolabitur. 741.a. 179.b. 741.a.
- 12 Ex verbis tuis iustificaberis, &
ex verbis tuis condemnaberis.
691.b.
- 12 In his duobus mandatis vniuersa lex
pendet, & prophetæ. 659.a.
- 13 Simile est regnum cœlorum fage-
næ missæ in mare. 34.b. 678.a.
- 13 Inuenta autem vna margarita, abiit.
79.b.
- 13 Venit inimicus, & superseminauit
zizania. 274.a.
- 13 Aliud cecidit inter spinas. 486.b.
- 13 Simile est regnum cœlorum thesau-
ro abscondito in agro. 576.b.
- 15 Egressus inde Iesus secessit in par-
tes Tyri & Sidonis. 429.a.
- 15 Cor eorum longè est à me. 96.b.
- 15 De corde enim exeunt malæ cogita-
tiones. 580.b.
- 16 Si quis vult post me venire, abne-
get semetipsum. 38.b. 270.b.
518.a.
- 16 Quem dicunt homines esse filium
hominis. 54.b.
- 16 Caro & sanguis non reuelauit tibi.
87.b.
- 16 Filius hominis venturus est in glo-
ria patris sui cum angelis suis. 310.
b. 687.a.
- 16 Et portæ inferi non præualebunt ad-
uersus eam. 519.b.
- 16 Beatus es Simon Bariona, quia ca-
ro & sanguis non reuelauit tibi.
548.b.
- 16 Tu es Petrus, & super hanc petram
ædificabo ecclesiam meam. 569.
b. 693.a. 603.b.
- 16 Quodcunque ligaueritis super ter-
ram, Ggg 4 ram,

Index autoritatum

- ram, erit ligatum in cœlis. 752.a.
- 16 Tibi dabo claves regni cœlorum. 770.b.
- 17 Et transfiguratus est ante eos. 177.b.
- 17 Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. 678.b.
- 18 Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli. 269.a.
- 18 Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittā ei? vsque septies? 624.a.
- 18 Non solum septies, sed septuagies septies. 534.b.
- 18 Serue nequam omne debitum dimisit tibi. 768.a.
- 18 Quicumq; se humiliauerit sicut paruulus hic. 700.a.
- 19 Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. 13.a. 37.b. 373.b.
- 19 Nisi efficiamini sicut paruulus iste. 67.b.
- 19 Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum. 273.a. 500.a.
- 19 Omnis qui reliquerit aliquid propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. 274.a. 303.a.
- 19 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 331.b. 537.a. 657.b.
- 19 In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim. 626.a.
- 20 Ite vos in vineam meam. 18.a.
- 20 Quid statis hic tota die ociosi? 117.b. 274.a.
- 20 Simile est regnum cœlorum homini regi. 248.b.
- 20 Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. 390.a.
- 20 Scitis quia principes gentium dominantur illis; 532.a.
- 20 Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā, alter ad sinistrā tuā. 537.b.
- 20 Voca operarios, & redde illis mercedem suam. 590.a.
- 20 Multi enim sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. 705.b. 706.a.
- 21 Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. 104.a.
- 21 Auferetur à vobis regnū dei. 266.b.
- 21 Eiecit de templo ementes & vendentes. 683.b.
- 22 Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? 184.a. 776.a.
- 22 Verax es, & viam dei in veritate doces. 315.b.
- 22 Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari. 372.b. 769.b. 597.b.
- 22 Multi sunt vocati pauci, verò electi. 678.a.
- 22 Dicite inuitatis: ecce prandium meū parati. 690.a.
- 22 Villam emi. 690.b.
- 22 Diliges proximum tuum sicut teipsum. 698.a.
- 22 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetarū. 691.b.
- 23 Quoties volui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & nolui- sti. 281.b. 125.a. 630.b.
- 23 Relinquetur vobis domus vestra deserta. 150.a. 685.a.
- 23 Ierusalem Ierusalē quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te. 167.b. 403.a.
- 23 Implete mensuram patrum vestrorum. 306.b.
- 23 Qui maior est vestrum, erit minister vester. 542.a.
- 23 Vx vobis scribæ & pharisæi hypocritarū. 659.b.
- 24 Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 629.b.
- 24 De die autē illa & hora nemo scit, nec angeli cœlorum. 25.b.

24 Erit

facræ scripturæ.

- 24 Erit enim tunc tribulatio magna. 113.b.
- 25 Vigilate, quia nescitis diem ne horam. 36.a.
- 25 Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. 140.b.
- 25 Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. 276.a.
- 25 Cū venerit filius hominis in maiestate sua. 175.b.
- 26 Hoc est corpus meum. 106.b. 773.a.
- 26 Hic est sanguis meus noui testamēti. 262.b.
- 26 Percutiam pastorem, & dispergentur oves. 298.b.
- 26 Et egressus intrò sedebat cum ministris, vt videret finem. 11.b.
- 27 Habebat autem tunc vinctum insignem. 370.a.
- 27 Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 276.b. 408.a. 127.a.
- 27 Et abiens laqueo se suspendit. 12.b.
- 27 Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt. 433.a. 521.a.
- 28 Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. 362.a.
- 28 Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. 161.a. 710.b. 800.a. 519.b.

Marcus.

- 1 Vox clamantis in deserto. 19.b.
- 1 Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. 343.b.
- 1 Vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium. 2.b.
- 4 Sic est regnum dei, quemadmodū si homo iaciat sementem in terrā, & dormiat. 654.a.
- 8 Misereor super turbam hanc. 15.b.
- 8 Quidam ex eis ex longē venerunt. 96.a.
- 9 Bonum est tibi debilem intrare in vitam æternam. 505.b.

- 9 Hoc genus dæmoniorum, in nullo potest exire nisi in oratione & iunio. 519.a.
- 9 Omnis victima sale salietur. 726.b.
- 13 Cū videritis abominationem desolationis. 141.b.
- 24 Simon dormis? 531.a.
- 16 Exprobrouit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. 62.a.
- 16 Assumptus est in cœlum. 184.a.
- 16 Valde manē vna sabbatorum veniunt ad monumentum. 469.b.
- 16 Prædicare euangelium omni creaturæ. 673.a.

Lucas.

- 1 Missus est Gabriel angelus ad Mariam. 91.a. 257.a.
- 1 Per viscera misericordię dei nostri. 15.b.
- 1 Vox clamantis in deserto. 19.b.
- 1 Respexit humilitatem ancillæ suę. 69.a.
- 1 Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. 115.a.
- 1 Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suę. 158.a.
- 1 Suscepit Israel puerum suum. 158.b.
- 1 Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarū eius. 169.a.
- 1 Ad dirigendos pedes nostros in viā pacis. 179.a.
- 1 Dabit illi dominus deus sedē David patris eius. 195.b.
- 1 Dispersit superbos mēte cordis sui. 169.b.
- 1 Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. 395.a. 732.a.
- 1 Fuit in diebus Herodis regis Iudę sacerdos quidam. 427.a.
- 1 Erexit cornu salutis nobis. 478.b.

Ggg 5 1 Vo-

Index autoritatum

- 1 Vocabis nomen eius Iesum. 553.b.
- 1 Regnabit in domo Iacob in æternū. 601.b.
- 1 Visitauit nos oriens ex alto. 637.a. 707.b.
- 2 Non erat ei locus in diuerforio. 44.a. 121.a.
- 2 Homo iustus et timoratus. 82.a.
- 2 Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionem multorum. 162.b. 611.b. 414.b.
- 2 Nunc dimittis seruum tuum domine. 361.b. 490.a.
- 2 Tuam ipsius animam pertransibit gladius. 475.a.
- 2 Gloria in excelsis deo. 561.b.
- 2 Par turturum, aut duos pullos colubarum. 754.b.
- 2 Fili quid fecisti nobis sic? 743.b.
- 3 Facite fructus dignos pœnitentiæ. 313.b.
- 5 Vidit publicanum nomine Leai sedentem ad telonium. 2.b.
- 5 Non veni vocare iustos, sed peccatores. 681.a.
- 6 Elegit Iesus duodecim, quos apostolos nōminauit. 704.a.
- 7 Pedes eius lachrymis abluir. 111.b.
- 7 Cū appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus ferebatur. 731.b.
- 8 Aliud semen cecidit super terram. 199.a.
- 8 Qui habet aures audiendi audiat. 206.b. 634.b.
- 8 Aliud semen cecidit secus viam. 623.a.
- 9 Nemo mittēs manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. 27.b.
- 10 Angelus eecidit de celo. 12.b.
- 10 Misericordia motus accessit ad eum. 118.b.
- 10 Porro vnam est necessarium. 128.b.
- 10 Nolite portare sacculū nec peram. 140.b.
- 10 Designauit dominus alios septuaginta duos. 161.a.
- 10 Gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. 171.a. 220.a. 797.a. 508.b.
- 10 Nolite portare calciamenta. 256.b.
- 10 Hoc fac, & viues. 331.b.
- 10 Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho. 508.b.
- 10 Mitto vos sicut agnos inter lupos. 473.a.
- 10 Qui vos audit, me audit. 587.a.
- 10 Messis quidem multa, operarij autē pauci. 749.b.
- 10 Dignus est operarius mercede sua. 794.a.
- 11 Cū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. 613.a.
- 11 Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. 75.b. 80.a. 592.a.
- 11 Omne regnum in seipso diuisum desolabitur. 179.b. 741.a.
- 11 Petite, & dabitur vobis. 682.b.
- 12 Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur. 32.a. 176.a. 247.a. 624.b.
- 12 Nolite timere pusillus grex. 64.b. 650.a.
- 12 Attendite à fermento phariseorum. 217.b. 744.b.
- 12 Facite vobis sacculos, qui non veterascunt. 274.b.
- 12 Seruus qui cognouerit voluntatem domini, & non fecerit, vapulabit multis. 337.a.
- 12 Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardētēs in manibus vestris. 718.a.
- 13 Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas. 121.b.
- 14 Qui se exultat humiliabitur, qui se humiliat exaltabitur. 123.b. 165.a. 268.b. 395.b.

sacræ scripturæ.

- 14 Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. 734.a. 790.a.
- 15 Vidit illū pater ipsius, & misericordia motus est. 15.b.
- 15 Gaudium erit in cœlis super vno peccatore. 345.a. 536.b.
- 15 Omnia bona sua dissipauerat. 534.b.
- 15 Quem perditam quæsiuit. 534.b.
- 15 Adducite vitulum faginatum, & occidite. 757.a.
- 16 Redde rationem villicationis tuæ. 70.a.
- 16 Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. 330.a.
- 16 Mortuus est diues, & sepultus est in infernum. 520.b. 626.b.
- 17 Regnum dei intra vos est. 576.b.
- 18 Solus deus bonus est. 268.a.
- 18 Non est voluntas patris, vt pereat vnus ex his pusillis. 536.a.
- 19 Negotiamini dum venio. 69.b. 766.b.
- 19 Vidēs ciuitatem fleuit super illā. 71.a. 105.a. 127.b. 352.b.
- 19 Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. 158.a.
- 19 Domus mea domus orationis vocabitur. 683.b.
- 19 Quicumque voluerit inter vos maior esse, sit vester minister. 700.a.
- 21 In patientia vestra possidebitis animas vestras. 340.b.
- 21 Sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suum. 515.a.
- 21 Respicite & leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. 773.b.
- 22 Ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos. 569.b.
- 23 Hodie mecum eris in paradiso. 762.b.
- 24 Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dū loqueretur nobis in via? 32.b. 733.b.
- 24 Quid turbati estis, & cogitationes vestras ascendunt &c. 201.b. 611.b.
- 24 Vna autem sabbati valde diluculo. 469.b.
- 24 Interpretabatur ipsis omnia, quæ de ipso erant scripta. 479.b.
- 24 Sic oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis. 539.b.

Ioannes.

- 1 In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum. 19.b. 51.b. 732.a.
- 1 Et factum est verbum domini ad Ioannem. 3.b.
- 1 Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 36.b. 479.a.
- 1 De plenitudine eius nos omnes accepimus. 40.a.
- 1 Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. 59.b. 161.b. 248.a. 754.b.
- 1 Securis ad radicem arboris posita est. 109.b.
- 1 Vox clamantis in deserto. 132.b.
- 1 Verbum caro factum est. 256.b.
- 1 Quotquot autem eum receperunt dedit eis potestatem filios dei fieri. 384.a. 393.b. 587.a.
- 1 Mundus eum non cognouit. 470.a.
- 1 Lex per Mosem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 479.b.
- 1 Tu es filius dei, tu es rex Israel. 601.b.
- 1 Omnia per ipsum facta sunt. 641.a.
- 3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. 9.a. 787.a.
- 3 Nemo ascendit ad cœlum, nisi qui descendit de celo. 21.b.
- 3 Sic deus dilexit mundum, vt filium suum

Index autoritatum

facræ scripturæ.

- 111.a.
 3 Non misit deus filium suum vt iudicer mundum. 45.b.
 3 Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis. 298.b. 334.a. 643.b.
 3 Spiritus vbi vult spirat. 593.a.
 4 Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 257.b. 470.a. 471.a.
 5 Non quæro voluntatem meam. 41.b.
 5 Erat Hierosolymis probatica piscina. 33.b.
 5 Scrutamini scripturas. 69.a. 479.b. 762.a.
 5 Quomodo vos potestis credere, quia gloriam ab inuicem accipitis? 155.a.
 5 Pater non iudicat quenquam. 362.a.
 5 Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. 618.a.
 3 Venit hora, & nunc est, quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocem filij dei. 594.b.
 3 Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. 751.b.
 6 Ego sum panis viuus, qui de cælo descendendi. 80.a. 772.b.
 6 Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 106.b.
 6 Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo. 107.b.
 6 Operamini cibum, qui non perit. 288.a.
 6 Qui manducat me, viuet propter me. 294.a. 773.a.
 6 Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. 591.b.
 6 Caro mea verè est cibus. 757.a. 736.b. 692.a.
 7 Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 778.b.
 7 Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 255.b. 603.a.
 8 Qui facit peccatum, seruus est peccati. 5.a. 156.a. 997.a.
 8 Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. 38.b. 216.a.
 8 Ego & pater vnum sumus. 47.b.
 8 Qui est ex deo, verba dei audit. 75.b.
 8 Vos ex patre diabolo estis. 253.a. 384.a.
 8 Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 253.b.
 8 Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. 398.b. 499.b. 521.a.
 8 Ego sum lux mundi. 479.a. 499.a.
 8 Ille homicida erat ab initio. 421.a.
 3 Benedicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes. 278.a.
 8 Seruus non manet in domo in æternum. 768.a.
 9 Vade, & laua in natatoria Siloe. 37.a. 664.a.
 10 Fiet vnum ouile, & vnus pastor. 602.b.
 10 Ego sum pastor bonus. 544.b. 547.a.
 10 Et non rapiet eas quisquam de manu mea. 6.b.
 10 Ego sum ostium. 185.a. 280.b.
 10 Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. 168.b. 654.b.
 10 Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. 749.b.
 11 Ego sum resurrectio & vita. 186.a. 216.a. 537.b.
 11 Cùm esset pontifex anni illius prophetauit. 3.b.
 11 Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? 231.b.
 11 Lazare exi foras. 598.a.

- 12 Qui amat animam suam, perdet eam. 126.b.
 12 Nunc iudicium est mundi. 175.a.
 12 Princeps huius mundi eiicietur foras. 470.a.
 12 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. 572.b.
 13 Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia venit hora eius. 758.b.
 13 Nisi te lauero, non habebis partem mecum. 25.a. 698.b.
 13 Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 183.a.
 13 Cœpit lauare pedes eorum. 529.a. 722.a.
 13 Mandatum nouum do vobis. 581.a.
 13 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. 704.a.
 14 Ego sum via, veritas, & vita. 39.a. 261.a. 280.b. 654.b.
 14 Sermonem quem audistis, non est meus. 41.b.
 14 Pater maior me est. 47.b. 555.a.
 14 Nemo venit ad patrem nisi per me. 59.a.
 14 Non turbetur cor vestrum. 64.b. 650.a.
 14 Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum. 80.a.
 14 Surgite eamus hinc. 150.a. 715.a.
 14 Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. 179.b. 197.a. 603.a.
 14 In domo patris mei mansiones multæ sunt. 626.a.
 14 Non vos relinquam orphanos. 801.a.
 14 Ego rogabo patrem & alium paracletum, dabit vobis. 801.a.
 15 Vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. 2.b.
 15 Qui manet in me, & ego in eo. 18.b. 250.a.
 15 Vos non estis de hoc mundo. 470.a.
 15 Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. 698.a.
 15 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. 682.b.
 15 Sine me nihil potestis facere. 713.b.
 16 Modicum & videbitis me. 84.a.
 16 Non nouerunt patrem nec me. 105.b.
 16 Tristitia vestra conuertetur in gaudium. 234.b. 487.b.
 16 Expedit vobis, vt ego vadam. 183.b.
 17 Ego te glorificaui super terram. 168.b.
 17 Opus cōsummaui, quod dedisti mihi. 26.b.
 18 Erat autem cum eis Petrus. 11.b.
 18 Regnum meum non est de hoc mūdo. 104.a.
 18 Calicem quē dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? 390.a.
 19 Consummatum est. 676.b.
 19 Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiit sanguis & aqua. 9.a. 177.a. 778.b.
 20 Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis: pax vobis. 7.a. 179.b.
 20 Dominus meus & deus meus. 41.a.
 20 Accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, remittentur eis. 70.a. 77.b. 752.a.
 21 Hic est qui supra pectus domini in cœna recubuit. 48.a.
 21 Pasce oues meas. 85.a. 545.a. 693.a.
 21 Petre amas me? 569.b.
 Acta apostolorum.
 1 Videntibus illis eleuatus est. 184.a.
 1 Nubes suscepit eum ab oculis eorū. 148.b.
 1 Et apparuerunt super illos disperiti.

Index autoritatum

facræ scripturæ.

- 1. Linguæ tanquam ignis. 15.a.
- 2. Dom complerentur dies pentecostes. 711.b.
- 2. Factus est de repente sonus de cœlo tanquam venientis spiritus vehementis. 81.a.
- 2. Iudæi quoque & profeliti Cretes & Arabes. 423.a.
- 3. Pœnitimini, & conuertimini. 536.b.
- 7. Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. 9.b.
- 7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus. 458.a.
- 9. Saule Saule quid me persequeris? 565.a.
- 13. Dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Benjamin annis quadraginta. 2.b.
- 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. 180.b.

Epistola Pauli apostoli ad Romanos.

- 1. Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. 16.a. 644.a.
- 1. Obscuratum est insipiens cor eorū. 37.a. 126.a. 463.a.
- 1. Tradidit illos deus in reprobum sensum. 237.a.
- 1. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. 435.b.
- 1. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrū, & quadrupedum. 454.b.
- 1. Repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione. 620.b.
- 2. Secundum duritiam tuam, & impœnitentis cor tuum. 95.b.
- 2. Deus reddet unicuique secundum opera sua. 310.b.
- 2. Non vos metipfos defendentes. 418.b.

- 2. Non est apud deum acceptio personarum. 642.a.
- 2. Qui alium doces, teipsum nondoces. 621.a.
- 3. Proposuit eum deus propitiatorem per fidem. 45.b. 765.a.
- 3. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. 332.a.
- 3. Per legē cognitio peccati. 332.b.
- 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. 333.a.
- 5. Gloriamur in tribulationibus. 7.a. 135.a. 487.b.
- 5. Iustificati ex fide pacē habeamus. 290.a.
- 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. 581.a.
- 5. Per vnum hominem peccatum intravit in mūdum, & per peccatum mors. 719.a.
- 6. An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum? 156.a.
- 6. In nouitate vitæ ambulemus. 193.a.
- 6. Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis. 254.a.
- 6. Stipendia peccati mors. 510.b.
- 6. Liberati à peccato serui facti estis iustitiæ. 549.b.
- 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi mihi lex diceret: non concupisces. 232.a.
- 7. Lex quidem sancta. 337.a.
- 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 598.a.
- 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. 2.b. 666.a.
- 8. Quis nos separabit à charitate Christi? 79.b. 148.a. 294.a.
- 8. Sapientia carnis inimica est deo. 146.a. 433.a.
- 8. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. 160.a.
- 8. Non secundum carnē ambulemus. 193.a.

- 8. Scimus quoniam diligētibz deum omnia cooperantur in bonū. 327.b. 781.a.
- 8. Prudentia carnis mors est. 443.b.
- 8. Si filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. 518.a.
- 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu. 549.b.
- 8. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro. 189.a.
- 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. 757.a.
- 8. Et de peccato damnauit peccatum. 745.a.
- 8. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. 676.b.
- 9. Optabam ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis. 164.a. 218.a.
- 9. Quem vult deus indurat. 237.a.
- 9. Non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi Israelitæ. 553.a.
- 10. Sic in hoc tempore reliquie secundū electionem gratiæ. 124.b.
- 10. Finis legis Christus est. 162.a. 789.b. 249.b.
- 10. Quomodo credent ei, quem nō audierunt? 645.a.
- 10. Noli altum sapere, sed time. 615.a.
- 11. Non ex operibus, alioquin gratiam non gratia. 579.b.
- 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel. 630.b.
- 12. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus. 607.b.
- 12. Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. 725.b. 666.a.
- 12. Rationabile sit obsequium vestrū. 726.b.
- 12. Nolite conformari huic seculo. 655.a.
- 13. Curam carnis nefeceritis in desiderijs. 666.b.

- 13. Reddite omnibus debita. 590.a. 769.b.
- 13. Induimini dominium Iesum Christum. 184.a. 739.a.
- 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. 290.b. 478.a.
- 14. Mihi hæretur omne genu. 393.a.
- 15. Debemus firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere. 206.b.
- 15. Deus autem pacis conterat Satanā. 669.b.

Epistola prima ad Corinthios.

- 1. Christus factus est nobis sapientia iustitia & sanctificatio. 20.a. 553.b. 667.a.
- 1. Quæ stulta sunt mundi elegit deus. 473.a.
- 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiā. 649.b.
- 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. 703.a.
- 2. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda dei. 593.b.
- 3. Tāquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. 702.b.
- 3. Omnia vestra sunt, vos autē Christi. 130.a.
- 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. 443.b.
- 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi quod positum est, 603.b.
- 2. Vt sapiens architectus fundamentū posui. 642.b.
- 4. Quid vultis in virga veniā ad vos an in charitate? 136.a.
- 4. Laboramus operantes manibus nostris. 381.b.
- 4. Quid habes, quod non acceperis? 470.b.
- 4. Sic nos existimet homo vt ministros dei. 693.b.

Index autoritatum

- 5 Si is qui frater nominatur, est fornicator aut auarus. 12.a.
 5 Pascha nostrum immolatus est Christus. 758.a.
 5 Modicum fermentum totam massam corrumpit. 744.b.
 6 Qui adheret deo vnus spiritus est. 118.a. 51.a. 680.b.
 6 Glorificate & portate deum in corpore vestro. 39.a.
 6 Empti enim estis pretio magno. 130.b. 458.b.
 6 Qui videntur hoc mundo, tanquam non videntur. 504.a.
 6 In omnibus exhibeamus nos membra sicut dei ministros. 519.b.
 7 Præterit figura huius mundi. 55.b. 713.a.
 7 Circumcisio nihil est & præputium nihil est. 332.b.
 8 Scientia inflat, charitas ædificat. 329.a. 461.b.
 9 Sic pugno non quasi aerem verberans. 22.b. 252.a.
 9 Væ mihi, si non euangelizauero. 87.b.
 9 Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 518.a.
 9 Dispensatio mihi credita est. 693.b.
 9 Quis militat suis stipendijs vnquam. 794.a.
 9 Omnibus omnia factus sum. 187.a.
 9 Sic currite, vt comprehendatis. 27.a.
 10 Omnes mare transierunt, & omnes sub Moyse baptizati sunt in nabe & in mari. 8.b.
 10 Si nos vtique iudicaremus, non vtique à domino iudicemur. 301.b.
 10 Petra autem erat Christus. 408.a.
 10 Qui stat videat ne cadat. 808.a.
 10 Vide Israel secundum carnem. 553.a.
 10 Vnus panis & vnum corpus multi sumus. 607.b.
 10 Quicumque manducauerit, & bi-

- berit calicem domini indignè. 736.a.
 12 Alijs per spiritum datur prophetia. 3.b.
 13 Videmus nunc per speculum in ænigmate. 52.b.
 13 Charitas non quærit quæ sua sunt. 82.a.
 13 Charitas non inflatur, non est ambitiosa. 101.a.
 13 Si habuero omnem, fidem ita vt montes transferam. 590.b. 657.b.
 15 Corrupti bonos mores colloquia praua. 11.b.
 15 Ego sum minimus apostolorum. 68.b.
 15 Primus homo de terra terrenus. 559.a.
 15 Non ego autem, sed gratia dei mecum. 568.a.
 15 Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. 628.a.
 15 Alia claritas solis, alia claritas lunæ. 647.b.
 15 Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. 655.a.
 16 Salutate in osculo sancto. 7.b.
 16 Non dormiamus sicut cæteri. 36.a.

Epistola secunda ad Corinthios.

- 1 Qui vnxit nos deus est, & qui signauit nos. 172.b.
 1 Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationum. 518.b.
 1 Hæc est gloria nostra testimoniũ conscientiarum nostrarum. 658.b.
 1 Pater misericordiarum, & deus totius consolationis. 15.b. 62.b. 115.a. 340.a.
 3 Epistola nostra vos estis. 198.b.
 3 Litera occidit, spiritus viuificat. 280.a.
 3 Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. 549.b. 597.a. 1000.a.
 3 Non

facræ scripturæ.

- 3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. 568.a.
 3 Reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur. 733.a.
 4 Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur. 518.a.
 4 Semper mortificationem domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes. 764.a.
 4 Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere. 568.a.
 5 Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. 134.b.
 5 Eum qui nõ nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. 745.a.
 5 In hoc ingemiscimus habitationem nostram. 577.b.
 6 Nolite iugum ducere cum infidelibus. 12.a.
 6 Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. 100.a.
 6 Vos estis templum dei viui. 102.a. 636.b.
 6 Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 633.b.
 8 Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset &c. 104.b.
 10 Arma militiæ nostræ non carnalia sunt. 98.b. 252.a. 711.b.
 10 Satan transfiguratur se in angelum lucis. 217.a.
 10 Instantia mea cotidiana, & sollicitudo omnium ecclesiarum. 381.b.
 10 In captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi. 764.a.
 11 Transfiguratur se in angelum lucis. 758.a.
 12 Placeo mihi in infirmitatibus meis. 548.a.
 12 Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? 100.b.

- 13 Ideo princeps iustitiæ colit & exercet, & prudentiam munitur.

Epistola Pauli apostoli ad Galatas.

- 1 Continuò nõ acquieui carni & sanguini. 87.b.
 1 Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. 529.b.
 2 Qui videbantur columnæ esse, mihi dextras dederunt. 46.b.
 2 Nec aliquando fuimus in sermone adulationis. 214.b.
 2 Ex operibus legis non iustificatur omnis homo. 332.a.
 3 Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. 332.a.
 3 Quoniã autem in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est. 537.a.
 3 Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno. 576.a.
 3 Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. 787.b.
 3 Lex pædagogus noster fuit. 790.a.
 4 Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. 402.a.
 4 Misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. 499.a. 458.b.
 4 Non sumus ancillæ filij, sed liberæ. 597.a. 639.a.
 4 Misit deus spiritum filij sui in corda vestra. 768.a.
 5 In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. 290.b.
 5 Modicum fermentum totam massam corrumpit. 385.a.
 5 Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. 324.a.
 5 Si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. 458.b.
 5 Spiritu ambulate. 538.a.
 5 Vos in libertatem vocati estis fra-
 Hhh tres.

Index autoritatum

- tres. 549.b.
 3 Qui autem sunt Christi, carnem suā crucifixerunt. 666.b.
 6 Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. 7.a.
 6 Ego stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. 162.b. 36.a.
 6 Alter alterius onera portate. 304.a.
 6 Dum tempus habemus, operemur bonum. 661.b.
 7 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. 769.a.

Ad Ephesios.

- 1 Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi. 571.a.
 2 Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. 114.a. 600.a. 475.a.
 2 Vos estis ciues sanctorū, & domestici dei fundati supra fundamentū. 603.b.
 3 Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè. 636.b.
 3 Iam non estis hospites & aduenæ. 786.b.
 4 Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis. 161.a.
 4 Renouamini spiritu mentis vestre. 314.a.
 4 Deponite vos secundum pristinam conuersationem hominem veterem. 458.a.
 4 Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. 795.a.
 5 Eratis aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino. 470.a.
 5 Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. 607.b.
 6 Gladius acutus verbum dei. 50.b.
 6 Induite vos armaturam dei. 98.a. 252.a. 622.b.
 6 Rectores tenebrarum harum. 470.a.

Ad Philippenses.

- 1 Cupio dissolui, & esse cum Christo. 58.a. 677.b.
 2 Omnia facite sine murmurationibus & hæitationibus. 110.a.
 2 Exinanivit semetipsum formā serui accipiens. 81.b. 294.b.
 2 In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. 147.b.
 2 Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. 700.a.
 3 Conuersatio nostra in cœlis est. 232.a. 294.a. 622.a.
 3 Quæ quidem retro sunt, obliuiscēs. 27.b. 584.a. 699.a.
 4 Dominus propè est, nihil solliciti sitis. 465.a.
 4 Quorum nomina sunt in libro vitæ. 508.b.

Ad Colossenses.

- 1 In Christo Iesu ego laboro. 23.a.
 1 Pacificans per sanguinē crucis eius. 156.a.
 2 Nemo vos iudicet in cibo aut potu. 334.a. 762.b.
 3 Quæ sursum sunt, quærite. 30.a. 549.a.
 3 Vita vestra abscondita est cū Christo in deo. 114.b.
 3 Mortificate auaritiā, quæ est idolorum seruitus. 139.b.
 3 Expoliantes veterem hominem cū actibus suis. 314.a. 559.a.
 3 Induite vos sicut electi dei. 739.a.
 3 Super omnia autem charitatem habete. 680.b.

Ad Thessalonicenses.

prima.

- 4 Non contristemini de dormientibus, sicut cæteri qui spem non habent.

facræ scripturæ.

- bent. 459.b.
 5 Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. 625.b.

Ad Thessalonicenses.
 secunda.

- 2 Tūcreuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. 618.a.
 2 Filius perditionis. 618.b.
 3 Si quis non vult operari, non manducet. 766.b.

Ad Timotheum prima.

- 1 Finis præcepti est charitas. 656.a.
 2 Vult omnes homines saluos fieri. 368.b. 403.b. 515.b.
 3 Oportet episcopum irreprehensibilem esse. 546.a.
 3 Domus dei columna & firmamentum veritatis. 571.a.
 3 Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 749.b.
 3 Vt scias quomodo te oporteat in domo dei conuersari. 636.b.
 4 Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. 483.b. 546.b.
 5 Peccantes coram omnibus argue. 546.b.
 5 Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habentur. 794.a.
 6 Radix omnium malorum est cupiditas. 155.a.
 6 Qui diuites fieri volunt in hoc mundo, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. 272.a. 275.a.
 6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus. 376.a. 740.a.

Ad Timotheum secunda.

- 2 Vt resipiscant à diaboli laqueis. 5.a.

- 3 Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. 99.b. 660.a.
 2 Si sustinebimus, & cõregnabimus. 518.b.
 3 Qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. 7.a. 390.b.
 3 Multi speciem pietatis habentes, virtutem eius abnegantes. 12.a. 372.a.
 3 Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum. 530.a.
 4 Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ. 23.a. 273.b.
 4 In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. 313.a. 590.a.
 4 Prædica verbum, in sta opportunè. 369.a.
 4 Erit tempus, cū sanam doctrinā non sustinebunt. 629.b.

Epistola ad Titum.

- 1 Cretenses semper mendaces. 215.b.
 3 Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. 15.b. 569.b.
 3 Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. 43.b.

Epistola ad Philemonem.

- 1 Sine consilio tuo nihil volui facere. 11.b.

Epistola ad Hebræos.

- 1 Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. 121.a. 670.a.
 1 Omnes sūt administratorij spiritus. 493.b.
 2 Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. 745.a.
 4 Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. 99.a.

Index autoritatum

- 4 Festinemus ingredi in illa requie. 252.b.
 4 Ad eam cum fiducia ad thronum gratie eius. 42.a. 534.b.
 5 Cum lachrymis & clamore valido. 71.a. 665.b.
 7 Lex nihil ad perfectum adducit. 332.b. 499.a.
 9 Vbi est enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. 262.b. 493.b.
 9 Per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum & c. sed proprium sanguinem. & c. 673.b.
 9 Omnia penes in lege secundum sanguinem mundabantur. 757.b.
 10 Lex umbram habet futurorum bonorum. 125.b. 263.b.
 10 Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem. 535.a.
 10 Accessistis ad Sion montem, & civitatem dei viventis. 795.b.
 11 Alij vero ludibria & verbera experiti. 6.a.
 11 Alloges eas aspicientes & salutantes. 220.a.
 11 Sine fide impossibile est placere deo. 290.b. 332.b.
 11 Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. 674.a.
 11 Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti. 786.b.
 12 Quem diligit dominus castigat. 6.b. 266.a. 333.b. 340.a.
 12 Curramus ad propositum nobis certamen. 97.b. 340.a. 537.b.
 12 Remissas manus, & soluta genua erigite. 137.b.
 12 In disciplina perseverate. 27.a.
 13 Non habemus hic civitatem manentem. 585.a.

Iacobi apostoli epistola.

- 1 Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. 2.b. 301.a. 510.a. 594.a.
 1 Estote factores verbi, non auditores tantum. 25.b. 80.a.

- 1 Beatus vir qui suffert temptationem. 98.b.
 1 Deus intentator malorum est. 277.a.
 1 Accipiet coronam vitae. 387.b.
 1 Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. 695.a.
 1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. 781.a.
 2 Fides sine operibus mortua est. 25.b. 590.b.
 2 Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. 143.a. 248.b.
 2 Videtis quod ex operibus iustificatur homo. 590.b.
 3 Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. 214.b.
 4 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 14.b. 322.b. 422.a.
 4 Amicitia huius mundi inimica est deo. 387.b.

Epistola prima Petri

apostoli.

- 1 Non corruptibilibus auro & argento redempti estis. 201.a. 130.b. 458.b. 725.a.
 1 Ut probatio fidei vestrae multo pretiosior sit auro. 323.a.
 2 Conversi estis nunc ad pastorem animarum vestrarum. 554.b.
 2 Subiecti estote omni humane creature propter dominum. 597.b.
 4 Tempus est ut incipiat iudicium a domo dei. 166.a.
 4 Charitas operit multitudinem peccatorum. 184.a. 776.a.
 5 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 14.b.
 5 Sobrii estote, & vigilate. 98.a.
 5 Tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret. 242.a. 547.a.
 5 Humiliamini sub potente manu dei. 395.a.
 5 Omnem sollicitudinem vestram projicientes in deum. 465.a.

Epistola secunda Petri.

A quo

Sacra Scripturae.

A quo quis superatus est, huius sermonis est. 156.a.

Epistola prima Ioannis

apostoli.

- 1 Sanguis Iesu Christi filij dei emundat nos. 725.a.
 2 Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. 765.a.
 2 Mundus transiit, & concupiscentia eius. 112.b.
 2 Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt. 55.b. 53.b.
 2 Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. 177.a.
 3 Qui non diligit, manet in morte. 179.b. 477.b.
 3 Qui odit fratrem suum, homicida est. 563.a.
 4 Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet. 18.b.
 4 Misit deus filium suum propitiatio nem. 197.a.
 4 Qui non diligit fratrem suum, quem videt. 274.b.
 4 Perfecta charitas foras mittit timorem. 650.a.
 4 Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. 680.a.
 5 Mundus totus positus est in maligno. 209.b. 456.a.
 5 Tres sunt qui testimonium dant in caelo. 393.b.

Epistola tertia Ioannis

apostoli.

- 1 Cooperatores sumus veritatis. 91.a.
 1 Vae illis qui in viam Cain abierunt. 501.a.

Epistola Iudae.

Apocalypsis beati Ioannis

apostoli.

- 1 Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. 59.b. 388.a.
 1 Ego sum alpha & omega. 162.a.
 1 Vidi in medio septem caelaborum similem filio hominis. 172.a.
 2 Tanquam vas figuli confringentur. 805.a.
 2 Esto fidelis usque ad mortem. 290.b.
 2 Memor esto, vnde excideris, & age poenitentiam. 345.a.
 3 Nomen habes quod vivas, & mortuus es. 2.b.
 3 Collirio unge oculos tuos. 57.a.
 3 Suadeo tibi emere a me aurum ignitum. 180.a. 257.b. 372.b.
 3 Ego quos amo, arguo & castigo. 266.a. 340.a.
 3 Ecce sto ad ostium, & pulso. 311.a.
 4 Posthaec vidi, & ecce ostium apertum in caelo. 9.b. 731.b.
 5 Vicit leo de tribu Iuda. 211.a. 74.b.
 5 Qui aperit, & nemo claudit. 69.a.
 5 Ecce in medio throni & quatuor ani malium. 772.b.
 7 Ex tribu Iuda duodecim millia signati. 161.a.
 7 Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna. 235.a.
 8 Audiui vocem unius aquilae volantis per medium caeli. 284.b.
 8 Vae vae vae habitantibus in terra. 134.b.
 8 Septem angeli qui habebant septem tubas. 607.b.
 10 Et iris in capite eius. 14.a.
 12 Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. 254.b.
 14 Hi empti sunt ex hominibus. 130.b.
 14 Beati mortui qui in domino mortui sunt. 192.b. 758.b.
 17 Aquae quas vidisti, populi sunt. 397.a. 498.b.
 18 Fugite popule meus de medio Babylonis. 252.a.

Index autoritatum sacrae scripturae.

18. Quantum glorificauit se, & in delictis suis fuit. 506.b.
 20. Et libri aperti sunt. 70.a.
 20. Qui non est scriptus in libro vitae, missus est in stagnum ignis.
 21. Hæc est mors secunda. 510.b.
 21. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. 287.b. 519.b.
 21. Erant in stagno ardente ignis.
 21. A Deo peratam sicut sponsam ornamtuam viro suo. 425.b.
 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. 605.a.

Explicit index autoritatum sacrae scripturae.

21. Qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream. 645.b.
 21. Ciuitas in quadre posita est. 657.b.
 21. Et habebat ciuitas hæc murum magnum & altum. 652.b.
 21. Vide ciuitatem sanctam Ierusalem nouam. 796.b.
 21. Absterget deus omnem lachrymã ab oculis sanctorum. 807.b.
 23. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. 90.a.
 22. Qui audit, dicat: veni. 531.a.
 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc. 901.a.

RERVM MEMORABILIVM ET HEBRAISMORVM, AC SENTENTIARVM OMNIUM IN IJS COMMENTARIJS OBSERVATV DIGNARVM INDEX ABSOLVTISSIMVS. Numerus indicat paginam, A. priorem columnam, B. posteriorem.



Aron & Moyses in quo peccauerunt apud aquas contradictionis. 877.b. cum sequentibus.

- Aaron in spiritualibus, Moyses in temporalibus præfetti erant. 751.b.
 Aaronis vestes quæ fuerint. 186.b.
 Aaronis filij combusti fuerunt. 388.a.
 Aaronis speras & feruor. 218.a.
 Aaronis sacerdotiũ fuit abrogatũ. 738.a.b.
 Aaronis virga fuit crucis figura. 722.a.
 Abrahami sacrificiũ explicatur. 723.b.
 Abraham mufcas abigere quid fit. 30.a.
 Absolonis nomine nollet appetitus significatur. 38.a.
 Absolon capillis suspensus quid significet. 112.b.
 Absolonis interitus. 112.b.
 Abiathar fuit de summo sacerdotio deiectus. 667.a.
 Absconditi appellantur iusti. 114.b.
 Abstinencia laudatur. 270.a.b.
 Abyffus est aquarũ multitud. 430.a.b.
 Abyffi noie calamitas significat. 430.b.
 Abyffus quid fit. 493.a.b.
 Abietis nomine quid significetur. 500.b.
 Abimelec idẽ est quod pater meus rex. 433.b.
 Abimelec nomenclatura regum Palæstinae. 433.b.
 Aæteonis fabula. 223.b.
 Acates quid significet. 30.b.
 Academicorum secta. 443.b.
 A comenarijs quid fit. 481.b.
 Achæi regis Lydiae interitus. 503.b.
 Acus navigatoris natura. 97.a.
 Acceptio personarum non est apud deũ. 587.a. 642.a.
 Acceptio personarum reprehenditur. 555.b. 646.b. 647.a.b.
 Actionum altera est animæ, altera corporis.

- Adam quo mense, & quo die fuit creatus. 4.b.
 Adã quare sibi nomẽ nõ imposuit. 71.a.b.
 Adam dormiens fuit Christi figura. 22.a.
 Adam nõ fuit in paradiso creatus. 460.b.
 Adam tegebat peccatum suum. 388.a.
 Aduentus Christi in mundum. 48.b.
 Aduetus Christi in misericordia. 168.b.
 Aduentus Christi duo, primus in humilitate, secundus in maiestate. 103.a.b.
 Adamantis natura. 62.a.b. 61.b. 78.b.
 Adamas virum iustum significat. Ibidẽ.
 Adonis quis fuerit. 153.b. 174.a.b.
 Adulator describitur. 213.b. 173.a.b. 214.a.
 Adulator significatur melle. 173.b.
 Adulator comparatur speculo. 214.a.
 Adulatio perniciofa. 213.a.b. 529.b.
 Adulationes sunt carnis syrenarũ. 213.b.
 Adhæres deo vnus spiritus est. 180.b.
 Aegyptios omnes captiuos fuisse quid significet. 5.a.
 Aegyptij per caput bouis intelligebant laborem. 182.b.
 Aegypti nomine mūdus significat. 319.b.
 Aegypti rex vocatur draco. 469.b.
 Aethiopia vbi sit. 484.b.
 Aelamitæ qui sint, & vnde vocantur. 521.a.
 Aeris natura. 641.b.
 Aeris & Itanni nomine significatur hypocrisis. 371.b.
 Aeneus quare fuit Terpes Moss. 641.b. 25.b.
 Aequalitas vera que sit. 647.b. 648.a.b.
 Acquitã eligenda est. 71.a.
 Acquitã Dauidis. 481.b.
 Actæ regis historia. 88.b.
 Aenigma quid sit. 109.b. 184.a.
 Aedificia impiorũ terrena sunt. 221.a.
 Aetas aggrauat peccatum. 230.b.
 Aeternitas dei. 407.b.

Index alphabeticus

Aeternum quid significet in scriptura. 277. b.
Afflictionis utilitas. 33. b. 62. b. 133. a. b.
707. b. 456. b. 389. a. 102. a. 234. b.
Affectus & passiones cadunt in sapiente. 404. b.
Affectus nimius vituperatur. 690. b.
Affectus nostri nomine pedum signifi-

Amitus fictus similis est vmbre. 129. a. b.
Amicus describitur. 129. b.
Amicus mundi est inimicus dei. 177. a.
Amici non possunt esse nefarii. 386. a.
Amicus est alter idem. 285. a.
Amicitia cognoscitur in aduersitate. 129. b.
Amicitia euertitur adulatione. 224. b.
Amicitia inter improbos non potest.

rerum nominibus &c.

Angeli peccatum. 462. b.
Angelus malus non dicitur. 462. b.
Angeli sunt nuntij dei. 462. b.
Angelus quid significet. 462. b.
Antichristi impietas & interitus. 677. a.
Antichristus erit de iudaeis. 677. b.
Antichristi vita & mors. 677. b.
Antichristi membra & sectatores. 679. a.
Antichristo dabitur angelus. 678. a.
Antichristi nomina. 678. b.
Antichristi praedictio quando dabitur. 679. a. b.
Antichristi sepultura. 679. b.
Antichristi propheta. 679. b.
Andree & Petri vocatio. 471. b. 472. a. b.
Apostoli quibus armis erant induti. 675. a. b.
Apostolorum gloria. 678. a. b.
Apostoli vocantur christum. 678. b.
Apostolorum numerus. 679. a. b.
Apostoli quare pauperes electi. 679. b.
Aperenda sunt peccata in confessione. 90. b.
Apollo cuius pingebatur pueri & iuuenes.
Appropinquatio figura. 679. b.
Appetitus domini dicitur. 679. b.
Appetitus latrones sunt. 679. b.
Aquilonis nomine quid intelligitur. 682. b.
Aqua quid significet. 712. a. b.
Aqua significant calamitates. 712. a. b.
Aqua gratia significat. 712. a. b.
Aqua nomine significat doctrina. 712. a. b.
Aque significatioes varie. 712. a. b.
Aquila natura & accipiones. 712. a. b.
Aquila insauratio. 712. a. b.
Arcus coeli in nubibus quid significet. 712. a. b.
Arbor Israhel est crux. 712. a. b.

Arbor vitae. 712. a. b.
Arbor dicitur homo. 712. a. b.
Arca Noe fuit figura caelae. 712. a. b.
Arca testam. 712. a. b.
Arca foederis. 712. a. b.
Aries & vinea bellica instrumenta. 712. b.
Arcus Remus. 712. b.
Aradus insula. 712. b.
Arabia triplex est. 447. a.
Arbitrii liberum. 712. b.
Architectus dicitur Christus. 712. b.
Arcta est via. 712. b.
Arca dei non sunt facti. 712. b.
Ariel est anima nostra. 712. b.
Ariel quid sit. 712. b.
Arogantis descriptio. 712. b.
Ariel figura crucis. 712. b.
Arielis amara quibus intelligitur. 712. b.
Argus plenus oculis quid sit. 712. b.
Argenti quid significet. 712. b.
Ascensio Christi. 712. b.
Ascendere super labium quid sit. 712. b.
Assyrii nomine intelligitur. 712. b.
Assyrii euentus. 712. b.
Assyrii nomine intelligitur. 712. b.
Assyriorum regnum. 712. b.
Asperitas presoluitur. 712. b.
Ascendere cogitatio. 712. b.
Auratio potest esse ab his qui gratia. 712. b.
Audire idem aliquando quod intelligere. 712. b.
Audire verbum dei nobis impii. 712. b.
Aures cordis quae dicuntur. 712. b.
Auditores conuocantur. 712. b.
Audiendi sensus est principium. 712. b.
Auarus nunquam satiatur. 712. b.
Auaritia pessima. 712. b.
Auro probatur homo. 712. b.
Auri nomine intelligitur scientia diuina. 712. b.

Auersio: a deo pessima. 168. a.
Aurora dicitur virgo Maria. 73. 2. a.
Baal gentium idolum colebatur a mul-
tis ex ludæis. 14. 9. b.
Baal quomodo appelletur. 15. 0. a.
Baal est pomum quod fert ad omnia ido-
la, sed accipitur pro idolo: particula-
ri. 15. 0. a.
Babylonis situs describitur. 171. a.
Babylon appellatur mos pestifer. 170. b.
Babylon metropolis Chaldææ. 269. a.
50. 2. b.
Babylō fuit. Semiramide cōdita. 169. a.
Babylonis descriptio. 297. b.
Babylon est mundus. 484. b.
Babylonis pōdus grauissimū. 712. b. 713. a
Babylō est ciuitas, Babylonia tota re-
gio. 269. a.
Babylonia quid significet. 7. a.
Babylonia est regio Assie maioris. 269. a.
Babylonia unde dicta. 169. a.
Baptista Iohannis erat lucerna ardens &
lucens. 3. 2. b.
Baptismi figura. 8. a. b. cum sequente.
Baptismus. 8. d. umbratus in d. c. u. s. i. o. n. e.
Baculus Iacob crucē Christi adombra-
bat. 3. 9. b.
Bazica est pars Hispaniæ. 443. b.
Basan est regio trans Iordanem. 441. b.
Betasoluitiugum exponitur. 449. a.
Beatitudo in quo consistit. 51. a.
Beatitudinis variz opīones. 51. a.
Beatitudinis euāgelice describitur. 667. b.
Benefacere debemus etiam ingratis.
Beneficentia amplectenda. 64. a. b.
Benoniidius doloris mei. 181. a.
Beniamin filius dextere. 120. a.
Bestiz nōmine quid significet.
Byblis insula. 244. b.
Binarius est imperfectus numerus. 23. b.
Bisaria signus motus. 180. b. cum sequēte.
Bona opa debēt digne tolleri. 3. 1. b. 83. a.
Bona opera facta in gratia æternam glō-
riam merentur. 310. a.
Bona opa quomodo mortificatur. 309.

b. cum sequente.
Bona opera mortificata reuiuiscunt.
310. 2.
Bouis caput symbolum laboris. 182. b.
Boues in vasibus Salomonis quid signi-
ficauerint. 182. b.
Bouis nomine labor intelligitur. 182. b.
Bos cum delphino quid significet. 113. a.
Bouis nomine quid intelligatur. 551. a.
Brachiū domini dicitur Christus. 189. a.
Brutus Romanus intellexit terram esse
matrem nostram. 634. a.
Bucephali proprietates. 492. a.
Cadere retrosum quid sit. 54. a. b.
Caduceum Mercurij iustitiam desi-
gnabat. 7. b.
Caducei Mercurij interpretatio. 7. b.
Cæsares & Augusti dicebatur impera-
tores Romani. 433. b.
Ceremoniæ & sacrificia legis veteris nō
durabant nisi usque ad Christū. 435. b.
Ceremoniæ legis cessauerunt. 179. b. 380.
b. cum sequentibus.
Ceremoniæ ecclesiæ vtilis & salutaris.
658. b. 659. a. b. 735. a.
Cecitas infidelium ostenditur. 151. a. b.
Cecitas cordis. 205. b. 206. a. b.
Cecitas molorum deploranda. 209. b.
cum sequentibus.
Cecitatis nræ causa nō est deus. 630. b.
Cecitas Sedechiz quid significet. 36. a.
Caiphas prophetauit, sed non fuit verē
propheta. 3. b.
Captiuitas est duplex nēpe corporis &
animæ. 4. b.
Caprus est omnis sceleratus. 533. a.
Captiuitas animi describitur. 5. a.
Captiuitas Babylonica mundi seclera si-
gnificat. 28. a.
Captiuitas Babylonica que fuerit. 638. b.
Cain malē diuidebat. 31. a. 483. b.
Cain munera quare deus non respexit.
31. a.
Caluinus hereticus nri tēporis. 618. b.
Caluini heresis & impietas. 618. b. 619. b.
Calumnia damnatur. 377. b.
Calix Babylonis quid sit. 398. b.

Calix

Calix Ioseph in sacco Benjamin quid si-
gnificet. 390. a.
Calicem bibere est calamitates sustine-
re. 389. b.
Calamitas fructuosa est. 99. a. b. 135. a.
Calamitatis vtilitas. 24. 1. b. 380. b. 487. b.
cum sequentibus. 707. b. 33. b. 88. a. b.
Calamitas quibus rebus significet. 513. b.
Calamitas animum obnubilat. 492. b.
Caluariz mons fuit locus orationis. 311. b.
Cameli natura. 514. a.
Candelabrum aureū quid significet. 600. a.
Cantharidis natura. 514. b.
Caput leonis symbolum est inundatio-
nis. 513. a.
Caput nudare erat doloris signū. 405. a.
Caput draconis est peccatū originale. 8. b.
Caput tondere quid significet. 112. a.
Caput ecclesiæ Christus est. 34. b.
Capillis quid significetur. 111. b. 112. a.
Carthago colonia Tyri. 424. a.
Carbunculus quid sit. 187. b.
Caro inimica est animæ. 666. a.
Caro capitur pro homine. 346. b.
Caro coercenda est vt equus effrenatus.
518. a.
Caro castigada & crucifigeda est. 666. a.
Caro eadē & viuā est, & mortua. 666. a. b.
Cardinalium virtutū definitiones. 19. a.
Castigatio nos ducit in dei cognitionem.
135. a.
Castigatio dei misericordia est. 309. a.
Cause & effectus in rebus naturalibus &
spiritualibus. 680. a.
Causa prima omnium causarum est deus.
237. b. 310. b.
Caudam nigram habentia gustanda nō
esse, symbolum erat Pythagore. 217. b.
Celebritas & nobilitas generis vtilis.
531. b.
Cedrus accipitur pro homine potente.
497. b. 498. a.
Cerethzi qui sint. 422. a. b.
Centrum nostrū deus est. 583. b. 713. b.
Centrū suū omnia appetūt. 583. b. 713. b.
Ceti & dragonis nomine quid significet.
513. a.

Cecropidæ dicebantur reges Athenien-
sium. 433. b.
Cethæa mater Iudæorum cur dicatur.
267. b. 383. b.
Chā filij & successores. 444. b. 445. a. b.
Chanaan quid significet. 286. b.
Character baptismi indebilis. 161. b.
Charitas in hac vita non est sine fide.
657. b.
Charitas dicitur aurum. 257. b.
Charitas fraternitatis explicatur. 698. a.
Charitas dicitur pallium. 184. a. 154. b.
Charitatis officium est vnire. 680. a. b.
Chaldæorum imperiū quondā diuisum
ab Assyrijs postea conuētū. 502. b.
Cherub quid sit. 184. b. 182. a. b.
Cherubim in arca sunt duo testamenta.
197. a. b.
Cherubim tegebant propitiatoriū. 161. a.
Cherub idem est quod scientiæ plenitu-
do. 678. b.
Chobar fluuius quomodo vocet nūc. 8. a.
Chobar baptismum designat. 8. a.
Chobar quid significet. 712. b. cum sequēte.
Christus est verus deus & verus homo.
20. b. 554. a.
Chrs quare cōparatur Samaritano. 15. b.
Christus significatur quatuor animalibus.
20. a. cum sequentibus.
Christus nos redemit a babylonica ca-
ptiuitate. 20. a.
Christi incarnatione fuerunt terrena
cum cœlestibus coniuncta. 20. b.
Christus est rex. 20. b. 21. a. b. 172. a.
Christus dicitur leo. 21. a.
Christus dicitur vitulus. 21. a.
Chrs figuratus fuit in Melchisedech. 21. a.
Christus dicitur aquila. 21. a. b. 183. a. b.
Christi ascensio. 21. a. b.
Christi incarnatio. 22. a.
Christi passio. 22. a.
Christi resurrectio. 22. a.
Christus ascendit in cœlum. 22. a.
Chrs celeritas in mudi redēptione. 24. a. b.
Christus est finis noster. 30. a. 97. b.
Chrs debet esse scopus noster. 30. a. 97. b.
Christi amor organos. 32. b.

Chri-

Christus est caput ecclesie. 34. b.
 christus deus est. 40. b. 41. a.
 christi humanitas. 41. a.
 christi paupertas. 44. a. 273. b.
 Chrs cur natus est in paupertate? 44. a.
 christi amor erga Ioane euangelista. 48. a.
 christus peccata nostra tollit. 52. b.
 christu semper debemus intueri. 97. a. b.
 christus protector noster. 100. a.
 christi triumphus. 104. a.
 christus redemptor animarum. 104. b.
 christus est agnus. 105. b. 161. a. b.
 christus est frumentum. 107. a. b.
 christus passus est in medio terrae. 108. b.
 christus est vera pax. 114. a.
 christi in mundum aduentus. 144. a. b.
 christus duas habet naturas diuinam &
 humanam. 146. b. 147. a.
 christus sacerdos. 160. a. 172. a. 20. b. 21.
 a. b. 719. a. b. 738. a.
 christus est tau. 161. a. b.
 christus est finis legis. 162. a.
 christo signati saluantur. 161. a. b.
 christus est signum. 162. b.
 christi mansuetudo. 168. b.
 christi natiuitas. 168. b.
 christi regnum. 172. a. 196. a. 360. a. b.
 christus ad quid venit. 176. b.
 christus est arbor vite. 294. a.
 christus fuit multis in rebus figuratus.
 185. a. 212. a.
 Chrs est osiu pastor, propitiatio. 185. a.
 christus vocatur oriens. 189. a. 558. a.
 Chrs est ppitiator noster. 197. a. 765. a.
 christus in medio discipuloru. 204. b.
 Chrs venit. 209. b. 574. a. b. cu sequete.
 christum sequi debemus. 216. a.
 christus promissus in lege. 292. a.
 christus scopus prophetarum. 292. b.
 479. a. 576. b.
 christus flos campi. 293. a.
 christus est diuina circūferētia. 294. b.
 christi humilitas. 294. b.
 christus est benedictio. 360. a. b.
 Chrs pastor. 437. b. 554. a. 602. a.
 christus lapis. 437. b. 611. b.
 christus est agnus. 458. b.

Christus; Messias, vnctus idem. 467. a.
 christus est sol, lux, splendor. 479. a. 733.
 a. 498. b. eum sequentibus.
 Chrs vocatus seruus patris. 555. a. 601. b.
 christus æqualis patri secundum diuini
 tatem. 555. a.
 christus minor patre secundum huma
 nitatem. 555. a.
 christi amor erga homines. 557. b.
 christus dicitur germen. 558. a.
 christus est lignum vite. 584. a.
 christus dicitur manus domini. 589. a.
 christus dicitur brachium dñi. 589. a.
 christus dicitur David. 602. a.
 christus dicitur tabernaculum. 605. a. b.
 christus vocatur vir. 641. a. b.
 Chrs quare in specie æris apparuit. 642. b.
 christus quare vt architectus apparuit
 Ezechieli. 642. a.
 christus iustus. 642. a. 646. b.
 christus plorauit. 665. b.
 christus sacerdos. 20. b. 21. a. b. 719. b. 738. a.
 christus comparatur phoenici. 722. a.
 christus in resurrectione prius apparuit
 matri suæ. 732. b.
 christum querere debemus in sacra scri
 ptura. 762. a.
 christus est patrociniū nostrū. 765. a.
 christus piscator est. 471. a. b.
 christus est pax nostra. 676. a.
 christus est princeps pacis. 676. a.
 christiana philosophia quæ. 51. a. 444. a.
 christiani populi dignitas. 738. b. 739. a. b.
 Chrysolithus lapis. 49. a. 180. a.
 Ciconiæ proprietates. 169. b.
 Ciconia est solum pietatis. 169. b.
 Cidaris pertinebat ad pōtificem. 359. a. b.
 Cicutæ natura. 529. b.
 Cinis est omnis homo. 56. a.
 Cineris memoria utilis. 163. b. 285. a. b.
 Circis fabula. 238. b.
 Circuncisio figura fuit baptismi. 279. b.
 Circuncisio nō conferebat gratiam ex
 opere operato. 333. a.
 Circuncisio cessauit. 458. b.
 Circūstantiæ cōsiderandæ sunt. 717. b.
 Ciuitas dei est ecclesia catholica. 185. b.
 Ciuita-

Ciuitates commotæ insulæ appellatur.
 631. b.
 Ciuitas sanguinum quæ sit. 369. b.
 Ciuitas Ezechielis quid significet. 636. a.
 Ciuitas in monte est ecclesia. 636. b. cū
 sequentibus.
 Citium patria Zenonis. 449. a.
 Cyprus insula. 448. b.
 Cyrus dictus fuit Nabuchodonosor.
 433. b.
 Cyrus Hebræos restituit. 434. a.
 Cyrus & Darius regnauerunt in Chal
 dæa. 434. a.
 Cyri successores. 434. a.
 claua Herculis quid significet. 22. b.
 clementia laudatur. 319. a. b. 320. a. b.
 764. a.
 clauis regni cœlorū habet summus pon
 tificex. 693. a.
 cœna est euangelium. 690. a. b.
 cœli quomodo dicantur aperti viris iu
 stis. 9. a. b.
 cœlum sine sole & luna erat lex ante ad
 uentum christi. 899. a.
 contemplatio nomiue alarum significa
 tur. 26. a.
 contemplatio est locus pascuæ. 550. b.
 contēplationis vis & laus. 26. a. 689. b.
 cōcionatoris firmitudo & munus. 483.
 a. b. 187. a. b.
 concionator quando debet concionari.
 60. a. b.
 concionū auditores varij. 682. a.
 cōcionatoris officiū. 57. a. b. 66. b. 71. a.
 concio diui Petri admirabilis. 277. b.
 concionator euangelicus qualis esse de
 beat. 64. b. 251. b. 529. b. cū sequētib.
 concionator dicitur architectus. 642. b.
 cōfessionis sacramentalis dignitas. 70. a.
 cōfessionis vtilitas. 202. b. 399. b. 664. a. b.
 consolatio dei admirabilis. 82. a.
 consolatur deus pios. 10. a.
 contemptus diuitiarum. 93. b.
 contritio quid sit. 126. a. 592. b.
 confugiendum ad deum. 142. b.
 consuetudo cum impijs indiget caute
 la. 592. a.

Cōsuetudō mala quā periculosa sit. 153. b.
 Consilium est oculus futurorum. 430. a.
 consiliū bonum & malū. 189. b. 621. b.
 consiliarius qualis esse debeat. 289. b.
 commotio animæ temperata laudabilis
 est. 414. b.
 Congratulādū amicis quādo licet. 485. a. b.
 Communis versionis excellentia. 455. a.
 771. b.
 Congregare est officium christi. 601. a. b.
 Conformari mundo non debemus. 654.
 b. 555. a. b.
 Constāntini magni laus & deuotio. 684. b.
 Constātia per palmā significatur. 689. a.
 Constātia in virtute describitur. 765. a. b.
 27. a. b.
 Considerationis vtilitas. 717. b.
 Consuetudo Atheniensium. 342. a.
 Concordia eligenda. 7. a. 176. b. 131. b.
 concordia reipublicæ vtilis. 179. a. b.
 columnæ vocantur apostoli. 668. b.
 Columna ignis quid significauerit. 216. a.
 cognoscere seipsum magna perfectio.
 28. a. b.
 cognosce teipsum apophthegma admi
 rabile positum in foribus tēpli. 28. b.
 cognitio nostri necessaria. 56. a. 351. a.
 533. a.
 cognitio naturalis incipit ab extrinseco.
 644. a.
 Cor nostram terra dicitur. 92. a.
 Cor hominis durius est adamante. 61. b.
 Cordis perturbatio declinandā. 64. b.
 Cordis durities. 95. b.
 Cor & animū petit à nobis deus. 485. b.
 Cor impij est mappa mundi. 96. b.
 Cor nostrum est fornax. 126. a.
 Cor hominis est prunarium. 189. b.
 Cor nostrum est officina ferraria. 29. a.
 Cor carneum & lapideum. 198. b. 199. a.
 Cor innotatur gratia. 324. a.
 Cor multas habet significaciones. 336. a. b.
 Cor dare deo debemus. 388. a. 755. a. b.
 Cor terræ dicitur sepulchrū. 441. a.
 Cor quid significet. 441. a.
 Cor furari quid sit. 441. a.
 Cor maris est medium eius. 455. b.

Index alphabeticus.

Cor nouū & spūs nouus quid sit. 580.b.
 Corda hominū solus deus nouit. 190.b.
 Cor durū pe trā comparatur. 199.a.
 Corona victoriæ duplex. 660.a.
 Corona vitæ quæ sit. 99.a. 660.a.
 Coronæ nomine quid significetur. 405.a.b.
 Corona iustitiæ quid sit. 660.a.
 Coram domino hebraismus est. 523.a.
 Corporis epitheta. 598.a.b.
 Corpus quomodo græcè dicat. 598.b.
 Cogitationes ascendere quid sit. 201.b.
 Cogitationes nostræ sunt occultæ diabolo. 190.b.
 Cogitationes nostras cognoscit sæpe diabolus per exteriora nostra. 191.a.
 Cogitationes malæ declinandæ. 191.a.
 Cogitationū & deliberationum ordo. 513.b.
 Cornu quid significet. 513.b.
 Crasis Thebani paupertas. 455.b.
 Cretenses qui sint. 422.b.
 Creta dicitur hodie Candia. 422.a.
 Creaturæ nos ducunt ad creatorem. 16.a. 644.a.
 Creaturæ quatenus creaturæ omnes sunt bonæ. 44.b.
 Cryalli nomine quid significet. 39.b.
 Crocodili natura & prouerbiū. 492.a.
 Cræsus Lydorū rex ditissimus. 498.b.
 Crux est baculus Iacob. 397.b.
 Crux Christi est arbor vitæ. 63.b. 722.a.
 Crucis figure. 298.b.
 Crucis Christi mysterium. 673.b.
 Crux Christi fuit multis in rebus figura. 722.a.b.
 Crucis vis & potestas. 722.d. cum sequētib.
 Crux est arbor ad quam cōfugit Ismael. 393.b.
 crudelitas vituperatur. 319.a. 351.b.
 Cubitus sacer maior erat prophano. 645.b.
 Cupiditas reprehenditur. 375.b. 139.b.
 Currus igneus Elisei quid significet. 32.a.
 Currus nomine significatur vir iustus. 32.a.

Dare alicui manum est se ei cōmitte re. 291.a.
 Dare manus multa significat. 46.a.b.
 Dagon cecidit corā arca testamēti. 121.a.
 Dauid sanguinis effusor nō edificauit tēplū, sed Salomō pacificus. 196.a. 676.a.
 Dauid & Saul fuerunt electi à deo. 572.a.b.
 Dauid vincens Goliath christum adumbravit. 212.a.
 Dauid figura fuit christi. 307.b. 602.b.
 Dauid plorauit cædem Saulis. 440.a.
 Davidis æquitas. 481.b.
 Dalila est philauria. 210.b.
 Dalmatiæ specus admirabilis. 364.a.
 Daniel sonat iudicium dei. 401.b.
 Damnare ex solo rumore illicitū. 401.a.
 Damascus ciuitas Syriæ metropolis. 446.b.
 Damnatorum pœnæ. 505.b.
 Darij miserabilis interitus. 507.b.
 Deus vnus est. 314.a.b. 128.b. 644.b.
 Deus consolatur pios, quos mundus affligit. 10.a. 423.a.
 Deus est asyllum nostrum. 12.b. 13.a.
 Deus quomodo definitur ab Empedocle. 16.a.
 Deus quomodo definitur à Secūdo. 16.a.
 Deus immobilis omnia mouet. 17.b.
 Dei essentiā in hac vita nō videmus. 52.b. 177.b.
 Dei essentiā vtrū viderit Moyses & Paulus. 52.a.b.
 Dei pietas & misericordia explicantur. 62.a.b. 307.a.b. 235.a.
 Deus punit, vt saluet. 62.b.
 Dei recordatio est calamitatum leuamen. 63.a.
 Deus deijcit, vt extollat, mundus extollit, vt deijciat. 72.a.
 Dei ira in obstinatos. 94.b.
 Deus quos diligit, castigat. 99.a.b.
 Deus est summum bonū, & summè diffusiuum sui ipsius. 107.b.
 Deus est ens per se, & vnū. 128.b. 268.a.
 Deus monas est. 128.b. 314.a.b.
 Deus miseretur nostri, etiā quando nos punit. 133.a.

Deus

rerum memorabilium. &c.

Deus non mutatur. 115.b. 247.b.
 Deus iratum se ostendit aduersus eos, quibus non irascitur. 145.a.
 Deus quare ignē incēsus apparuit. 148.a.
 Deus est zelotes. 149.a.
 Deus est vbique. 150.a. 494.b. 682.b.
 Deus per sceptrum significabatur. 152.b.
 Deus à propitiatorio recedēs quid significet. 162.a.
 Dei nomina. 173.a.b.
 Dei habitatio inaccessibilis. 177.b.
 Deo adhærens vnus spiritus est. 180.b.
 In deo bifariam sumus. 180.b.
 Deus est ille, in quo idē est intelligere, intellectus, & quod intelligitur. 181.a.
 Deus est sphaera. 182.a.
 Deus solus cognoscit corda hominum. 190.b.
 Deus non est actor mali culpæ, est tamē actor mali pœnæ. 233.a.
 Deus nos castigat, vt eū cognoscamus. 233.b.
 Dei misericordia immensa. 235.a.
 Deus permittit vt decipiamur, sed nō decipit. 237.a.b.
 Deus est prima causa. 237.b. 310.b.
 Deus est similis soli. 247.b.
 Deus est similis speculo. 248.a.
 Deus curat dilectos amaris potionibus. 266.a.
 Deus solus per se bonus est. 268.a.
 Deus solus per se viuit. 268.a.
 Deus est fons vitæ, & ens per se. 268.a.
 Deus est prima vita, & prima bonitas. 268.a.b.
 Dei permissio vocatur actio. 298.b.
 Deus moram non facit. 308.b.
 Deus qualiter vult pœnā nostrā. 308.b.
 Deus non præcipit impossibilia. 314.a.
 Deorum falsorum multitudo. 314.a.
 Deus est infinitus, & incomprehensibilis. 315.
 Deus alterum fecit nouum mundum. 333.a.
 Deus elegit populum Iudaicum. 334.b.
 Deus quomodo dicatur plorare & ingemiscere. 357.a.

Dei amor describitur. 387.b.
 Deus ex iustitia cognoscitur, & laudatur. 420.b.
 Deus quid sit. 388.a. 1713.b.
 Dei amor est aditus ad cœlum. 388.b.
 Deus quomodo dicitur laborare. 462.a.
 Dei voluntas duplex est. 463.a.b.
 Dei voluntas quando impletur. 463.a.b.
 Dei æternitas. 467.b.
 Dei prouidentia. 416.a.
 Dei gloria quærenda, nō mundi. 417.b.
 Dij Gentilium vnde originē traxerint. 455.b.
 Deus solus verā tribuit quietem. 465.a.
 Dei auxilium in cōfugiētes ad illum. 483.a.
 Dei iustitia magna. 115.b.
 Deus animum & cor nostrū à nobis petit. 458.b.
 Deus potius voluntatem respicit quàm opus. 485.b.
 Dei facies est eius præsentia. 494.b.
 Deus quomodo dicitur præsens. 494.b.
 Deus est centrum nostrum. 583.b.
 Deus ex nostris imalis elicit bona. 615.a.
 Dei mysteria non sunt cuilibet effutienda. 702.a.b.
 Deus est ignis increatus. 721.b.
 Deus nec fallit, nec fallitur. 236.a. b. 237.a.b.
 Deus quomodo cognoscatur per creaturas. 16.a. b. 644.a. b.
 Deus est saturitas desiderij nostri. 714.a.
 Dei amor & mundi maximè differunt. 387.b.
 Deo & mundo simul seruire non possumus. 586.a.
 Dedali statuæ admirabiles seipsas mouentes. 12.b.
 Desiderium bonū coronatur. 276.a.
 Desiderium cœlestis patriæ describitur. 58.a.
 Desiderij nostri saturitas deus est. 714.a.
 Deucalion quid significet. 61.a.
 Deuorare populum quid sit. 114.b.
 Dæmō piscator est. 471.a. b. cū sequēte.
 Dæmonis currus est homo impius. 152.a.

Dæ-

Index alphabeticus

Dæmon piscator est. 471.a.b.
Dæmonis in piscãdo astutia & malitia. 472.a.
Dæmon Assyrij nomine intelligitur. 500.b. 510.a.
Deploranda sunt mûdi flagitia. 164.a.b.
Deuotionis feruor. 176.b.
Deuotio Constantini magni. 684.b.
Defendere se quis potest. 418.b.
Defendere capitur pro vlscisci. 418.b.
Defensio non prohibetur, sed vindicta. 419.a.
Detrahere impium. 370.a. 379.b.
Detractio nefaria res est. 481.a.
Detractor reprehenditur. 695.a.
Decem tribus captæ fuerunt ab Assyrijs, duæ à Chaldæis. 503.a.
Deliberatio necessaria est. 513.a.
Deliciæ vituperantur. 681.a. 691.b.
Desperatio. 534.a. cum sequëtibus. 701.a.
Denarius numerus ad perfectionem pertinet. 658.a.
Delphinus cum boue quid significat. 253.a.
Diuina scriptura reuelatione percipitur. 174.b.
Diuina sapientia. 37.a.
Diuitiæ mundi sunt contemnendæ. 37.b. 272.a.b. 273.a. 486.b.
Diuitias cœlestes attulit Christus. 104.a.b.
Diuitiæ sunt idola. 139.b. 272.a.b. 273.a.b.
Diuitiarũ periculum. 140.b. 272.a.b.
Diuitiæ reconditæ amittantur. 303.a.
Diuitiæ mundi incertæ. 363.b.
Diuitiæ cur spinis comparentur. 486.b.
Diuitiæ obcæcant. 486.b.
Diuitiarum periculum. 498.b. 564.b.
Diuitiæ veræ quæ sint. 613.a.
Dissoluere manus est cadere animo & timere. 137.b.
Dilatare os quid significet. 66.b.
Dispensator est homo suorum bonorũ. 140.a.
Diabolus est princeps impiorũ. 470.a.
Diabolus dicitur comedere peccatores.

288.a.
Diabolus non videt cogitationes nostras. 190.b.
Diabolus sæpe cognoscit cogitationes nostras. 190.b. 191.a.
Diabolus eruere vult oculos nostros dextros. 211.a.
Diabolus est autor impij consilij. 318.a.
Distrahens multitudo obcæcat. 210.b.
Didonæ fontis natura. 214.a.
Dilecti dei amaris potionibus curantur. 266.a.
Dilectio dei. 387.b.
Diligenda est vxor. 404.a.
Displacencia est de ratione contritionis. 126.a.
Dies quarta quid significet. 499.a.
Dies iudicij describitur. 515.b.
Dies dñi qui sit. 520.b. cum sequëtibus.
Dies nouissimi qui sint. 418.a.
Dianæ sacerdotes. 530.b.
Diligentia in pastore necessaria. 544.a. b.
Dignitas sacerdotalis. 660.a.
Difficilia sunt quæ præclara. 689.b.
Dispensatio thesauri meritorum Christi & sanctorum pertinet ad papam. 693.a.
Dionysij & Democlis historia. 699.a. b.
Dionysij tyranni apophthegma. 508.a.
Differentia militatis & triumphantis ecclesiæ. 676.b.
Doctrina euangelica cur margaritæ comparatur. 79.b.
Doctrina & veritas in rationali sacerdotis. 84.b.
Doctrina nomine aquæ significatur. 86.b.
Domini manus Christus est. 589.a.
Domini manus idem est quod spiritus prophetiæ. 47.a. 589.a.
Domini manus accipitur pro diuina cõsolatione. 82.a. 136.b.
Dominator terræ Christus est. 105.b.
Dominica dies cur sabbato successerit. 333.b.
Domini brachium Christus est. 589.a.
Dolor contritionis duplex est. 126.a.
Docto-

rerum memorabilium. &c.

Doctoris officium. 187.a.b.
Doctrina significatur per clauã. 321.a.
Doctrina dicitur pluuia. 345.b. 374.b.
Dormire in otio detestabile est. 274.a.
Doloris signũ erat olim nudare caput, ac pedes. 405.a.b.
Dolorem leniunt lachrymæ. 404.a.
Doloris signa quæ erant olim. 448.a.
Dona naturæ manserunt in angelis malis. 462.b.
Doli mundi. 503.b.
Draco septem capitum quid significet. 36.b.
Draco iuxta Mineruam quid significet. 37.a.
Draco quid in diuinis literis significet. 480.a. 689.a.b.
Durities humani cordis describitur. 61.b. 62.a. 95.b. 120.b. 199.a.b.
Durities cordis comparatur petre. 199.a.
Dux noster est Christus. 105.b.
Duodecim apostoli multis in rebus figurati fuerunt. 703.b.
E.
Ecclesia catholica vna est, cuius caput Christus est. 34.b.
Ecclesia comparata est fagenæ missæ in mare. 34.b.
Ecclesia similis est rotæ. 34.b.
Ecclesia similis est mari. 35.a.
Ecclesia catholica est ciuitas dei. 185.b.
Ecclesia quid sit. 195.a.b. 607.a.b.
Ecclesiæ nomina & epitheta. 195.a.b. 583.a.
Ecclesia est Christi regnum. 195.a.b.
Ecclesia vnica est. 196.a.
Ecclesia Romana catholica est regnum David, domus Iacob. 96.a.
Ecclesia est mons magnus. 293.a.
Ecclesia sancta Romana catholica quibus rebus compareretur. 425.a.b.
Ecclesia dicitur Sion. 579.a.
Ecclesia est terra beatorum. 583.a.
Ecclesia catholica est ædificata super Petrum, cuius successor est summus pontifex. 603.b.
Ecclesia appellatur tabernaculum.

604.b.
Ecclesia est ciuitas rigata aquis spiritus sancti. 605.a.
Ecclesiæ caput est Christus. 6.a. b.
Ecclesia catholica fuit figurata in templo Ezechielis. 636.b.
Ecclesia fuit adumbrata in ciuitate Ezechielis. 636.b.
Ecclesia est ciuitas. 637.a. 796.a.b.
Ecclesia quomodo appellatur. 637.a.
Ecclesia est constructa per Christum. 637.a.
Ecclesia nunquam peribit. 638.a.
Ecclesia duplex est, altera militans, altera triumphans. 638.a.b.
Ecclesiæ firmitas. 651.b.
Ecclesiæ triumphantis & militantis differentia. 677.b. cum sequëtibus.
Ecclesiæ & templa sunt à tempore apostolorum. 684.a.
Ecclesiæ ædificatæ à Constantino. 684.b.
Ecclesiarum multitudo tempore Constantini. 684.b.
Ecclesia est fundata super Petrum, & Petrus super Christum. 718.b.
Ecclesia dicitur descendere de cœlo. 796.b.
Ecclesia est sponsa Christi. 801.a.b.
Ecclesia est columba, & dilecta. 801.a.b.
Ecclesia est vera Hierosolyma. 802.a.
Ecclesia incepit in Iudæa. 280.a.
Editionis euulgatæ excellentia. 455.a. 771.b.
Edom idem est quod terrenus. 562.b.
Effectus diuinitatis. 41.a.
Electrum quid sit. 16.b. 16.a. 47.a.
Electro dei bonitas comparatur. 18.a.
Electri natura. 18.a.
Elati sunt pinnacula & fastigia. 14.b.
Elementa mundum sustentantia sunt euangelistæ. 19.b. 20.a.
Eleemosyna est facienda cum iudicio. 276.a.
Eleemosynæ encomium. 111.b. 141.a.b. 273.a.b. 301.a.b. 302.a.b.
Eleemosyna describitur. 274.a.b. 275.a.b.

Index alphabeticus

Elisæi vrsi sunt Titus & Vespasianus. 125.a.
Elisæus fuit figura Christi. 723.a.
Elohim nomen dei est. 172.b. 243.a.b.
Elohim quid significet. 172.b.
Elohim significat deum, angelos, iudices, magnates. 172.b. cum sequente.
Elohim significat deum vt punit. 173.a.
Elias & Enoch venturi sunt. 631.a.
Elias ascendens in cœlum Christum adumbravit. 183.b.
Electio dei erga apostolos. 473.a.
Elcana cuius erat. 525.a.
Elisij campi in extrema Hispania. 225.b.
Elisij campis immortalitatem animarum significabant gentiles. 225.b.
Elisij campi vbi fuerint. 226.a.
Elamitæ sunt Persæ, ita vocati ab Elam. filio Sem. 21.a.
Empedocles litem & amicitiam constituit pro principijs. 8.a.
Emanuel quare vocatus sit Christus. 710.b.
Ens per se solus deus est. 268.a.
Aeneus quare fuerit serpens Mosi. 641.b.
Epimenidis carmen ab apostolo citatū. 215.b.
Ephrata idem est quod fructifera. 202.b.
Epistolę Salomonis erant Tyri seruare tempore Iosephi. 424.a.
Eruere nobis oculos nititur diabolus. 36.b.
Essentiam diuinam in hac vita nemo videt. 52.b. 177.b.
Essentiam dei vtrum viderint Moses & Paulus. 52.a.b.
Ethan idem est quod fortitudo. 23.a. 488.b.
Æternū quid significet in sacra scriptura. 279.b.
Euangelistę quatuor in quatuor anima-

libus designati. 19.b. 20.a.
Euangelistarum numerus quibus in rebus designatus. 19.b. 20.a.
Euangelica doctrina cur margarita cōparetur. 49.b.
Euangelici concionatoris officium. 252.a.b. 57.a.b. 66.b. 71.a. 64.b. 529.b.
Euangelium in lege vetere promissum. 261.a.b.
Euangelium lōgius propagatum quàm lex vetus. 261.b.
Euangelium est lex libertatis spiritus. 597.a.
Euangelium Christi est cœdus pacis. 603.a.b.
Euangelium est prandium. 690.a.b.
Euangelij vis & prædicatio. 712.a.
Euangelij vox que sit. 711.b.
Euangelica doctrina significata per fluiuium egredientem de templo. 775.a.b.
Euangelium est spiritus legis veteris. 280.a.
Eucharistię sanctum & admirabile sacramentum. 106.b.
Eucharistię sacramenti veritas ostenditur. 106.b.
Eucharistię sacramentum fuit adūbratum in agno paschali. 279.b.
Eucharistia significata per mensam. 692.a.
Eucharistię sacramenti mysteria. 692.a.b. 736.a.b. 800.b.
Euersio Hierosolymę describitur. 104.b.
Euersio Hierosolymę fuit in festo paschę Iudæorum. 105.a.
Euaginare gladium hebraicè quid sit. 117.a.
Extollit mundus, vt deiiciat. 72.a.
Extendere manum super aliquem est illum punire. 128.a.
Exemplum regis, principis, & præfulis, quanti momenti sit. 297.b.
Excelsus dicebatur locus idolorum. 338.b.

Ex-

rerum memorabilium & c.

Exteriora dicunt ad interiora. 695.a.b.
Exilium & peregrinatio est vita nostra 786.b. cum sequentibus.
F.
Facies accipitur pro ira & terrore. 222.b.
Facies accipitur pro fauore. 222.b.
Facię significata. 222.b.
Faciem auertere est ostendere se esse iratum. 231.a.
Faciem ponere in aliquem hebraicè significat aduersus eum calamitatem prædicere. 223.a.
Faciem ostendere alicui est illi fauere. 632.a.
Faciem abscondere ab aliquo est illum contemnere. 630.a.
Facies dei est eius præsentia. 454.b.
Facere prius est quàm docere. 76.b.
Facere nobilius est quàm docere. 621.a.
Facere iudicium & iustitiam quid sit. 301.b.
Facere iudicium in aliquo est eum punire. 490.a.
Fama bona comparatur cum odorifero vnguento. 117.a.b.
Fama est oleum effusum. 117.a.b.
Fama est Pegasus equus alatus. 117.b.
Fama nascitur ex labore. 117.b. 428.a.
Famę suę debet quis consulere & prouidere. 269.a.b.
Fama iustorū est perpetua. 401.b. 402.a.b.
Familiaritas sceleratorum fugienda est. 11.a.b. 204.a.b. 318.b. 744.a. 381.a.
Familiaritas iustorum amplectenda est. 11.a.b. 12.a.b. 318.b.
Familiaritas cum quibus sit habenda. 204.a.b. 318.b.
Familiaritas habenda est cum sapientibus.

bus. 32.b.
Fames verbi dei. 583.a.b.
Fames in obsidione Hierosolymę. 114.a.b.
Fatum non est. 310.a. b. cum sequentibus.
Fataliter omnia euenire falsum est. 312.b.
Felicitas mundi est somnium. 96.b.
Feræ & bruta vocantur scelerati homines. 238.b.
Festinandum est, sed lentè. 24.b.
Fenestrę templi obliquę quid significent. 658.b.
Festiuitates Iudæorum quomodo non placebant deo. 333.b.
Festiuitates nostrę quomodo celebrandę sunt. 743.b. cum sequentibus.
Ficum cur deus arefecit. 300.a.
Ficus folium est excusatio peccati. 300.a.
Fides sine operibus mortua est. 25.b. 590.b.
Fides antiquorum patrum veteris testamenti & nostra vna & eadem est. 278.a. 612.a.
Fides est proximo seruanda. 289.b.
Fides est etiam perfidis seruanda. 289.b.
Fides quomodo sit seruanda. 289.b. 290.a.b.
Fidei acceptiones & significata. 290.b.
Fidem colebant Romani Gentiles. 290.b.
Fides qualis esse debeat. 590.a.b.
Fides quomodo infundatur. 645.a.
Fides quare dicitur porta. 648.b. cum sequentibus.
Fides potest esse sine charitate. 657.b.
Fides describitur. 674.a.
Fides non est in æterna beatitudine. 674.b.
Fiducia in deo, & non in hominibus.

474.b.
 Figura Christi. 12.a. 334.a.
 Filij significati varia. 208.a.b.
 Filius viri significat nobilem, filius hominis abiectionem. 71.b.
 Filius est gloria patris. 81.b.
 Filius multa significat. 201.a.
 Filij dei qui sint. 243.a.b. 768.
 Filij dei qui filias hominis acceperunt, qui sint. 243.a.b.
 Filius eius quis dicitur, cuius opera imitatur. 253.a.b.
 Filiarum nomine intelliguntur oppida & villæ. 267.b. 491.b. 426.
 Filius non punitur pro patre nec econverso, quomodo intelligatur. 305.b. 316.a.b.
 Filios proprios in honorem idolorum immolabant Iudæi. 339.
 Filij flagitiosi obscurant gloriam patris & maiorum suorum. 384.
 Filij Amonidem est quod Amonitæ. 408.b.
 Filius regni dicitur, qui in eo natus est. 412.b.
 Filius hominis curse Christus appellatur. 54.b. 55.a.b.
 Filium Labyrinthi Dedali est cognitio. 119.a.
 Firmitudo & constantia describuntur. 27.a.b. 765.a.b.
 Firmamentum quid significet. 40.
 Fletus moderatus aliquando utilis. 402.a.
 Flere debemus ob aliorum detrimenta. 191.b.
 Fleuit Christus, & fleuerunt sancti. 164.
 Flumen modum non est, omnium auctoritas.

Fletus immoderatus & muliebris reprehenditur. 404.b.
 Fletus Israelitarum in morte Jacob. 82.b.
 Flumina Babylonis quid significant. 713.a.
 Fluvius egrediens de templo est doctrina euangelica. 775.a.b.
 Fons paradisi designabat baptismum. 8.b.
 Fontis Germaniæ natura mirabilis. 216.a.
 Fontis Dodonæ natura. 214.a.
 Fons Galitiæ admirabilis. 663.
 Fornicatio accipitur pro idolorum cultu. 339.a.
 Fortitudo est clava Herculis. 42.
 Fortitudo Hebræorum dicebatur eorum templum. 408.a.
 Fornices & arcus Romani. 427.
 Forcipes templi erant ex auro. 530.
 Fragilis est mundi prosperitas. 407.
 Fragilitas & imbecillitas humana describuntur. 548.b.
 Fraudes sceleratorum describuntur. 65.a.
 Frumentum accipitur pro gratia. 583.a.
 Funes impiorum quid sint. 525.
 Fugere à facie dei quid sit. 494.
 Fulguris nomine intelligitur calamitas. 33.b.
 Fulminis natura. 290.a.
 Futura contingentia sunt hominibus occulta. 67.a.
 Furæ apud poetas erant terrores ex conscientia peccatorum. 344.b.
 Furæ apud poetas erant terrores ex conscientia peccatorum. 402.b.
 Furæ apud poetas erant terrores ex conscientia peccatorum. 441.a.

Fun-

Fundamentum quid significet. 484.b.

G.

Gabriel angelus figuratus in seruo Abraham. 257.a.b.
 Galitiæ significat reuolutionem. 91.a.
 Gerionis Hispanorum regis historia explicatur. 37.a.
 Gentilium cæcitas in colendis dijs. 454.b. 649.a.
 Gentilium & Iudæorum differentia. 296.a.b.
 Gentilium libri bonam habent aliquando doctrinam. 510.b. 511.a.b.
 Generis amplitudo utilis. 531.b.
 Generatio qua Christus nos genuit explicatur. 587.a.b.
 Geometria quid doceat. 648.b.
 Geometriæ encomium. 93.a.
 Gladium tenere & vibrare quid sit. 50.b.
 Gladius est verbum dei. 50.b.
 Gladium nadare quid sit. 117.a.
 Gladius dei est exercitus, quo deus ferit quos vult. 350.b.
 Gladium inebriare quid sit. 540.a.
 Gladius quid significet. 475.a.
 Gloria inanis est tineæ. 30.a.
 Gloria vera non est vituperanda. 31.a.
 Gloria est honestatis præmium, & virtutis splendor. 31.a.
 Gloria humana quomodo potest appeti. 31.a.
 Gloriam acquirimus, cum eam contemnimus. 123.a.b. 417.b.
 Gloria mundi periculosa. 123.a.b.
 Gloria virtutum. 187.b.
 Gloria humana facile amittitur. 379.b.
 Gloria vera & solida radices agit. 379.b.
 Gloria mundi fallax. 417.a.b. cum sequentibus. 426.a.

Gloria dei quærenda est, non mundi. 417.b.
 Gloria vera ab intus. 658.b.
 Gloria inanis vitanda est. 269.b.
 Gog & Magog quid significant. 609.a.b. cum sequentibus.
 Gog nomine intelligitur Antichristus, & Magog eius sequaces. 609.a.b.
 Goti qui sint. 609.b.
 Golitiæ interitus quid significet. 776.
 Gratia vtrum detur ex operibus. 589.b. 590.a.
 Gratia est purum balsamum. 710.a.
 Gratia est veluti anima animæ. 39.a.
 Gratia abscedit, sed non redit nisi per deum. 501.b.
 Gradus virtutum & meritorum. 653.b.
 Gradus incipientium, proficientium, & perfectorum. 653.b. cum sequentibus.
 Græne onus est iniquitas. 557.b.
 Gratiani imperatoris edictum. 568.b.
 Græcia regio est Europæ elegantium artium quondam mercatura. 444.b.
 Gregorum calamitas. 337.b.
 Gustanda non sunt nigra caudam habentia. 217.b.
 Cubernator rei publicæ debet esse sapiens. 442.a.b. cum sequentibus.
 Gula improbatur. 269.b. cum sequentibus.
 Gutta quid sit. 445.b.

H.

Habitare possunt pij inter impios. 10.b. 11.a.b.
 Hasta Saulis quid significet. 308.a.
 Hæretici abutuntur intemperanter eloquentia & scripturæ sacræ lectione. 138.b.

Index alphabeticus

Heretici nostri temporis comparati cum Nabuzardan. 108. a. b.
 Hereticorum ebrietas & libido. 138. b.
 Heretici nostri temporis reprehenduntur. 343. b. cum sequentibus.
 Hæresis. 534. a.
 Hæreticus vitandus. 551. b.
 Hæreticorum impudentia. 797. a. b.
 Hæreticorum nostri temporis infania. 591. a.
 Hæretici sunt membra Antichristi. 610. a.
 Hereticorum nostri temporis impietas. 693. b. cum sequentibus.
 Hebraei gentes apostatrices vocantur. 60. b.
 Hebraei idola coluerunt. 61. a.
 Hebraismus solet dei appellare ea, quæ magna sunt. 101. a.
 Hebraizare impium est. 603. a. b.
 Hebræorum infimum ingenium in lege explicanda. 603. a. b.
 Heua duxit tenebras, Maria lucem. 720. a. b.
 Heua ex Adam est, ecclesia ex Christo. 212. a.
 Heraclitus & Empedocles aiebant ignem esse deum. 339. a.
 Herculis labores. 414. a. b.
 Hercules erat apud gentiles idea virtutis. 414. a.
 Hedem quid significet. 421. a.
 Herinacii piscis natura. 281. b. cum sequentibus.
 Hierosolyma cœlestis describenda est in corde. 96. b.
 Hierosolyma quare dicebatur olla. 192. a. b. 399. a.
 Hierosolymæ euersio. 199. b.
 Hierosolyma dicitur saltus agri meridiani. 345. b. cum sequentibus.
 Hierosolyma dicebatur porta populorum. 424. b.
 Hierosolymæ celebritas. 424. b.
 Hierosolyma est ecclesia. 494. b. 84.
 Hierosolyma est in quarto climate. 614. a.
 Hieronymi ab Oleastro encomium. 170. a. b.
 Hieronymi Olorij eloquentia admirabilis. 384. b.
 Hiperbole figura. 500. a. 616. b.
 Hispania dicitur Thubal. 444. b.
 Hispania est in tres partes distributa, Tarraconam, Lusitaniam, & Beticam. 445. b.
 Hipanis fluius corrumpitur aquis Exampæi fontis. 12. a.
 Hypocrisis fugienda. 308. a. b.
 Hypocrisis describitur. 308. a. 150. b. cum sequentibus. 372. a. b. 373. a. b.
 Hypocrisis cum nemore umbrifero comparatur. 30. b.
 Hypocrita est similis struthiocamelo. 38. a.
 Hypocrita detestabilis. 38. b.
 Hypocrita comparatur vulpi & vipera. 216. b.
 Hypocrita describitur. 372. a. b. cum sequentibus. 216. b. cum sequentibus.
 Hypocritæ vitandi. 551. b.
 Hypocrisis quid sit. 659. a. b. 782. a. b. cum sequentibus.
 Hypocrisis reprehenditur. 753. a. b. 627. b. cum sequentibus.
 Hypocritæ & vani homines organorum pulsatoribus & nautis comparantur. 30. a.
 Hypocrita milio comparatur. 38. a.
 Hypostasis vna in Christo. 146. b.
 Hydra est inuidia. 414. a. b.
 Hydriæ Eliæ quid significant. 665. a.
 Hydriæ significant corpora vana. 5. b.
 Hyacinthus lapis cum aere mutatur. 187. a.
 Homo sine baptismo est terra vacua & inanis. 8. a.

Homo

rerum memorabilium. &c.

Homo est microcosmos id est paruus mundus. 18. a. 673. a.
 Homo ex cognitione sui venit in cognitionem dei. 18. a.
 Homini proprium quid. 22. b.
 Homo est ad imaginem & similitudinem dei creatus. 42. a.
 Homo quare dicitur ad imaginem dei. 42. b.
 Homo est arbor inuersa. 57. b. 287. b. cum sequentibus.
 Homo in corpore est auicula in caeca, quæ regionem suam desiderat. 58. a.
 Homines quare dicantur facti à Deucalione. 62. a.
 Homo pius comparatur cum acu navigatoria. 97. a.
 Homo cum arbore cur comparatur. 123. a. b. 249. b. 250. a. b.
 Homines insensibiliores insensibilibus. 120. b. cum sequentibus.
 Homo cinis est. 163. b.
 Hominis miseria & fragilitas. 163. b.
 Hominis nobilitas. 167. a. 376. a.
 Hominem subijcere se peccato indignum est. 167. a.
 Homo impius iumentum appellatur. 238. b.
 Homo cum deo comparatus non dicitur viuus. 268. a.
 Homo dicitur ab humo, & quare. 274. a.
 Hominis stultitia & perturbatio. 288. a. b.
 Homo operatur liberè. 310. a. 314. b.
 Hominem comedere est crudelem esse. 314. a.
 Hominis compositio & excellētia. 376. a. 559. a.
 Homo natus ad amandum deum. 388. a.
 Homo est ipsa vanitas. 409. b.
 Homo idem est quod fragilis. 455. b.
 Hominis imbecillitas. 455. b. 456. a. b.
 Homines comparantur piscibus. 471. a.
 Homines scelerati vocantur bruta. 474. a. 559. a.
 Homines vani cum paleis comparantur. 476. a.
 Homo appellatur anima. 532. b. cum sequentibus.
 Homo dicitur anima vtens corpore. 533. a.
 Hominis munus. 533. a.
 Homo impius dicitur fera. 559. a.
 Homo vnde deriuatur. 559. b.
 Homines qui vocentur. 573. a.
 Homo vocatur sepulchrum. 598. b.
 Homo quare dicitur omnis creatura. 673. a.
 Hominis definitio explicatur. 700. b.
 Homo vas est figuli. 805. a.
 Homo non dicitur qui est indoctus & incultus. 442. b.
 Holocaustum est carnem nostram castigare. 666. a.
 Horæ canonicæ sunt antiquissimæ. 685. a. b.
 Hospites fumus super terram. 134. b.
 Humana contemnere debemus, & ad cœlestia aspirare. 37. b.
 Humilitas utilis ad intelligendam sacrâ scripturam. 367. b.
 Humilitas describitur. 67. a. b. cum sequentibus. 368. b. cum sequentibus.
 Humilitas Christiana. 164. b. cum sequentibus.
 Humilitas ficta damnatur. 165. a.
 Humilitas amplectenda. 295. a. b.
 Humilitas est gossipium virtutum. 295. b.
 Humilitas est cithara. 295. b.
 Humilis eligi debet in præfulem. 53. b. cum sequentibus.
 Humilitatis excellentia. 700. a. b.

Index alphabeticus

Iacob non fuit mentitus, cum se dixit esse filium primogenitum Isaac. 236.a.b.
 Iacob tenuisse manu plantam pedis Esau quid significet. 139.b.
 Iacob quare dicitur oculus. 552.b.
 Ianiculus mons à Iano denominatus. 449.b.
 Iahel mundi tenet imaginem. 503.a.b.
 Iaphet filij & successores. 444.b. cum sequentibus.
 Ianus quare describatur bifrons. 37.a.b.
 Icarus casus explicatur. 26.a.
 Icarus & Phaethon se extollentes perierunt. 23.b.
 Idola nostra sunt ea, quæ relicto deo colimus. 151.b.
 Idola sunt flagitia, quæ admittimus. 122.a.
 Idololatria appellatur fornicatio. 126.a.
 Idolem dicitur abominatio. 141.b.
 Idola dicuntur offensiones oculorum. 331.b.
 Idolorum inuentio. 150.a.
 Idolum dicitur præful insensibilis. 205.b.
 Idola dicuntur immunditiæ. 242.b.
 Idolum appellatur in diuinis literis vanitas. 242.b.
 Idola appellantur sordes. 314.b.
 Idololatria Iudæorum ostenditur. 339.a.b.
 Idololatria Gentilium & Iudæorum describitur. 392.b.
 Iesus fuit adumbratus in Dauide. 553.b. 554.b.
 Iesus idem est quod saluator. 22.a.
 Iehouah nomen dei ineffabile. 52.b.
 Iehouah nomen dei cognitum quodam modo fuit à nonnullis Gentilibus. 803.a.
 Iehouah nomen dei admirabile explicatur. 803.a.b. cum sequentibus.

Jeremia labores. 401.a.b.
 Iericho vastatio quid sit. 53.a.b.
 Iericho mundum significat. 554.b.
 Ieiunium laudatur. 270.a.b. cum sequentibus.
 Ieiuniū quadragesimale semper fuit in ecclesia à tempore apostolorum. 271.a.b. 272.a.b.
 Ieiunia sunt salutaria. 518.a.b. cum sequentibus.
 Ieiunij encomium. 518.a.b. 519.a.b.
 Ignis accipitur pro calamitate. 14.b. 323.a.b.
 Ignis ardens & non comburens quid significet. 14.b. 15.a.
 Ignis qui descendit inter apostolos quid significet. 15.a.
 Ignis significat amorem. 31.b. 32.a.b.
 Igne terreri quid sit. 31.b.
 Ignis rubi amorem significat. 31.b.
 Ignis significat diuinitatem. 31.b.
 Ignis quid significet. 176.a.b. 623.b.
 Ignis calamitatis nos purgat. 234.a.b.
 Ignis significata. 245.b. cum sequentibus.
 Ignis alienus ardens in thuribulo est amor mundi ardens in corde. 388.a.b.
 Ignis significat inuidiam. 323.b. cum sequentibus.
 Ignis erat deus Chaldæorum. 339.a.
 Ignoratio nostri est causa malorum nostrorum. 29.a.
 Ignoratio sui est prauitatis causa. 57.a.
 Ignorantes non sentiunt pondus peccati. 461.a.
 Impetus spiritus, & impetus carnis describuntur. 51.b.
 Impij non habent tempus. 2.b.
 Impij mortui sunt. 2.b.
 Impiorum vita mors est. 3.a.

Impio-

rerum memorabilium. &c.

Impiorum familiaritas euitanda. 11.a.b. 12.a.b.
 Impij à seipsis absunt. 28.b.
 Impij guttum habent deprauatum. 75.a.
 Impius absque dei gratia resurgere à peccato mortali non potest. 59.a.a.b. 591.b.
 Impius se potest ad dei gratiam præparare. 59.a.b.
 Impius est deceptor. 65.b.
 Impij sunt furentes & infani. 72.b. 526.b.
 Impij homines cum feris comparantur. 65.b.
 Impij non sunt apud se. 95.b.
 Impius fugit à deo. 96.b. 391.b.
 Impij comparantur cum myrica. 122.a.
 Impij obcæcantur. 128.b.
 Impij nihil habent suum. 130.a.
 Impius omnis est ferus peccatorum suorum. 156.a.
 Impijs non ostendit deus alta mysteria. 231.b.
 Impij soli sunt. 409.a.
 Impij quare iustos videre nequeunt. 514.a.
 Impij cum sepulchris comparantur. 598.a.
 Impij sunt tenebræ. 470.a.
 Impius captus est. 533.a.
 Impius & flagitiosus non dicendus est homo. 718.b.
 Impij polluit quod in se est nomen domini. 577.a. cum sequentibus.
 Impius nullam habet vitam. 304.b.
 Impius perit inuentione, quam ad alios perdendos inuenerat. 352.a.
 Imago dei est in homine non solum secundum animam sed etiam secundum corpus. 42.a.
 Imago dei est in angelis. 42.a.
 Imago dei est in homine. 42.b.
 Imagines sanctorum venerari debent.

mus. 428.a.
 Imago dei est etiam in peccatoribus. 781.b.
 Immortalitas animarum declaratur. 224.b. cum sequentibus.
 Immundus est vipera. 413.a.b.
 Immutabilis est deus. 118.b.
 Imperatoris Adriani anulus. 430.a.
 Inæqualitas seminarium est detractio. 647.b.
 Inanis gloria damnatur. 728.a.b. 407.a.b. 40.b.
 Inconstantia fugienda est. 27.b.
 Inconstans comparatur stateræ. 27.b.
 Inconstans comparatur Chamæleonti. 28.a.
 In corde alicuius rei esse idem est quod esse intra illam. 441.a.
 In deo idem est intelligere, & intellectus, & quod intelligitur. 181.a.
 Indulgentiarum thesaurus est in ecclesia. 693.b.
 Indulgentiæ sunt salutares. 693.b. 394.a.b.
 In deo bifariam sumus. 180.b. cum sequentibus.
 Indurare & polluere dicitur deus permissiue. 337.b.
 Indurare deum cor quomodo intelligatur. 237.a.b.
 In æternum quid significet. 435.a.b.
 Infernus dicitur lacus. 431.b.
 Infernus dicitur mors secunda. 301.a.
 Infernus dicitur terra nouissima. 431.b. cum sequentibus.
 Inferni nomina. 432.a. 504.a.b. 506.b.
 Infernus dicitur terra mortuorum & obliuionis. 432.b.
 Inferni notitiã habuerunt multi ex Gentilibus. 510.b.
 Infidelis peccator est ornatus aliquibus virtutibus moralibus. 478.a.
 Ingenium humanum per se non sufficit ad sacram scripturam intelligendam. 68.a.b.

Index alphabeticus

In Galilæa quare Christus apparuit discipulis post resurrectionem. 91. a.
 Iniuria sceleratorum cōducit ad gloriā iustorum. 661. b.
 Iniquitas est graue pondus. 373. a. b.
 Iniquus omnis est ignorans. 156. a.
 In nouo testamento intercessit mors Christi. 262. b.
 In nouo testamento promittitur vita æterna & bona cœli, in vetere verò bona terræ. 263. a. b.
 Innocentiæ & pœnitentiæ discrimen. 536. b.
 In medio consistit virtus. 204. b.
 Infania & amentia impiorum describitur. 72. b.
 Insensibiles sunt impij. 120. b.
 Insultare calamitatibus afflictorum impium est. 351. b. cum sequentibus.
 Instabilitas & inconstantia vituperantur. 242. a. b.
 Instabilitas procedit ex peccato. 204. b.
 Instabilitas mundi describitur. 426. a.
 Instans non est tempus. 593. b.
 Intentio nostra debet in cœlum dirigi. 30. a.
 Intentio est oculus. 30. a.
 Intentio tribuenda est deo. 754. b. 755. a. b.
 In tentationibus ad deum confugiendū. 277. b.
 In tres ætates Hebræi mundum diuidebant. 435. b.
 Interior gloria est præstantior exterior. 658. b.
 Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. 44. b.
 Inuidia est detestabilis. 413. a. b. cum sequentibus.
 Inuidia quid sit & quàm perniciosa. 323. b. cum sequentibus. 514. b.
 Inuidus est tormentum sui ipsius. 324. a.
 Inuidia est imago inferni. 413. b.
 Inuidia describitur. 413. a. b. cum sequentibus.

Inuidia filiorum Iacob vēdidit Ioseph. 414. b.
 Inuidia fera pessima. 414. b.
 Inuidus describitur. 413. a. b. cum sequentibus.
 Inuidia vituperatur. 501. a. b. cum sequentibus.
 Inuidus cum ciconia & noctua comparatur. 501. b.
 In veritate ambulare quid sit. 315. a.
 Iosias fregit idolorum statuas. 122. a.
 Iosifæ regis virtus. 1. b.
 Ioannes Baptista erat lucerna ardens & lucens. 32. b.
 Ioannis euangelistæ dignitas & amplitudo. 47. b. cum sequentibus.
 Ioannes euangelista dilectus à Christo. 48. a.
 Ioannes euangelista quare dicitur aquila. 48. a.
 Ioannis Rossensis laus. 603. b.
 Ionathæ figura explicatur. 494. b. 495. a. b.
 Ionas figura fuit Christi. 212. a.
 Ioannis Sepuluedæ encomium. 800. a.
 Iobileus quo mense incipiat. 669. b. 670. a.
 Iobileus erat anno quinquagesimo. 137. a.
 Iobilei anno omnia erant libera. 639. a. b.
 Iob iustus inter iniustos habitauit. 10. b.
 Ioseph dominatū fuisse Aegypto quid significet. 319. b.
 Ioseph figura Christi. 704. a.
 Iouis nomen vnde deductum. 704. a.
 Iouis flagitia. 454. a.
 Ira dei in contumaces. 49. b.
 Ira hominis perturbati describitur. 179. a. b.
 Ira magna dei est eam non ostendere. 266. a. 145. a.
 Iris significat diuinam misericordiam. 14. a.

Iris

rerum memorabilium &c.

Iris diuersorum colorum quid significet. 45. b.
 Ismael & Agar quid significant. 195. a. b.
 Israelitæ veri sunt Christiani. 464. b.
 Israel est duplex. 605. b.
 Israelitæ secundum carnem & secundum spiritum. 553. a.
 Italia dicebatur olim Citim. 449. b.
 Italus vocatus fuit Citim. 449. b.
 Italia dicta Oenotria. 449. b.
 Italiæ insulæ quæ sint. 448. b.
 Iugum Christi suaue. 556. b.
 Iudæi impij appellantur filij diaboli. 384. a.
 Iudæorum scelera. 368. b.
 Iudæorum vanitas & cecitas. 103. b. cum sequentibus. 209. b.
 Iudæorum perfidia. 61. a. b.
 Iudaizare sumitur pro instruere. 368. b.
 Iudæa est in medio terræ. 110. b. 613. b. 614. a. b.
 Iudæorum error. 125. b.
 Iudæorum crudelitas. 167. b.
 Iudæorum pertinacia. 176. a.
 Iudæorum impietas. 200. a.
 Iudæos reliquit deus. 199. b. cum sequentibus.
 Iudæi legem dei non habent, sed membrana legis. 264. a.
 Iudaizare in diuinis literis impium est. 296. b.
 Iudæi in Babylonica captiuitate idola colebant. 339. b.
 Iuda confessionem significat. 202. a.
 Iudæi nonnulli in Aegypto fuerunt cultores idolorum. 384. b.
 Iudæa dicitur terra viuentium. 433. a.
 Iudæi appellantur filij testamenti dei. 493. a.
 Iudaizantes vituperantur. 479. b.
 Iudæorum reprobatio. 539. a. b.
 Iudaicus populus fuit figuratus in Esau. 287. b.

Iudæi cum sequentibus. 537. b.
 Iudæi cur turbati sunt aduentu Christi. 602. a.
 Iudæorum interpretatio vana & falsa. 624. b.
 Iudæi cæci quare dicuntur progenies viperarum. 43. a.
 Iudæa desperatio. 534. a.
 Iudæa regnum, & Israel regnum quid significant. 599. a.
 Iudæa periphraasis est vmbilicus terræ. 613. b.
 Iunius dicitur à iunioribus. 497. a.
 Iudicis incorrupti munus. 87. a.
 Iudex quando dicitur æqualis. 647. b. cum sequentibus.
 Iudex iustus comparatur cum ciconia. 69. b.
 Iudicium quid significet. 751. b.
 Iudicium facere quid sit. 301. b.
 Iupiter & Saturnus quare sint cōiuncti. 443. a.
 Iulij Cæsaris insolentia. 454. a.
 Iustitia necessaria ad pacem conseruandam. 7. b.
 Iustitiæ encomium. 86. b.
 Iustitia dei magna. 115. b.
 Iustitia quid sit. 359. b. cum sequentibus.
 Iustitia nos ducit in cognitionem dei. 135. a.
 Iustitia quælis esse debeat. 170. a.
 Iustitiæ ministri quales esse teneantur. 170. a.
 Iustitia accipitur pro virtute in communi. 310. a.
 Iustitiam & iudicium facere quid sit. 301. b.
 Iustitia capitur pro gradu pœnitentiæ. 301. b.
 Iustitia dei exultant iusti. 351. b.
 Iustitiæ diuinæ seueritas in malos dei gloriam illustrat. 615. b. cum sequentibus.
 Iustificatio nostra quid sit. 590. b.
 Iustificatio appellatur lex. 260. b. 287. b.

Iusti-

Index alphabeticus

Iustificatio est peccatorum remissio & sanctificatio. 59.b.
 Iusti viri in manu dei sunt. 6.b.
 Iusti comparantur astris in coelo collocatis, quæ in pelago apparent. 34.b.
 Iusti sunt similes rotis. 34.a. 39.a.
 Iusti cadunt, sed non retrorsum. 54.a. b.
 Iusti omnia habent. 130.a.
 Iustus est rubus, qui ardebat, & non comburebatur. 147.b.
 Iusti iudices comparantur cum ciconijs. 69.b.
 Iustus est in deo per gratiam, nobilius quam in se. 180.b.
 Iusti in deo per charitatem dicuntur spiritus. 180.b.
 Iusti nomen non amittit qui statim per poenitentiam resurgit. 240.b.
 Iusti non separantur à Christo. 294.b.
 Iusti habent deum pro circumferentia. 244.b.
 Iusti appellantur filij dei. 384.a.
 Iustus comparatur palmæ. 414.b. 689.a.
 Iusti regis officium. 461.b.
 Iustis omnia cooperantur in bonum. 781.a.
 Iustos cum iniustis cur deus occidat. 346.a. b.
 Iustus comparatur adamanti. 78.b.

L.

Labor significatur per bouem. 182.b.
 Laboris encomium. 117.b. 118.a. b. 381.b.
 Laboris utilitas. 766.a. b.
 Labor magnus est iniquitas. 402.a.
 Labyrinthum Dedali explicatur. 29.a.
 Lachrymis instaurandi fumus. 198.a. b.
 Lachrymarum vis. 127.b.

Lachrymarum utilitas. 164.a. b. 664.a. b.
 Lachrymæ placant dolorem. 404.a.
 Lachrymas cur Christus fuderit super Ierusalem. 207.a.
 Lacus accipitur pro sepulchro. 431.a.
 Lacus accipitur pro inferno. 431.b.
 Lædens alium seipsum lædit, non alium. 112.a.
 Lætari aliorum calamitatibus impium est. 212.a. b.
 Lamæ quid sint. 480.a.
 Lamina in pectore sacerdotis quid significet. 41.a.
 Lapis quid significet. 437.a. b. cum sequente.
 Laqueus venantium est auaritia. 275.a.
 Latro prima hora vitæ suæ saluatus est. 3.a.
 Lateres sunt corda nostra. 93.b.
 Laurus non percutitur fulmine. 290.a.
 Lauare pedes quid significet. 698.b.
 Leuitas in reprehendendo laudatur. 769.a.
 Leo quid significet. 689.a. b. 812.b. 813.a. b.
 Leonis caput cum claua quid significet. 321.a.
 Leonis caput symbolum inundationis. 513.a.
 Leonem non esse in republica alendum quid sit. 238.b.
 Leonis vigilantia. 86.a.
 Leonis nomine olim significabatur præful. 86.a.
 Leo significat regem. 21.a.
 Leuare manum quid sit. 347.a. 372.a.
 Leuare faciem vel caput alicuius est illum honorare. 347.a.
 Lex cur ignea dicitur. 32.a.
 Lex cur data fuit in caligine. 43.a.
 Lex vetus umbram habet. 125.b.
 Lex continebat figuras. 125.b.

Legis

rerum memorabilium &c.

Legis euangelij differentia. 199.a. b. M
 Lex appellatur iustificatio. 260.a. b. M
 Lex vetus erat figura & vaticinium nouæ. 261.a.
 Lex vetus erat antiquanda, & antiquata est. 261.a.
 Lex noua lex gratiæ promissa in lege vetere. 261.a. b. cum sequentibus.
 Lex testamentorum est, vt secundum deroget primum. 262.b.
 Lex vetus erat cessatura. 263.a. b. cum sequentibus.
 Lex quibus nominibus appelleretur in diuinis literis. 264.a.
 Lex vetus est litera, lex noua spiritus. 280.a.
 Legis veteris opera per se non iustificabant. 332.a.
 Legis veteris præcepta quomodo dicuntur non bona. 337.a. b.
 Legum utilitas. 375.a. 647.a.
 Leges dicuntur fundamenta. 484.a.
 Lex vetus daret ne vitam animæ, an cor periret. 337.a. b.
 Lex est regula iusta. 647.a.
 Legis peritorum inæqualitas. 646.b.
 Libanus vocatur templum Salomonis & quare. 286.b.
 Liber Sapientiæ est Salomonis. 5.a.
 Liberum arbitrium cooperatur gratiæ. 91.b.
 Liberum arbitrium defenditur. 199.a. 310.a. b. 800.a.
 Libertas vera quæ sit. 130.a.
 Libido inuitatur gula. 138.b.
 Liber vitæ quis sit. 171.a. b. 508.b.
 Liber conscientiæ quis sit. 70.a. b.
 Libellum repudij in lege vetere datur. 303.b.
 Libertas spiritus quæ sit. 549.a. b.
 Libertas est magna seruire deo. 597.a.
 Libertas hæreticorum est carnalis. M

597.a. b. non nobis
 Libertas christiana & euangelica spiritalis est. 597.b.
 Libertas christiana non est carnalis. 639.a. b.
 Libya est Africa. 444.a. b. 849.a. b.
 Lignum quid significet. 346.a. b.
 Lignorum nomine homines intelliguntur. 105.a.
 Lignum vitæ quid significet. 258.a. b.
 Ligni varia significata. 249.a.
 Litera est lex, spiritus euangelium. 280.a.
 Lingue igneæ super apostolos quid significant. 32.a.
 Lingua prophetæ est calamus dei. 533.b.
 Lingua refrænanda est. 691.a.
 Lingua effrænata damna. 695.a. b.
 Longinquitas temporis per palmam significatur. 689.b.
 Loth filiarum stuprum. 415.b.
 Luciferi superbia. 407.a.
 Lucifer fuit eminens inter alios angelos. 461.a.
 Luciferi peccatum in quo fuit. 461.a.
 Lucta Iacob orationem ardentem significat. 378.a.
 Ludere in diuinis literis significat adorare idola. 269.a.
 Luna quomodo patiatur eclipsem. 486.b.
 Luna dicebatur regina cæli. 494.a.
 Lunæ nomine intelligitur princeps secularis. 515.b.
 Lusitanorum sacerdotes honestissimi. 440.b.
 Lusitaniæ reges inuictissimi & christianissimi. in proœmio.
 Lutheri impietas & hæresis detestanda. 59.b. 270.b. 271.a. b.
 Lutherus vult Christi gratiã labefactare. 59.b.

Luthe.

Lutheri error. 67. a. 138. b. 693. b.
 Lutherus & Calvinus sunt Epicurei
 & milites Veneris. 138. b. 620. b.
 621. a.
 Lutheranorum phrenesis & infania.
 139. a.
 Lutheri prauitas. 270. b. 271. a. b.
 Lutherus sectam Epicuri renouauit.
 271. a.
 Lutherus hæreticus reprehenditur.
 310. a. 314. a. 343. b. cum se-
 quente.
 Lutherus describitur. 344. a. b.
 743. a.
 Lutheranorum impudentia & impie-
 tas. 345. a.
 Lutheri error & voracitas. 518. b. cum se-
 quentibus.
 Lutherani sunt Epicurei, & cultores
 Bacchi. 519. b.
 Lutherana hæresis est captiuitas Baby-
 lonica. 604. b.
 Lutheranorum perfidia confutatur.
 597. a. b.
 Lutheri impudentia, & obstinatio. 639.
 a. b.
 Lutheri & Caluini impietas. 684. b.
 685. a. b.
 Lutherani peiores sunt Gentilibus.
 685. b.
 Lutheri superbia. 700. b.
 Lydia est in Asia minore. 444. b.
 484. b.

M.

Magi Orientales quibus ex regio-
 nibus venerint, & vnde fuerint.
 447. a. b.
 Magorum Orientalium liberalitas.
 441. a. b.
 Magnates designantur per montes.
 121. b.
 Magnetis natura admirabilis. 41. a.
 Maius mensis dictus à maioribus.
 497. a.

Mala sine bonis esse non possunt.
 45. a.
 Manna fuit figura sancti sacramenti.
 772. b.
 Manna in arca testamenti est verbum
 dei in anima. 80. a.
 Manasses regis impietas. 1. b.
 Manasses fuit crudelissimus. 167. b.
 Manasses ob calamitates fuit ad deum
 conuersus. 390. a. b.
 Mantice duæ Aesopi explicantur.
 287. b.
 Manus domini prophetia est. 12. a. 589.
 2. 640. a.
 Manus domini quid significet. 46. a. 146.
 a. b.
 Manus dare hebraismus est multa signi-
 ficans. 46. a. b. 146. a. b.
 Manuum nomine opera intelliguntur.
 79. b.
 Manus domini accipitur pro consola-
 tione. 82. a. 146. a.
 Manus accipitur pro bono opere.
 149. a.
 Manus plene sanguine quid significet.
 167. a.
 Manum alicui dare est se illi committe-
 re. 291. a.
 Manum alicui porrigere est eum in ami-
 citiam recipere. 291. b.
 Manum leuare est vehementer percu-
 tere. 330. b.
 Manum leuare est promittere. 330. b.
 Manum leuare quid sit. 330. b.
 Manus Christi mundum creauerunt.
 554. b.
 Manum extendere est punire. 562.
 b.
 Manum leuare pro iurare frequens est
 in literis diuinis. 572. a.
 Manu domini intelligitur Christus.
 589. a.
 Manu ponere super aliquem est illum
 affligere. 669. b.
 Manus quid significet. 616. a.
 Mappa mundi est cor impij. 96. b.
 Marcus Antonij eloquentia. 784. a.

Mare

rerum memorabilium. &c.

Mare fufile & luteres quid significant.
 664. a.
 Mare Galilææ est mundus. 471. b.
 Margaritæ sunt apostoli. 185. b.
 Margaritarum natura. 185. a. b.
 Maria virgo dei genitrix fuit figurata
 in Rebecca. 257. a. b.
 Maria virgo est gratiæ impetratrix.
 257. a. b.
 Mariæ virginis excellentia. 185. b. 186. a.
 b. 719. a. b. cum sequentibus. 731. a. b.
 Maria semper virgo est ciuitas libera.
 719. a. b.
 Maria virgo templum dicitur. 719.
 a. b.
 Maria virgo fuit concepta sine peccato
 originali. 719. a. b.
 Mariæ virginitas. 719. a. b.
 Mariæ virginis genealogia. 720. a. b.
 Mariæ virginis puritas. 730. b. cum se-
 quentibus.
 Mars cur pingebatur indutus tunica ada-
 mantina. 545. a.
 Martio mense fuit mundus creatus
 4. b.
 Martius mēsis principiū anni fuit olim.
 4. a.
 Martini Ledesmij laus. 694. a.
 Martini Cantapetrensis laus. 173. b.
 Mathias fuit electus loco Iudæ. 716. a.
 Matthæus quo tempore fuit ad Christū
 conuersus. 2. b. 3. a.
 Medium est optimum. 204. b.
 Medium eligendum est. 7. a. b.
 555. b.
 Mediocritas laudabilis. 648. b.
 Medusa est otiositas. 117. b.
 Meloch idolum describitur. 260. b.
 Mel prohibitum in lege adulatorem si-
 gnificat. 213. b.
 Melanchthon reprehenditur. 310. a.
 Membra impiorum sunt arma quibus
 animas suas vulnerant. 354. a.
 Membra iustorum sunt instrumēta suæ
 salutis. 354. a. b.
 Mensium nomina apud Iudæos
 4. b.

Memoria utilis & inutilis. 384. a. b.
 Memphis est ciuitas Aegypti. 488.
 b.
 Mensa est doctrina euangelica. 690.
 a. b.
 Mensura templi diuersa a mensura pro-
 phana. 645. b.
 Meridies significat prosperitatem.
 682. b.
 Meritum ex operibus. 590. a. b.
 Meriti vocabulum est in diuinis literis.
 591. a.
 Merita compensantur. 687. b.
 Mercatoris officium. 298. a.
 Messias est verus deus. 553. a. b.
 Messiam venisse ostendit lex. 209. b.
 Messias iam venit. 263. b.
 Metus procedit ex corde. 352. a.
 Metonymia figura. 238. a.
 Militia est exercitus stellarum. 494. b.
 Militia est vita nostra. 98. a. b. cum se-
 quente.
 Militare debemus semper. 98. a. b.
 Minerva quid significet. 37. a.
 Minervam quare dixerunt fuisse virgi-
 nem. 443. b. 73. a. b.
 Minotaurus est deprauatus appetitus.
 29. a.
 Misericordia dei significatur per splen-
 dorem in nube lucentem. 15. a.
 Misericordia dei infinita est. 15.
 a. b.
 Misericordia dei ostenditur. 45. b.
 63. b.
 Misereatur nostri deus, cum nos punit.
 133. a.
 Misericordiae diuinæ magnitudo. 115.
 a. b.
 Misericordia dei est infinita. 235. a. 108.
 b. 168. a. b. 534. b.
 Misericordia quare comparatur oleo.
 256. a.
 Misericordia quid sit. 512. a.
 Misericordiae opera extolluntur. 256. a.
 301. a. b. 302. a. b. 319. a.
 Misera & fragilitas mundi describun-
 tur. 414. a. b. 415. a. b.

Mis-

Index alphabeticus

Missæ sacrificium admirabile. 163. a. b.
Missæ sacrificium figuratum in lege. 772. b.
Miracula cur deus non fecit coram He rode, & alijs huiusmodi. 231. b.
Miracula sua edebat Christus coram ijs, qui erant sumpturi vilitatem ex illis. 231. b.
Moab est vrbs Arabiæ vocata Arcopolis. 415. b.
Moab dicitur olla spei. 196. b.
Moab idem est quod à patre. 415. b.
Modicum est quicquid in terra est. 84. b.
Modicum quare septies ponitur in euã gelio Ioannis. 84. b.
Momentaneæ sunt mundi diuitiæ. 364. a.
Mons dicitur Christus. 718. b.
Mons Oliueti quomodo vocabatur. 170. b.
Montium nomine quid significetur. 121. b.
Montis Oliueti templum vnde Christus ascendit in cœlum. 184. a.
Monachi intelliguntur per stellas. 515. b.
Monachi apostatæ describantur. 515. b.
Monachi peccatum vtrū sit grauius peccato laici. 715. b.
Monasteria comparantur stagnis. 472. a.
Mors triplex est. 227. b. 515. b.
Mors animæ quæ sit. 2. b.
Mors quotuplex sit. 301. a. b.
Mors inopinata. 805. a.
Mors est stipendium peccati. 313. b.
Mors & vita quæ sint. 433. a.
Mors immatura non accidit iusto. 436. b.
Mortem non fecit deus. 308. b.
Mors quomodo accipiatur. 510. a.
Mortis memoria utilis. 456. a. 122. a.
Mors iniquis terribilis est, non iustis. 677. a.
Mori in Aegypto, & sepeliri ibi quid sit. 84. a.
Mortuus per peccatum surgit per pœnitentiam. 313. a. b.
Mortuorum nomine qui significantur. 744. a.
Mortui sunt plorandi. 415. a.
Moralis philosophiæ finis est operari. 718. a.
Motus liberi arbitrij concurrat iustificationi. 589. b.
Mosoch est Cappadocia. 522. a.
Moueri ærumnis aliorum debemus. 440. a.
Moyfes & Paulus vtrum viderint dei essentiam. 52. a. b. 53. a. b.
Moyfi & Pauli differentia. 199. a.
Moyfi mors fuit deplorata, non autem Iosue mors. 459. b.
Moyfes dicitur angelus. 494. a.
Mulier capta quid significet. 458. a.
Mundus est liber quidam. 16. b.
Mundus quid sit. 17. a. b. 18. a. b.
Mundi opes & diuitiæ sunt incertæ. 363. b.
Mundi opes & honores sunt vmbre. 363. b. 507. b.
Mundi fabrica scit suo modo laudare deum. 17. a. b.
Mundi machina deum ostendit. 16. a.
Mundi gloria cum plumis comparatur. 281. a. b.
Mundo simul & Deo seruire non possumus. 580. a.
Mundus est musica quædam, & admirabilis armonia. 17. a. b.
Mundus est relinquendus. 177. a.
Mundi elementa ipsum sustentantia quæ sint. 19. b. 20. a.
Mundus est crudelis in suos. 388. b.
Mundus est mare agitatam. 85. a. b.
Mundi amicitia damnatur. 177. a.
Mundi fallacia describitur. 85. b. 72. a. 503. b.
Mundi opes parvæ sunt. 93. b.
Mundi vanitas. 457. a. 484. a. 498. b.
Mundus est terra viuentium. 432. b.
Mundi gloria transit. 112. b.
Mundus dicitur Iericho. 654. b.
Mundus est similis ludo calculorum. 210. a.
Mundi paruitas. 93. b.
Mundi amor describitur. 387. b. cum sequentibus.

Mundi

rerum memorabilium. &c.

N.

Mundi gloriæ contemptus. 122. a.
Mundus dicitur Babylon. 464. b.
Mundi vicissitudines & varietates. 363. a. b. 425. b. 426. a. b. 622. b.
Mundus est rota plaustrorum. 425. b.
Mundi gloria fallax. 417. a. b.
Mundum alterum fecit deus. 333. a.
Mundus est emporium vniuersale. 458. a. b.
Mundi qualitas consideranda est. 425. b.
Mundus est onus laborum. 465. a.
Mundus describitur. 470. b. 471. a. 673. b.
Mundi inconstantia. 506. b. 507. a.
Mundi prosperitas falsa. 417. a. b.
Mundo conformari quid sit. 655. a.
Mundum diuidebant Hebræi in tres ætates. 435. b.
Mundos tres posuerunt nonnulli. 672. b. cum sequentibus.
Mundus est positus in maligno. 691. a.
Mundus est sepluchrum peccatorum. 681. a. b.
Mundus fugiendus est. 691. b. 757. b.
Mundi opes sunt sumptuosa Babylonis. 713. a.
Mundi opes non satiant animam nostram. 714. a.
Mundus est venter naturæ. 763. a.
Mundus carcer est & exilium. 786. b.
Mundi flagitia sunt deploranda. 164. a. b.
Mundi lætitia fallax est. 224. a.
Mundus quo mense fuit creatus. 4. a.
Munera non sunt accipienda à iudice. 87. a.
Murus ecclesiæ est deus. 652. a.
Murus est vir iustus pro alijs orans. 377. b.
Musica est humanæ societas bene ordinata. 360. a. b.
Musica est mundi machina. 17. a. b.
Mutare fortitudinem quid sit. 631. b.
Mutari quomodo dicitur deus. 115. b.
Mysteria dei non sunt cuique manifestanda. 702. a. b.
Mysteria magna iuxta aquas. 8. a.
Naaas idem est quod serpens. 211. a.
Naaas qui oculos eruere volebat Galaditis diabolus est. 211. a.
Naaas quid significet. 36. b.
Nabuchodonosore diabolus significatur. 7. a.
Nabuchodonosores dicebantur reges Babiloniæ. 433. b. 478. b.
Nabuchodonosores vocabantur omnes principes insolentes. 434. a.
Nabuchodonosor dicebatur gladius dei. 516. a.
Narcissi fabula explicatur. 463. b.
Natiuitas Christi in descriptione orbis cur facta fuerit. 168. b.
Natura est veluti liber plenus diuinitate. 16. a. b.
Nefarij vocantur paruuli. 178. a.
Negatio sui quid sit. 38. b.
Neptuni & Mineræ controuersia. 197. b. cum sequentibus.
Nihil est inuentum simul & perfectum. 472. b.
Nili inundatio. 513. a.
Niniue fuit metropolis Assyriorum. 502. b.
Ninus filius Beli patrem suum retulit in deum. 150. a.
Nobilitas vera non in genere, sed in virtute consistit. 253. a. b.
Nobilitas vera quæ sit. 384. a.
Noctua super caput leonis quid significet. 513. a.
Noe iustus inter iniustos habitauit. 10. b.
Noe filij & successores. 444. b.
Nomina iustorum solet narrare scriptura. 808. b.
Nomina impiorum aliquando non profertur. 508. b.
Nomina dei quæ sint. 173. a. b.
Non vltra quid significet. 435. a. b.
Noua lex, nouum sacerdotium, noua terra, nouum cœlum, nouus mundus. 262. a. b. 586. b. cum sequentibus.

Kkk Nouum

Index alphabeticus

Nouum canticum, noua lux euangelij. 262.a.b.
Nouum testamentum est æternū. 279.b. cum sequentibus.
Nouum testamentum promissum fuit in lege veteri. 279.b.
Noui & veteris testamenti differentia. 280.a.b.
Nouum testamentum est plenum pacis. 603.a.b.
Nouisimi dies qui sint. 418.a.
Nubes lucida virtutum nos vehit in cœlum. 148.a.
Nubes significat afflictionem. 46.a.
Nubes quæ suscepit Christum in ascensione, lucida erat. 148.b.
Nubes quid significet. 177.b.
Nubes dei præsentiam designabat. 177.b.
Nubes accipitur pro exercitu. 484.a.
Nubecula quam vidit Elias Petrum adumbrabat. 85.b. cum sequentibus.
Nudare pedes signum erat olim doloris, & luctus. 405.b.
Numi Antonij Pij sculpturæ declaratio. 320.a.
Numi Traiani scripturæ explicatio. 321.a.
Numerus ternarius perfectus est & quaternarius. 83.b. cum sequentibus.
Numeri septenarij perfectio & encomium. 83.b. cum sequentibus.
Numerus binarius non est perfectè numerus. 23.b.
Numeri quaternarii encomium. 23.b.
O
Obercatio impiorum describitur. 128.b.
Obstinatio & impenitentia. 154.b.
Octaua dies solennis. 333.b.
Octo beatitudines describuntur. 667.b.
Oculis nihil pretiosius in corpore. 36.b.
Oculorum excellentia. 35.b. cum sequentibus.
Oculos cæci à natiuitate litos luto quid significet. 37.a.
Oculis intellectus qui dicantur priuati. 205.b.
Oculus accipitur pro intentione. 205.b.
Oculi accipiuntur pro gratia & fauore. 144.b.
Oculos nobis vult diabolus eruere. 211.a.
Oculus quid significet. 552.b.
Oculis plenum corpus rotarum quid significet. 35.b.
Officium sacerdotum & prophetarum. 101.b. 102.a.b.
Ohola & Oholiba dicuntur Iudæa & Samaria. 384.b.
Olla incensa significat calamitatem. 14.a.
Oliua est symbolum pacis, idèo magni æstimata. 199.a.
Oleum viduæ Elisæ explicatur. 274.a.b.
Oleum pro misericordia accipitur. 255.b. cum sequentibus.
Opera intelliguntur per manus.
Opera extolluntur laudibus. 25.b. cum sequentibus. 332.b.
Opera commendantur. 80.b.
Opera cum verbis debent esse coniuncta. 84.b. 85.b. cum sequentibus.
Opera bona nos euehunt in cœlum. 148.a.
Opera misericordiæ cōmendantur. 301.a.b. cum sequentibus.
Opera mortua & mortificata quomodo differant. 310.a.
Opera legis veteris non iustificabant. 332.a.
Opera nostra bona in lethali peccato vtrum mereantur gratiam. 589.b.
Opera nostra bona quid mereantur. 589.b.
Opera bona reuiuiscunt. 310.a.
Opera nostra bona facta in gratia merentur vitam æternam. 590.
Opera vtiliora sunt verbis. 705.a.b.
Opes mundi sunt imagines. 97.a.

Opes

rerum memorabilium. &c.

Opes mundi sunt vmbra. 97.a.
Opes mundi non fatiant nos. 155.a.
Ophir vbi sit. 49.a.
Opitulari miseris quando sit laudabile. 405.a.b.
Oppida & villæ dicuntur filia. 426.b. cū sequentibus.
Opum abundantia & potentia periculo sa. 498.a.
Oratio Aaronis deum placauit. 218.a.
Orationes nostræ quando non exaudiuntur. 94.b.
Oratio est portustutus. 682.b. 683.a.b.
Orationis vtilitas, & vis. 682.b. 683.a.
Orationis locus fuit etiam in lege veteri. 683.b. cum sequentibus.
Orationis virtus. 218.a.
Orationis suauitas intelligitur per thus. 298.a.
Oriens dicitur Christus. 707.b.
Ossa arida significant peccatores. 589.b.
Ostia oraculi de lignis oliuarum misericordiæ opera cōmendant. 256.a.
Ostium cœli est Christus. 105.a.
Ostium Iani clausum tempore Augusti. 114.a.
Otiositas malorum causa. 566.a. 117.b.
Otium detestandum quale sit. 381.b.
Otium turpe describitur. 273.b. cum sequentibus.
Otio dormire reprehenditur. 274.a.
P
Pallidus cur sit qui timeret. 353.a.
Paliloquia figura quid sit. 193.b.
Pallium Elisæ est diuina gratia. 184.a. 776.a.
Palmæ vis. 414.b.
Palma quid significet. 688.a. 689.a.b. 660.a. 662.b.
Palmæ comparatur iustus. 414.b.
Panis est verbum dei. 106.b.
Panes propositionis offerebantur à sacerdote. 236.a.
Papa summam habet auctoritatem. 741.a.b. cum sequentibus.
Papa rectè concedit indulgentias. 683.b.
Papa est verus Christi vicarius, & in vniuersum orbem habet primatum. 570.a.
Parabola duplex est. 203.b.
Parabola quid sit. 203.b. 300.a.
Parcere nomini quid sit. 578.a.
Parietem perfodere quid sit. 110.b.
Parietis nomine intelligitur coaceruatio scelerum. 20.b.
Particula, vltra, quid significet. 429.a. 435.a. 113.b. 114.a.
Pastor est Christus. 437.b.
Pastoris clementia. 319.a.b. 320.a.b.
Pastoris Christiani munus. 85.a.b.
Pastores & præfules debent esse sapientes. 442.a.b. cum sequentibus.
Pastor malè viuens homicida est. 537.b.
Pastores insignes quatuor. 546.b.
Pastoris officium. 50.a.b.
Pastoris cura & diligentia necessaria. 544.a.b.
Pascha quando incipiebat. 558.b.
Pascha quid significet. 756.a.b. cum sequentibus.
Paschalis agnus figura sanctissimi sacramenti. 279.b.
Patria nostra cœlum est. 220.a.
Patriarchæ fuerunt ante Christum. 479.a.
Patres antiqui quare voluerunt sepeliri in Iudæa. 433.a.
Patientia est nobis necessaria. 340.a.b.
Paupertas Christi fuit prædicata à prophetis. 104.a.b.
Paupertas Christi. 45.a. 273.b.
Paupertas laudabilis & vtilis. 272.a.b. cum sequentibus. 376.a.b.
Paupertas spiritus extollitur. 272.b.
Paupertas spiritus est clavis aperiens cœlum. 272.a.b.
Paueres sunt dei famuli. 276.a.
Paupertas apostolorum vicit mundum. 705.a.

Kkk 2 Pax

Index alphabeticus

Pax esse nō potest, vbi deest æqualitas. 7.a.
 Pax eligenda est. 7.a.
 Pax magna fuit, quando Christus natus est. 114.a.
 Pax animi beatitudo quædam est. 131.a.
 Pace nihil in ciuitate vtilius. 131.b.
 Pacē docuit Christus in terra, & ad hoc venit. 176.b.
 Pax describitur. 176.b. cum sequentibus. 179.a.b. 196.b. cum sequentibus.
 Pax & bellum, concordia & discordia simul esse debent. 176.b. cum sequentibus.
 Pax cum deo, bellum cum mundo. 176.b.
 Pax christiana. 196.a.b. 197.a.b.
 Pax spiritualis laudatur. 197.a.
 Pax mundi. 197.a.
 Pax etiam à Gentilibus colebatur. 197.b.
 Pax duorum populorum in vna ecclesia explicatur. 600.a.b.
 Pax commendatur. 603.a.b.
 Peccata nostra diuidunt nos à deo. 95.a.
 Peccatum accipitur aliquando pro peccati. 134.a. 167.a.
 Peccatum accipitur pro oblatione pro peccato. 160.b. 745.a.
 Peccatum in diuinis literis quid significet. 160.a.b.
 Peccata non sunt æqualia. 166.b.
 Peccatum nō est ens, sed priuatio entis. 167.a.
 Peccato nihil vilius. 167.a.
 Peccator est feruus peccati. 156.a.
 Peccata hominum adiuuentiones dicuntur. 241.a.
 Peccata significantur nomine parietis. 221.a.
 Peccatum mors est. 300.b. cum sequentibus.
 Peccatum significatur nomine sanguinis. 167.a.
 Peccata nostra sunt arma, quibus nos Turcæ vincunt. 354.a.

Peccatum virum sit omnis actio infidelis. 477.b.
 Peccatum est causa mortis æternæ. 510.a.
 Peccatum mortale simile est fulmini. 594.b.
 Peccati grauitas ostenditur. 596.a.
 Peccare humanum est, perseuerare in peccato diabolicum. 606.b.
 Peccator est cibus diaboli. 623.a.
 Peccatum quomodo accipiatur. 745.a.
 Peccatum generat mortem. 2.b.
 Pectus & dextrum brachiū in lege quid significat. 84.b.
 Pedes nudare signum erat olim luctus. 405.b.
 Pedes significat affectiones. 698.b. 25.a. 256.b. 56.b.
 Pedes erecti quid significant. 24.a.b.
 Pes symbolum est vitiorum. 319.b.
 Pedes Christi quid significant. 111.b.
 Pedes coloratos hyacintho habere esse affectiones in cœlestibus. 257.a.b.
 Pegasi historia explicatur. 117.b.
 Pulusium est ciuitas Aegypti. 490.b.
 Peregrinatio est vita nostra. 134.b.
 Perillus perijt tauro æneo à se inuento. 352.a.
 Permissio dei actio vocatur. 298.b.
 Perire dicitur quis quo ad scelera. 435.a.
 Perire impium quid sit. 355.a.b.
 Perire legem à sacerdote quid sit. 143.a.
 Periculum vitæ describitur. 456.a.
 Persequens iustum seipsum persequitur. 168.a.
 Persecutio non est infelicitas. 7.a.
 Perseuerantiæ laus. 27.a.b.
 Persona in diuinis quid sit. 393.b.
 Persona super hypostasim quid addat. 554.b.
 Persia est regio oriētalis delicijs affluēs. 444.b.
 Perturbatio cordis fugienda. 64.b. 65.a.
 Petra Christus est. 281.a.
 Petrus vt fieret pastor mare reliquit. 85.a.
 Petrus cathedrā Romę cōstituit. 568.b.
 Petra percussa aquam dedit. 199.a.
 Petri concio admirabilis. 277.a.

Petri

rerum memorabilium. &c.

Petri & Andreæ vocatio. 471.b. cum sequentibus.
 Petrus & Andreas columnæ ecclesiæ. 473.a.b.
 Petrus ecclesiæ caput. 569.a.b. cum sequentibus.
 Petrus fundamentum ecclesiæ est. 796.a.
 Petri vocatio. 85.b. 86.a.b.
 Petræ comparatur cor durum. 199.a.
 Pharaō volebat filios Israelis occidere in partu. 36.b.
 Pharaō nomenclatura regum Aegypti. 433.b.
 Pharaō quare dicebatur draco & leo. 513.a.
 Phatures regio est in Aegypto. 490.a.
 Philauria est Dalila. 210.b.
 Philautia fugienda. 28.b.
 Philautia est remora piscis. 37.b.
 Philosophia Christiana quæ sit. 444.a.
 Philosophia vera quæ sit. 73.b. 713.b.
 Philosophi multa deprompserunt à lege dei. 83.a.
 Phœniciz mons est Libanus. 441.b.
 Philistijm fuit ciuitas quædam vocata postea Ascalon. 419.b.
 Philistæa & Palestina idem est. 420.a.
 Picturæ & imagines cordis impij. 122.a.
 Pietas Aaronis. 217.b. 218.a.
 Pietatis symbolum ciconia. 169.b. cum sequentibus.
 Pietas dei. 78.a.
 Pietas diuina magna. 115.b.
 Pij viri appellantur absconditi. 114.a.b.
 Pij in terra degentes cœlum incolunt. 409.a.
 Pij possunt inter impios habitare. 10.b.
 Pignus & depositum reddere quādo sit vtile. 301.a.
 Pigmei qui sint. 444.b.
 Pilos radere quid sit. 740.a.
 Pingue capitur pro eccellente. 446.b.
 Piscatores duo sunt in mundi mari. 477.a.
 Piscatores hominum sunt concionatores.

res, non diuitiarum. 472.b.
 Piscatores cur deus elegerit. 473.a. 705.a.b.
 Piscator dicitur Christus. 471.a.b.
 Piscator dicitur dæmon. 471.a.b.
 Placentula quid significet. 494.a.
 Plato docuit vnum esse principium. 644.b.
 Plato in lege dei fuit versatus. 225.a.
 Plato fuit Homerus philosophorum. 471.b.
 Plaudere super femur est ostendere signum doloris. 354.b.
 Plaudere manu ad manū quid significet. 356.b. cum sequentibus.
 Plorare mortem animæ laudabile est. 127.a.
 Plorare mortuos piū est. 459.a.
 Plorare & ingemiscere quomodo dicatur deus. 357.a.
 Plumę vanitatis projiciendæ sunt in locum cineris. 285.a.b.
 Pluuia pro doctrina accipitur. 374.b. cum sequentibus. 556.a.
 Pœnitentiæ sacramentum admirabile. 698.b.
 Pœnitentia peccatoribus necessaria. 681.a.
 Pœnitentiæ vis. 307.a.b. 343.a.b.
 Pœnitentia secunda tabula post naufragium. 536.b.
 Pœna duplex est. 403.a.
 Pœna consideratur dupliciter. 306.a.
 Pœnitentia est ex lege naturæ. 344.b.
 Policratis regis Samiæ occasus. 503.b. 504.a.
 Polypi natura. 502.a.
 Ponderibus duobus vti quare in lege fuerit prohibitum. 29.a.
 Pondus peccati non sentiunt impij. 465.a.
 Ponere faciem contra aliquem quid sit. 120.a.
 Ponere viam in capite quid sit.
 Ponere in caput alicuius flagitia est illum punire. 202.a.
 Ponere cor in vijs quid sit. 735.b.

Kkk 3 Pons

Index alphabeticus

Pons est digna misericordia. 275.
 a.b.
 Ponere animā in manibus est obijcere
 vitam periculo. 79. a.b.
 Pontifex maximus recte concedit indul-
 gentias. 688. b.
 Pontifex maximus summam habet au-
 thoritatem. 741. a.b. cum sequen-
 tibus.
 Populus principem imitatur. 769. b.
 Populus Israeliticus cum oliua compa-
 ratus. 612. a.
 Populus Israeliticus appellatur filius dei.
 353. a.
 Populus Christianus fuit adumbratus in
 Jacob. 537. a. b. cum sequen-
 tibus.
 Populus Iudaicus fuit adumbratus in
 Esau. 537. a. b. cum sequen-
 tibus.
 Porta Orientalis quid significat.
 762. b.
 Porta Orientalis clausa est virgo dei ge-
 nitrix. 730. b.
 Porta accipitur pro fortitudine. 425. a.
 Porta inferni quæ sint. 425. a.
 Portas possidere quid sit. 425. a.
 Portare animam in manibus est versari
 in periculo. 79. a.b.
 Porta nomine quid significetur. 424. b.
 425. a.
 Porta ecclesie multæ sunt. 652. b. cum
 sequentibus.
 Porta cæli dicitur virgo Maria. 731.
 a.b.
 Porta clausa in templo erat virgo Ma-
 ria. 733. b.
 Porta clausa in templo est sacra scriptu-
 ra. 733. b.
 Porta clausa in templo quid sit. 733. b.
 Potentia exit aliquando in superbiam.
 492. a.
 Potentia periculosa. 201. b. 508. a.b.
 Potentia debet subijci sapientie. 513. a.
 Potentia dicitur cornu. 478. b.
 Potestas est duplex in ecclesia. 797. a.
 Potestas spiritualis, & potestas corpora-

lis. in ecclesia. 797. a.
 Præceptum de amore quare dicitur no-
 uum. 581. a.b.
 Præceptum charitatis maximum & pri-
 mum. 388. a.
 Præmeditata mala minus feriunt. 430. a.
 Præful qualis esse debeat. 551. a. 688. a.b.
 85. a.b.
 Præfules multi in ecclesia excellentes.
 381. b.
 Præful debet esse in medio. 7. a.
 Præful diligens est murus ecclesie. 612. b.
 Præful debet esse carrus & auriga. 50.
 a.b.
 Præful debet esse speculator. 50. b.
 Præfulis officium & munus. 85. a.b. 369.
 a.b. 522. a.b. 523. a. 544. a.b. 545. a.b.
 749. a.
 Præfules sunt bases cum leonibus scul-
 ptis. 86. a.
 Præfules qui non concionantur fures di-
 cuntur. 381. a.
 Præfulis clementia. 319. a.b. 297. a.b.
 Præful dicitur fenestra. 659. b.
 Præscientia diuina vocatur liber. 171. b.
 Præmio & pœna gubernatur respubli-
 ca. 646. b. 453. a.
 Primum mobile alios cœlos mouet.
 404. b.
 Prima gratia non est operum remunera-
 tio. 687. b.
 Principia ab aliquibus asserta. 8. a.
 Prima causa deus est. 237. b.
 Principis christiani officium. 50. a. 297. a.b.
 Princeps vocatur pastor. 319. a.b.
 Principis pietas & clementia. 319. a.b.
 Principis munus & officium. 319. a.b. cū
 sequentibus. 7. a. 50. a.b. 85. a.b. 369. a.b.
 86. a.
 Princeps impiorum est diabolus. 470. a.
 Principis sapientis vtilitas. 443. a.
 Princeps dicitur fundamentum. 484. b.
 Principum ruina. 503. b. 507. b. 508. a.
 Princeps debet esse in medio. 555. b.
 Princeps quare comparatur cum Che-
 rub. 688. a.
 Principes dicuntur columnæ. 668. b.
 Prin-

rerum memorabilium &c.

Principis diligentia & cura. 688. a.
 Principis & præfulis iustitia & miseri-
 cordia. 688. a.
 Principis præmium erga bonos, & pœ-
 na erga malos. 688. a.b.
 Princeps qualis esse debet. 688. a.b. cum
 sequentibus. 749. a.b.
 Principum vita est plena laborum.
 699. a.b.
 Princeps non est dominus substantie po-
 puli. 768. b.
 Princeps & præful debent esse sapientes.
 441. b. cum sequentibus.
 Principis iustitia. 452. b. 453. a.
 Præparatio ad gratiam. 56. a.b.
 Probaticæ piscinæ motus significat cala-
 mitatem. 33. b.
 Prodigii reprehenduntur. 301. b.
 Prometheus quare dicitur creator ho-
 minum. 442. b. 616. b.
 Prophetæ vocabantur nuntij. 394. a.
 Prophetæ dicebantur videntes. 302. b.
 328. b. 3. b.
 Prophetæ appellantur nubes. 762. b.
 Prophetæ signo visibili aliquando vati-
 cinabantur. 599. b.
 Prophetarum vaticinia sunt de Chri-
 sto. 479. b.
 Propheta appellatur os domini. 328. b.
 Prophetæ officium. 217. b. cum sequen-
 tibus.
 Prophetia quid sit. 3. b. 10. a. 137. a.
 410. b.
 Propheta intelligit quæ dicit. 3. b.
 Propitiatio pro peccatis nostris Chri-
 stus est. 765. a.
 Propitiator noster est Christus. 765. a.
 Propitiatorium Christum adumbrabat.
 678. a.
 Propitiatorium locus erat, vbi deus lo-
 quebatur. 661. a.
 Profusio & prodigalitas & superfluitas
 vituperantur. 274. b. 475. a.
 Prolepsis figura quæ sit. 3. b.
 Profopœtia freques in diuinis literis.
 454. a.
 Prosperitas mundi cum nube compa-

rarur. 53. b.
 Prosperitas mundi est hædera Iona.
 55. a.
 Prosperitas & felicitas mundi sunt ima-
 gines & picturæ & simulachra. 122. a.
 Prosperitas terræ est nouerca virtutum.
 140. a.
 Prosperitas impiorum similis est somnio.
 156. b. 457. b. 458. a.
 Prosperitas periculosa. 227. b. 285. b. cū
 sequentibus. 487. a.b. 628. b.
 Prosperitas mundi fallax & inanis. 417.
 a.b.c. cum sequentibus. 436. b. 437. a.
 Prosperitas vnus est calamitas alterius.
 425. b. cum sequentibus.
 Prudentia carnis est perniciosa. 443. b.
 Prouerbiū quid sit. 300. a.
 Prouidentia dei. 416. a.
 Puella tradita Naaman Syro est anima.
 407. a.
 Pulchritudo corporis periculosa est. 258.
 a.b.
 Punitio vtilitas. 234. a.b. 235. a.
 Punitur vnusquisque ob propria pecca-
 ta. 300. b.
 Puniri vnum pro alio quomodo intelli-
 gatur. 306. a.b.
 Punitur quis pro quantitate & qualitate
 criminum. 379. a.
 Purgatorij locus. 763. a.
 Pythagoræ præceptum. 513. a.
 Pythagoras erat magister silentij. 703. a.
 Pythagoræ dictum, homines mutari in
 bruta, quomodo intelligatur. 238. b.
 Pythagoræ symbolum declaratur. 291. b.
 Pythagoræ apophthegma explicatur.
 297. a.
 Q. Vadragesimale ieiunium fuit insti-
 tutum ab apostolis. 270. a.
 Quadragenarius numerus significat af-
 flictionem. 676. a.
 Quadratum corpus laudabile. 651. b. 652. a.
 Quadratura in architectura primas ha-
 bet. 652. a. 23. b. 24. a.
 Quadratura significat perfectionem. 795. a.
 Quarta dies quid significet. 499. a.
 Kkk 4 Qua-

Index alphabeticus

Quaternarius numerus perfectus. 499.a.
23.b. 83.b.
Quatuor flumina paradisi designabant
euangelistas. 19.b.
Quatuor euangelistæ sunt quatuor ele-
menta mundum nouum sustentantia.
19.b. 20.a.
Quatuor euangelistæ sunt quatuor flu-
mina paradisi. 19.b.
Quatuor animalia Ezechielis vnū erāt.
20.b. 15.a. 184.b. cum sequentibus.
Quatuor hominum generationes. 460.
b. cum sequentibus.
Quies animi est felicitas quædā. 131.a.
Quies est vacatio à laboribus. 381.b.
Quies miscenda est laboribus. 766.a.
Quietem verā solus deus tribuit. 465.a.
Quinquagenarius numerus quid signifi-
cet. 749.a.

R.

Rapacitas est expellēda ex vrbe. 297.a.
Ratio & fides sunt duæ stellæ nauta-
rum. 649.a.
Rationale sacerdotis describitur. 84.b.
Rationale obsequiū quid sit. 725.b. 726.a.
Rebecca fuit figura virginis Mariæ.
257.a.b.
Reformari in nouitate spiritus quid sit.
198.a.b.
Regere alios difficile est. 548.b.
Regnum Christi est æternum. 195.b.
Regnū quomodo appelletur felix. 601.b.
Regnum Iudæorum fuit in duo regna
diuisum. 383.b.
Regula Lesbica quid sit. 647.a.
Religio est puella Israelita. 549.b.
Religiones non sunt vituperandæ. 715.b.
Reliquiæ Iudæorum saluandæ. 124.b.
Reliquiæ sanctorum honorandæ sunt.
592.b.
Remora pisculus, qui nauē sistit, est pro-
pria voluntas. 37.b.
Remoræ natura admirabilis. 37.b. 38.a.
Renouatio spiritus. 198.a.b.
Repentina mala vidētur grauiora. 430.a.
Reprehensoris officium. 530.a.b. 531.
a.b.

Reprobi & improbi differentia. 454.b.
cum sequentibus.
Requies animi inquirenda. 464.b.
Respicere in aliquem est illi fauere.
222.b.
Respublica priuata iusto gubernatore in
tenebris dicitur esse. 601.b.
Respublica duobus regiminibus guber-
natur. 668.b. cum sequentibus.
Resurrectio corporum ostenditur. 594.
b. cum sequentibus.
Rete diaboli os habet apertum, sed exi-
tum diffilem. 472.a.
Rex appellatur clypeus. 466.b. 398.
a.b.
Rex dicitur græcè basileus. 484.b.
398.a.
Rex appellatur femur & basileus. 398.a.
Regis officium. 545.a.b. 481.b.
Reges vngebantur, & dicebantur Chri-
sti. 467.a.
Regis sublimitas. 297.b.
Rex qualis esse debeat. 738.a. 753.a.
461.b.
Regum & sacerdotum differentia. 715.
b. cum sequentibus.
Reges non sunt subditi sacerdotibus in
temporalibus. 752.b.
Rex intelligitur per medullam cedri.
292.b.
Rex & sacerdos vngebantur. 21.b.
Rex est Christus. 360.b. cum sequen-
tibus.
Rhamataim erant duæ ciuitates. 525.a.
Romana ecclesia est catholica & vniuer-
salis. 34.b.
Romana ecclesia est turris Davidis.
519.b.
Romanæ ecclesiæ fides illibata. 568.b.
cum sequentibus.
Romanus pontifex est successor beati
Petri, & totius ecclesiæ pastor. 569.
a.b. cum sequentibus.
Romanus pontifex est verus Christi vi-
carius, & in vniuersum orbem tenet
primatum. 570.a.
Roma fuit donata ecclesiæ ab impera-

rerum memorabilium. &c.

ratore. 610.b.
Romani antiqui Gentiles dixerunt ani-
mam esse immortalem. 225.b.
Romuli prudentia. 752.b.
Rota viua laboris est vita nostra. 409.b.
Rota in medio rotæ quid sit. 341.a.
35.a.
Rotarum nomine viri iusti significatur.
34.a.b. 37.b.
Rotæ quas vidit Ezechiel, quare erant
quatuor. 34.a.
Rota quare comparatur visioni maris.
34.b.
Rotunditas laudatur. 680.b.

S.

Saba ubi sit. 447.a.
Sabbati festum mutatum in diem do-
minicam. 333.a.
Sabbatum in lege vetere tenebantur ser-
uare Iudæi. 344.a.
Sacerdotis officium. 753.a. 738.a.b.
Sacerdotis dignitas. 660.a. 752.a.
Sacerdos consecrat vt dei minister.
682.b.
Sacerdotis peccata non impediunt sa-
cramenti effectum. 692.b.
Sacerdotes omnes erant leuitæ, sed non
omnes leuitæ erant sacerdotes.
731.b.
Sacerdotum & regum differentia. 751.
b. cum sequentibus.
Sacerdotium Aaronicum antiquatū &
abiectum fuit. 738.b.
Sacerdotum iustitia. 737.b.
Sacerdotis & præfulis præstantia.
84.b.
Sacerdos non debet obliuisci legis diui-
næ. 42.b.
Sacerdos ministrat sacramenta gratiam
conferentia. 163.a.
Sacerdotis potestas. 163.a.
Sacerdos etiam sceleratus conficit sacra-
mentum. 163.a.
Sacerdos sceleratus prodest alijs, sibi au-
tem nocet. 163.a.b.

Sacerdotis puritas magna esse debet.
163.b.
Sacerdos grauius peccat quam laicus.
168.a.
Sacerdotium Christi nobilius sacerdo-
tio Aaronis. 171.b. cum sequentibus.
Sacerdotes Dianæ. 530.b.
Sodoch idem est quod iustus. 738.a.
Sacra scriptura multos habet sensus.
551.a.
Sacre scripturæ difficultas. 671.a. b. cum
sequentibus.
Sacre scripturæ encomium. 771.a. b.
Sacre scripturæ profunditas. 775.b.
776.a. b.
Sacra scriptura mons est. 238.b.
Sacramenta sunt riui ecclesiæ. 779.b.
Sacramenta ecclesiæ gratiam conferunt.
607.a.
Sacramentum eucharistiæ in lege figu-
ratum. 772.b.
Sacramenta cur septem sint. 607.b.
Sacramenti eucharistiæ veritas. 106.b.
107.a.
Sacramentum eucharistiæ cur appella-
tur sacrificium. 736.b.
Sacramentum confessionis. 399.b. 70.a.
664.a. b.
Sacrificia carnalia quatenus talia erant,
& per se deo non placebant. 263.a.
Sacrificia veteris legis non in æternum
duratura. 279.b.
Sacrificia veteris legis manent iuxta spi-
ritum. 279.b. cum sequentibus.
Sacrificia & cæremoniæ veteris legis
vsque ad Christum erant. 435.b.
Sal quid significet. 726.b.
Sal quare dicantur præfules. 529.a. b.
Sali comparatur concionator, & quare.
251.b.
Salomon fuit figura Christi. 195.b. cum
sequentibus. 676.b.
Salomon idem est quod pacificus.
196.a.
Salomonis epistolę ad regem Tyri ser-
uabantur à Tyrijs tempore Ioseph.
258.a. 424.a.

Index alphabeticus

rerum memorabilium.&c.

Salutare appellatur Christus. In proce-
mio.
Samarita fuit ad fidem Christi conuersa.
278.a.
Samaritana mulier fuit admirabilis au-
cula. 580.a.
Samuel fuit iustus & propheta non au-
tem sacerdos. 752.b.
Sanctificari nomen domini quid sit.
578.b.
Sanctissimæ trinitatis vna est voluntas.
41.b.
Sanctuarium dicitur templum. 406.b.
119.a.
Sanctū, sanctuariū, sanctificatio quid
sint. 607.a.
Sanctorum communio quid sit. 607.a.
Sanctum sanctorum quid significet.
674.b.
Sanguis accipitur aliquando pro mor-
te, aliquando pro vita. 87.b.
Sanguis quid significet. 167.b. 305.a.
Sanguis significat peccatum. 167.a.
Sanguis & aqua ex latere Christi quid si-
gnificent. 173.a.
Sanguis Christi fuit clavis paradisi.
331.b.
Sanguis Christi. 408.a.
Sanguis eius super caput eius hebrai-
mus est. 533.b. cum sequentibus.
Sanguinis Christi pretium. 725.a.
Sanguinem requirere de manu alicuius
quid significet. 87.a.b.
Sanguinis acceptiones in sacris literis.
87.a.b.
Sanguinum viri vocantur homicidæ.
167.a.
Sanguinum ciuitas ea dicitur, vbi re-
gnat crudelitas. 369.b.
Samir mons vbi sit. 441.a.
Sanson dormiens in sinu Dalilæ quid si-
gnificet. 36.a.
Sanson fuit Christi figura. 54.a.
Sapientia diuina comparatur auro.
645.b.
Sapientia comparatur igni & splendori.
32.b.

Sapientia depromitur ex fonte diuine sa-
pientia. 37.a.
Sapientia cibus est suauissimus. 67.a.
Sapientia vera quæ sit. 73.b. 443.
a.b.
Sapientia vera carent infideles. 73. a. b.
443.b. 444.a. 707.a.
Sapientia est diuinum aurum. 180.a.
Sapientia mundi ignorantia est. 443.b.
Sapientia & potentia debent copulari.
443.a.
Sapientia huius mundi stultitia est.
456.b.
Sapientes laudantur. 441.b. cum sequen-
tibus.
Sapiens virtute præditus multos illu-
strat. 33.a.
Sapientes eligendi sunt ad reipublicæ
gubernationem. 441.b. cum sequen-
tibus.
Sapientia fons est Christus. 444.a.
Sapientia vera est cum virtute coniun-
cta. 706.b.
Sapphiri gemma splendida. 41.b.
Sapphirus lapis quid significet. 171.b.
Saturitas periculosa. 269.b. cum sequen-
tibus.
Saul & David non fuerunt electi in re-
ges à sacerdote, sed à deo. 752. a. b.
Saulis scyphus & hasta quid significet.
308.a.
Saulis mortem plorauit David. 440.a.
Scala Iacob erat Christi incarnatio.
20.b.
Scala Iacob figura fuit crucis. 722.a.
Scala Iacob est via ad cælum. 63.b.
Scalæ Iacob interpretatio.
Sceleratus omnis est insanus. 706.b.
Scelera sunt labores & furia. 402.a.b.
Scelera sunt arma, quibus impij trucidan-
tur. 345.a.
Scelera deploranda sunt. 127.a.
Scelera nostra aduersus nos pugnant.
133.b.
Sceptra quare est absque folijs. 546.b.
Sceptri nomine quid significetur.
152.b.

See-

Sceptra non fuit ablatum à Iuda in
Chaldæa. 373.a.b.
Scylluri Scythæ apophthegma. 179.b.
Scyphus Saulis quid significet. 308.a.
Scientia nonnullos instruit, quos non il-
luminat. 329.a.
Scientia absque charitate inflat. 329.a.
Scientia necessaria præfili. 546.b.
Scientia abscondita inutilis est. 643.b.
Scientia debet communicari. 643.b.
Scientia debet esse cum virtute copula-
ta. 718.a.
Scisio veli templi significauit patere adi-
tum ad cælum per mortem Christi.
674.a.
Scopus prophetarū est Christus. 479.a.
Scopus noster Christus esse debet. 97.b.
Scripturæ sacræ difficultas. 67.a.b. cum
sequentibus.
Scriptura sacra multos sensus habet.
551.a.
Scripturæ sacræ encomium. 75.a.b.
Scripturæ sacræ profunditas. 775.b. 776.
a.b.
Scriptura diuina mons est, quo impius
non debet accedere. 238.b.
Scripturæ diuinæ studium necessarium
concionatoribus. 539.a.
Scripti qui sint in libro vitæ. 220.a.
Seculum est speculum rerum inuisibi-
lium. 16.a.
Securis quid significet. 159.a.
Sedechias oculis priuatur. 2.a.
Sedere quid significet. 145. b. cum se-
quentibus.
Sedere significat consuetudinem & fa-
miliaritatem. 11.b.
Sedere in peccatis quid sit. 606.b.
Sedes doloris est cor. 404.a.
Seir mons in terra Edom. 416.a.
Seir idem est quod pilosus. 416.a. 562.b.
Seir mons Idumææ. 562.a.b.
Sem filij Noe filij & successores. 444.
b. cum sequentibus.
Sempiternum in literis diuinis quid si-
gnificet. 279.b.
Sennacherib interitus. 497.a.

Senarius numerus pertinet ad mundi
creationem. 658.a.
Senario numero significantur creature.
646.a.
Senex debet præstare consilio. 142.b.
Senex grauius peccat quam iuuenis. 23.
a.b.
Senectutis apex est consilium. 143.a.
Sensus sunt portæ intellectus. 644.a.
Septenarius numerus familiaris He-
bræis. 626.b.
Septenarius numerus quid significet.
412.b.
Septenarij numeri mysteria. 806.b. cum
sequentibus. 607.b. 608.a.b.
Septenarius numerus multitudinem si-
gnificat. 154.b.
Septem sapientes Græciæ iniusto titu-
lo hoc nomen possederunt. 73.b.
Septuaginta & duo fuerunt discipuli
Christi. 161.b.
Septuaginta duo quare fuerint discipuli
domini. 161.a.b.
Sepulchrum Christi est arca testamen-
ti. 121.a.
Sepeliri dicitur colligi & congregari.
473.b.
Sequi Christum debemus. 37.b.
Sequi Christum quid sit. 38.b.
Sequi Christum felicitas est. 216.a.
Sarcasmus figura. 137.b.
Serpens quem extulit Moyse, Christū
adumbrabat, ideo eneus erat. 25.b.
Serpens est symbolū prudentiæ. 555.b.
Serpens eneus figura crucis Christi. 298.
b. 641.b.
Serpentiū noīe intelliguntur impij. 28.b.
Serpens Moyse cur fuit eneus. 25.b.
Setubal ciuitas condita à Tubal. 445.a.
Setubal ciuitas Lusitanie antiquissima cin-
cta muro iaspideo admirabili. 445. a.
Scrui deo regnare est. 130.b.
Seruitus babilonica est impietas. 194.b.
Seruitus miserrima est seruire peccatis.
597.a.
Seruire deo simul & mundo nemo po-
test. 580.a.

Si,

Index alphabeticus

Si particula ponitur pro non. 412.a.
 Sidon vrbs Fœnicix. 441.b. 464.a.
 Siene vrbs vbi sit sita. 475.b.
 Signari Christo salutem consequuntur.
 61.a.b. cum sequentibus.
 Signari litera thau quare vitam habeat.
 161.a.b. cum sequentibus.
 Signum doloris & luctus olim erat ca-
 put nudare. 405.a.
 Signum quid significet. 738.b.
 Signa doloris quæ erant olim. 448.a.
 Silari fluij natura. 61.b.
 Siloe sacramentum confessionis figura-
 bat. 37.a.
 Siloe quid significet. 664.a.
 Simandri regis sepulchrum. 545.b.
 Sion dicitur mons altus. 342.a.
 Sionis nomine intelligitur ecclesia.
 342.a.b.
 Smagradus insignis gemma quid signi-
 ficet. 45.b.
 Smagradus est anima nostra. 191.a.
 Socrates duas esse vias animarum asse-
 ruit. 226.b.
 Socratis encomium. 443.b.
 Socrates sapientiam non separabat à vir-
 tute. 526.b.
 Sol, lux, & splendor gloriæ est Chri-
 stus. 479.a.
 Solis & lunæ & cœli obscuritas quid sig-
 nificet. 515.a.
 Solis nomine intelligitur princeps ec-
 clesiasticus. 515.b.
 Sol obediuit Iosue, auaritia non. 273.
 a.b.
 Sol quem signum tenuit in mundi crea-
 tione. 4.a.
 Solonis dictum de præmio & pœna.
 453.a.
 Solonis apophthegma. 504.a. 507.b.
 Solitudo utilis. 89.a.
 Soluere calciamenta de pedibus
 est mortiferas labe deponere.
 25.a.
 Sophim significat speculatores. 525.
 a.
 Spatium septuaginta annorum dicitur

æternum. 432.a.
 Spes in deo figenda. 535.a.
 Speculum cogitationis nostræ. 56.a.
 Speculatoris & cõcionatoris officium.
 84.b. 528.b. cum sequentibus.
 368.b.
 Specus Dalmatiæ admirabilis. 364.a.
 Spicas cur deus præcepit igne torreri.
 31.b. 32.a.
 Spiritus appellatur ab Hesiodo amor.
 8.a.
 Spiritus sanctus apparuit in specie colū
 bæ & ignis. 177.a.
 Spiritus sanctus in suis operationibus li-
 ber est. 593.b.
 Spiritus sancti operationes. 593.a.b.
 Spiritus sanctus dicitur fluius. 605.a.
 Spiritus quid significet. 606.a.
 Sphinges quare in templis gentiliū pin-
 gerentur. 703.a.
 Spolia fortium quæ sunt. 613.a.
 Spontaneum holocaustum quid sit.
 766.a.
 Stare super pedes quid sit. 57.a.
 Stare in gladijs quid sit. 538.b.
 Statera iusta quæ sit. 753.b.
 Statio quid sit. 438.a.
 Statuæ Dedali fugiebāt, nisi constringe-
 rentur. 12.b.
 Statua falsi vxoris Loth quid significet.
 27.a.
 Statua falsi permanfit vsque ad ecclesiæ
 tempus. 27.a.
 Statua vxoris Loth cur ex fale fuit.
 27.b.
 Statuæ Nabuchodonosoris interpreta-
 tio. 170.a.
 Statuæ accipiuntur pro trophæis.
 427.b.
 Statuæ significationes. 427.b.
 Statuæ cur ponerentur olim. 428.
 a.b.
 Statua Titi Liuij quare clauderetur.
 506.b.
 Stellarum nomine intelliguntur mona-
 chi. 515.b.
 Stater quid sit. 103.a.

Stil-

rerum memorabilium. &c.

Stillare siue pluere idem est quod doce-
 re. 345.b.
 Stoici constituerunt duo principia hilē
 & deum. 8.a.
 Stoicorum opinio de insensibilitate re-
 prehenditur. 404.b.
 Stuprum filiarum Loth. 415.b.
 Subditi regem imitatur. 359.b. 360.a.b.
 Subtilitas nimia vituperatur. 174.b.
 Summi pontificis titulus. 532.a.
 Summi pontifices sunt successores Pe-
 tri. 568.b.
 Summus pontifex est caput ecclesiæ.
 693.a. 693.b.
 Summus pōtifex habet clauēs regni cœ-
 lorum. 693.a.
 Summi pontificis autoritas. 641.a.b.
 Superbus describitur. 268.b. 406.b.
 Superbia est centrum iniquitatis. 268.b.
 Superbia detestabilis. 295.a.b. 379.a.
 Superbiæ & humilitatis discrimen.
 367.a.
 Superbia est perniciofa. 452.a.b.
 700.b.
 Superbia Luciferi. 407.a.
 Superbiæ officium. 452.a.b.
 Superbia regis Tyri. 453.b.
 Superbi sunt insipientes. 463.a.
 Superbia obæcat. 463.a.
 Superbia est initium omnis peccati.
 268.b. 661.b.
 Superbis resistit deus, humilibus autem
 dat gratiam. 14.b. 322.b.
 Superhumale copulari rationali quid
 sit. 84.b.
 Supplicium nostrum quomodo velit
 deus. 308.b.
 Susanna mirabiliter liberatur. 401.b.
 Synagoga repudiata est. 710.a.
 Synagogæ abiectio. 154.a.b.
 Synagoga est Agar errans in solitudi-
 ne. 261.a.b. 539.b.
 Synagogæ & ecclesiæ differentia. 296.
 a.b.
 Synagoga antiqua dicitur populus ho-
 norificatus. 317.b. cum sequen-
 tibus.

Synecdoche figura. 256.b. 286.b.
 Syria sonat elationem. 407.a.
 T.
TAbernaculum Moyfi quid figura-
 bat. 673.b.
 Tabernaculi descriptio. 673.b.
 Tabernaculum figura fuit ecclesiæ.
 714.b.
 Tabula Augusti Cæsaris. 507.a.
 Tacere ad deum quid sit. 631.b.
 Tamorlani crudelitas. 516.a.b.
 Tamorlanus appellabat se iram dei.
 516.b.
 Tamorlani victoriæ. 516.a.b.
 Tartarorum pœnæ. 505.b.
 Tau litera quid significabat. 171.a.b. cū
 sequentibus.
 Tau mortem significat. 163.b.
 Temman regio est in terra Gebalitica.
 419.b.
 Temperantia laudatur. 376.a.b.
 Templum concordix in monte Palati-
 no. 197.b.
 Templum pacis in via sacra. 197.b.
 Templum appellabatur sanctuarium, &
 gloria imperij Iudæorum. 406.b.
 Templum Ezechielis admirabile. 66.a.
 Templum Ezechielis diuersum à tēplo
 Salomonis, & à secundo tēplo. 636.a.
 Templi Salomonis structura. 149.a.
 Templi descriptio. 650.a.b. cū sequen-
 tibus.
 Templum Salomonis figura ecclesiæ.
 674.b.
 Templum dei dicitur vir iustus, & san-
 ctuarium. 119.a.
 Tēpli inæqualitas quid significet. 876.b.
 Templum fuit domus orationis. 682.b.
 Templum perpetuitatis fuit in Christi
 natiuitate. 732.b.
 Templum dicebatur Libanus. 286.b.
 Tempus quid sit. 2.b. 3.a.
 Tempus impij non habent. 2.b.
 Tempus quomodo numeretur. 3.a.
 Tentationes diaboli. 98.b.
 Tentationes sunt machinæ & munitio-
 nes inferni. 5.b.

Index alphabeticus

rerum memorabilium. &c.

Tentationes Christi. 164. b.
 Tentatio duplex. 596. a.
 Tentauit Heuam diabolus per gulam. 269. b.
 Tentatio utilis. 98. b. 99. a. b.
 Ternarius est primus numerus. 82. b.
 Terræ vmbilicus est periphraſis Iudææ. 613. b.
 Terræ parua quantitas. 84. a. b.
 Terra est punctum, & centrum mundi. 93. b.
 Terra viuentium quæ est. 96. a. 432. b.
 Terræ bona dat nobis deus, cum ei ſerui mus. 116. a.
 Terra est villica dei. 116. a.
 Terra non est patria, ſed exilium. 134. b.
 Terræ nomine cœlū intelligitur. 220. a.
 Terra promiſſionis nunquam tota fuit poſſeſſa à filijs Iſraelis. 330. b.
 Terra viuentium dicitur Iudæa. 433. a.
 Terra vinetium quid ſignificet. 520. b.
 Terra promiſſionis dicitur terra dei. 614. b. cum ſequentibus.
 Terra est mater noſtra. 634. a.
 Terrena cum cœleſtibus fuerunt coniuncta in Chriſti incarnatione. 20. b.
 Terreni homines. 134. b.
 Terræ nomine intelligitur Iudæa. 499. a.
 Teſtamētum nouum fuit in vetere promiſſum. 561. b. 279. b.
 Teſtamenti noui & veteris differentia. 75. b. 493. a. b.
 Teſtamenti noui præſtantia. 75. b. 279. b. 280. a.
 Teſtamētum nouum abrogauit vetus. 261. b. cum ſequentibus.
 Teſtamentum nouum fuit confirmatū ſanguine Chriſti. 262. b.
 Teſtamentum nouum fuit inſuſum in vetere. 479. a.
 Teſtamentorum natura. 491. a.
 Teſtamentum nouum eſt pactum ſempiternum. 281. a.
 Teucra hodie dicitur Turcia. 445. b.
 Thaphni ciuitas Aegypti. 490. a.
 Tharſis in diuinis literis quid ſignifi-

cat. 49. a.
 Tharſis variæ ſignificationes. 49. a.
 Theſaurus verarum opum in cœlis eſt. 272. b.
 Theſaurus diuitis cum liene comparatur. 139. b.
 Theſaurum diuitiarum facere debemus in cœlo. 272. b.
 Theſaurus meritorū Chriſti & ſanctorum eſt in eccleſia. 683. a. b.
 Thimantis pictoris conſideratio. 717. b.
 Thubal eſt Hispania. 444. b. 522. a.
 Thubal intruxit Hispanos. 345. a.
 Thubal primus Hispanorū rex. 445. a.
 Thubal prima Hispaniæ ciuitas. 445. a.
 Tobix cæcitatſ allegoria. 274. a.
 Tigris fluuius. 421. b. 432. a. b.
 Timor bonus eſt. 649. b. cum ſequentibus.
 Timor eſt ſera introducens linum amoris. 649. b.
 Timor dicitur porta. 649. b.
 Titus & Veſpaſianus poſuerunt vaſa tēpli Salomonis in templo pacis. 197. b.
 Traiani dictum. 139. b.
 Tranſfiguratio Chriſti. 678. b.
 Tranquillitas animæ. 464. b.
 Tranquillitas mentis qualis eſſe debet. 404. b. 405. a.
 Tranquillitas perpetua non eſt in mundi rebus. 363. b.
 Tribulatio utilis. 6. a. b. 7. a. 10. b.
 Tribulationis commodum. 707. b.
 Tributa regibus debentur. 769. b.
 Triginta millia deorum colebant Gentiles. 455. b.
 Trinitatis myſterium eluxit in mundi conſtitutione. 8. b.
 Trinitas fuit ab Ezechiele perſpecta. 42. b. cum ſequentibus.
 Trinitatis ſanctæ myſterium. 542. b. 652. b. 393. b.
 Trismegifti laus. 598. b.
 Triumphus Chriſti in ingreſſu Hieroſolymæ. 207. a. b.
 Troia ita denominata à Troo. 445. b.
 Troia quædam euerſa in Luſitania iux-

ta Setubalum. 445. a.
 Tubæ ſignificant preces & orationes. 5. b.
 Tubæ ductiles Moyſi conciones ſignificabant. 252. a.
 Turci quare nos vincunt? 133. a. 613. a.
 Turci ſunt ex Scythia. 609. b.
 Turcorum interitus. 610. a. b. 613. a. b.
 Turrium & murorum nomine qui intelligantur. 426. b.
 Tyranni ſunt membra Antichriſti. 612. b.
 Tyranni ſignificantur per aquilam & halietum. 297. a.
 Tyrannus comparatur cum leone. 512. b.
 Tyranni vocantur venatores. 523. a.
 Thyruſ metropolis Fœnicix. 424. a.
 Tyruſ vocabatur quondam Sarrac. 424. a.
 Tyruſ deſcribitur. 424. a. b.
 Tyruſ fuit ad Chriſti fidem conuerſa. 427. a.
 Tyri euerſio. 429. a. 434. b. 435. a.
 Tyruſ fuit bis euerſa. 434. b.
 Tyruſ colonia Sidonis, & Carthago Tyri. 464. a.

V.

Valentis imperatoris excidium. 564. a.
 Vanitas vituperatur. 285. a. b. cum ſequentibus.
 Vani homines ſimiles ſunt conchilijs. 452. a. b.
 Varietas mundi. 484. a.
 Vas quid ſignificet in diuinis literis. 152. b.
 Vaſis ſignificata. 170. a. b. cū ſequentibus.
 Vaſ multa ſignificat. 212. a. b. 213. a. b.
 Vaticinium triſte & criminatorium appellatur. 208. a.
 Venatores vocantur tyranni. 523. a.
 Venator non accipitur in bonam partem. 525. b.
 Venatorum nomine quid ſignificetur. 523. a.

523. a.
 Ventus turbo & procella ſignificant calamitates. 14. a.
 Ventus eſt proſperitas mundi. 436. b. 436. a.
 Verbum domini capitur pro prophetia. 10. b.
 Verbum dei Chriſtus eſt. 51. b.
 Verbum dei appellatur dei filius etiam ab antiquis Gentilibus. 51. b.
 Verbum dei eſt opifex mundi. 51. b.
 Verbum dei dicitur gladius. 50. b. 489. a.
 Verba dei ſunt dulciſſimæ dapes. 74. b.
 Verborum dei vis & excellentia. 74. b.
 Verbum dei fauſ Sanſonis. 74. b.
 Verba dei ſunt mirabiles reliquæ. 75. b.
 Verbi dei meditatio. 76. b.
 Verbum dei habere debemus in corde & in manibus. 80. a. b.
 Verba dei ſunt arma, quibus debemus dæmones ſuperare. 80. b.
 Verbum ſignificat quancunque rem. 20. a. b.
 Verbi dei quomodo nominetur. 592. a.
 Verbi dei vis admirabilis. 592. a. b. 756. b.
 Verbum dei quid ſignificet. 592. a.
 Verbum dei dicitur buccina. 532. a. b.
 Veritas ad voluntatem aliquando referatur. 315. b.
 Veritatem facere eſt candidè operari. 315. a.
 Veritas diligenda eſt. 545. b.
 Veritas duplex eſt. 315. b.
 Veritas quid ſit. 315. b.
 Veſtes Aaronis. 186. b. 171. b.
 Via vitæ arcta eſt, mortis lata. 286. a. cū ſequentibus. 680. b. 681. a.
 Via accipitur pro viuendi ratione. 577. a.
 Via vna ad beatitudinem. 668. a.
 Viæ multæ ad beatitudinem. 667. b. cū ſequentibus.
 Videre viſiones dei hebraiſmus eſt. 10. a.

Videre

Index alphabeticus

Videre accipitur pro delectari. 231.a.
 Vigilare debemus. 36.a.b.
 Vigilare est proprium præfulis. 86.b.
 Vigilantia pastoris describitur. 86.a.b.
 Villæ & oppida dicuntur filia. 426.b. cum sequentibus.
 Villa empta quid significet. 690.b. cum sequentibus.
 Villicus iniquus quare laudetur. 303.b.
 Villicus & dispensator est homo suorum bonorum. 140.a.
 Vineæ appellata est domus Israelis. 245.b.
 Vincens vitia vinci non potest. 6.a.
 Vindicta & vitio prohibetur. 418.b. cum sequentibus.
 Vindicta prohibetur, non autem defensio. 419.a.
 Vipera hypocritam significat. 216.b.
 Vir iustus comparatur adamanti. 6.a.b.
 Vir iustus in manu dei est. 79.b.
 Viros pios affligere impium est. 227.b.
 Viri iusti margaritis comparantur. 185.a.b.
 Vir pius aqua dicitur. 514.a.
 Virga furoris dei dicitur Sennacherib. 350.b.
 Virga Aaronis est crux Christi. 722.a.
 Virgæ acceptiones & significata. 136.a.b. 474.b.
 Virginitas Mariæ ostenditur. 731.a.b. 732.a.b.
 Virtus est mons excelsus. 27.a.
 Virtutes sibi mutuè cohærent. 29.b.
 Virtus potens est. 66.a.
 Virtutis vis & potestas. 66.a.
 Virtus est cibus animæ. 155.a.
 Virtus comparatur lauro. 290.a.
 Virtutes intelliguntur per aromaticos & pulveres. 298.a.
 Virtus solida debet esse. 372.b.
 Virtus eximia quæ. 405.a.
 Virtus absque charitate non est perfecta. 431.b. 477.b.
 Virtus quæ dicitur perfecta. 477.b.
 Virtus est ordo amoris. 477.a.
 Virtus splendet. 486.b.
 Virtute muniti splendorem habent & magnitudinem. 486.a.b.
 Virtute nihil sublimius. 487.a.
 Virtus cum nobilitate coniuncta. 531.b.
 Virtus perfecta esse non potest sine fide. 604.b.
 Virtus est excelsa. 621.b.
 Virtus vera quæ sit. 621.b. cum sequentibus.
 Virtutem prædicare non fat est, sed opus est eam habere. 705.a.b.
 Virtute præditi calamitatibus premuntur. 6.a.
 Virtutis laus in actione consistit. 25.b.
 Virtus laudata crescit. 768.b.
 Virtutum cardinalium definitiones. 19.a.
 Virtus magnas habet contradictiones. 414.a.
 Videns dicitur propheta. 3.b. 382.b.
 Visio appellatur prophetia. 3.a.
 Visio sine distantia esse non potest. 210.a.
 Visitatio in diuinis literis quid significet. 158.a.
 Visitare aliquem est eum punire. 133.a. 611.b.
 Visitare quid significet. 169.a.b. 158.a.
 Vita actiua & contemplatiua. 26.b. 718.a.b.
 Vita christiana comparatur cum funambulo. 36.a.
 Vitæ solitariæ laus. 89.a.
 Vita nostra est peregrinatio. 134.b.
 Vita nostra deambulatio est. 193.a.
 Vita triplex est. 227.b.
 Vita humana ludo pilæ similis est. 240.b.
 Vita est quædam rota viua laboris. 409.b.
 Vita promissa in lege est vita æterna. 331.b.

Vita

rerum memorabilium & c.

Vita nostra scala est. 513.b.
 Vita promissa in lege sit ne corporis animæ. 537.a.b.
 Vita iustorum brevis, sed gloria longa. 437.a.
 Vita nostra militia est. 475.a.b. 681.a.b. 662.b.
 Vita æterna quare merces appellatur. 590.a.
 Vita nostra fluuius est. 596.a.
 Vita hominis plena est laboribus. 662.b.
 Vittæ seu mitræ nomine quid significetur. 739.a.
 Vitio nihil vilius. 487.a.
 Vitia appellantur bestia. 556.a.
 Vitulus immolatus in lege fuit Christi figura. 724.b. 725.b.
 Vitulus debet esse vnusquisque. 725.b.
 Vituli & hirci nomine quid significetur. 726.b.
 Vitulus pro peccato immolatus Christi imaginem gerebat. 756.b. cum sequentibus.
 Viuere incipiunt peccatores, cum se ad poenitentiam conuertunt. 3.a.
 Viuere per se solus deus dicitur. 268.a.
 Viuere dicuntur iusti, mori impij. 433.a.
 Viuere per se est solius dei. 267.b.
 Viuo ego, mos est iurandi dei. 267.b.
 Viuus non dicitur homo cum deo comparatus. 268.a.
 Vlysses quare non fuerit mutatus in bestiam. 116.b.
 Vltio diuina fulmini comparatur. 14.a.b.
 Vltima ætas quæ sit. 408.b.
 Vltimum iudicium describitur. 515.b.
 Vltra non semper designat perpetuitatem. 113.b. cum sequentibus.
 Vltra quid significet. 429.a. 435.a.
 Vnctus Messias & Christus idem. 467.a.
 Vnctio cineris in capite die cineris quid sit. 163.b.
 Vnit as est quædam dei imago. 128.b.
 Vnio verbi facta fuit in persona. 554.b.
 Vnum vnit, multa distrahunt. 128.b.

Vnus idem quod primus. 469.b.
 Vocatio apostolorum mirabilis. 473.a.
 Vocatio gentium. 89.a.b. 361.a.b.
 Volucrum nomine quid significetur. 623.a.
 Voluntas antecedens & consequens in deo. 308.b.
 Voluntas dei duplex est. 403.a.b.
 Voluntas dei quomodo impletur. 403.a.b.
 Voluntatem nostram potiusquam opes respicit deus. 485.b. cum sequentibus.
 Voluntas propria est catena. 533.a.
 Voluptas est esca malorum. 437.a.
 Vrbs præcipua dicebatur mater, oppida verò filia. 426.b. cum sequentibus.
 Vrias ferens literas vt occideretur, synagogæ imaginem gerebat. 209.b.
 Vrri Elisæi sunt Titus & Vespasianus. 125.a.
 Vsurā prohibetur. 303.b. cum sequentibus.
 Vsurā similis aspidi. 304.a.
 Vt, particula aliquando non est causalis, sed consecutiua. 369.b.
 Vtilitas communis præponenda est propria. 546.a.
 Vtilitas non seiungitur ab honestate. 736.b. cum sequentibus.
 Vulpes hypocritam significat. 216.b.
 Vulpes vaftrum hominem significat. 217.a.
 Vulcani insidia. 454.b.
 Vxor diligenda est. 404.a.
 Vxorem dimittere in lege permittebatur. 303.b.

Z.

Zelus pro ira aliquando accipitur. 389.a.
 Zelus pro amore aliquando capitur. 388.b. cum sequentibus.
 Zodiacus quid significet. 704.b.
 Zona sapphirina quid significet. 171.b. cum sequentibus.

FINIS.




YO FRANCISCO DE VALLEJO SECRETARIO del consejo de su Magestad, doy fee, que en la villa de Madrid a diez y siete dias del mes de Setembre, de mil y quinientos y sesenta y ocho años, los señores del consejo de su Magestad, de pedimiento de fray Hektor Pinto, de la orden de sanct Hieronymo, tassaró vn libro por el compuesto, intitulado comentarios sobre el Propheta Ezechiel, a tres maravedis cada pliego del dicho libro. Y mandaron que se imprima en la primera hoja del la dicha rassaçion. Y para que dello conste die esta fee, que es fecha en Madrid, a veyente y tres de Octubre, de mil y quinientos y sesenta y ocho años.

Francisco de Vallejo.

¶ Corregido este libro con el original por do se mando imprimir, esta bien y fielmente impresso, y el molde correctissimo: tiene las erratas siguientes. In prologo fratris Roderici de Yepes pag. 5. lip. 13. inuisibilem, lege visibilem. Pa. 2. col. 2. li. 16. pro Saijlem lege Saulé. Pa. 5. c. 1. l. 27. pro iniquit lege inquit. Pa. 10. c. 1. l. 13. pro cupidita tum, lege cupiditatum. Pa. 17. c. 2. l. 25. pro in omnibus lege imobilis. Pa. 19. c. 1. l. 14. p. rascibili: irascibili. Pa. 30. c. 2. li. 33. pro iniquit lege inquit. Pag. 44. co. 2. l. 34. pro reatas lege creatas. Pag. 50. co. 2. li. 17. pro tener le ge tenere. Pa. 65. c. 2. li. 26. pro camparari lege comparari. Pa. 74. co. 1. l. 3. pro pagnimus lege pagninus. Pa. 76. col. 1. lin. 14. pro narrurale lege naturale. Pa. 79. c. 1. li. 30. pro carne, lege car nes. Pa. 97. co. 1. lin. 37. pro cum anauticam lege acum nauticam. Pag. 98. co. 1. l. 10. pro requie legé requiem. Pag. eadem col. 2. linea. 27. pro daemoe lege daemone. Pag. 114. co. 1. l. 35. pro cõ ditum lege condita. Pa. eadem col. 2. l. 3. pro ventet lege venter. Pa. 118. co. 2. l. 9. pro getibus le ge gentibus. Pa. 132. co. 1. l. 12. pro occifionis lege occifionis. Pa. 134. c. 1. l. 1. pro vnquam lege nunquã. Pa. 157. col. 1. l. 32. pro vmedeamur lege vt medeamur. Pag. 162. co. 1. lin. 26. pro itbro lege libro. Pagi. 164. col. 1. lin. 36. pro exhebitur lege exhibetur. Pag. eadem. col. 2. l. 16. pro pe trum lege patrum. Pag. 205. col. 2. l. 35. pro terra lege terram. Pa. 224. col. 2. li. 17. pro exedú le ge exedunt. Pa. 235. co. 2. l. 1. pro vo, lege vos. Pag. 26. col. 23. li. 32. pro proportio lege propor fito. Pa. 242. co. 1. li. 32. pro iustia lege iustitia. Pag. 245. col. 2. li. 32. pro incundior lege iucú dior. Pag. 246. col. 2. pro deirementi lege detrimenti. Pag. 251. col. 2. l. 32. pro qtiamdiu lege quandiu. Pag. 281. col. 2. li. 45. pro ribu lege tribu. Pag. 353. co. 1. linea vltima pro. N. lege nõ. Pag. 354. c. 2. line. 18. pro lanentis lege lamentis. Pa. 361. col. 1. li. 8. pro diuu lege diuus. Pa. 362. col. 1. li. 28. pro orient: s lege orientis. Pag. 364. col. 1. pro confidera lege confidera. Pag. 382. co. 1. lin. 11. pro virtit lege vertit. Pa. 407. col. 1. lin. 35. pro aucupenter lege aucupentur. Pag. 483. col. 2. linea. 7. pro timetent lege timerent. Pag. 503. col. 2. li. 44. pro attingam lege attingam. Pag. 509. col. 1. lin. 2. pro regeem lege regem. Ibidem pro Lucifer lege Luciferum, & pro pini pem lege principem. Pa. 550. col. 2. li. 7. pro capttis lege capitis. Pa. 630. co. 2. li. 19. pro fuerú lege fuerunt. Pa. 649. col. 1. li. 27. pro nauegationi lege nauigationis. Pag. eadem co. 2. li. 4. pro reititit lege reititit. Pa. 652. col. 2. li. 42. pro præfifules lege præfules. Pag. 653. col. 2. lin. 14. pro llos lege illos. Pag. 686. c. 1. l. 39. pro paricite lege pariete. Pag. 742. col. 1. li. 22. pro dicant lege dicant. Pag. 746. col. 1. lin. 42. pro sciptum lege scriptum. Pag. 782. col. 2. li. 7. pro sustanica le ge sustanica. Algunas dellas son faciles y otras hazen dificultoso el entendimiento dela letra, y por esso se deuen imprimir. Fecha en Madrid a. 27. de Agosto de. 1568. años.



¶ El Licenciado
Luys Hurtado.



Expliciunt eruditissima cõmentaria in diuinum vatem Ezechie
lé autore fratre Hectore Pinto in sacra Theologia Doctore.